II. De damno infecto, & proiectionibus & ſuggruendis.
III. De aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ.
IIII. De publicanis, & vectigalibus, & commiſſis.
V. De donationibus.
VI. De mortis cauſa donationibus.

Explicit liber ex ordine Digeſtorum trigenſimus nonus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGENSIMVS.

I. De manumiſſionibus.
II. De manumiſſis vindicta.
III. De manumiſſionibus quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur.
IIII. De manumiſſis teſtamento.
V. De fideicommiſſariis libertatibus.
VI. De ademptione libertatis.
VII. De ſtatuliberis.
VIII. Qui ſine manumiſſione ad libertatem perueniunt.
IX. Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt, ad legem Aeliam Sentiam.
X. De iure aureorum annulorum.
XI. De natalibus reſtituendis.
XII. De liberali cauſa.
XIII. Quibus ad libertatem proclamare non liceat.
XIIII. Si ingenuus eſſe dicetur.
XV. Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.
XVI. De collusione detegenda.

Explicit liber ex ordine Digeſtorum quadrageſimus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGENSIMVS PRIMVS.

I. De adquirendo rerum dominio.
II. De adquirenda vel amittenda poſſeſſione.
III. De vſurpationibus & vſucapionibus.
IIII. Pro emptore
V. Pro herede & pro poſſeſſore.
VI. Pro donato.
VII. Pro derelicto.
VIII. Pro legato.
IX. Pro dote.
X. Pro ſuo.

Explicit liber ex ordine Digeſtorum quadrageſimus primus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGENSIMVS SECVNDVS.

I. De re iudicata, & de effectu ſententiarum, & de interlocutionibus.
II. De confeſſis.
III. De ceſſione bonorum.
IIII. Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.
V. De rebus auctoritate iudicis poſſidendis ſeu vendendis.
VI. De ſeparationibus.
VII. De curatore bonis dando.
VIII. Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, vt reſtituantur.

Explicit eſt liber ex ordine Digeſtorum quadrageſimus ſecundus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGESIMVS TERTIVS.

I. De interdictis.*
II. Quorum bonorum.
III. Quod legatorum.
IIII. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus erit.
V. De tabulis exhibendis.
VI. Ne quid in loco ſacro (vel itinere) fiat.
VII. De locis & itineribus publicis.
VIII. Ne quid in loco publico vel itinere fiat.
IX. De loco publico fruendo.
X. De via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur.
XI. De via publica & itinere publico reficiendo.
XII. De fluminibus, ne quid in flumine publico ripáve eius fiat quò peius nauigetur.
XIII. Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque vt priore æſtate fluxit.
XIIII. Vt in flumine publico nauigare liceat.
XV. De ripa munienda.
XVI. De vi, & de vi armata.
XVII. Vti poſſidetis.
XVIII. De ſuperficiis.* *ſuperficiebus.
XIX. De itinere actúque priuato.
XX. De aqua cottidiana & æſtiua.
XXI. De riuis.
XXII. De fonte.
XXIII. De cloacis.
XXIIII. Quod vi aut clàm.
XXV. De remiſſionibus.
XXVI. De precario.
XXVII. De arboribus cædendis.
XXVIII. De glande legenda.
XXIX. De homine libero exhibendo.
XXX. De liberis exhibendis, item ducendis.
XXXI. Vtrubi.
XXXII. De migrando.
XXXIII. De Saluiano interdicto.

Explicatus eſt liber ex ordine Digeſtorum quadrageſimus tertius.

Incipit ex ordine liber QVADRAGENSIMVS QVARTVS.

I. De exceptionibus, præſcriptionibus, & præiudiciis.
II. De exceptione rei iudicatæ.
III. De diuerſis temporibus,* præſcriptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum. *temporalibus.
IIII. De dolo malo, & metus exceptione.
V. Quarum rerum actio non datur.
VI. De litigioſis.
VII. De obligationibus & actionibus.

Explicatus eſt liber ex ordine Digeſtorum quadrageſimusquartus.

PARS SEPTIMA.

Incipit ex ordine liber QVADRAGENSIMVS QVINTVS.

I. De verborum obligationibus.
II. De duobus reis conſtituendis.
III. De ſtipulatione ſeruorum.

Explicatus eſt liber ex ordine Digeſtorum quadrageſimus quintus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGENSIMVS SEXTVS.

I. De fideiuſſoribus & mandatoribus.
II. De nouationibus & delegationibus.
III. De ſolutionibus & liberationibus.
IIII. De acceptilatione.
V. De ſtipulationibus prætoriis.
VI. Rem pupilli vel adulescentis ſaluam fore.
VII. Iudicatum ſolui.
VIII. Ratam rem haberi, & de ratihabitione.

Explicatus eſt liber ex ordine Digeſtorum quadrageſimus ſextus.

Incipit ex ordine liber QVADRAGENSIMVS SEPTIMVS.

I. De priuatis delictis.
II. De furtis.
III. De tigno iuncto.
IIII. Si qui teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit, poſt mortem domini ante aditam hereditatem ſubripuiſſe aut corrupiſſe dicetur.
V. Furti aduerſus nautas, cauponer, ſtabularios.
VI. Si familia furtum feciſſe dicetur.
VII. Arborum furtim cæſarum.
VIII. Vi bonorum raptorum.
IX. De incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata.
X. De iniuriis & famoſis libellis.
XI. De extraordinariis criminibus.
XII. De ſepulchro violato.
XIII. De concuſſione.
XIIII. De abigeis.
XV. De præuaricatione.* *de præuaricatoribus.
XVI. De receptatoribus.
XVII. De furibus balnearijs.
XVIII. De effractoribus & expilatoribus.
XIX. De expilatæ hæreditatis.
XX. De ſtellionatus.
XXI. De termino moto.

ſeu extraordinarijs actionibus quæ pro his competunt.

De collegijs

XXII. De collegiis & corporibus.
XXIII. De popularibus actionibus.
Explicitus eſt liber ex ordine Digeſtorum quadrageſimusſeptimus.
Incipit ex ordine liber QVADRAGENSIMVS OCTAVVS.
I. De publicis iudiciis.
II. De accuſationibus & inſcriptionibus.
III. De cuſtodia & exhibitione reorum.
IIII. Ad legem Iuliam maieſtatis.
V. Ad legem Iuliam de adulteriis coercendis.
VI. Ad legem Iuliam de vi publica.
VII. Ad legem Iuliam de vi priuata.
VIII. Ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis.
IX. Ad legem Pompeiam de parricidiis.
X. De lege Cornelia de falſis, & de ſenatuſconſulto Liboniano.
XI. Ad legem Iuliam repetundarum.
XII. De lege Iulia de annona.
XIII. Ad legem Iuliam peculatus, & de ſacrilegiis, & reſiduis.
XIIII. Ad legem Iuliam ambitus.
XV. De lege Fauia de plagiariis.
XVI. Ad ſenatuſconſultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum.
XVII. De requirendis vel abſentibus damnandis.
XVIII. De quæſtionibus.
XIX. De pœnis.
XX. De bonis damnatorum.
XXI. De bonis eorum qui ante ſententiam vel mortem ſibi conſciuerunt, vel accuſatorem corruperunt.
XXII. De interdictis & de relegatis & deportatis.
XXIII. De ſententiam paſſis, & reſtitutis.
XXIIII. De cadaueribus punitorum.
Explicitus eſt liber ex ordine Digeſtorum quadrageſimus octauus.
Incipit ex ordine liber QVADRAGENSIMVS NONVS.
I. De appellationibus, & relationibus.
II. A quibus appellari non licet.
III. Quis à quo appelletur.
IIII. Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora.
V. De appellationibus recipiendis, vel non.
VI. De libellis dimiſſoriis, qui apoſtoli dicuntur.
VII. Nihil nouari appellatione interpoſita.
VIII. Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur.
IX. An per aliam cauſæ appellationum reddi poſſunt.
X. Si tutor, vel curator, vel magiſtratus creatus appellauerit.
XI. Eum qui appellauerit, in prouincia defendi.
XII. Apud eum à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum.
XIII. Si pendente appellatione mors interuenerit.
XIIII. De iure fiſci.
XV. De captiuis, & poſtliminio, & redemptis ab hoſtibus.
XVI. De re militari.
XVII. De caſtrenſi peculio.
XVIII. De veteranis.
Explicitus eſt liber ex ordine Digeſtorum quadrageſimusnonus.
Incipit ex ordine liber QVINQVAGENSIMVS.
I. Ad municipalem, & de incolis.
II. De decurionibus, & filiis eorum.
III. De albo ſcribendo.
IIII. De muneribus & honoribus.
V. De vacatione & excuſatione munerum.
VI. De iure immunitatis.
VII. De legationibus.
VIII. De adminiſtratione rerum ad ciuitates pertinentium.
IX. De decretis ab ordine faciendis.
X. De operibus* publicis. * operis.
XI. De mundinis.
XII. De pollicitationibus.
XIII. De variis & extraordinariis cognitionibus; & ſi iudex litem ſuam feciſſe dicetur.
XIIII. De proxeneticis.
XV. De cenſibus.
XVI. De verborum ſignificatione.
XVII. De diuerſis regulis iuris antiqui.
Explicitus eſt ex ordine Digeſtorum liber quinquageſimus feliciter.

EPIGRAMMA HOC LOCO IN PANdectis Florentinis adpoſitum.

Βίβλον Ἰυϛινιανὸς ἄναξ τιχήϛατο τλώδε,
Ἣν ῥα Τειβωνιανὸς μεγάλῳ κάμε ναμβαϛιλῆϊ,
Ὅϛά τις Ἡρακλῆϊ ναναίολον ἀπίδα τύξας,
Ἧς ἔνι μαρμαίρουϛιν ἀγλαμέϛα πάντα δημίων.
Κνίδιοι δ' Κοῖνς τε, Φοινικήϛη τε Λιβύαινα,
Εὐρώπης τε φίδονται ὅλα ϛεμάντορι κόϛμῳ.

ITA VERTIT ALCIATVS lib. 3. pratermiſſorum, circa principium.

Iuſtinianus opus hoc princeps edidit, omnis
Quod Tribonianus rectori condidit orbis,
Tanquam aliquis varium componens aſpida magno
Alcidæ: namque hic fulgent mira omnia legum.
Aſt Europæ Aſiæque homines, Libycique ſubacti
Cuncta gubernantis domini præcepta ſequuntur.

De conceptione Digeſtorum.

IMPERATOR CAESAR FLAVIVS IVSTINIANVS, PIVS, FELIX, INCLYTVS, VIctor ac triumphator ſemper Auguſtus Triboniano Quæſtori ſuo Salutem.

Hæc conſtitutio repetitur in Codice, tit. de vete. iur. enucle. prima in ordine.

Deo auctore noſtrũ gubernãte Imperiũ, qđ nobis à cœleſti maieſtate traditum eſt, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus: & ſtatum reipublicæ ſuſtentamus: & ita noſtros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neque armis confidamus, neque noſtris militibus, neque bellorum ducibus, vel noſtro ingenio: ſed omnẽ ſpẽ ad ſolã referamus ſummæ prouidentiã Trinitatis, vnde & mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbem terrarũ producta eſt. Cum itaque nihil tã ſtudioſum in omnibus rebus inuenitur, quam legũ auctoritas, quæ & diuinas & humanas res bene diſponit, & omnem iniquitatẽ expellit: reperimus autem omnem legum tramitẽ, qui ab vrbe Roma cõdita & Romuleis deſcendit temporibus, ita eſſe confuſum, vt in infinitũ extẽdatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur: primũ nobis fuit ſtudiũ à ſacratiſſimis retro principibus initium ſumere, & eorũ conſtitutiones emendare, & viæ diluciдæ tradere: quatenus in vnũ codicẽ congregatæ, & omni ſuperuacua ſimilitudine & iniquiſſima diſcordia abſolutæ, vniuerſis hominibus promptũ ſuæ ſinceritatis præbeant præſidiũ. Hócque opere conſummato, & in vno volumine, noſtro nomine præfulgẽte, coadunato: cũ ex paucis & tenuioribus releuati, ad ſumma & pleniſſimã iuris emendationẽ peruenire properaremus, & omnẽ Romanã ſanctionẽ & colligere, & emendare, & tot auctorũ diſperſa volumina vni codici indita oſtẽdere, quod nemo neque ſperare neque optare auſus eſt. res quidẽ nobis difficillima, imo magis impoſſibilis videbatur. Sed manibus ad cælum erectis* æterno auxilio inuocato, eã quoque curã noſtris reponimus animis, Deo freti, qui & res penitus deſperatas donare & cõſummare ſuæ virtutis magnitudine poteſt: & ad iuæ ſinceritatis optimũ reſpeximus miniſterium, tibiq; primo & hoc opus cõmiſimus, ingenij tui documentis ex noſtris Codicis ordinatione acceptis, & iuſſimus, quos probaueris, tã ex facundiſſimis anteceſſoribus, † q̃ ex viris diſertiſſimis togatis fori ampliſſimæ ſedis ad ſociandũ laborẽ eligere. His itaq; collectis, & in noſtrũ palatium introductis, nobiſque tuo teſtimonio placitis, totã rẽ faciendã permiſimus: ita tamẽ, vt tuis vigilatiſſimi animi gubernatione res omnis celebretur. Iubemus igitur vobis, antiquorũ prudentium, quibus auctoritatẽ conſcribendarũ interpretandarúmque legũ ſacratiſſimi principes præbuerunt, libros ad ius Romanũ pertinẽtes & legere, & eliminare: vt ex his omnis materia colligatur, nulla, ſecundũ quod poſſibile eſt, neq; ſimilitudine neq; diſcordia derelicta, ſed ex his hoc colligi, quod vnũ pro omnibus ſufficiat. Quia autẽ & alij libros ad ius pertinentes ſcripſerunt, quorũ ſcripturæ nullis auctoritatibus receptæ nec vſitatæ ſunt: neq; nos eorũ volumina noſtra inquietare dignamur ſanctionẽ. Cúmq; hæc materia ſumma noſtri numinis liberalitate collecta fuerit: oportet eã pulcherrimo opere extruere, & quaſi propriũ & ſanctiſſimũ templũ iuſtitiæ cõſecrare: & in libros quinquaginta & certos titulos totum ius digerere, tam ſecundum noſtri conſtitutionem Codicis, quam edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis commodius eſſe patuerit: vt nihil extra memoratam conſummationẽ poſſit eſſe derelictum, ſed his quinquaginta libris totum ius antiquũ per milleſimũ & quadringenteſimum penè annum confuſum, & à nobis purgatum, quaſi quodã muro vallatum, nihil extra ſe habeat: omnibus auctoritatibus iuris æqua dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogatiua ſeruanda: quia non omnes in omnia, ſed certi per certa vel meliores vel deteriores inueniũtur. Sed neque ex multitudine auctorum quod melius & æquius eſt, iudicatote: cum poſſit forſitan & deterioris ſententia & multas & maiores in aliqua parte ſuperare. Et ideo ea quæ antea in notis Æmilij Papiniani ex Vlpiano & Paulo necnon Marciano adſcripta ſunt, quæ antea nullam vim obtinebant* propter honorem ſtlẽ dißimi Papiniani, non ſtatim reſpuere: ſed ſi quid ex his ad repletionem ſummi ingenij Papiniani laborum vel interpretationem neceſſarium eſſe perſpexeritis, & hoc ponere legis vicem obtinens nõ moremini: vt omnes qui relati fuerint in hunc codicẽ prudentiſſimi viri, habeant auctoritatem, tanquã ſi eorũ ſtudia ex principalibus conſtitutionibus profecta, & noſtro diuino fuerant* ore profuſa. Omnia enim merito noſtra facimus: quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas. nã qui* ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo q primus inuenit. Sed & hoc ſtudioſum vobis eſſe volumus, vt ſi quid in veteribus non bene poſitum libris inueniatis, vel aliquod ſuperfluum, vel minus perfectum: ſuperuacua longitudine ſemota, & quod imperfectum eſt repletis: & omne opus moderatum & quam pulcherrimum oſtendatis. hoc etiam nihilominus obſeruando, vt ſi aliquid in veteribus legibus vel conſtitutionibus, quas antiqui in ſuis libris impoſuerunt, non rectè ſcriptum inueniatis: & hoc reformetis, & ordini moderato tradatis: vt hoc videatur eſſe verum & optimum, & quaſi ab initio ſcriptum, quod à vobis electum, & ibi poſitum fuerit: & nemo ex comparatione veteris voluminis quaſi vitioſam ſcripturã arguere audeat. Cũ enĩ lege antiqua, quæ Regia nuncupabatur, omne ius omniſq; poteſtas populi Romani in Imperatoriam tranſlata ſunt poteſtatem: nos vero ſanctionem omnem non diuidimus in alias & alias cõditorum partes, ſed totã noſtram eſſe volumus: quid poſſit antiquitas noſtris legibus abrogare? Et intãtum volumus eadem omnia, cum repoſita ſunt, obtinere: vt & ſi aliter fuerint apud veteres cõſcripta, in contrarium autem in cõpoſitione* [noſtra] inueniantur: nullum crimen ſcripturæ imputetur, ſed noſtræ electionis hoc adſcribatur. Nulla itaque in omnibus prædictis codicis membris diuiſio† (ſic enim a vetuſtate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem ſibi vindicet locum: ſed ſit vna concordia, vna conſequentia, aduerſario nemine conſtituto. Sed & ſimplicitatem (ſecundum quod dictum eſt) ab huiuſmodi conſummatione*

* Hoc apparet ex ſuperiori. Vide Auſo. Aug. lib. 2. emend. cap. 1.

* Hoc apparet ex ſuperiori. Vide Auſo. Aug. lib. 2. emend. cap. 1.

* Poniſis prudentiũ in Codice Theodoſiano.

* fuerint.

* qui nõ. Pad. Fl. ſed duobus.

* * interpretum, non quia mos eſt addere ab antiquo libratio.

* poſitione.

† id eſt legum contrarietas ſeu pugnantia.

ſummatione volumus exulare: & ea quæ ſacratiſſimis conſtitutionibus quas in codicem noſtrum redegimus, cauta ſunt, iterum poni ex vetere iure non concedimus: cum Divalium conſtitutionum ſanctio ſufficit ad eorum auctoritatem: niſi forte vel propter diuiſionem, vel propter repletionem, vel propter plenioremindaginem hoc contigerit: & hoc tamen perraro, ne ex continuatione huiuſmodi lapſus oriatur aliquid in tali prato ſpinoſum. Sed & ſi quæ leges in veteribus libris poſita, iam in deſuetudinem abierunt, nullo modo vobis eaſdem ponere permittimus: cum hæc tantummodo obtinere volumus, quæ vel iudiciorum frequentiſſimus ordo exercuit, vel longa conſuetudo huius almæ vrbis comprobauit: ſecundum Saluij Iuliani ſcripturam, quæ indicat debere omnes ciuitates conſuetudinem Romæ ſequi, quæ caput eſt orbis terrarum, * non ipſam alias ciuitates. Romam autem intelligendum eſt non ſolum veterem, ſed etiam regiam noſtram, quæ Deo propitio cum melioribus condita eſt auguriis. Ideo iubemus duobus iſtis Codicibus omnia gubernari: vno Conſtitutionum, altero iuris enucleati, & in futurum Codicem compoſiti: * vel ſi quid aliud à nobis fuerit promulgatum Inſtitutionum vicem obtinens, vt rudis animus ſtudioſi ſimplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentiæ rediga tur ſcientiam. Noſtram autem conſummationem, quæ vobis* Deo adnuente componetur, Digeſtorum vel Pandectarum nomen habere ſancimus: nullis iuris peritis in poſterum audentibus commentarios illi applicare, & verboſitate ſua ſupradicti Codicis compendium confundere: quemadmodum in antiquioribus factum eſt, cum per contrarias interpretantium ſententias totum ius pene conturbatum eſt. ſed ſufficiat per indices tantummodo & titulorum ſubtilitatem, quæ παράτιτλα † nuncupantur, quædam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo. Ne autem per ſcripturam aliqua fiat in poſterum dubitatio: iubemus non per ſignorum* captiones & compendioſa ænigmata, quæ multas per ſe & per ſuum vitium ἀσυνεμία induxerunt, eiuſdem Codicis textum conſcribi: etiam ſi numerus librorum ſignificatur, aut aliud quidquam. Nec etenim per ſpecialia ſigla* numerorum manifeſtari, ſed per literarum conſequentiam explanari concedimus. Hæc igitur omnia Deo placido fa cere tua prudentia vnà cum aliis facundiſſimis viris ſtudeat, & tam ſubtili, quàm celerrimo fini tradere: vt codex conſummatus, & in quinquaginta libros Digeſtus, nobis offeratur in maximam & æternam rei memoriam, Deique omnipotentis prouidentia* argumentum, noſtriq; imperij, veſtrique miniſterij gloriam.

Data octauodecimo Kalend. Ianuar. Lampadio & Oreſte viris clariſſimis Conſulibus.

FELICITER.

† id eſt titulorum argumenta.

* Flo. ſi N plerq. alij ſingularum. fortaſſe ſi glorum ſcriptum erat pro ſignorũ: vt & mox. ſ. ſigla pro ſigna.

* Signa. Sũt autẽ note quibus libra rij libros & notarij dicta ſcribebant: de quibus vide Probum & Diaconum.

* Flo. prudentiæ.

* Plin. lib. 3. ca. 5. Roma duplex.

† componendi.

* Arabic.

De confirmatione Digeſtorum.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

IMPERATOR CAESAR FLAVIVS IVSTINIANVS, ALAMANNICVS, GOTTHICVS FRANCICVS, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor ac triumphator ſemper Auguſtus ad Senatum & omnes populos.

TAnta circa nos diuina humanitatis eſt prouidentia, vt ſemper æternis liberalitatibus nos ſuſtenture dignetur. poſt bella enim Parthica æterna pace ſopita, póſtque Vandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano imperio iterum ſociatam: & leges antiquas iam ſenio pregrauatas, per noſtram vigilantiam præbuit in nouam pulchritudinem, & moderatum peruenire compendium: quod nemo ante noſtrum imperium vnquam ſperauit, neque humano ingenio poſſibile eſſe penitus exiſtimauit. erat enim mirabile, Romanam ſanctionem ab vrbe condita vſque ad noſtri imperij tempora, quæ penè in mille & quadringentos annos concurrunt, inteſtinis prælis vacillantem, hócque & in Imperiales cõſtitutiones extendentem, in vnam reducere conſonantiam: vt nihil neque contrarium, neque idem, neque ſimile in ea inueniatur, & ne gemina leges pro rebus ſingulis poſita vſquam apparent. nanque hoc cæleſtis quidem prouidentiæ peculiare fuit: humanæ vero imbecillitati nullo modo poſſibile. Nos itaque more ſolito ad immortalitatis reſpeximus præſidium, & ſummo numine inuocato Deum auctorem & totius operis præſulem fieri optauimus: & omne ſtudium Triboniano viro excelſo, magiſtro officiorum, & exquæſtore ſacri noſtri palatij & exconſule eredidimus, eique omne miniſterium huiuſcemodi ordinationis impoſuimus, vt ipſe vnà cum aliis illuſtribus & prudentiſſimis viris noſtrum deſiderium adimpleret. noſtra quoque maieſtas ſemper inueſtigando & perſcrutando ea quæ ab his componebantur, quidquid dubium & incertum inueniebatur, hoc numine cæleſti erecta emendabat, & in competentem formam redigebat. Omnia igitur confecta ſunt, domino & deo noſtro Ieſu Chriſto poſſibilitatem tam nobis, quàm noſtris in hoc ſatellitibus præſtante. Et principales quidem conſtitutiones duodecim libris digeſtas iam ante in Codicem noſtro nomine præfulgentem contulimus. poſtea vero maximum opus adgredientes, ipſa vetuſtatis ſtudioſiſſima opera iam penè confuſa & diſſoluta, eidem viro excelſo permiſimus tam colligere, quam certo moderamine tradere. Sed cum omnia percontabamur, à præfato viro excelſo ſuggeſtum eſt, duo penè milia librorum eſſe conſcripta, & plus quam trecentiens decem milia verſuum a veteribus effuſa, quæ neceſſe eſſet omnia & legere, & perſcrutari, & ex his ſi quid optimum fuiſſet, eligere. Quod cæleſtis fulgore & ſummæ trinitatis fauore confectum eſt ſecundum noſtra mandata, quæ ab initio ad memoratũ virum excelſum fecimus: & in quinquaginta libros omne quod vtiliſſimũ erat, collectũ eſt: & omnes ambiguitates deciſa, nullo ſeditioſo relicto. nomenq; libris impoſuimus Digeſtorũ ſeu Pandectarũ: quæ † omnes diſputationes & deciſiones in ſe habẽt legitimas, & quod vndiq; fuit collectum, hoc in ſinus recepturæ, in centum quin-

† qui.

quaginta penè milia versuum totum opus consummãtu. & in septem partes eos digessimus, non perperam, neque sine ratione: sed in numerorum naturam & artem respicientes, & consentaneam eis diuisionem partium conficientes. Igitur PRIMA quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo πάνδεκτα nuncupatur, in quatuor libros sepositа est.

Prima pars ff.

SECVNDVS autem articulus septem libros habet, qui de iudiciis appellantur. In TERTIA vero congregatione omnia quæ de rebus nominantur, contulimus, octo libris eis* deputatis. QVARTVS autem locus, qui & totius compositionis quasi quoddam inuenitur umbilicum, octo libros suscepit: in quibus omnia quæ ad hypothecãpertinent, reposita sunt, vt nõ pigneraticia actiõe in libris de Rebus posita multũ distarent. Alio libro eodem inserto volumine, qui edilicium edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ stipulationem, quæ de eius actionibus proposita est, continet: quia hæc omnia titulis emptionum & venditionum consentanea sunt: & prædictæ actiones quasi pedisequæ illarũ ab initio processerunt: in vetustioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multo distantia deuagãtes, per nostrã autem prouidentiã his congregatæ: cum oportuerat ea quæ de eodem penè loquuntur, in confinio ponere. Alius itaque liber post duo* primos nobis excogitatus est de vsuris, & traiecticiis pecuniis, & de instrumentis, & testibus, & probationibus, necnon præsumptionibus. & memorati tres singulares libri iuxta compositionem de rebus positis sunt. Post hos si qua de sponsalibus vel nuptiis vel dotibus, legibus dicta sunt, reposuimus, tribus librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curationibus geminos libros conscripsimus. Et memoratam ordinationem octo librorum, mediam totius operis reposuimus, omnia vndique tam vtilissima, quàm pulcherrima iura continentem.

Secũda. Tertia. Quarta. Quinta.

* ri.

* duo, prodnos, mere græco, quibus & dio nonnunquam in declinabile ponitur.

QVINTVS autem exoritur nobis Digestorum articulus, in quem de testamẽtis & codicillis tam priuatorum quàm militum, omne quicquid antiquis dictum, inueniat quis depositum, qui de testamentis appellatur. De legatis autem & fideicommissis quinque librorum numerus adgregatus est. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quàm legatis quidem legis Falcidiæ narratio, fideicommissis autem senatusconsulti Trebelliani: singulis libris vtrique eorum applicatis, tota pars quinta in nouem libros coadunata est. Solum autem senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimauimus. captiosas etenim & ipsis veteribus odiosas Pegasiani senatusconsulti ambages, & vtriusque senatusconsulti ad se tam superuacuas quàm scrupulosas diuersitates respuentes, totum ius super his positiũ Trebelliano senatusconsulto adiudicauimus. Sed in his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne causa quæ in rebus non prosperè gestis & tristibus temporibus Romanis increbruit calamitatibus, bello coalescens ciuili, nostris maneat temporibus, quæ fauor cœlestis & pacis vigore firmauit, & super omnes gentes in bellicis victoris* periculis* superposuit: ne luctuosum monumentũ lata sæcula inumbrare concedatur. SEXTA deinde pars Digestorum exoritur, in* quibus omnes bonorum possessiones positæ sunt, quæ ad ingenuos, quæ ad libertinos respiciunt: vt & ius omne quod de gradibus & adfinitatibus descendit, legitimæq; hereditates, & omnis ab intesta successio, & Tertyllianum, & Orphitianum senatusconsultum: ex quibus mater & filij inuicem sibi heredes existunt, in geminos libros contulimus, bonorum possessionum multitudinem in compendiosum & manifestissimum ordinem concludentes. Post hæc ea quæ de operis nouis nuntiationibus, damnique infecti, & pro ædificiis diutis, & eorum insidiis,* & quæ de aqua pluuia arcenda veteribus auctoribus placita sunt: necnon de publicanis, & donationibus tam inter viuos quàm mortis causa conficiendis, cauta legibus inuenimus, in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem, & de liberali causa, alius liber respondet: quemádmodum & de adquisitione tam dominij quàm possessionis, & titulis qui eam inducunt, multa & varia lectionis vmi sunt, inserta voluimini: alio libro deputato his qui iudicati, vel in iure confessi sunt, & de bonorum detentionibus & venditionibus, & vt ne quid in fraudem creditorum fiat. Postque hæc omnia interdicta glomerata sunt: & deinceps exceptiones, & de temporum prolixitatibus, & de obligationibus & actionibus liber iterum singularis extenditur: vt præfata sexta pars totius Digestorum voluminis octo libris definiatur. SEPTIMVS autem & nouissimus articulus Digestorum sex libris formatus est: quos de stipulationibus, seu verborum obligationibus, & fideiussoribus & mandatoribus, necnon nouationibus, & solutionibus, & acceptilationibus, & de prætoriis stipulationibus, omne quod ius inuenitur, gemino volumine inscriptum est, quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hoc duo terribiles libri positi sunt pro delictis priuatis & extraordinariis, necnon publicis criminibus, qui omnem continent seueritatem, pœnarúmque atrocitatem. Quibus permixta sunt & ea quæ de audacibus hominibus cauta sunt, qui se celare conantur, & contumaces existunt: & de pœnis quæ condemnatis infliguntur vel concedantur, necnon de eorum substantiis. Liber autẽ singularis p appellationibus nobis excogitatus est contra sententias tam ciuiles quàm criminales causas finientes. Cætera autem omnia quæ ad municipales, vel de decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel nundinis, & pollicitationibus, & diuersis cognitionibus, & censibus, vel significatione verborum veteribus inuenta sunt, quæq; regulariter definita, in sese recepit quinquagensimus, totius consummationis perfectus. Quæ omnia confecta sunt per virum excelsum nec non prudentissimum magistrum exquestore & exconsule Tribonianum, qui similiter eloquentiæ & legitimæ scientiæ artibus decoratus, & in ipsis rerum experimentis emicuit, nihilque maius nec charius nostris vnquam iussionibus duxit: necnon per alios viros magnificos & studiosissimos perfecta sunt, id est Constantinum virum illustrem, comitem sacrarum largitionum, & magistrum scrinij libellorum, sacrarúmque cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese commendauit, nec non Theophilum virum illustrem magistrum iurisque peritum in hac splẽdidissima ciuitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: & Dorotheum virum illustrem & facundissimum quæstorium, quem in Berytiensium splendidissima ciuitate leges discipulis tradentem, propter eius optimam opinionem & gloriam ad nos deduximus, participémque huius operis fecimus. Sed & Anatolium virum illustrem magistrum, qui & ipse apud Berytienses iuris interpres constitutus ad hoc opus allectus est, vir ab antiqua stirpe legitima procedens: cũ & pater eius Leontius, & auus Endoxius, qui post Patriciũ inclyta recordationis quæstoriũ & antecessorem, & Leontium virum glorioſissimum præfectorem,* consularem, atque Patricium filium eius, optimam sui memoriã in legibus reliquerunt, necnon & Cratinũ virum illustrem,

* forte legendum, victoriæ.

* posuit.

* in qua

* In præfatione græcaſt, καὶ τὸν ἐν τέλει τῶν κανόνων, ἤτοι. quo fit vt ſuſpicer inſidiar ædificiorum poni pro inſidioſis & fraudulẽtis machinationibus aduerſus ædificia.

Septima.

* præfectorum,

rum illuſtrem, & comitem ſacrarum largitionum, & optimum anteceſſorem huius almæ vrbis conſtitutum. qui omnes ad prædictum opus electi ſunt, vnà cum Stephano Mena, Proſdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Conſtantino, Iohanne, viris prudentiſſimis, qui patroni quidem ſunt cauſarum apud maximam ſedem præfecturæ quæ orientalibus prætoriis præſidet. Omne autem ſuæ virtutis teſtimonium vndique accipientes, & à nobis ad tanti operis conſummationem electi ſunt: & cum omnes in vnum conuenerunt, gubernatione Triboniani viri excelſi, vt tantum opus nobis auctoribus poſſent conficere, deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus conſummatum eſt. Tanta autem a nobis antiquitati habita eſt reuerentia, vt nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo: ſed vnuſquiſque eorum qui auctor legis fuit, noſtris Digeſtis inſcriptus eſt: hoc tantummodo à nobis effecto, vt ſi quid in legibus eorum vel ſuperuacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum viſum eſt: vel adiectionem, vel deminutionem neceſſariam accipiat, & rectiſſimis tradatur regulis. & in multis ſimilibus vel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus poſitum eſt: vnáque omnibus auctoritate indulta: vt quidquid ibi ſcriptum eſt, hoc noſtrum appareat, & ex noſtra voluntate compoſitum: nemine audente comparare ea quæ antiquitas habebat, & quæ noſtra auctoritas introduxit: quia multa & maxima ſunt, quæ propter vtilitatem rerum transformata ſunt: adeo vt & ſi principalis conſtitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus, ſed & hanc corrigendam * eſſe putauimus, & in melius reſtaurandam. * nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorum & neceſſarium fuerat, hoc noſtris emendationibus ſeruauimus: & propter hanc cauſam, & ſi quid inter eos dubitabatur, hoc iam in tutiſſimam peruenit quietem, nullo titubante relicto. Sed cum proſpeximus, quod ad portandam tantæ ſapientiæ molem non ſint idonei homines rudes, & qui in primis legum veſtibulis ſtantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam mediocrem eruditionem * præparandam eſſe cenſuimus, vt ſub ea colorati, & quaſi primitiis omnium imbuti, poſſint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conniuentibus oculis accipere. Et ideo Triboniano viro excelſo, qui ad totius operis gubernationem electus eſt, necnon Theophilo & Dorotheo viris illuſtribus & facundiſſimis anteceſſoribus accerſitis, mandauimus, quatenus libris, quos veteres cõpoſuerunt, qui prima legũ argumẽta continebãt, & Inſtitutiones vocabatur, [vndique] ſeparatim collectis: quicquid ex his vtile, & aptiſſimum, & vndique ſit elimatum, & rebus, quæ in præſenti æuo in vſu verſantur, conſentaneum inuenitur: hoc & capere ſtudeant, & quatuor libris reponere, & totius eruditionis prima fundamenta atque elementa ponere, quibus inuenes ſuffulti, poſſint grauiora & perfectiora legum ſcita ſuſtentare. Admonuimus autem eos, vt memores etiam noſtrarum ſint conſtitutionum, quas pro emendatione iuris promulgauimus: & in cõfectione Inſtitutionũ etiam eandem emendationem * ponere nõ morẽtur: vt ſit manifeſtum, & quid antea vacillabat, & quid poſtea in ſtabilitatem redactum eſt. Quod opus ab his perfectum, vt nobis oblatum & electum eſt: & prono ſuſcepimus animo, & noſtris ſenſibus nõ indignũ eſſe iudicauimus, & prædictos libros conſtitutionum vicem habere iuſſimus: quod & in oratione noſtra, quam eiſdem libris præpoſuimus, apertius declaratur. Omni igitur Romani iuris diſpoſitione compoſita, & in tribus voluminibus, id eſt Inſtitutionum, & Digeſtorum ſeu Pandectarum, necnon Conſtitutionũ, perfecta, & in tribus annis conſummata, quæ vt primum ſeparari cæpit, neque in totum decennium compleri ſperabatur: omnipotenti deo & hanc operam ad hominum ſuſtentationem pius obtulimus animis, vbereſque gratias maximæ deitati reddidimus: quæ nobis præſtitit & bella feliciter agere, & honeſta pace perpotiri, & non tantum noſtro, ſed etiam omni æuo, tam inſtãti, quàm poſteriori leges optimas ponere. Omnibus itaque hominibus eãdẽ ſanctionẽ manifeſtã facere, neceſſariũ eſſe perſpeximus: vt ſit eis cognitum, quanta confuſione & infinitate abſoluti, in quãtam * moderationem & legitimam veritatem peruenerunt: legeſque in poſterum habeant, tam directas, quam compendioſas, omnibuſque in promptu poſitas, & ad poſſidendi libros earum facilitatem idoneas: vt non mole diuturnarum expenſa poſſint homines ſuperuacuæ legum multitudinis adipiſci volumina, ſed viliſſima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam ditioribus, quam tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda. Si quid autem in tanta legum compoſitione, quæ ab immenſo librorum numero collecta eſt, ſimile forſitan raro inueniatur: nemo hoc vituperandum exiſtimet, ſed primũ quidẽ imbecillitati humanæ, quæ naturaliter ineſt, hoc inſcribat: quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, diuinitatis magis, quàm mortalitatis eſt. quod & à maioribus dictum eſt. deinde ſciat, quod ſimilitudo in quibuſdam & his breuiſſimis adſumpta non inutilis eſt, & nec citra noſtrum propoſitum hoc ſubſecutum. aut enim ita lex neceſſaria erat, vt diuerſis titulis propter rerũ cognationẽ applicari eam oportuerit: aut cũ fuerat aliis diuerſis permixta, impoſſibile erat eã per partes detrahi, ne totũ confunderetur, & in his partibus, in quibus perfectiſſimæ viſiones * veterum expoſitæ fuerant, quod particulatim in ea fuerat ſparſum, hoc diuidere ac ſeparare penitus erat inciuile: ne tam ſenſus, quàm aures legentium ex hoc perturbarẽtur. Similique modo ſi quid principalibus conſtitutionibus cautum eſt: hoc in Digeſtorum volumine poni nullo conceſſimus modo, quaſi conſtitutionum recitatione ſufficiẽte: niſi & hoc raro ex hiſdem cauſis, [ex] quibus ſimilitudo aſſumpta eſt. Contrarium autem aliquid in hoc Codice poſitum nullum ſibi locum vindicabit, nec inuenitur, ſi quis ſubtili animo diuerſitatis rationes excutiet: ſed eſt aliquid nouum inuentum, vel occultè poſitum, quod diſſonantiæ querelam diſſoluit, & aliam naturam inducit diſcordiæ fines effugientem. Sed & ſi quid forſitan prætermiſſum eſt, quod in tantis mulibus quaſi in profundo poſitum latitabat, & cum idoneum fuerat poni, obſcuritate inuolutum neceſſario derelictum eſt: quis hoc reprehendere * recto animo poſſit? primo quidem propter ingenij mortalis exiguitatem. deinde propter ipſius rei vitium, quod multis inutilibus permixtum, nullum ſui aduertendum prębuit copiam. dein quod multo vtilius eſt pauca idonea effugere, quàm multis inutilibus homines prægrauare. Mirabile autem aliquid ex his libris emerſit, quod multitudo antiquæ præſente breuitate pauciores inuenitur. homines etenim, qui antea lites agebant, licet multa leges fuerant poſitæ, tamen ex paucis lites perferebant, vel propter inopiam librorum, quos comparare eis impoſſibile erat, vel propter ipſam inſciẽtiam: & voluntate iudicum magis quam legitima auctoritate lites dirimebantur. In præſenti autem conſummatione noſtrorũ D geſtorum e tantis leges collectæ ſunt voluminis-

* hoc corrigendũ. Flo.
* reſtaurãdũ. Fl.
* emẽdationẽ Fl.
* eadem inſtitutione. Flo.
* Fl. quã.
* Huic voci græce hoc reſpondet ἐφαπαξ. de quo vide Am. Aug. lib. 2. cap. 2.
* adprehendere. Flo.

bus: quorũ & nomina antiquiores homines, non dicimus A neſciebant, ſed nec vnquam audiebãt. quæ omnia collecta ſunt ſubſtantia ampliſſima congregata: vt egena quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentiſſima autem breuitas noſtra efficiatur. Antiquæ autem ſapientiæ librorũ copiã maximè Tribonian⁹ vir excellẽtiſſimus præbuit, in quibus multi fuerant, & ipſis eruditiſſimis hominibus incogniti: quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimũ erat, hoc ſemotum in optimam noſtram cõpoſitionem peruenit. Sed huius operis conditores non ſolum ea volumina perlegerunt, ex quibus leges poſitæ ſunt: ſed etiam alia multa, quæ nihil vel vtile vel nouum [in] eis

excepti. Flo. inuenientes, quod excerptũ noſtris Digeſtis applicarent, optimo animo reſpuerunt. Sed quia diuinæ quidem res perfectiſſimæ ſunt, humani vero iuris conditio ſemper in finitum decurrit, & nihil eſt in ea quod ſtare perpetuò poſſit: multas etenim formas edere natura nouas deproperat) B nõ deſperamus, quædam poſtea emergi negotia, quæ adhuc

*innoua ta. Flo. legũ laqueis non ſunt innodata. *Si quid igitur tale cõtigerit, Auguſtum imploretur remediũ: quia ideo imperialem fortunã rebus humanis deus præpoſuit, vt poſſit omnia quæ nouiter cõingũt, & emẽdare, & cõponere, & modis & regulis competentibus tradere. & hoc non primum à nobis dictum eſt, ſed ab antiqua deſcendit proſapia: cum & ipſe Iulianus legum & edicti perpetui ſubtiliſſimus conditor, in ſuis libris hoc retulit: vt ſi quid imperfectum inueniatur, ab imperiali ſanctione hoc repleatur. & non ipſe ſolus: ſed & diuus Hadrianus in compoſitione edicti, & ſenatuſconſulto quod eam ſecutum eſt, hoc apertiſſimè definiuit: vt ſi quid in edicto poſitum non inueniatur, hoc ad eius regulas, eiúſque coniecturas, & imitationes poſſit noua inſtruere auctoritas. Hæc igitur omnia ſcientes patres conſcripti, & omnes orbis terrarum homi- C nes, gratias quidẽ ampliſſimas agite ſummæ diuinitati, quæ veſtris temporibus tam ſaluberrimum opus ſeruauit. quo enim antiquitas digna diuino nõ eſt viſa iudicio: hoc veſtris temporibus indultum eſt. Haſce itaque leges & adorate, & obſeruate, omnibus antiquioribus quieſcẽtibus: nemóque veſtrum audeat vel comparare eas prioribus, vel ſi quid diſſonans in vtroque eſt, requirere: quia omne, quod hic poſitum eſt, hoc vnicum & ſolum obſeruari cẽſemus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, vbi leges neceſſaria ſunt, ex aliis libris, niſi ab iiſdem Inſtitutionibus, noſtriſq; Digeſtis, & cõſtitutionibus à nobis cõpoſitis, vel promulgatis, aliquid vel recitare vel oſtẽdere conetur: niſi tenerator velit falſitatis crimini ſubiectus, vnà cũ udsce,

Flo. rotũ audiẽtiam patiatur. qui eis audientiam accommodauerit, p̃nis grauiſſimis laborare. Ne autem incognitum vobis ſit, ex quibus veterũ libris hæc conſummatio ordinata eſt: iuſſimus & hoc D in primordiis Digeſtorum noſtrorum inſcribi: vt manifeſtiſſimum ſit, ex quibus legiſlatoribus, quibúſque libris eorum, & quot milibus hoc iuſtitiæ Romanæ templum ædificatum eſt. Legiſlatores autem vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos & anteriores piiſſimi principes admittere nõ ſunt indignati: omnibus vno dignitatis apice impertito, nec ſibi quoquam*

cuidã Flo. aliquam prærogatiuam vindicante. cum enim cõſtitutionum vicem & has leges obtinere cenſuimus, quaſi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibuſdam eſſe intelligatur, cum vna dignitas, vna poteſtas omnibus eſt indulta? Hoc autem, quod & ab initio nobis viſum eſt, cum hoc opus fieri deo adnuente mandabamus: tempeſtiuũ nobis videtur & in præſenti ſancire: vt nemo neque eorum, qui in præſenti iuris peritiam habent, neque qui poſtea fierent, audeat commentarios hiſdem legibus adnectere: niſi tantum ſi velit eas in Græcam vocem tranſformare ſub eodem ordine, eaque conſequentia, ſub qua & voce Romana poſita ſunt, hoc quod Græci κατὰ πόδα† dicunt, & ſi quis forſitam per titulorum ſubtilitatem adnotare maluerint, & ea quæ παράτιτλα nuncupantur, componere. alias autem legum interpretationes, imò magis peruerſiones eos facere non concedimus: ne verboſitas eorum aliquid legibus noſtris adferat ex confuſione dedecus: quod & in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum eſt, qui opus moderatè conſectũ huc atque illuc in diuerſas ſententias producentes, in infinitũ detraxerunt, vt penè omnem Romanam ſanctionem eſſe confuſam [cerneres.] Quos ſi paſſi non ſumus: quemadmodum poſteritatis admittatur vana diſcordia?

† id eſt, iuxta pedẽ. quod verò hoc loco ſignificet, vide Alciat. Parerg. l. II. cap. 6.

* Vide Anto. Auguſt. lib. 2. ca. 1.

Si quid autem tale facere auſi fuerint: ipſi quidẽ falſitatis rei conſtituantur, volumina autem eorũ omnino corrumpantur. Si quid vero (vt ſuprà dictum eſt) ambiguum fuerit viſum: hoc ad Imperiale culmen per iudices referatur, & ex auctoritate Auguſta manifeſtetur, cui ſoli conceſſum eſt leges & condere, & interpretari. Eandẽ autem pœnam falſitatis conſtituimus & aduerſus eos, qui in poſterum leges noſtras per ſignorum* obſcuritates auſi fuerint cõſcribere. omnia enim, id eſt & nomina prudẽtium, & titulos, & librorum numeros, per conſequentias literarum volumus, non per ſigna* manifeſtari: ita, vt qui talẽ librum ſibi parauerit, in quo ſigna* poſita ſunt in qualẽcunque locum libri vel voluminis, ſciat inutilis ſe eſſe codicis dominum. neque enim licẽtiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacunque ſua parte ſignorum* habet malitias. Ipſe autem librarius, qui eas inſcribere auſus fuerit: non ſolũ criminalis pœna (ſecundum quod dictum eſt) plectetur, ſed etiã libri æſtimationem in duplũ domino reddet, ſi & ipſe dominus ignorans talem librum vel comparauerit, vel confici curauerit. quod & antea à nobis diſpoſitum eſt in Latina conſtitutione, & in Græca, quam ad legum profeſſores dimiſimus. Leges autem noſtras, quas in his codicibus, id eſt Inſtitutionum ſeu elementorum, & Digeſtorum vel Pandectarum poſuimus: ſuum obtinere robur ex tertio noſtro felicitiſſimo ſancimus conſulatu præſentis duodecimæ indictionis, tertio Kalendas Ianuarias, in omne æuum valituras, & vnà cum noſtris conſtitutionibus pollentes, & ſuum vigorem in iudiciis oſtendẽtes in omnibus cauſſis, ſiue quæ poſtea emerſerint, ſiue quæ in iudiciis adhuc pẽdent, nec eas iudicialis vel amicalis forma cõpeſcuit. quæ enim iam vel iudiciali ſententia finita ſunt, vel amicali pacto ſopita: hæc reſuſcitari nullo voluntis modo. Bene autem properauimus in tertium noſtrũ Conſulatũ & has leges edere: quia maximi dei & domini noſtri Ieſu Chriſti auxiliũ, felicitiſſimum eũ noſtræ reipublicæ donauit: cum in hunc & bella Parthica abolita ſunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mũdi nobis adcreuit. poſt Europam enim & Aſiã & tota Libya noſtro imperio adiuncta eſt, & tanto operi legum caput impoſitum eſt, omnia cœleſtia dona noſtro tertio conſulatui indulta.

* Flo. ſigla. * ſigla. * ſiglorum.

Omnes itaque iudices noſtri pro ſua iuriſdictione eaſdẽ leges ſuſcipiant*: & tam in ſuis iudiciis, quàm in hac regia vrbe habeant, & proponant, & præcipuè vir excelſus huius almæ vrbis præfectus. curæ antẽ erit tribus excelſis præfectis prætorii, tam orientalibus, quàm Illyricis, necnon Libycis per ſuas auctoritates omnibus qui ſuæ iuriſdictioni ſuppoſiti ſunt, eas manifeſtare. Data ſeptimodecimo Kalẽ. Ianua. Juſtiniano domino noſtro ter Cõſule.

* ſuſpiciant.

EN ONO-

ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΥ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, Φλάβιος, Ἰουστινιανός, Ἀλαμανικός, Γοτθικός, Φραγγικός, Γερμανικός, Ἀντικός, Ἀλανικός, Βανδαλικός, Ἀφρικανός, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἰνδικτος, πανευτὴς, προπάτωρ, ἀκοίκητος Ἀνύμους τοῖς τὸ μεγάλον βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ καὶ σώζουσι τοῖς ἐπικρατείας ἡμῶν φύλαξι.

ΕΔΩΚΕΝ ἡμῖν ὁ θεὸς μετὰ τὴν πρὸς Πέρσας εἰρήνην, μετὰ τὸ κατὰ Βανδίλων τροπαῖον, καὶ τὴν ὅλην Λιβύης κτῆσιν, καὶ τὴν τῆς ἐνδοξοτάτης Καρχηδόνος ἐπανάληψιν, καὶ τὸ τῆς ἐπαναστάσεως εἰς πέρας ἀγαγεῖν τῶν πρὸ ἡμῶν βασιλευκότων ὑπὲρ οὐδὲ εἰς νοῦν βαλέσθαι ἦλπισεν ἄν, ὅτε δικαίως ὅλως αὐτὸ ἂν ἐνομίσθη νεμεσητίαν τῇ τῆς πρεσβυτέρας μίξει τῶν ων, εἴπερ ἀμφὶ τὰ χίλια ὄντα ἐν τοῖς ἄλλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι πρὸς ἅπασαν αἴσιον συμφωνίαν τε καὶ διαφωνίαν, καὶ τὸ μὴ μαχόμενον, αὐτῆς ἐξελεῖν· τὸ δὲ ταὐτόν τε καὶ ὅμοιον ἐξωθῆσαι, μίαν δὲ αὐτῇ κάλλους εἰδέαν παραχεῖν, ὥστε ἕνα τὸν κείμενον ἐφ' ἑκάστῳ καθίστασθαι φάρμακα νόμον τῆς ἀνωθενοῦς, καὶ τῆς ἐκεῖθεν φιλανθρωπίας ἴδιον ἦν, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνης τινὸς διανοίας, ἢ ἐγχειρήσεως, ἢ δυνάμεως ὅλως. ἡμεῖς οὖν, τοῦτο δὲ τὸ συμπεσὸν ἡμῖν, τὰς χεῖρας εἰς θεὸν ἀνατείναντες, καὶ αἰτήσαντες ἡμῖν αὐτὸν συλλαβεῖν, ἐνισχυσθέντες τε καὶ τὸ σφῶν ἐξειργασάμεθα· Τριβωνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ καὶ ὑπὲρ τοῦ κυρίου τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου, καὶ ὑπάτων πρὸς τῷ ὅλῳ ὑπουργίαν χρεαμένοις, καὶ τισιν ἄλλοις ἐνδόξοις τε καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν· ἑαυτῶν τε μὴ ἀεὶ τὸ γιγνόμενον, τὸ δὲ ἀμετρεβλητότατον μανθάνοντες, σαφῶς δὲ ἐκ τῆς ἐνδιδομένης ἡμῖν παρὰ τοῦ θείου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώσεώς τε καὶ θαλπωῆς ἐπιλαθόντες πέρας προσῆκον τοῖς μὴ εἰς ὑπερβολὴν ἐνσεβεῖς διατάξεσιν ἤδη πρότερον δώδεκα βιβλίοις περιειλαντες, τὸ τῆς ἡμετέρας ἐνσεβείας ἐπώνυμον σωτιθέαμεν βιβλίον· νοῦ δὲ τὰς ἁπάντων τῶν ἔμπροσθεν νεμοθετησάντων, συναλαγόντες γνώμας ἐκ τοῦ πλείους ἀπείρους* βιβλίων, ἅπερ ἓν μὲν ἀμφὶ τὰ δισχίλια, ἀριθμὸν δὲ ἔχον στίχων μυριάδων τριακοσίων, ὅπερ ἐμμετρότατόν τε ἅμα καὶ ἐνσυνοπτότατον συνηλάγομεν ἄθροισμα. πεντήκοντα οὖν τὰ πάντα συνεποιήμεθα βιβλία τὰ νοῦ, ἄνωθεν συναγαγόντες τὸ χρήσιμον, καὶ ἁπάσας τὰς ζητήσεις ταμόντες, καὶ μηδὲν καταλιπόντες ἔτι, σασαζόμενον, ὅπερ βιβλίον DIGESTA, εἴτε παρὰ δίκαια προσηγορεύσαμεν, ἐκ τε τῶν νόμων ἔχον διαιρέσεις τε καὶ διατυπώσεις, ἐκ τε τοῦ τὸ πᾶν εἰς ἓν ἀθροισθὲν ὑποδέξασθαι, ταύτῃ αὐτοῦ θέμενοι πρὸ προσηγορίαν· οὐ παρέργως τε πάντα καὶ δέκα μυριάδων στίχων ἀριθμὸν αὐτοῦ δόντες, καὶ οἷς ἐπὶ τοῦτο διαθέμενοι πραγματείας, τοῦτο οὐ παρέργως, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀριθμῶν φύσεως τε καὶ ἁρμονίας σχεδὰ ἁπάσης. τά τε γὰ καλούμενα παρὰ πᾶσι ΠΡΩΤΑ, ἐν τέσσαρσι τεθείμεθα βιβλίοις· ἐφεξῆς τε τὰ DE IVDICIIS, ἐν ἑπτὰ ἑτέροις ἐπὶ ἑπτά. καὶ τὰ DE REBVS, οὐκ ἐν πλείοσι τῶν ὀκτώ. Τὸ δὲ ἐφεξῆς τοῦ συγγράμματος μέρος, ὅπερ δὴ τέταρτόν τε ἅμα ἥμισυ ὂν τοῦ παντὸς, αὐτὸ

IN NOMINE DOMINI ET DEI NOSTRI Iesu Christi.

Imperator Cæsar, Flauius, Iustinianus, Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, semper Augustus, magno Senatui, & populo, & vniuersis nostræ ditionis vrbibus.

TRIBVIT nobis dominus pace cum Persis inita, & trophæo de Vandalis erecto, atque in ditionem nostram redacta tota Libya, ipsáque inclyta Carthagine recepta, vt ab his, qui ante nos imperarunt, latarum legum instaurationem ad eum finem perduceremus, ad quem perduci aut vllo modo perfici posse, ne cogitare quidem vllus, nedum sperare potuisset. antiquæ vsque ad quæ penè in mille non in aliis modò, sed in Imperialibus quoque constitutionibus in omnem spirare concordiam, & discordiam, & exempto si quid in eis pugnans fuit: similibúsque omnibus remotis vnam illi pulcherrimam quandam formam ita comparare, vt vna tantùm de singulis controuersiis lex posita haberetur: cœlesti prouidentiæ & in homines beneuolentiæ peculiare fuit: humano verò ingenio & conatu atque facultate perfici nullo modo potuit. Nos igitur pro consuetudine nostra, manibus ad Deum sublatis, & eius implorato auxilio, opus ipsum adgressi sumus, quod & postea absoluimus, Triboniani illustrissimi magistri & exquæstoris sacri nostri Palatij & exconsulis subsidio præcipuè freti, aliquot etiam aliis illustribus & prudentibus hominibus adhibitis, à quibus res singulas ita vt opus procedebat sciscitati, & eorum quæ ipsis dubia videbantur, certiores facti, omnibus demum pro ea intelligentia quæ nobis à domino & seruatore nostro Iesu Christo concessa est, perpensis & digestis consentaneum tandem finem imposuimus. Piis igitur Constitutionibus iam ante in duodecim libros digestis, librum nostro nomine inscriptum composuimus: nunc autem coactis antiquorum legislatorum sententiis, ex multitudine librorum plus minus duorum millium, vt numerum versuum tricies centenorum millium ad minimum cõtinerent, in dimensum & compositum aceruum redegimus. Omnes igitur superiores libros ad numerum quinquaginta coëgimus, omnia quæ vtilia erant (quæstionibus omnib⁹ amputatis, nullaq; repugnãtia relicta) coaceruantes: eiáque libro Digestorum seu Pandectarum nomen imposuimus: propterea quòd legum definitiones & constitutiones in se contineret, omniaque vno quodam complexu coërceret, versúsque illi non plures quàm centum quinquaginta mille relinquentes. Porrò autem opus ipsum in septem tractatus distinximus, neque tamen id temere aut fortuitu, atque inconsultò, sed ad ipsam numerorum naturam & harmoniam spectantes. nam quæ vulgò τὰ πρῶτα nominantur, ea quatuor libris conclusimus: quæ verò DE IVDICIIS, septem aliis libris: quæ DE REBVS, non pluribus quàm octo: reliquam autem operis partem, quæ quarta est, & totius dimidia,

Codex Iustinianeus.

Digesta.

Pandectarum nomen.

Ad hunc locum vide Alciatum, lib. Parerg. 11. ca. 11.

b *Tribunus plebis fieret*. Nota aliquem ex dolo ſuo præmiũ conſequi. & facit ĩ. ad municip. l. Titio in fi. ĩ. reſpon. in glo. indiuiſſet. & ĩ. de fu. & legi. l. inteſtato. §. is plane. Arg. contra C. de fur. & ſer. cor. l. ſi quis ſeruo alieno. Vel dic quòd hoc fecit populus ignorans eius factum.

Præmiũ cõſequuntur quæ ex dolo ſuo.

c *Papirianum*. vt ĩ. ea. l. in fi. ĩ. reſpon.

d *Secederet*. in montẽ Auentinũ, qui eſt Romæ: vt ĩ. §. initiũ. & ibi dicitur occaſio diſcordiæ. Accurſius.

e *De plebiſcitis*. ſ. an obſeruarentur, an non.

Flauianu ius.

f *Eſſet*. vnum à populo toto, alterum à plebeis tantùm: ſed poteſtas eſt ſimilis: quia vtrumque habet vigorem legis: vt hic, & inſtit. de iure natur. §. plebiſcitum.

Aelianũ ius.

g *Diſcidium*. Nota vtrum inueſtitatem vel plures difficulter cõtenture. & facit ĩ. de adqui. poſſ. l. j. §. fina. & ĩ. de lib. vni. l. j. §. ſed an omnino. & ĩ. de arbi. l. ité ſi vn⁹. §. fi. Arg. contra ĩ. qd metu. l. metũ. §. animaduertẽdũ. & facit ad hũc §. inſt. de iur. nat. §. ſenatuſcõſulũ. & in aut. de referẽ. §. pen. coll. ij.

Plures in vnum actũ diſſentiunt.

Plebiſcita.

h *Obſeruabatur*. à populo.

i *Magiſtratus*. id eſt prætores.

k *Quiſque*. ſcilicet actor vel reus.

l *Rebus dictãtib⁹*. No. cõmodius ré per vnum expediri. ſic ĩ. de admi. tut. l. iij. §. apparet.

m *Per partes*. quia primò de populo ad ſenatũ ventũ eſt, & nunc de ſenatu ad principẽ.

n *Lege*. hic ponitur ℔ lege xij tabularum.

Senatuſconſulta.

o *Sine lege*. id eſt ſine interrogatione populi. nec enim in ſenatuſcõ. interrogatur populus, vt fiebat in cõpoſitione legis: vt inſti. de iure nat. §. ſex. & facit ad hunc §. in d. inſtit. §. ſed quod princi.

† *Nẽpe eo anno. C. enim Cornelio legẽ tertiũ tulit, vt prætores ex edictis ſuis perpetuum dicerent, vt aſſ. annus eſt in Cornelia ma. quæ res, inquit, am bitioſis*

p *Expoſuimus*. in ſuis locis.

q *Parum eſt*. not. & facit C. de ludẽ. l. nullus.

r *Reddere poſſint*. ſcilicet magiſtratus.

*reddere.

s *Produci*. not. & facit ĩ. de iure fiſ. l. nõ intelligit. §. diui fratres.

t *Quod ad magiſtratus*. alias eſt hic §. & legis actiones compoſitæ ſunt. Omnium tamen harum & interpretãdi ſcientia, & actiones, apud collegium Pontificum erant: ex quibus [a] conſtituebatur quis quoquo anno præeſſet priuatis. Et ferè popul⁹ annis propè centum hac cõſuetudine vſus eſt. Poſtea cum Appius Claudi⁹ propoſuiſſet, *& ad formam redegiſſet has actiones, Gnæus Flauius ſcriba eius, libertini filius, ſubreptũ librũ populo tradidit: & adeò gratũ fuit id munus populo, vt tribunus plebis fieret, [b] & ſenator, & [B] ædilis curulis. Hic liber q actiones continet, appellatur ius ciuile Flauianum: ſicut ille, ius ciuile Papirianũ. [c] nã nec Gnæus Flauius de ſuo quicquam adiecit libro. Augeſcente ciuitate, quia decrãt quędam genera agendi, non poſt multum temporis ſpacium Sextus Aelius aliàs actiones compoſuit: & librum populo dedit, qui appellat⁹ Ius Aelianum. Deinde cum eſſet in ciuitate lex duodecim tabularum, & ius ciuile, eſſent & legis actiones: euẽnit vt plebs in diſcordiam cũ patribus perueniret, & ſecederet, [d] ſibique [C] iura conſtitueret. quæ iura plebiſcita vocantur. Mox cum reuocata eſſet plebs: quia multæ diſcordiæ naſcebantur de his plebiſcitis, [e] pro legibus placuit & ea obſeruari, lege Hortenſia: & ita factum eſt vt inter plebiſcita, & legem, ſpecies conſtituendi intereſſent, poteſtas autem eadem eſſet. [f] Deinde quia difficilè plebs conuenire cœpit, populus certè multo difficilius, [g] in tanta turba hominum: neceſſitas ipſa curam Reipublicæ ad ſenatum deduxit. Ita cœpit ſenatus ſe [D] interponere: & quicquid conſtituiſſet, obſeruabatur: [h] ídque ius appellabatur Senatuſconſultum. Eodem tempore† & magiſtratus[i] iura reddebant. & vt ſcirent ciues quòd ius de quaque re quiſque [k] dicturus eſſet, ſeque præmuniret: edicta proponebant. quæ edicta Prætorum ius honorarium cõſtituerũt. Honorarium dicitur, quòd ab honore prætoris venerat. Nouiſsimè ſicut ad pauciores iuris cõſtituendi via tranſiſſe, ipſis rebus [l] dictantibus, videbatur: per partes [m] e-

[A] uẽnit, vt neceſſe eſſet Reipublicæ per vnum conſuli. Nam ſenatus non perinde omnes prouincias probè gerere poterat. Igitur conſtituto principe, datum eſt ei ius, vt quod conſtituiſſet ratum eſſet. Ita in ciuitate noſtra aut iure, id eſt lege [n] conſtituitur: aut eſt proprium ius ciuile, quod ſine ſcripto in ſola prudentium interpretatione, conſiſtit: aut ſunt legis actiones, quæ formam agendi continent: aut plebiſcitum, quod ſine auctoritate patrum eſt conſtitutum: aut eſt magiſtratuum edictum, vnde ius honorarium naſcitur: aut ſe natuſconſultum, quod ſolùm ſenatu conſtituente inducitur ſine lege: [o] aut eſt principalis conſtitutio, id eſt vt quod ipſe princeps conſtituit, pro lege ſeruetur. Poſt originem iuris & proceſſum cognitum, conſequens eſt vt de magiſtratuũ no minibus & origine cognoſcamus: quia, vt expoſuimus, [p] per eos qui iuri dicundo præſunt, effectus rei accipitur. Quãtũ* eſt [q] enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint qui iura regere* poſſint? [r] Poſt hoc dein de auctorũ ſucceſſione dicemus: quòd conſtare non poteſt ius, niſi ſit aliquis iuriſperitus per quem poſſit cottidie in melius produci.' Quod ad magiſtratus' attinet, initio ciuitatis huius conſtat Reges omnem poteſtatem habuiſſe. Iiſdem temporibus & tribunum Celerum [v] fuiſſe conſtat. is autem erat qui equitibus [x] præerat, & velut ſecũdum locum à regibus obtinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit regis eiiciendi.

Reges.

Tribunus Celerum.

Exactis [y] deinde regibus, Conſules conſtitui ſunt duo: penes quos ſummũ ius vti eſſet, lege rogatum [z] eſt. Dicti ſunt ab eo, quòd plurimùm Reipub. icæ cõſulerent. [a] qui tamen ne per omnia regiam poteſtatẽ ſibi vindicarent, lege lata factum eſt, vt ab eis prouocatio eſſet, néve poſſent in caput ciuis Romani animaduertere iniuſſu [b] populi: ſolum relictum eſt illis, vt coẽrcere poſſent, & in vincula publica duci iuberent. Poſt deinde cũ cenſus iam maiori tempore agendus eſſet, & conſules non ſufficerent huic quoq; officio, Cenſores cõſtituti ſunt. Populo deinde auctο, cũ crebra orirentur bella, & quędam acriora à finitimis [c] inferrẽtur: interdũ re exigẽte placuit maioris poteſtatis magiſtratũ conſtitui. itaque dictatores proditi ſunt: à quib⁹ nec prouocãdi ius fuit: & quib⁹ etiã capitis animaduerſio data eſt. Hũc magiſtratũ, quoniam ſummã poteſtatẽ habebat, nõ erat fas vltra ſextũ menſem [d] retinere. & his dictatoribus magiſtri equitũ iniungebantur, * ſic quo modo regibus tribuni celerũ. quod officium ferè tale erat, quale hodie † præfectorũ prętorio: [e] magiſtratus tamẽ habebantur legitimi. Iiſdẽ tẽporibus cũ plebs à patribus ſeceſſiſſet, anno ferè ſeptimodecimo poſt reges exactos, [f]

Conſules.

Cenſores.

Dictatores.

Magiſtri equitũ.

* iungebantur.

† Gallo Cõeſtabilẽ vocãt. Aeg. Perri.

non ibi, initio ciuitatis.

*prætoriũ gratiam ſuſtulit: & variè ius dicere ſolebãt. Princeps.

v *Celerum*. id eſt militum qui celeres ſunt.

x *Equitibus*. qui celeres ſunt.

y *Exactis*. id eſt expulſis.

z *Rogatum*. i. interrogatum: quod in conſtituenda lege fiebat.

a *Conſulerent*. & facit vt nomen ſit conueniens rei: vt C. de defenſo. ciuita. l. defenſores nihil. & inſti. de dona. §. eſt & aliud.

b *Iuſſu*. aliàs niſi iuſſu. i. ſine iuſſu. & hoc in criminalibus cauſis.

c *A fundamo*. Id eſt ab his qui poſiti erant in confinibus.

d *Sextũ menſem*. Not. ſic fit Bononiæ. & facit ĩ. de offic. procon. l. antepen. & facit ad §. iſtum ĩ. de offic. præfec. præto. l. j. §. j.

e *Magiſtratus*. priores: qui ſcilicet prius erant cõſtituti, nec erant tãtæ poteſtatis, quantæ erat hic nouus: vt ĩ. eod. §. populo deinde auctο.

f *Exactos*. hic ſignatur contra ĩ. eo. §. exactis. in fin. §. vbi dicit, prope xx. an. & hic dicit xvij. ſed dic q̃ bis fuerunt expulſi: ibi de prima expulſione ante

* *Parũ.*

Tribuni plebis.

legẽ xij. tab. hic de alia poſt legẽ prædictã. vel dic parum diſtare inter vtrũque numerum: maxime cum hic ponit ferè, & ibi prope.

a *In monte.* Auentino.

b *Scita.* id eſt ſtatuta.

c *Quòd inquirenda.* facit ſ. de offic. quæſto. l. vlti.

d *Latum eſt.* id eſt dictũ eſt inter prudentes.

Aediles.

e *Abdicarent.* immò videtur quòd non poſſit abdicare: vt infra de offi. præſi. l. penultima contra ſed hic fecit in manu populi: ſed per ſe non poſſet, vt ibi.

Quæſtores.

f *Suffecit.* id eſt alios magiſtratus loco ſui cõmittere: id eſt vt nulli eis ſuffragari tuerentur.

g *Appium Claudium.* iudicem quendam.

h *Vim latam* id eſt ſententias. ADDITIO. In hunc locum vide Liuium lib. 3. ab vrbe cõdita. Alex. ab Alex. lib. 6. ca. 10. Caelium Rhodig. lib. 9. cap. 13.

Quæſtores parricidij.

i *Amore virginis.* Not. hic forte euenit. infra de minor. l. Aemilius in fin. & C. de arbitr. l. arbitrorum.

Decẽuiri.

k *Inhonestum.* dictus Virginius. Accur.

* magiſtratus.

l *Obſeruantia.* quæ erat vt ſi aliquis vellet aliquam ſibi in vxorem copulare, ſupponebatur aliquis qui eã peteret in ſeruitutem, quaſi eſſet ſeruus: & iudex pronũciabat illã liberã eſſe: & ſic poſtea fiebat matrimonium. Forte iunex captus amore virginis iudicauit eam eſſe ancillam.

Virginius.

m *Vindicias.* id eſt ſententias vel ſententiam, hic dictam à Vindicio Vitelliorum ſeruo: vel ſunt verba ſolemnia pro libertate danda.

† Vide Aul. Gell. lib. 3. cap. 3.

n *Detexerat.* hæc eſt interpoſitio.

o *Et.* repete, & cum.

p *Caſtitatem.* hęc enim ſola poſſibilis eſt hominũ animas deo præſentare: vt in auth. de leno. §. ſancimus. & §. ij. collat. iij.

* Liuius lib. 2. Vim diem cum appellatur.

q *Necati.* magiſtratus prædicti.

r *Receptus.* quem ante legẽ xij. tabu. habebat.

s *Deinde cum poſt aliquot annos.* iſti ſex mot anni fuerunt plus ex cẽtum & xvij. vt probatur ſ. eo. §. omnium tamen. & §. eiſdem temporibus cum pleno.

tribunos ſibi in monte[a] Sacro creauit: qui eſſent plebeij magiſtratus. dicti tribuni, quòd olim in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur: vel quia tribuum ſuffragio creabantur. Itemque vt eſſent qui ædibus præeſſent in quib[b] omnia ſcita[b] ſua plebs deferebat, duos ex plebe conſtituerũt: qui etiã ædiles appellati ſunt. Deinde cũ ærarium populi auctius eſſe cœpiſſet: vt eſſent qui illi præeſſent, conſtituti ſunt quæſtores qui pecuniæ præeſſent, dicti ab eo quòd inquirendæ[c] & conſeruandæ pecuniæ cauſa creati erãt. Et quia (vt diximus) de capite ciuis Romani iniuſſu populi non erat lege permiſſum cõſulibus ius dicere: propterea quæſtores conſtituebantur à populo, qui capitalibus rebus præeſſent. hi appellabuntur quæſtores parricidij: quorum etiã meminit lex duodecim tabularum. Et cum placuiſſet leges quoque ferri, latum eſt[d] ad populũ, vti omnes magiſtratu ſe abdicarent. [e]quo decemuiri cõſtituti anno vno, cum magiſtratum prorogarent ſibi, & cum iniurioſe tractarent, neque vellent deinceps ſufficere[f] magiſtratibus*, vt ipſi & factio ſua perpetuò Reſpublicam occupatam retinerent: nimia atque aſpera dominatione eò rem perduxerant, vt exercitus à Republica ſecederet.

Initiũ fuiſſe ſecceſſionis dicitur Virginius quidam: qui cũ animaduertiſſet Appium Claudium[h] contra ius, quod ipſe ex vetere iure in duodecim tabulas tranſtulerat, vindicias[h] filiæ ſuæ à ſe abdixiſſe†, & ſecũdum eum, qui in ſeruitutem ſupposi tus ab eo petierat, dixiſſe: captúmque amore virginis[i], omne fas ac nefas miſcuiſſe: indignatus[k] quòd vetuſtiſſima iuris obſeruantia[l] in perſona filiæ ſuæ defeciſſet, vtpote cum Brutus, qui primus Romæ conſul fuit, vindicias[m] ſecundum libertatem dixiſſet in perſona Vindicis* Vitelliorũ ſerui, qui proditionis coniurationem indicio ſuo detexerat, [n] & [o]caſtitatem[p] filiæ, vitæ quoque eius præferendam putaret, arrepto cultro de taberna lanionis, filiam interfecit, in hoc ſcilicet, vt morte virginis cõtumeliam ſtupri arceret: ac protinus recens à cæde, madentéque[q] adhuc filiæ cruore, ad commilitones confugit: qui vniuerſi de Algido, †vbi tunc belli gerendi cauſa legiones erant, relictis ducibus priſtinis ſigna in Auẽtinum tranſtulerũt: omniſque plebs vrbana mox eodem ſe contulit: pupulique conſenſu partim in carcere necati[q]. ita rurſus reſpublica ſuum ſtatum recepit[r]. Deinde cum poſt aliquot annos[s] quàm duodecim tabulæ latæ ſunt, & plebs contenderet cum patribus, & vellet ex ſuo quoque corpore cõſules creare, & patres recuſarent: factum eſt vt Tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus, conſulari poteſtate, hique conſtituti ſunt vario numero. interdum enim viginti* fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores. Deinde cum placuiſſet creari etiam ex plebe cõſules: cœperunt ex vtroque corpore conſtitui. Tunc vt aliquo pluris patres haberent, placuit duos ex numero patrum conſtitui. ita facti ſunt ædiles curules. Cúmque conſules auocarẽtur bellis finitimis, neque eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet, factum eſt, vt prætor quoque crearetur, qui vrbanus appellatus eſt, quòd in vrbe ius redderet. Poſt aliquot deinde annos non ſufficiente eo prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus eſt & alius prætor, qui peregrinus appellatus eſt, ab eo quòd plerunq; inter peregrinos ius dicebat. Deinde cum eſſet neceſſarius magiſtratus qui haſtæ[t] præeſſet, decemuiri in litibus iudicandis conſtituti ſunt. eodem tempore & quatuoruiri, qui curam viarum gererent: & triumuiri monetales æris, argẽti, auri flatores: & triumuiri capitales, qui carceris cuſtodiam haberent: vt cum anima duerti oporteret, interuentu eorũ fieret. Et quia magiſtratibus veſpertinis temporibus[v] in publicum eſſe inconueniens erat, quinqueuiri cõſtituti ſunt cis Tiberim, & vltis Tiberim, qui poſſent pro magiſtratibus fungi. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia: toti ſẽ prætores, quot prouinciæ in ditionem[x] venerant, creati ſunt: partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent. Deinde Cornelius Sulla quæſtiones publicas cõſtituit: veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis: & prætores quatuor adiecit. Deinde Gaius Iulius Cæſar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præeſſent, & à Cerere[y] Cereales conſtituit. Ita duodecim prætores, ſex ædiles ſunt creati. Diuus deinde Auguſtus ſe decim prætores conſtituit: poſt deinde diuus Claudius duos prætores adiecit, qui de fideicommiſſo[z] ius dicerent: ex quibus vnũ diuus Titus detraxit: & adiecit diuus Nerua qui inter fiſcũ & priuatos ius diceret. Ita decẽ & octo prætores in ciuitate ius dicũt. Et hæc omnia, quotiens in republica ſunt magiſtratus, obſeruantur. quotiens autem proficiſcuntur, vnus relinquitur qui ius dicat. is vocatur præfectus vrbi. qui præfectus olim conſtituebatur: poſtea ferè

t *Qui haſta præeſſet.* alias etiã, id eſt frumẽto publico. Alij habent haſtæ, & exponunt, id eſt patriaſtræ, id eſt exercitui. & alij habent Veſtæ, & eodem modo expunitur. Accur.

* maleficique.

† Subaudi, more, ſicut paulo poſt cõ de Auẽtino monte.

v *Peſſerinis temporibus.* quia vſque ad nonam in publico morabantur, vt debent: ſed hodie delegati à mane vſq; in ſero: vt in auth. de iudi. §. ſedebunt. collat. vj. & cõtra. ſ. de fer. l. more. & extra de offic. & poteſt. delega. ca. conſuluit.

x *In dictionem.* i. in poteſtatem Romanam. Accur.

y *A Cerere.* id eſt de frugum, ſine mentum.

z *De fideicommiſſis.* facit inſtit. de fideicommiſſ. hęre. §. j.

Tribuni militum.

* ſeni. Budeus.

Aediles curules.

Prætor vrbanus.

Prætor peregrinus.

Decẽuiri

Quatuoruiri.

Triumuiri monetales.

Triumuiri capitales.

Quinqueuiri.

Aediles Cereales.

Præfectus vrbi.

Latinarum*feriarum cauſa introductus eſt:& quotannis obſeruatur. Nã præfectus annonæ,& vigilum, non ſunt magiſtratus,[b] ſed extra ordinem vtilitatis cauſa conſtituti ſunt, & tamen hi quos Ciſtiberes diximus,poſtea ædiles ſenatuſconſulto creabantur. Ergo ex his omnibus decẽ tribuni plebis, conſules duo,decẽ & octo prætores,ſex ædiles in ciuitate iura reddebant.

Iuris ciuilis ſciẽtiam plurimi & maximi viri profeſſi ſunt:ſed qui eorum maximæ dignationis apud populum Romanum fuerunt,eorũ in præſentia mentio habenda eſt: vt appareat à quibus & qualibus hæc iura orta & tradita ſunt. Et quidem ex omnibus qui ſcientiam nancti ſunt,ante Tiberium*Coruncanium publicè profeſſum[c] neminem traditur : cæteri autem ad hunc vel in latẽti ius ciuile retinere cogitabant: ſolúmque conſultatoribus vacare potius, quàm diſcere volẽtibus ſe præſtabant. Fuit autem in primis[d] peritus Publius*Papirius, qui leges regias in vnum contulit. Ab hoc Appius Claudi[e], vnus ex decemuiris, cuius maximũ conſilium in duodecim tabulis ſcribendis fuit. Poſt hunc Appius Claudius eiuſdem generis[f] maximã ſcientiã habuit. hic Centemmanus*appellatus eſt: Appiam viam ſtrauit,& aquam Claudiam induxit : & de Pyrrho[f] in vrbe non recipiendo ſententiam tulit. Hunc etiam actiones ſcripſiſſe traditũ eſt, primum de vſurpationibus: qui liber non exſtat. Idem Appius Claudius, qui videtur ab hoc proceſſiſſe, R literam inuenit[g], vt pro*Valeſij Valerij eſſent,& [p] Fuſiis Furiis. Fuit poſt eos maximæ ſciẽtiæ Sempronius, quem populus Romanus σοφὸν[h] appellauit: nec quiſquam ante hunc aut poſt hunc hoc nomine cognominatus eſt. Gaius Scipio Naſica:qui optimus à ſenatu appellatus eſt: cui etiam publicè domus in Sacra via data eſt, quò facilius conſuli poſſet. Deinde Quintus Mucius[i], qui ad Carthaginienſes miſſus legatus, cum eſſent duæ teſſeræ[k] poſitæ,vna pacis,altera belli : arbitrio ſibi dato vtram vellet referret Romam, vtramque ſuſtulit : & ait Carthaginienſes petere debere, vtram mallent accipere. Poſt hos fuit Tiberius*Coruncanius(vt dixi) qui primus profiteri cœpit : cuius tamen ſcriptum nullum extat : ſed reſponſa complura & memorabilia eius fuerunt. Deinde Sextus Aelius, & frater eius Publius Aelius,& Publius Atilius,mæxi-

mam ſcientiam in profitendo habuerunt : vt duo Aelij etiam conſules fuerint. Atilius autem primus à populo ſapiens appellatus eſt[l]. Sextum Aelium etiam Ennius laudauit : & exſtat illius liber, qui inſcribitur Tripertita : qui liber veluti cunabula iuris continet. Tripertita autem dicitur,quoniam lege duodecim tabularum præpoſita, iungitur interpretatio : dein ſubtexitur legis actio. Eiuſdem eſſe tres alij libri referuntur, quos tamen quidam negant eiuſdẽ eſſe. Hos ſectatus ad aliquid eſt Cato. Deinde Marcus Cato, princeps Porciæ familiæ: cuius libri exſtant : ſed plurimi filij eius, ex quibus cæteri oriuntur. Poſt hos fuerunt Publius Mucius, & Brutus, & Manilius, qui fundauerunt ius ciuile. Ex his Publius Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus ſeptem, Manilius tres : & extant volumina ſcripta, Manilij monumenta. Illi duo conſulares fuerunt, Brutus Prætorius : Publius autem Mucius etiam pontifex maximus. Ab his profecti ſunt Publius Rutilius Rufus, qui Romæ conſul, & Aſiæ proconſul fuit : Paulus Verginius: & Quintus Tubero ille Stoicus, Panſæ*auditor, qui & ipſe conſul. etiam Sextus Pompeius Gnæi Pompeij patruus fuit eodem tempore: & Cœlius Antipater, qui hiſtorias conſcripſit : ſed plus eloquentiæ[m] quàm ſcientiæ iuris operam dedit. Etiam Lucius Craſſus frater Publij Mucij, qui Mucianus dictus eſt. hunc Cicero ait iuriſconſultorum deſertiſsimum.

Poſt hos Quintus Mucius, Publij filius, pontifex maximus,ius ciuile primus conſtituit , generatim in libros decem & octo redigendo. Mucij auditores fuerunt complures:ſed præcipuę auctoritatis Aquilius Gallus,Balbus Lucillius,Sextus Papiri[o], Gaius Iuuentius: ex quibus Gallum maximæ auctoritatis apud populum fuiſſe Seruius dicit. Omnes tamen hi à Seruio Sulpicio nominantur : alioquin per ſe eorum ſcripta non talia extant, vt ea omnes adpetant. denique nec verſantur omnino ſcripta eorum inter manus hominum, ſed Seruius libros ſuos compleuit:pro cuius ſcriptura ipſorum quoque memoria habetur. Seruius cum in cauſis orandis primum locum , aut pro certo poſt Marcum Tullium obtineret, traditur[n] ad conſulendum Quintum Mucium de re amici ſui peruenille:cúmque eum ſibi reſpondiſſe*de iure Seruius parum intellexiſſet[o], iterum Quintum interrogaſſe : & à Quinto Mucio reſponſum eſſe, nec tamen percepiſſe : & ita obiurgatum eſſe à Quinto Mucio : namque cum[p] dixiſſe,turpe eſſe patricio[q] & nobili,& cauſas oranti, ius in quo verſaretur,ignorare. Ea velut cõtumelia Seruius tractatus*operam dedit iuri ciuili: & plurimum eos de quibus locuti ſumus,audiit:inſtitutus à Balbo Lucillio:inſtructus autem maxime à Gallo Aquilio,qui fuit Cercinæ. Itaq; libri cõplures eius extant Cercinæ confecti. Hic cum in legatione periſſet,ſtatuam ei populus Romanus pro Roſtris poſuit,& hodiéq; extat pro Roſtris Auguſti. Huius volumina complura extant. reliquit autem prope cẽtũ & octaginta libros. Ab hoc plurimi profecerunt: fere tamen hi libros conſcripſerũt, Alfenus Varus, Gaius, Aulus Ofilius, Titus Cæſius, Auſidi[s] Tucca, Auſidius Namuſa, Flauius Priſcus, Gaius Atei[s] Pacuui[s], Labeo Antiſti[s], Labeonis Antiſtij pater Cinna, Publicius Gellius. ex his decẽ, libros octo cõſcripſerunt[r]: quorũ omnes qui fuerũt libri, digeſti ſunt[t]

ab Auſi-

a *Latinarum*. ad hunc locum vide Anto. Augu. lib. iiij. cap. j.

Præfectus annonæ. Præfectus vigilum.

b *Magiſtratus*. Inſpecto initio : ſed poſtea factus eſt magiſtratus: vt ĩ. de offic. præ. vigil. lij. quæ eſt contra.

c *Profeſſum*. qui regeret ſcholas.

d *In primis*. poſt ſuperiorem Tiberium: alàs contra : vt ĩ. proxi §. Accurſius.

e *Generis*. alàs genus.

Iuris ciuilis profeſſores.

f *De pyrrho*. id eſt de rege Epirotarum.

g *R literam inuenit*. Immò ante ipſum per mille tempora eſt inuenta : ſed dicitur eam inuenille vt proferretur in quibuſdam partibus.

h *Sophon*. id eſt ſapiẽtem. ſed contra ĩ. eo. §. deinde Sextus. ſed certè licet idem ſignificet ſapiens quod ibi dicit, quod hoc Græcum ſophon : non tamen eſt idem nomen.

* Titum Coruncanium.

i *Deinde Quintus Mucius*. ſcilicet Iuit.

k *Teſſeræ*. tabulæ.

l *Sapiens appellatus eſt*. contra ĩ. eo. §. fuit poſt eos.

Publius Papir[s]. * Sext[s].

m *Pius eloquentiæ*. ſic Rolãdus pedis vaccæ: & quidã amicus noſter.

n *Traditur*. id eſt dicitur.

Appius Claudius Cæcus.

o *Intellexiſſet*. aſſume enim quod eſt ſupra.

p *Eum*. Quintum Mucium.

q *Turpe eſſe patricio*. Not. quem non audiri ſi dicat ſe ignorare quæ tractauit. ſic ĩ. in procœmio in princi. & infra ad Velleia. l. quãquam &c.

* Centemmanus.

r *Conſcripſerunt*. ſcilicet Seruij Sulpicij ſcholares.

s *Digeſti ſunt*. id eſt facti ſunt. Accur.

* pro Valeſius Valerius eſſent, & pro Fuſiis Furiis. G. Scipio Naſica.

Quintus Mucius.

* Titus Coruncanius.

Sextus Aelius. P. Atil[s].

ab Auſidio Namuſa in centum quadraginta libros. Ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus, & Aulus Oſilius: ex quibus Varus & conſul fuit: Oſilius in equeſtri ordine perſeuerauit. Is fuit Cæſari familiariſſimus: & libros de iure ciuili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. Nam de legibus vicenſimæ[c] primus conſcribit, de iuriſdictione. idem edictum Prętoris primus diligenter compoſuit. Nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum perquã breuiſsimos ad edictum ſubſcriptos reliquit. Fuit eodem tẽpore & Trebatius, qui idem Cornelij Maximi auditor: fuit Aulus Caſcellius, & Quintus Mucius Voluſij auditor. denique in illius honorem Publium Mucium nepotem eius teſtamento reliquit heredem. fuit autem quæſtorius: nec vltra proficere voluit, cum Auguſtus illi etiam conſulatum offerret. Ex his Trebatius peritior Caſcellio, Caſcellius Trebatio eloquentior fuiſſe dicitur: Oſilius vtroque doctior. Caſcellij ſcripta nõ exſtant, niſi vnus liber Bene dictorum, Trebatij complures: ſed minus frequentantur. Poſt hos quoque Tubero fuit, qui Oſilio operam dedit. fuit autem patricius: & tranſiit à cauſis agendis ad ius ciuile: maximè poſtquam Quintum Ligarium accuſauit, nec obtinuit apud Caium Cæſarem. Is eſt Quintus Ligarius, qui cum Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permiſit, nec aquam haurire: quo nomine eũ accuſauit, & Cicero defendit. exſtat ei[9] oratio ſatis pulcherrima, quę inſcribitur, Pro Quinto Ligario. Tubero doctiſſimus quidem habitus eſt iuris publici & priuati: & complures vtriuſque operis libros reliquit. ſermone etiam antiquo vſus † affectauit ſcribere: & ideo parum libri eius grati habentur. Poſt hunc maximæ auctoritatis fuerunt Ateius Capito, qui Oſilium ſecutus eſt: & Antiſtius Labeo, qui omnes hos audiuit. Inſtitutus eſt autem à Trebatio. Ex his Ateius conſul fuit. Labeo noluit, cum offerretur ei ab Auguſto conſulatus, quo ſuffectus fieret, honorem ſuſcipere: ſed plurimam ſtudiis operam dedit: & totum annum ita diuiſerat, vt Romæ ſex menſibus [b] cum ſtudioſis eſſet, ſex menſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret. Itaque reliquit quadringenta * volumina, ex quibus plurima inter manus verſantur. Hi duo primùm veluti diuerſas ſectas fecerunt. Nã Ateius Capito in iis quæ ei tradita[c] fuerant, perſeuerabat: Labeo ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ, qui[9] & cæteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innouare inſtituit. & ita Ateio Capitoni Maſſurius Sabinus ſucceſſit: Labeoni Nerua: [qui]ądhuc eas diſſenſiones auxerunt. Hic etiam Nerua familiariſſimus Cæſari fuit. Maſſurius Sabinus in equeſtri ordine fuit: & publicè primus reſpondit, poſteáque hoc cœpit beneficium [d] dari à Tiberio Cæſare. Hoc tamen illi conceſſum erat. Et, vt obiter ſciamus, ante tempora Auguſti publicè reſpondendi ius non à principibus dabatur: ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant: neque reſponſa vtique ſignata dabant: ſed plerumque iudicibus ipſi ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſulebant. Primus diuus Auguſtus, vt maior iuris auctoritas haberetur, conſtituit vt ex auctoritate eius reſponderent: & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. & ideo optimus princeps Hadrianus, cum ab eo viri prætorij peterent vt ſibi liceret reſpondere: reſcripſit eis, hoc non peti, ſed præſtari[e] ſolere: & ideo ſi quis fiduciam ſui haberet, delectari ſe: populo ad reſpondendum ſe præpararet. Ergo Sabino conceſſum eſt à Tiberio Cæſare, vt populo reſponderet: qui in equeſtri ordine iam grãdis natu, & ferè annorum quinquaginta receptus eſt. Huic nec amplæ facultates fuerunt: ſed plurimum à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt. Huic ſucceſſit Caius Caſſius Longinus, natus ex filia Tuberonis: quæ fuit neptis Seruij Sulpicij: & ideo proauum ſuum Seruium Sulpicium appellat. hic conſul fuit cum Quartino † temporibus Tiberij. ſed plurimum in ciuitate auctoritatis habuit, eouſque donec eum C. Cæſar ciuitate expelleret. expulſus ab eo in Sardiniam, reuocatus à Veſpaſiano diem ſuum obiit. Neruæ ſucceſſit Proculus. Fuit eo tempore & Nerua filius. Fuit & alius Longinus ex equeſtri quidem ordine, qui poſtea ad prætoram vſque [f] peruenit: ſed Proculi auctoritas maior fuit. nã etiam ipſe plurimũ potuit. Appellatique ſunt partim Caſſiani, partim Proculeiani: quæ origo à Capitone & Labeone cœperat. Caſſio Cælius Sabinus ſucceſſit: qui plurimũ temporibus Veſpaſiani potuit. Proculo Pegaſus: qui temporibus Veſpaſiani præfectus vrbi fuit. Cælio Sabino Priſcus Iauolenus: Pegaſo Celſus: patri Celſo Celſus filius, & Priſcus Neratius: qui vtrique conſules fuerunt, Celſus quidem & iterum: Iauoleno Priſco Aburnus Valens, & Tuſcianus item Saluius Iulianus.

a *Vicęſimæ.* ſcilicet partis dandæ fiſco in teſtamento ab omnibus his hominibus ſcilicet.

b *Sex menſibus.* inde libri ſemeſtres dicuntur: vt ĩ. de excuſa. tuto. l. item diuus.

c *Tradita fuerant.* vt circa textum.

d *Beneficium.* ſcilicet poteſtatem de iure reſpondendi. & facit ĩ. de his qui no. infa. l. athletas. §. deſignatores.

e *Sed præſtari.* Nota quædam ſunt quæ honeſtè conceduntur: non tamen honeſtè petuntur. & facit ĩ fra de va. cogn. l. j. §. eſt enim. & in decret. xviij. dist. ca. de eulogiis. in fin. & ĩ. qui & à qui. ma. li. l. fin. & C. de peti. bo. ſub. l. j. & ĩ. de offic. prætо. l. Barbarius. & ĩ. ad legẽ Iuliam de ambitu. l. j. f *Vſque.* conuerte, vſque ad præfecturam. Accurſius.

Trebatius. *Aulus Caſcellius.* *Quintus Mucius*

Tubero. † *verſus.* *Ateius Capito.* *Antiſtius Labeo.* * *quadraginta.* * *qui præceptor.* *Maſſurij Sabinus.* *Nerua.*

Publicè reſpõdere ab orsus. *C. Caſſius Longinus.* † *Vide ad hũc locũ Caſſianum.* *Proculus.* *Nerua filius.* *Longinus.*

Caſſiani. *Proculeiani.* *Caius Sabinus.* *Pegaſus.* *Iauolenus Priſcus.* *Celſus pater.* *Celſus filius.* *Priſcus Neratius.* *Aburnus Valens.* *Tuſcianus.* *Saluius Iulianus.*

DE LEGIBVS & ſenatuſconſultis, & longa conſuetudine.

Tres habet partes hæc rubr. De prima multa leges in hoc tit. dicuntur. De ſecunda, ſcilicet de ſenatuſconſul. ſpecialiter dicitur infra eo. l. non ambiguur. & l. neque leges. & l. & ideo. De tertia dicitur infra eod. l. de quibus. & in ſequentibus. Sed cum in toto corpore iuris de legibus tractet: quare hic ſpecialem tit. ponit? Reſpon. ſecundum Ioan. quia alia leges de negotijs hominum dicunt, hæ autem leges tractãt de legibus condendis & interpretandis.

g Ex eſt. Hæc deſcriptio quatuor habet partes. Prima eſt: lex eſt commune præceptum, id eſt communi vtilitate ſtatutum. Vel dic commune præceptum, id eſt communiter toti vniuerſitati factum. & ponitur hic præceptum largè. pro quatuor virtutibus legis, quæ ſunt infra eo. l. legis virtus. Item ſubiicit, virorum prudentium

DE LEGIBVS, SENATVſque conſultis, & longa conſuetudine.

TITVLVS III.

I. PAPINIANVS libro primo Definitionum.

† *Huic definitioni & ſequentibus adde Ciceronis deſcriptionẽ ex libro ſecundo de legib.*

Ex † eſt [g] commune præceptũ: virorum prudentium conſultum: delictorum quæ ſponte vel ignorantia contrahuntur, coërcitio: communis Reipublicæ ſponſio.

prudentum conſultum, id eſt cum deliberatione prudentū con A ſtitutum. Item ſubiicit, delictorum coercitio. coercet enim delicta puniendo: vt ſ. de iuſti. & iure. l. j. ibi, bonos nō ſolum &c. & vt vnius pœna ſit metus multorum: vt C. ad legem Iul. repetun. l. j. & C. de fur. l. ſi quis ſeruo. in fi. Itē de delicto ignoranter commiſſo puniendo: da exemplum in eo qui proiecit lapidem, & prætereuntem caſu percuſſit. vt ſ. ad legem Aquil. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. vertic. ſed ſi. & l. ſi ex plagis. §. æquè. itē aliud exemplu eſt. ſ. de culto. reo. l. carcem. & l. militer. & inſtit. vi bono. rap. §. quia tamē. & ſ. de pœn s. l. reſpiciendum. §. delinquunt. & quod vi aut cla. l. Seruius. & ſ. ad legē Cor. de ſica. l. lege. §. cum quidam. Item ſubiicitur quarta pars, communis reipub. ſpolio. l. interrogatione facta à conſule: & communiter à populo facta reſpoſione, quòd ſic placeat eſſe ſtatutum: vt hic, & inſtit. de iur. natu. §. lex. & nota quòd hæc & illa deſcriptio eadem eſt quo ad ſenſum, licet quo ad verba diſcrepet. Ideo autem eſt deſcriptio, non definitio: quia aliqua lex eſt quæ tamen non eſt communis: vt ſ. tit. j. l. j. §. ſi. ſolum ergo vult deſignare qualiter olim habebat lex. Definitur alio modo lex, vt ſtatim ſubiicit ſ. l. proxima. nam &c.

† *In oratione prore aduerſus Ariſtogitonē. Vide Budæum.*

* *id eſt, lex ita diuinarum quam humanarū rerū omniū regina eſt: quo magis cōueniat, vt nō ſolum rebus bene ſtitu imperiúſque præſideat, ſed etiā principiū ac ducatum teneat, & hoc regulam præſcribat iuſtis ſimul & ſanctis, vt poteſtas animātibus natura aſſentiendā cuiuſtibet iuſſorum, facilèque imbeat, pro habeatſq; no parenda.*

ANam &c. Bene dico quòd lex coercet delicta: nam &c. & not. quòd ſub hac l. ſunt duo Græca: quorum quodlibet facit vnam definitionem legis. Primum facit illam: lex eſt cui omnes homines &c. & quod ibi dicit donum dei, ideo dicit, quia nutu diuino faciunt principes leges: vt C. de præſcrip. lon. temp. l. fi. ibi, ideo enim &c. cū propter hoc fecerit deus imperatores: vt in auth. de inſtru. caute. & ſi. §. quia igitur imperia. col. vj. omnis enim ſapiētia à domino deo eſt: & omne datum optimum, & omne donū perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum & c. Iaco. j.* & ea, quàm pro. j. q. ij item lex eſt ſapientum dogma, & doctrina per os ſapientum promulgata.

a *Nam &c.* II. MARCIANVS libro primo Inſtitutionum.

NAm & [a] Demoſtenes orator ſic definiuit: † Τοῦτ' ἔστι νόμος, ᾧ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι δι' πολλὰ, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ ἀνδρῶν φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινὴ, καθ' B ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. [id eſt, Lex eſt, cui omnes obtemperare cōuenit, cum ob alia multa, tum vel maximè eo, quòd omnis lex inuentum ac munus deorum eſt, decretum vero prudentum hominum, coërcitio eorum quæ ſponte vel ignorantia [b] delinquuntur, communis ſponſio ciuitatis, ad cuius præſcriptum omnes qui in ea republica ſunt, [c] vitam inſtituere debent.] Sed & philoſophus ſummæ Stoicæ ſapientiæ Chryſippus ſic incipit librum quem fecit [d] περὶ νόμου. * Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην εἶναι τοῦ καλῶν καὶ τῶν C ἀρχόντων, καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τ' εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ, ὧν οὐ ποιητέον. [id eſt, Lex eſt omnium diuinarum & humanarum rerum regina. oportet autem eam eſſe præſidem & bonis & malis, [e] & principem & ducem [f] eſſe: & ſecundum hoc regulam eſſe [g] iuſtorum & iniuſtorum, [h] & eorum quæ natura ciuilia ſunt [i] animantium: præceptrix quidem faciendorum, prohibitrix autem non faciendorum [k]]

b *Vel ignorantia* vt cùm non dolo, ſed culpa delinquimus, vt ignorantes: vt exemplificauimus ſ. eo. l. j.

c *In ea republ. ſunt* immo omnes omnino qui vbique reperiētur: vt C. de Iudæ l. Iudæi j. in princ. & de legi. & con. l. leges ſacratiſſimæ. & apoſtolus dicit, omnis anima ſit ſubdita principi, & ducibus ab eo miſſis: vt C. de conduc. & procur. prædiorum ſiſ. augu. domus. lib. xj.

d *Librum quem fecit* ſcilicet de lege: & incipit interpretatio Græci ſic: lex eſt &c. & no. quòd de diuinis tractat hæc lex: vt & C. de ſumma trin. & de ſacr. ſanc. eccle. & ſ. ne qd in loco ſac. & in authen. de mona. col. j. & quomodo opor. epi. col. j. &c. & de ſan. epi. col. ix. & in ti. vt in priua. do. ſa. my. col. v. & in aliis tit. de humanis tractant ferè omnes leges.

e *Et magiſtra* cuique ſecundum ſua opera tribuendo, ſecundum ſo. id eſt bonis meritum: vt C. de adieſ. & do. & cancel. l. j. & de ſta. & in ma. l. & virtutum. malis pœna, vt per totum ti. de pœnis.

II. MARCIANVS libro primo Inſtitutionum.

[a] *Demoſthenes.* ſ. lex.

[b] *Naturæ contra ſunt.* i. naturalis hominis ingenio, vt in reſtit. minorū: vt ſ. de mino. l. j. in prin. duo enim contraria ponere videtur. i. duas ſpecies & coæquiualentes: quarū neutra eſt altera. ſ. ius naturale, & ciuile, ſecundum Ioan.

[c] *Non faciendorū.* ex hoc colligitur quædam magiſtralis definitio: lex eſt ſanctio ſancta, præcipiens honeſta, prohibens contraria. & facit C. eo. l. leges. ij.

Regulæ definitio.

† *Vide Acciū lib. de ſp. cap. 8.*

III. POMPONIVS libro vi: ceſimoquinto ad Sabinum.

IVra conſtitui oportet, vt dixit Theophraſtus, in his quę [l] ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, nō quę ἐκ παραλόγου. *

IIII. CELSVS libro quinto Digeſtorum.

EX his [m] quæ fortè vno aliquo caſu accidere [n] poſſunt, iura non conſtituuntur:

V. IDEM libro ſeptimodecimo Digeſtorum.

NAm ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequēter & facilè, quàm quæ perraro eueniunt: †

VI. PAVLVS libro ſeptimodecimo ad Plautium.

Τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, vt ait Theophraſt [o], παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. [id eſt quæ ſemel aut bis accidunt, prætereunt legiſlatores.]

VII. MODESTINVS libro primo Regularum.

LEgis virtus [p] hæc eſt, imperare, vetare, permittere, punire.

[l] *Vna, in his quæ &c.* ſed veriſimilia ſunt: vel dic in his quæ ſcilicet multum accidunt: non quæ extra naturalem curſum. & ſecundum hoc erit caſus huius Græci qui eſt in l. Latina. ſ. l. proxima. Acc. ADDITIO. Tu dic quòd iſta lex interdū fallit: quia lex reperitur facta in caſibus de raro contingentibus: vt ſ. ſi pars here. peta. l. antiqui. & C. de legi. hered. l. ſi maior. Paulus.

[m] *Ex his.* Pone exēplum in Lazaro, an debuit rumpere teſtamentum quod fecerat, & bona auferre heredib⁹. & certè de hoc non eſt lex: dicerem tamen q⁹ poſſet vel tanquam ipſe, quia non videtur mortuus, qui tam cito reſuſcitatus eſt: vt ſ. de diuor. l. iij. & de bo. poſſ. ſecundum tab. l. qui ex liberis. §. planè. vel tanquam alius, ſcilicet poſthumus, qui rumpit teſtamentum: vt inſti. de exher. li. §. j. vel pone exemplum in l. ſcripta in auth. vt ſine prohi. ma. deb. & cre. col. vij. §. quia verò. vbi dicitur quòd propter bonas fœminas non debet fieri lex, quia raræ ſunt: ſed ppter malas, q⁹ multæ ſunt. item pone exemplū vt ſ. de vſuca. l. iuſto in prin. in fi. j. reſpon. vbi dicit non adquiri nobis per filium non iuſtè adrogatum: ſicut per liberum hominem emptum: quia rarius adrogātur filij quàm emantur ſerui. ſed licet dicat hic quòd nō conſtituuntur iura pro talibus, ſubaudi ſæpe. quandoque enim ſtatuuntur, vt in his exemplis. ſ. de iudi. l. ſed & ſi. j. §. ſi pater ſa. & ſi pars here. pe. l. antiqui. & C. de leg. here. l. ſi maior. & inſtit. de rerum diui. §. inſula. & facit ad hanc regulam ſ. de reg. iur. l. ea quæ & ſ. ad Treb. l. poſtulāte. & ſ. de poſtu. l. j. §. deinde. & de ſolu. ſi pater. & ſequentem proxi. legem continua cum iſta.

Ea quæ &c. id eſt, ſi ins (ſi quæ Budæus hoc) quæ plerunque accidūt, nō in his quæ nec opinato, vel præter opinatū hominum.

Lazarum ſuſcitauit tamētū rumpere.

[n] *Accidere* id eſt miraculoſe venire.

[o] *Legis virtus* id eſt poteſtas imperaq; autē cum iubet lex Iul. de adulte. accuſantem & accuſatū & aduocatos eſſe præſentes quandō ſerui torquentur in cauſa adulterij: & præcipit etiam ſeruos publicari, id eſt confiſcari: vt ſ. ad l. Iu. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. & §. iubet. Vetat autem cū prohibet res immobiles minorum ſine decreto alienari: vt ſ. de re. e. l. j. Item ne res eccleſiaſticæ: vt C. de ſacroſanct. eccle. iubemus. tj.

Legis virtus multiplex.

ſed nonne ſufficiebat imperare pro vtroque? Reſpon. nō: quia imperat quod fieri vult: vetat quod fieri non vult. & commodi⁹ eſt ſingulas cauſas &c. vt inſti. qui mo. teſt. infir. §. alio. Permittit vt militi etiam poſt ſententiam vti excep. ſuis: vt C. de iur. & fac. ignor. l. j. Punit maleficia: vt in ti. de pœ. ff. & C. Eſt & quinta virtus, id eſt cōſulere: vt vbi extraneis conſulit ne expendant agendo quærela: vt ĵ. de inoffic. teſt. l. j. item conſulit quòd primo poſſeſſorium quàm petitorium, ſi competat, intentetur: vt ĵ. de rei vin. l. ij qui. & facit C. de tranſact. l. age. Vel dic quòd connectur ſub virtute permittendi. Sed nunquid legis appellatione non contineatur quod aliquod iſtorum verborum non habeat? Reſpon. immo continetur. aliàs nulla regula iuris ſub legis appellatione caderet. vel verius nulla eſt lex quin ibi vnum de talib⁹ vel æquipollens ſubaudiatur. & facit ad hāc l. in decre. diſtin. iij. ca. omnis.

a *Vra. Generaliter.* Poteſt poni exemplū in qualibet fere lege Codicis, quæ certis perſonis dabantur, vt Vitali, vel alij: tamen ſunt generales. quæ enim frequēti indigent & cōmuni auxilio, debent cōmuniter ſe iuuare, ſicut vni fuerint data: vt in authē. de here. & Fal. §. j. col. j. & facit C. de diuer. reſcrip. l. j. & hoc ſi ita ſcribitur vt ſit ius commune. ſecus ſi ſpecialiter datur: vt ĵ. tit. j. l. j. ſed ſecundum hoc omnis lex eſt regula: quia loquitur in pluribus caſibus in quibus eſt eadē æquitas, & de vniuerſis hominibus. quod eſt falſum. ſic ergo expone vt dicas, leges non ſunt conditæ vt hæc locum habeat in perſona huius, illa in perſona alterius: & ſic de ſingulis legibus & perſonis: ſed generaliter in omnibus perſonis ſit eiuſdē caſus reſponſio. ſed excipitur C. de decurionibus. l. neque Dorotheum. lib. x. & C. de epiſc. & cle. l. quoniam venerabilis. regulæ autē per ſigna vniuerſalia cognoſcuntur, affirmatiua vel negatiua, vt patet per omnes regulas iuris: & maximè in l. j. vbi dicit, regula eſt, quæ rem quæ eſt &c.

b *Non ambigitur.* pone exemplum in petitione hereditatis, quæ eſt inducta à ſenatoribus: vt ĵ. de peti. here. l. item veniūt. §. pridie. itē in Vell. item in Maced. ſenatuſcon. vt ĵ. ad Vell. l. ij. & ĵ. ad Mace. l. j. item in alio parificatur principi ſenatus: quia non appellatur à ſententia ſua: vt ĵ. à qui. ap. non licet. l. j. & intellige de ſenatu toto: qui ſenatores centū erāt numero. vt C. de peti. here. l. ſi non de quolibet ſenatore ſeparatim: habet tamē quilibet ſingulariter ſua alia priuilegia: vt ĵ. de ſenat. per totum. ſed an hodie hoc opus poſſit facere ſenatus? Reſpō. ſecundum Ioan. nō ſic hodie, niſi princeps permiſerit: vt C. eo. l. ſi. quæ eſt contra. vbi dicit quòd ſolus princeps facit legē. item facit ad idem, quia populus omne ſuum imperium in eum trāſtulit: vt C. de ve. iur. enu. l. j. §. ſed & hoc ſtudioſum. Alij dicunt quòd hodie poteſt populus Romanus & ſenatus eius facere legem: vt hic. nec ob. d. l. ſi. quia ſolus imperator poteſt, id eſt ipſe ſolus, & nullus alius ſolus: & reuocare poteſt populus Roman⁹ quod conceſſit, ſicut & iudex qui delegat, cum ſibi proprietas remāſerit: vt ĵ. de offic. eius qui man. eſt iur. l. j. §. ſi. primam laudo, ſecundum Hug. Accurſius.

Principes & ſenatus pariſi cantur.

c *Neque leges.* nomen generale.
d *Senatuſconſulta.* nomen ſpeciale.

e *Scribi poſſunt.* propter humani ingenij exiguitatem. multas enim &c. vt C. de ve. iu. enu. l. ij. §. ſed quia. vel propter nimiam negotiorum mutabilitatem: vt ĵ. de vſur. l. mora. in princip. vel propter hominum fidelitatem incognitam: vt ĵ. de teſti. l. ij. §. ideoque. ibi, tu magis &c. vel propter delictorum multiplicitatem: vt ĵ. de extraor. cri. l. pen. §. ſunt quædam. & ideo &c. & ſic continua l. ſequ. quæ ex ſuperiori infertur: & erigit exempla pro ſe & pro ea. dic ergo ex his quæ conſtituūtur, id eſt accidunt de nouo: vt ita hæc lex loquatur quādo dubitatio euenit ſuper nouo facto: & ſequēs l. non poſſunt. quādo dubitatio eſt in veteri facto, non tamen adhuc lege determinato, ſecūdū. Io. vel melius econtra, cōſtituitur, propriè ſumitur, cum dubitatur in verbis legis. lex autem ſequēs. ſ. nō poſſunt. loquit⁹ cum dubitatur de facto nouo quod nō eſt in lege: & quod dicit, aut interpretatione. ſ. iudicis: vt ita iudex interpretetur legem. & facit. C. de epiſ. aud. l. ſi leno nes. vel dic, interpretatione iuriſconſulti, auctoritate aut conſtitutione. ſ. principis.

f *Et ideo certum.* id eſt certum conſtituatur, ſcilicet quod primo erat dubiū, ſēcundum ſecundā interpretationem. interpretatur enim iuriſcō. verbum dubium legis: vt ĵ. ſi cer. pe. l. j. in princ. & l. ij. §. appellata. princeps etiam interpretatur verbum aut, pro &: vt C. de verb. ſig. l. pe. Itē interpretatur ſubſtitutionem factam ſi lius ita demum tenere, ſi deceſſerint ſine ſi lis: vt C. de fideicomiſ. l. cū accuti ſſimi. & ita etiam ſi hodie occurreret dubitabile verbum in lege, oporteret q̄ vel p iuriſcōſultū auctoritate pricipis, vel per principē fieret interpretatio, vt eſſet lex neceſſaria & probabilis, & ab omnibus obſeruāda: vt euenit in quæſtionibus vbi ſunt contrariæ opiniones doctorum, quæ fiunt ſuper verbis legis: vt hic, dos à patre profec. &c. vt C. ſol. ma. l. dos & facit ad hanc l. C. noua. vec. l. non ſolent.

† *In eādē ſententia Ariſtoteles 11. 5. Poſt. cap. 6.*

Dubitatione in iudicio emergente, quo cō ſuendus ſit.

C g *Non poſſunt.* Pone exemplum in veteri iure. ſtatutum eſt enim, quòd ſi familia ſeruorum alicuius fecerit furtū: liberetur dominus ſemel emendando furtum, ne tota familia careat. idem ius trahitur ſi dedit damnum: vt infra ad legē Aquil. l. illud. Item pone exemplum vt infra de nego. geſt. l. ex facto. in fine. Item pone in iure nouo: vt C. de inoffi. don. l. precibus. ibi dicitur querelā inoffic. do. trahi etiā ad inteſtatos. Item pone exemplum. C. de conſtitu. pecu. l. fin. & prout trahitur ad ius vetus, refertur ad id quod dicit in ſequen. l. interpretatione, ſ. iuriſconſulti. Prout de nouo dixi, refertur ad iura Codicis: vt dicas iuriſdictione. ſ. principis: vt princeps dicat ius ad hoc porrigendum, vel prorſus nouum ſtatuendum: vt infra de ventre inſpi. l. j. in principio. Ioan. tamen dicit interpretatione, ſcilicet iudicum in iudicio. hæc eſt vera, & ſic prima exempla non valent. ſed pone in patre, vt poſſit obligare filium pro fame: licet de venditione lex tantum dicat. hic eadem prorogatio quæ fit ex iure ſcripto, ſit etiam ex iure non ſcripto ad non ſcriptum: vt C. quæ ſit long. conſue. l. j Et vt hæc ſint plana, diſtingue: cum dubitatio in iudicio cōtingit: aut ſuper aliquo nouo negotio, aut ſuper lege aliqua: ſi ſuper negotio, domin⁹ imperator eſt conſulendus, ſi tamē preſens ſit, & eius ſit copia: vt C. eo. l. humanum. & de vete. iur. enu. l. j. §. ſed quia diuinæ. & ĵ. de fideicōmiſ. liber. l. hoc itaque. & arg. C. de iud. l. fina. in princip. ibi, ne forſitan &c. ſi autem non ſit eius copia, procedā de ſimilibus ad ſimilia: vt hic. ſi verò ſuper lege, vt dos à patre profecta &c. ſi quidem ex cōſuetudine certo modo eſt intellecta, eius intellectui ſtabitur: vt infra eo. l. minimè. & l. ſi de interpretatione. quòd ſi ex cōſuetudine expoſitio non eſt certificata: recurritur, vt dictum eſt, ad principem, ſi ſit eius copia: vt C. eod. l. cum de nouo. & ſupra eod. l. & ideo. & infra. e. l. nam. ibi, vel certè iuriſdictiōe &c. alioquin interpretabor in benignioremm partem: vt infra eod. l. benignius. & l. in ambigua. ſed ſi dubitatur quæ ſit benignior pars, verborū ſignificationi ſtabo: vt infra de codi. & demonſt. l. Publius. §. j. quanquam videtur primo ſtandum ſignificationi verborum: vt infra de lega. iij. l. non aliter. in princ. Tertio procedam de ſimilibus ad ſimilia: vt ĵ. e. l. neque leges. Accurſius.

h *Eorum.* id eſt legum vel ſenatuſconſ. vel dic articulorum.

i *Nam vt ait. Suppleri.* procedendo de ſimilibus ad ſimilia: vt infra de regu. iur. l. quòd cōtra. & l. quæ propter.

VIII. VLPIANVS libro tertio ad Sabinum.

IVra non in ſingulas perſonas, ſed generaliter [a] conſtituuntur.

IX. IDEM libro ſextodecimo ad Edictum.

NOn ambigitur [b] Senatum ius facere poſſe.

X. IVLIANVS libro quinquageſimonono Digeſtorum.

NEque leges [c] neque ſenatuſcōſulta [d] ita ſcribi poſſunt, [e] vt omnes caſus qui quādoque inciderint, comprehendātur: ſed ſufficit & ea quæ plerunque accidunt, contineri.

XI. IDEM libro nonageſimo Digeſtorum.

ET ideo de his quæ primò cōſtituūtur: aut interpretatione, aut cōſtitutione opti mi principis certius [f] ſtatuendum eſt.

XII. IDEM libro decimoquinto Digeſtorum.

NOn poſſunt [g] omnes articuli ſingillatim aut legibus aut ſenatuſcōſultis cōprehendi: † ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum [h] manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debet.

XIII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

NAm, vt ait Pedius, quotiēs lege aliquid vnū vel alterum introductum eſt, bona occaſio eſt, cætera quæ tendūt ad eādem vtilitatem, vel interpretatione, vel certè iuriſdictione ſuppleri. [i]

& de lega.j.l.ſi domus.§.cum alicui.

a *Quod verò.* Hanc continua cum duabus ſuperioribus legibus.bene dico ſtatutum eſſe procedendum de ſimilibus ad ſimila: veruntamen quod contra &c. & pone exemplũ in muliere, quæ habet priuilegium vt omnibus præferatur: quod ſuo heredi tamen non datur:niſi filio: vt C. qui po. in pign.ha. l. ſi in fine. & C. de pri. do. l. j. Item pone exemplum vt infra titu. j. l. j. Item pone exemplum in patre qui vẽdidit filium cauſa neceſſitatis: non tamen trahitur vt filius poſſit vendere patrem: vt C. de pat. qui ſi. diſ. l.j. Sed nonne quod dicitur Codice de fur. l.ſi quis ſeruo.licet ſit contra regulas iuris communis, etiam ad filium trahatur? Reſpond. ſic: quia lex dicit: vt infra de ſeruo cor. l. vt tantum.§ j.

† *Hoc pertinere videtur. l. & ſi ni hil. j. de reg iur.*

b *In iis,* exceptionibus à regula.

c *Regulam*, vtpote cum ipſa deficiat. nec enim ſunt exceptiones de regula: imò vitiant regulam in eo quòd excipiuntur: vt infra de regulis iuris l.j. ſed firmam dimittũt in aliis: vt in authen.de non alie. §. vt autem.coll. ij. & pone exemplum huius regulæ. regulariter traditur domini voluntatem ſeruari volentis rem ſuam in alium transferri: vt inſtitu. de rerum diuiſi. §.per traditionem.fallit in minoribus:vt infra de reb.co.l.j.Item regula eſt,non committi furtum,niſi inuito domino.quandoque contra: vt C.de fur.l.ſi quis ſeruo. dicentur ergo eſſe ſpecialia talia ſtatuta.

Furtum cõmittitur quando dom. volente domino.

d *Vt ſingulare.* Pone exemplum. propter communem vtilitatem ſtatutum eſt à ſenatoribus,qui habẽt auctoritatem(vt ſupra.c.l.non ambigitur) mulieres intercedentes non teneri, quod eſt contra ius commune:vt infra ad velleia. l. j.Item poſſunt poni exempla ſuperioris legis, & alterius. quòd verò.tamen ad aliud ibi inducuntur quàm hic.nam in l. quod verò.inducuntur quòd non trahantur talia ſtatuta ad conſimilia: in alia quia in talibus non poſſumus ſequi regulam iuris communis: vnde ſit ſpeciale. hic autem vt denotet differentiam inter ius commune,& ius ſingulare.

e *Scire leges.* hic pro vere ſcire ponitur, vt falli non poſſit: aliàs pro vehementi opinione, vt poſſit falli:vt infra de aqua plu.ar.l.ij.§.antepenul.& pone exẽplum : cauetur in iure, quòd manumiſſio ad ſeruos, emancipatio ad filios pertineat: vt infra quando de pec.ac.an.eſt.l.j.§.meritò. Ibi tria attendes. verba.item ſenſum proprium qui ibi eſt, qui dicitur vis.item poteſtatem,quæ eſt, vt quandoque aliter ſumantur dicta verba:vt infra de officio proconſulis.l.ij. in fine. itempone exemplum vt infra ad Macedon.l.j.vbi dicit quòd mutua pecunia filiusfamil.non detur,& ibi tria attendes: verba, & vim, id eſt proprium ſenſum:& poteſtatem,quæ eſt vt verbum mutuum, etiam ad alios cõtractus in fraudem factos trahatur : item pecunia protogetur etiam ad alia quæ mutuantur, ſi in fraudem fiat:vt eodem ti. l.iij.§. is autem ſolus. & l. item ſi filiusfami. §.mutui.& facit ad hanc l.Codi.de libe.præte.l. iij. & xxxviij. diſtinct.can. omnes.& canone.ſedulo.in gl.ſentẽtias.& j.quæſtio.j.ca.Marcion .Item no.quòd vis, ſiue poteſtas, aliter accipitur ſupra eod.l.legis virtus.

f *Benignius.* Duobus modis expone.primò benignius, quàm verba patiantur. & tunc pone exemplum : Prohibetur alienatio: certè & etiam vſusfructus & pignoris conſtitutio prohiberi videtur,licet non ſit alienatio:vt Cod. de rebus alienis.l. fina. & de fun.do. l. j. Secundo impropriè, id eſt benigniſſ. Vetus.

XXIII. PAVLVS libro quarto ad Edictum.

QVodſ verò[a] cõtra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias.

XV. IVLIANVS libro viceſimo ſeptimo Digeſtorum.

IN his[b] quæ contra rationem iuris conſtituta ſunt,nõ poſſumus ſequi regulam[c] iuris.

XVI. PAVLVS libro ſingulari de iure ſingulari.

IVs ſingulare[d] eſt, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate conſtituẽtium introductum eſt.

XVII. CELSVS libro viceſimoſexto Digeſtorum.

SCire leges[e] nõ hoc eſt,verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem.

XVIII. IDEM libro viceſimonono Digeſtorum.

BEnignius[f] leges interpretandæ ſunt, quò voluntas earum conſeruetur.

XIX. IDEM libro trigeſimotertio Digeſtorum.

A gnè. & pone exemplum ſicut ponitur C.de nat. libe. *l.* nuper. vbi interpretatur ſuperiorem l. cùm quis.in eo qui concubinam[a] accipit in vxorem.nam filij prius geniti legitimi efficiũtur,ſi alij poſtea naſcuntur;interpretor, vel etiam ſi nõ naſcãtur,vel nati moriantur.

a Bald. hic commendat

IN ambigua[g] voce legis ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret: præſertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi poſſit.

XX. IVLIANVS libro quinquageſimoquinto Digeſtorum.

NOn omnium[h] quæ à maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt:

B XXI. NERATIVS libro ſexto Membranarum.

ET ideo rationes eorũ quæ conſtituũtur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his quæ certa ſunt, ſubuertuntur.[i]

XXII. VLPIANVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

CVm lex[k] in præteritum quid indulget, in futurum vetat.

XXIII. PAVLVS libro quarto ad Plautium.

MInimè[l] ſunt mutãda[†] quę interpretationem certã ſemper habuerunt.

XXIIII. CELSVS libro nono Digeſtorum.

C

g *In ambigua.* id eſt obſcura. Pone exemplum in verbo, peruenire,ambiguo:vt infra de petitio.heredita. l. vtrum. Sed quid differt hæc à ſuperiori l. benignius? Reſpond. *In antea* ſuperior intelligitur cum interpretatio eſt neceſſaria propter obſcuritatem, non propter multiplicitatem: licet hæc autem quãdo propter multiplicitatẽ eſt ambiguitas : vt quia verbum multos habet ſenſus. vel ibi in toto: hic in verbo. Item poteſt poni in reſcriptis dis : vt Codice de ſi teſta. l. ſiquando. in princ. & facit infra de reguliis iur.l. ſemper in dubiis.& l. quotiens. & Codice de fideicommi. libert. l. cum inter veteres Accur.

glo. ad hoc. q. ſi quis nouauerit vt concu bină vxorẽ: ſi genitus ante nati legi timãtur: & etiam generati, dum nascãtur nõ vult: ſed bene dicit, q. ſi quis cõ cubinam accepit vxorem, legitimã fiũt etiam ge nerati & nondum nati, quã nis alis non nascantur, vel nati moriantur: nam fundat in nomine, qui Bal. hic vocat hic quadriennium. Bol. In l. hãc ſententiã Plato di alog. 5. de legibus. Hinc pertinẽt quæ ſcribit Ariſtoteles lib. 2. Politic. cap. 6. & Plutarc. ex Paul. in Apoſt. leg.

h *Non omnium.* Quidam dicunt ſe non intelligere hanc l. Alij dicunt, non omnium, id eſt nullorum. ſed hoc falſum eſt:quia eorum quæ viua ratione ſtatuuntur, ratio reddi poteſt. Alij, vt Io. ponunt exemplum quare tutorem habenti tutor dari non poteſt, ſed curatorem habenti ſic : vt inſtit.de cura. §.interdum.ſed certè hæc poteſt ratio reddi : quia tutoris poteſtas plenior eſt. & ideo ſuperueniens tutor,cum & ipſe vellet ſimilem plenitudinem poteſtatis, inuenit occupatam:at curatoris poteſtas circa perſonã minoris non eſt tanta: vt patet infra de app.l.cum in vna.§.tutor.tu ergo da exemplũ quare in vſucapione ſtatuitur triennium,& non biẽnium, vel quadriennium: & non poteſt ratio reddi. nec ob.ſi dicas hanc eſſe rationem, quia viſum eſt ſufficere tantum tempus : quia idem de biennio dici poteſſet. ratio enim debet eſſe talis, quæ ſit generalis & neceſſaria: & vbicunque ratio locũ habet, & lex:vt Codice de interdic.l.j. & infra ad leg. Aquil.l.illud.in principio & infra de fonte. l. j. §. hoc interdictum. & infra de bono. poſſ. ex teſta. mili. l. j. & talis ratio non poteſt ſemper reddi,vt hic : quia quandoque habet locum ratio, & non lex. vbi excuſatur filius qui ſibi legatũ adſcripſit, quia ex volũtate teſtatoris fecit:hæc ratio & in extraneo haberet locum. lex tñ ad extraneum non extenditur:vt infra ad legem Corne.de fal. l.ſi tibi.& l. j. §.inter filium.econtra lex habet locum, & non ratio:vt infra qui & à quibus.lege,proſpexit. & infra de poſtu. l. j.§.ſecundo loco.verſicu. ſexum. *ADDITIO.* Dic quòd ibi erat cauſa impulſiua:aliàs locum habet finalis ratio.l.ſimile.& lex:vt in lege prima infra de fonte.& lege illud.ad legẽ Aquil. ſecundum Paul. hic.

i *Tideo rationes. Subuertuntur.* ſi dicas nil valere, quia non haberent ſufficiẽtem rationem:vt in præmiſſis patet exẽplis. Accurſius.

k *Cum lex.* Quidam dicunt huius legis exẽplum nõ reperiri: tu die conuerti literam, cum lex in futurum vetat, in præteritum indulget:vt C. eo.l. leges & conſtitutiones . & eſt exemplum.C.de na.li.l.diui.vel dic directò caſum, & leges rectè:vt C.de ge.abo.l.ij.& ſecundum hunc caſum dic,lex, id eſt imperator, qui eſt lex animata in terris.in authen. de conſul. in fi.colla.iiij.

l *Minimè.* Pone caſum, vt Cod.de epi. audien . l. ſi lenonem. in gloſſa prima. item in teſtibus, qui præſente parte debent recipi : vt Codi. de teſtibus. l. ſiquando. quod ſem-

per fuit obſeruatum in iuramento, non in dicto, quod debent dicere in ſecreto. quidam tamen dicunt, quod etiam in aperto dicunt: ſed non poterunt poſtea plures teſtes produci, cum dixerint teſtificata: vt in authenticis, de teſti. §. quia verò. col. vij item pone exemplum vt infra de diuerſ. & tem. præ. l. in omnibus. in principio.

ſed nunquid nouum ſenſum licebit proponere? Reſpond. licet, ſecundum Ioannē. hic enim loquit̄ cum ſemper ſis eſt intellecta, vt ex hoc intellectu induceretur conſuetudo, id eſt vt de cætero ſic ſuper ea iudicaretur. Itē poteſt poni exemplū in illa l. dos à patre. C. ſoluto matrimonio.

a *Nouum*. Poteſt poni exemplum in lege quæ legitur, item in lege. id eſt conuentione ſcripta: quod vtrumque totum debet legi, ſi totum de eadem materia loquatur: vt infra de eden. l. argentarius. §. cui. nam plerumque principium per finem corrigitur: vt infra ſi certum petatur. l. ſi tibi. Item & ſi plures ſint coniunctæ leges, idem eſt, propter eandem rationem: vt infra ſi ex noxalibus cauſis agatur. l. j. in fine. & l. ij.

b *Nulla*. Pone caſum vt Cod. de procura. l. non eo min°. item vt Cod. de fide inſtru. l. plures. item vt infra de Carbo. edic. l. iij. §. duæ. item vt Co. de ſecund. nup. l. generaliter. §. in his autem. ſed contra infra quòd quiſque iur. l. j. §. j. Solu. refert an ſine poſtulatione quid fuerit conceſſum, vt hic: an cum poſtulatione, vt ibi, argumen. in eodem tit. l. iij item contra inſtitu. de auctoritate tut. §. neque tamen. ſed certè & damnum poterat ibi ineſſe: vt ibi dicit. vel ſaltem in limbus & ſumptibus fuit vexatus: vt infra de minoribus. l. minoribus. item contra Cod. de quæſtio. l. pridem. ſed quòd ibi non torquetur pro eo: non eſt ideo conſtitutum, quia contra eum non torquetur: ſed quia ſic iure placuit: & per conſequens diceret contra eum: vt Cod. de epiſcopis & clericis. authen. ſed iudex. Item contra. Cod. de Iudæ. l. die ſabbati. ſed illud eſt quoddam ſpeciale pro feſtiuitate Iudæorum indultum. a Item contra. infra de iure au. annu. l. ij. ſed ibi priuilegio ſuo renunciaſſe videtur. Item contra. infra de excuſatio. tuto. & curato. l. cum ex oratione. Solu. ille libertus habebat priuilegium quòd poſſet excuſari ab alia tutela: ſed illud priuilegium non erat pro ſe, ſed pro patrono ſuo indultum, qui erat ſenator: vnde non eſt mirum ſi ad aliam tutelam vocetur, cùm impetrauit ius aureorum annulorum. Item cōtra. infra de pericul. & com. rei vē ditæ. l. ſi vinaria. ſed diſtinguitur, an aliquid ſit indultum in fauorem contrahentium pacto, an ex liberalitate principis ſine lege. Primo caſu obtinet quod ibi dicitur, ſecundo quod hic. Sed hæc ſolutio reprobatur per legem infra de lege commiſſo. l. ij & infra de in diem addic. l. Sabinus. meritus ergo dicas quòd ibi non eſt indultum aliquid in fauorem: quia non eſt extra ius commune. tunc enim inducitur aliquid in fauorem, cum eſt extra ius commune. Accurſius.

c *Non eſt nouum. Trahantur*. Tribus modis trahuntur: vt determinentur,b ſuppleantur, corrigantur. De primo pone exemplum Cod. quando lib. princ. da. l. j. quæ determinatur per ſecundam eiuſdem titu. De ſecundo da exemplum C. de contti. pe. l. finali. & alia quæ diximus ſupra eodem. l. non poſſunt. De tertio da exemplum C. de ſacroſanctis eccleſiis. l. generali. quę corrigitur per authen. ingreſſi, ibi poſitam, quòd ſic trahantur, non eſt nouum.

a Tu dic melius ſecundū Dy. quod ibi priuilegiū non ſtetit in finibus cōceſſionis: ſed vltra ceſſit.

b Id eſt innouē tur. Pan.

INciuile[a] eſt, niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita iudicare vel reſpondere.

Illud quod eſt in fauorem, non retorquetur in odium.

XXV. MODESTINVS libro octauo Reſponſorum.

NVlla[b] iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem.

Lex præcedens determinatur per ſequentem. l. cum duobus ſequent. Bar.

XXVI. PAVLVS libro quarto Quæſtionum.

NOn eſt nouum, vt priores leges ad poſteriores trahantur,[c]

XXVII. TERTVLLIANVS libro primo Quæſtionum.

IDeo, quia antiquiores leges ad poſteriores trahi vſitatum eſt:[d] & ſemper quaſi hoc legibus ineſſe credi oportet, vt ad eas quoque perſonas, & ad eas res pertineant, quæ quandoque ſimiles erunt.

XXVIII. PAVLVS libro quinto ad legē Iuliam & Papiam.

SEd & poſteriores[e] leges ad priores pertinent, [f]niſi cōtrariæ ſint: idque multis argumentis probatur.

XXIX. IDEM libro ſingulari ad legem Cinciam.

COntra legem facit, qui id facit quod lex prohibet:[g] in fraudem verò, qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit.

XXX. VLPIANVS libro quarto ad Edictum.

FRaus enim legi fit, vbi qđ fieri noluit, fieri autem nō vetuit, id fit: & quod diſtat[h] μετὰ δόλου ἀδικίας, † hoc diſtat fraus ab eo quod contra legem fit.

XXXI. IDEM libro decimotertio ad legem Iuliam & Papiam.

PRinceps† legibus[i] ſolutus eſt. Auguſta autem licet legibus ſoluta non eſt, principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quæ & ipſi habēt.

d *Deo. Vſitatum eſt*. locus eſt à communiter accidentibus. & quod ſubiicit, & ſemper quaſi hoc &c. pertinet ad id quod modo dixit ſupplendo: & da duo exempla. Primum qualiter lex pertineat ad ſimiles perſonas: vt Macedo. ſtatutum in filiis, & ad nepotes trahatur: vt infra ad ſenatuſc. Mace. l. filium. & ad idē facit infra de donatio. inter virū & vxorem. l. iij. §. qui in eiuſdem. item qualiter ad ſimiles res, vt Macedo. ſtatutum in pecunia, trahatur etiam ad alia ſimilia, ſi in fraudē dētur: vt infra ad Maced. l. item ſi. §. mutui. quod autem dixi veteres ad nouas trahi, idem eſt econtra, vt nouæ ad veteres trahantur, nō tribus modis, ſed vno modo. ſcilicet determinādo,[c] & da exemplum C. de lit. conteſt. authē. offeratur. vbi ſimpliciter dicitur ſatisfari iudicio ſiſti. ſed infra qui ſatisfda. cog. l. ſciendum. in princi. diſtinguitur, ſi non eſt poſſeſſor immobilium. & facit ad hoc in authen. de filiis ante do. inſtru. natis. in fin. col. iij. vbi dicit, oportet ea quæ per interpretationem adiecta ſunt, in his valere in quibus eſt locus interpretatis legibus. Alij dicunt, vt Ioan. quòd hęc lex, ſed & poſteriores. idem dicit quod ſuperior, non eſt nouum. ſed adiicit illud, quod multis & exemplis probatur. Accurſius.

c Immo etiā ſup. plēdo: vt not. ſupra eo. l. quod vero in fin. glo. ſeciēdum la. Butr.

† i. deſtat, à ſtatu ētur. Bardeus hoc. ſine verbis expreſſum, à mente cēcepit.

† Hoc diſtat inter pretatum Ariſtot. li. 3. Pol. cap. 9.

e *Sed & poſteriores*. quaſi dicat non ſolum priores: ſed econtra poſteriores ad priores. Accurſius.

f *Niſi contrariæ*. ſcilicet vt per eas poſteriores corrigantur & determinentur, & ſuppleantur.

g *Contra. Prohibet*. ſcilicet expreſſim: vt ſi vēdatur res minoris ſine decreto: quod expreſſe prohibet lex: vt j. de re. eo. l. j. talis facit contra verba & contra ſententiam legis. & eſt alius qui tātum ſententiā offendit, & verba reſeruat: vt hic, & infra. l. proxim. de quo iumas exempla in hac diſtinctione. fit fraus legi quandoque de re ad rem: vt ſi quis det filiofami. aliud quàm pecuniam mutuo: vt infra ad Macedo. l. itē ſi filiusfamilias. §. mutui. quandoque de perſona ad perſonam: vt ſi vir volens donare vxori, ſupponat alium qui donet: vt infra de dona. inter vi. & vxo. l. ſi ſponſus. in princi. quandoque de vno contractu ad alium contractum: vt ſi vir volens vxori donare, commentus ſit venditionem in fraudem legis: vt infra de dona. inter virum & vxorem. l. ſi ſponſus. §. circa. quandoque de vno contractu ad eundem contractum: ſed non eodem modo faciendum, vt ſi mulier volens intercedere, colorem quæſiuit, & conuenit vt cum ipſa potius cōtraheretur: vt infra ad Vell. l. quamuis. §. ſi cū eſſem. Sed an verba tātum offendere liceat? Reſpond ſic, vt argu. infra de iure pa. l. adigere. §. quamuis. & infra de in ius vo. l. quamuis. in fi. & infra de iureiuran. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. item facit C. de inoffic. teſta. l. fratres. vbi beneficium pro maleficio ſumitur. item. C. de adul. l. eum qui. vbi vxor dicitur etiam quæ nō eſt vxor. & die vt not. C. de le. & con. l. non dubium. Accurſius.

h *Fraus. Diſtat* id eſt verbum ab intellectu, vel ſententia.

i *Princeps legibus*. ab alio coditis: vt j. de arbi. l. nam & magiſtratus. vel à ſeipſo: vt j. de arbi. l. pe. voluntate tamen ſua ſeipſum ſubiicit: vt C. e. l. digna. & inſtit. quibus mod. teſt. infir. in fi. & facit C. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, & C. de bo. quæ lib. l. cum multa. & infra de leg. ij. l. ex imperfecto

fecto.& in decret.diſt.viij.c. quæ contra. ſed quod dicit de Auguſta,quòd habet idem priuilegium, eſt contra infra de leg. ij. l.quod principi.& l. ſeq. ſed dic q omnia alia quæ viris tantum conueniunt,ſibi non dat,cùm ſic in aliis fœminis præcipiat : vt C.de arbi.l. fi.non ergo ſibi dat poteſtatẽ condendi leges. Item quæ ſunt habilia mulieri, concedit : vt hic. ſed non omnia , ſecundum Ioan. vt in l. contraria. vel dic quòd legatum felictum principi, fuit ibi caducum, vel quaſi : relictum auguſtæ fuit pro nõ ſcripto. Sed quæ priuilegia tribuit princeps auguſtæ? Reſpond.quæ fiſco : vt infra de iure fiſ.l.fiſcus. j.in fine.& l.ſequen. eſt ergo immunis à præſtatione vectigalium , vt infra de publica. locatio.§ . fiſcus. Item alia habet:vt cod.de præpoſa. cubicu . l.cubiculatios.libro duodecimo. & Cod. de quadrien. præſcrip. l. vltima. §.ij.

† *Ad materiã legis addẽ, quòd licet cõſuetudo ſit ſeruãda, tamẽ ſi ſit introducta contra ſolennitatem alienationis, vel eccleſiaſtica, nõ valet. ita affirmant Io. Faber & ſcribentes in authẽ. hoc ſine perfectõ. C. de ſac. eccleſiſ. & in authẽ. Præterea. eodem tit. Conſuetudo tria habet ſpecialia.*

† *Adhoc bene facit text. in c. in hac.11.dſt. gl. in ca. generalis. de elect. in 6. & l ea. ex lateris. de conſue.*

a *Iſtud exemplũ glo. non eſt bonũ: quia in vtroq; eſt caſus cõſuetudinis, q nec mancus, nec ſiamus poteſt in feudo ſuccedere : vt in c.1. Lib. feudorũ. in mu. vel aliter imperfectus. laſ.*

Conſuetudo in caſibus non deciſis habet poteſtatem mutandi leges. in caſibus deciſis habet virtutem corrigendi & interpretandi : quia cum procedant à conſenſu , & ſic à pari potentia deſcendant, debent eſſe æquales effectus. hoc dicit cum lege Si de interpretatione, & lege ſequenti. Diuiditur in duas partes principales. Primo ponit effectum conſuetudinis circa caſum lege non deciſum : ſecundo effectum circa caſum lege deciſum : quia lex per contrariam conſuetudinem tollitur. ſecunda ibi , quare . Item prima ſubdiuidatur in tres. Primo ponit dictum bimembre : vſque ibi, inueterata. ibi ponitur ratio dicti: vſque ibi , nam cum. ibi ratio rationis vſque ad verſic. quare.

XXXII. IVLIANVS libro nonageſimoquarto Digeſtorum.

DE quibus† cauſis [a] ſcriptis legibus nõ vtimur, [b] id cuſtodiri oportet,quod moribus & conſuetudine inductum eſt. Et [c] ſi qua in re hoc deficeret , tunc quod proximum & conſequens ei eſt . ſi nec id quidem appareat : tunc [d] ius quo vrbs Roma vtitur, ſeruari oportet. Inueterata [e] conſuetudo [f] pro lege nonnim-

De quibus cauſis.] CAVS S V S. Si quæſtio de facto emergat , ſuper qua ius ſcriptum aliquid non dicat, conſuetudo terræ in re in qua quæſtio emerſit de nouo,ſeruatur. & ſi nõ ſit conſuetudo , iudicabimus ſicut in alia ſimili quæſtione quocunque ordine expeditur. Si hæc duo deficiant, iudicabimus ſecundum conſuetudinem vrbis Romæ.Secundò dicit, quòd cõſuetudo vrbis Romæ ſeruatur pro lege. quod ſic probat. Nam cum ipſæ leges Ro.ſeruentur ab omnibus: ergo & cõſuetudo. & eſt ratio , quia tãtum valet cõſuetudo Romanorum nõ ſcripta,quantum lex ſcripta.Nam & conſuetudo vincit legem , ſicut vna lex vincit aliam. Viuianus.

a *De quibus cauſis.*vt de feudis. Et no.tria. Primò quòd debet ſeruari conſuetudo loci illius vbi agitur.Secundò , ſi hoc deficit, tunc debet ſeruari conſuetudo quæ eſt ſimilis in facto , vt hic,& Co.quę ſit longa conſuetudo.l.j.Tertiò,conſuetudo vrbis Romæ:vt hic.& C.de veter.iur.enu.l. j. prope finem. & inſtitu.de ſatisdat.in fine.& poteſt poni exemplum:ſtatutum eſt in conſuetudine feudi,vt ſi vaſſalli filius mancus fuerit , nõ ſuccedat in feudum.[a]quia domino ſeruire nõ poteſt.ſic ergo erit ſi erit aliàs debilitatus. Item ſi de conſuetudine nõ admittitur monachus, idẽ erit in regulari canonico. Item ſi admittitur filius vt ſuccedat patri in feudum , idem erit vt ſuccedat matri. Item ſi non admittitur mulier , idem erit de hermaphrodito ſi ſexus muliebris inualeſcat:vt infra de ſtat.hominum l. quæritur. His modis trahitur nõ ſcriptum ius ad nõ ſcriptum , de ſimilibus ad ſimilia.trahitur etiam quandoque ſcriptum ad non ſcriptum: vt ſicut vſufructuario cedit incrementum alluuionis, ſic cedat emphiteuticario : vt infra de vſufructu. l. item ſi fundi.§.ſed ſi.verſicu.huic.Item ſcriptum ad ſcriptum: vt diximus ſupra eo.l.non poſſunt.Item non ſcriptum,ad ſcriptum ius: vt C.de epiſ.aud.l.ſi lenones.& no.hic ar.pro nobis.his enim temporibus tantam habebat poteſtatem populus Romanus ſecũdum omnes,quantum hodie princeps: ſed olim pri[a] ſpectabatur conſuetudo alicuius loci quàm Romæ:ergo & hodie:& ſic magis quàm lex ſcripta. ergo conſuetudo particularis alicuius municipij derogat legi in eo municipio:vt infra com.præ. l.vẽditor.§.ſi conſtat.

b *Vtimur.*quia non habemus: & certè idem ſi habemus , ſed non ſunt in vſu:vt in fine legis.

c *Et.*pro id eſt.

d *Tunc tm* id eſt conſuetudo.

e *Inueterata.*ſcilicet cuius non extat memoria,ſecundũ quoſ-

A dam: vt argum.infra de aqua pluuia arcẽn.l.j.in fine.& infra de aqua quotidi.& æſti.l.hoc iure.§.ductus.& C.quæ ſit longa cõſue.l.conſuetudinis:ibi,longæui cum longæuum ſit c. annorũ: vt C.de ſac.ſan.eccle.l.vl.ſed Io.contra.dicit enim x.an.[b] quod patet ex rub.hic, & C.eod.vbi dicitur longa.longum autem dicitur decennium: vt inſtitu.de vſucap.in principio. Item facit quod dicitur infra l.proxima, diuturna.cũ diu dicatur decennium:vt infra qui & à qui.l. ſi cùm fideicommiſſa.§.Ariſto. ſed qualiter decennio conſuetudo introducitur? Reſpon.ſi bis fuerit iudicatum in illo tempore : vel libellum , vel querimoniam propoſitam contra talem conſuetudinem ſpreuerit iudex:vt infra eo l.cum de conſuetudine. & C. de epiſc.audi.l.nemo.in fine.& infra eod.l. nam imperator. ſed ſecundum hoc etiam exemplis iudicatur. Sed contra.Co.de ſen.l. nemo. ſed dic non exemplis, ſed conſuetudine quæ per exẽpla probatur , [c] & etiam per decenniũ: vt ſi poteſtas bis iudicauit concilio conuocato eo animo , vt ſit conſuetudo deinceps. vel non exemplis male iudicantis : ſed bene ſic. Vel dic , non exemplis vnius , ſed multorum. Accurſius.

b Iſtam opm. cõmuniter ſequuntur doct.

c Melius diceret gl. indicatur. P.

Longa conſuetudo habet vim legis, maxime ſi in contradictorio iudicio ſit oppoſita . & ſumit vigorem ex tacita populi conuentione & non eſt neceſſe quod redigatur in ſcripta . & legem interpretatur cùm de legis intellectu dubitatur . & omnia prædicta obtinent , niſi conſuetudo ſit erronea. hoc dicit vſque ad legem ergo. Bartolus.

C XXXIII. VLPIANVS libro primo de officio proconſulis.

f *Conſuetudo.*ſcilicet Romanorum.

g *Suffragio.*id eſt conſenſu in ſcriptis redacto.Ioannes.

h *Factum.*id eſt conſuetudine.quaſi dicat,nihil intereſt.& not. duo bona ſimilia:vt infra de ædil.edi.l.ſi tamen.§.ei.& infra de his qui not.infa.l.ij.§.ignominiæ. ſed certè quãdoque multum intereſt.quidam enim ſunt qui declarant voluntatem ſuam rebus,& factis, & verbis: vt ſummi magiſtratus. quidã verbis tãtum: vt municipales: vt infra de offic.eius cui man.eſt iuriſdict. l. j.& de iuriſdict.om.iu.l.magiſtratibus. quidam rebus & factis tantum,& non verbis : vt quilibet contra ſeipſum : vt infra de arbit.l.pe.& infra ſi quis cautio.l.ij.§.ſi quis tamen.

i *Abrogentur.*Not.per duo corrigi legem.Primò per aliam legem:& hoc planum eſt.Secundò per conſuetudinem:[d] vt inſtit. de iure natu.§.pe.ſed contra in hoc ſecundo. Cod. quæ ſit longa conſuetu.l.ij.Solu.diſtingue,[e]aut eſt conſuetudo generalis: & tunc generaliter vincit legem:vt hic.aut eſt ſpecialis : & tũc D vincit ſpecialiter:[a]vt infra communia prę.l.venditor.§ ſi conſtat. & infra quod cuiuſque vni.l. item. j. reſpon. in gloſſ. vel perpetua,non generaliter:vt C.e.l.ij.quæ eſt contra.& hæc eſt vera,ſi conſuetudo ſequitur legem.nam ſi præcedat, vincitur à lege:vt infra de ſepul vio. l.iij. §. diuus.in glo. ſepeliri. & hoc quando contra legem eſt conſuetudo ex certa ſcientia:ſecus ſi per errorem:vt infra eod.titu.l.quod non ratione.& in authẽ. vt nulli iudi.§. j. colla. ix.ſi tamen non eſt expreſſe à iure inhibita:vt Co.de vſuris.l.eos.§.cæteros.in fine. & ibi gloſſ. Item ſi eſt ſecundum legem,vel ſaltem non contra, valet:vt in hac lege.& hoc ſecundum Ioã.Alij vt P. & Irne. dixerunt hanc ad illam trahi, cum huius legis tempore populus habebat poteſtatem condendi leges:vnde per eius contrariam conſuetudinem abrogabantur.hodie per principem tantùm ſit vtrumque.item alij diſtinguunt:an ſit talis lex cui poſſit derogari per pactum: & tunc conſuetudo eam vincet:vt hic.aut non & tunc nõ vincet, vt ibi.quæ autem ſint leges quibus poſſit vel non poſſit p pactum derogari,dicitur C.de pactis.l.ſi quis in conſcribenda.in gloſ.Io.Alij etiam diſtinxerunt:aut eſt lex cõſuetudine approbata:& tunc ipſa lex vincet:vt ibi.aut non:& tunc conſuetudo vincet:vt hic.

d Tu d. quòd hoc nõ dicitur in text.in ſi. ſed dicitur per deſuetudinẽ, ſecundũ P. & Ia.

e Hanc primam ſolutionem communiter tenent doct. vt etiã alias quas ponũtur circa ſim. gl. i ver. alias : vt P. vſque ad fi. P. & Ia.

a id eſt in loco ſuo eſt.

a *Diuturna.* scilicet decem vel viginti annorum : vt diximus supra lege proxi. sed quæ est differẽtia inter hãc & eam? Respon. supra dixerat consuetudinem seruari : hic determinat de ea quæ est longa. vel aliter. Supra loquitur de his casibus de quibus nihil omnino in iure est : hic de his de quibus lex tractat : vt de locatione.

† *Facit ad hanc l. c. cõ in tua. cum glo. de cõ suet. lib. 6.*

casus tamen euenit lege non determinatus: vt est in hac ciuitate. nam secundum consuetudinem soluitur medietas pensionis in festo omnium sanctorum : in natali alia medietas: & inducitur cõsuetudo per duas sententias lata intra decem annos. Item quia perpetuo sic est obtentum sine contradictione : vt quia clerici vendunt res Ecclesiæ sine decreto episcopi: vt infra eod. l. si de interpretatione. Item quia libelli querimoniarũ de talibus non fuerũt recepti: vt in l. cum de consuetudine.

b *Cum de consuetudine. Contra leges.* duobus modis exponi sine non. Primò quia

† *Idem Cyn. lib. 2. de una. vlm. & lib. 2. ad Herē. & in Pan. Pla. lib. 4. de legibus.*

semel fuit iudicatum contra consuetudinem ante viginti annos inchoatam, quando est inter absentes : sed postea erubuerunt iudices contra eam iudicare, secundum Ioannem & Azonẽ: & secundum hoc dic, iudicio, id est sententia. Vel dic secundo semel cum allegaretur consuetudo à xx. an. citra, in contrarium fuit allegatũ: pars tamen eam allegans obtinuit : & aliis multis vicibus sine cõtradictione obtinuit. & secundum hoc dic, iudicio, id est contradictione facta in iudicio. & hoc est quod dicit, de libellis querimoniarum. sed alibi est litera cum non. & tunc plana est, quasi nemo contradixerit. si autem quandoque secundum eam, quandoque contra eam fuit iudicatum, non est consuetudo secundum Ioan.

c *Firmata sit.* supple vel non sit firmata.

d *Sed & ea quæ longa.* videndum dixi an non sit firmata : tunc enim non tenebit. sed si longo tempore sit obtenta, firmata videtur, & pro iure seruatur.

e *Si de interpretatione. Vsa fuit.* vt ita deinceps vtatur : & pone in hac & sequenti l. exempla quæ habuimus supra e. l. minimè. Et de hac interpretatione dicas: quia quandoq; consuetudo interpretatur legem, vt hic, quandoque iudex: vt supra. e. l. & ideo. & l. nam vt ait. quãdoq; magister: vt C. de profes. qui in vrbe Con. l. j. & ĩ. si certum pet. l. j. in principio. quæ omnia sunt contra. C. eo. l. j. & in authen. de rapt mu. in prin. col. viij. Sed dic interpretatio cõsuetudinis est probabilis & necessaria, non in scriptis redigenda : vt ff. e. l. imò. magistri verò probabilis, non necessaria. nec in scriptis redigẽda, nisi ad memoriam. Iudicis autem interpretatio est in scriptis redigenda: quia sine scriptis sententia non valet: vt C. de sent. ex breui. re. l. ij. sed principis interpretatio est necessaria, & in scriptis redigenda, & generalis: vt C. eo. l. j. & ij.

DIuturna† cõsuetudo pro iure & lege in his quæ nõ ex scripto descendunt, obseruari solet.

XXXIIII. IDEM libro quarto de offi. Procon.

CVm de consuetudine ciuitatis vel prouincię confidere quis videtur : primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicto[b] aliquando iudicio consuetudo firmata sit.[c]

XXXV. HERMOGENIANVS libro primo Iuris Epitomarum.

SEd & ea quæ longa[d] consuetudine cõprobata sunt, ac per annos plurimos obseruata, velut tacita ciuium conuentio, non minus quàm ea quæ scripta sunt iura seruantur.†

XXXVI. PAVLVS libro septimo ad Sabinum.

IMmo magnæ auctoritatis hoc ius habetur quod in tãtum probatum est, vt non fuerit necesse scripto id comprehendere.

XXXVII. IDEM libro primo Quæstionum.

SI de interpretatione legis quæratur, in primis inspiciendum est quo iure ciuitas retro in eiusmodi casibus vsa fuit.[e] Optima enim est legum interpres consuetudo.

XXXVIII. CALLISTRATVS libro primo Quæstionum.

NAm imperator noster Seuer[g] rescripsit, in ambiguitatibus quę ex legibus[f] proficiscuntur, cõsuetudinem, aut rerum perpetuò[g] similiter[h] iudicatarum auctoritatem, vim legis obtinere debere.

XXXIX. CELSVS libro vigesimotertio Digestorum.

QVod non ratione[i] introductum, sed errore primùm, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet.

XL. MODESTINVS libro primo Regularum.

ERgo[k] omne ius aut consensus fecit, aut necessitas[l] constituit, aut firmauit consuetudo.

XLI. VLPIANVS libro secundo Institutionum.

TOtum autem ius cõsistit aut in acquirendo,[m] aut in cõseruando,[n] aut in minuẽdo.[o] Aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiusque[p] fiat : aut quemadmodum quis rem vel ius suum conseruet,[q] aut quomodo alienet[r] aut amittat.[s]

DE CONSTITVTIONIBVS principum. * †

TITVLVS IIII.

Principum placita, animo ius condendo facta, habent vim legis generalis : nisi sint facta ad certas personas : quia tunc personas non egrediuntur. hoc dicit vsque ad finem. Bart.

I. VLPIANVS libro primo Institutionum.

QVod Principi[t] placuit, legis habet vigorẽ : vtpote cũ lege regia,[v] quæ de Vel dic, consensus, vt lex & senatusconsultum & plebiscitum quæ fiũt per cõsensum populi. & necessitas, vt leges principum, quas necessario scire debemus: vt C. eo. l. penult. Item no. quòd hic de iure naturali non facit mentionem. Accursius.

m *Totum. Acquirendo.* siue dominium, siue possessionem, siue ius aliquod.

n *In conseruando.* scilicet dominium, vel possessionem, vel ius quod in nobis est, id est nostrum est.

o *In minuendo.* scilicet quod habemus.

p *Quomodo fiat.* quantum ad acquirendum.

q *Conseruet.* scilicet retinendo.

r *Alienet.* scilicet transferendo in alium.

s *Amittat.* vt si habeat pro derelicto.

DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM.

Generaliter de legibus dixerat, nunc specialiter de legibus tantum imperatorum.

Quod principi placuit. vt esset ius generale & commune. nam si placeret et concederet, non esset lex.

u *Regia.* lata ab Hortensio mirabili oratore: vt ff. de origine iur. l. ij. §. deinde cum esset. sed de populo & plebe ibi dicit, dic ergo hic regia. id est regali.

Imperio.

f *Nam imperator. Ex legibus.* id est ex verbis l.

g *Perpetuo.* est decẽmio. sic ergo exemplis iudicatur. Sed cõtra. C. de sen. l. nemo. So. vt supra ea. lege de quibus diximus in illa gloss. cuius non extat memoria.

h *Similiter.* id est in eundem modum prolatarum.

i *Quod non ratione.* CASVS. Consuetudo quæ est Bononiæ, vt si dominus vini imposuerit manum ad plaustrum etiam ad adiuuandũ, extunc sit suum periculum : contra rationem est, & per errorem inducta. non ergo obtinebit in alio liquamine, licet postea fuerit approbata ex certa scientia, vel ex tacito consensu. vel dic aliter, vt licet in vino Titij tenuerit, & fuerit secundum eam iudicatum in vino, & sic videtur quod obtineat in persona alterius, nõ tamen etiam tenebit in vino in persona alterius quàm cuius fuerit iudicatum. cum enim consuetudo non fit sine consensu: vt supra ea. l. de quibus. in fine, patet quòd non est consuetudo. sed cum nihil sit tam contrarium consensui quàm error qui deregit imperitiam : vt infra de iur. om. iu. l. si per errorem. non obtinebit in aliis rebus vel personis.

k *Ergo.* quia supra de iusti. & iu. dixerat, & de iure gentium & ciui. & in hoc titulo supra eod. l. de quibus. cum sequentibus legibus, dixerat de cõsuetudinario: infert, ergo &c. & quod dicit, cõsensus, scilicet ciuiũ, vt sit ius ciuile. l *Necessitas.* id est ius gentium, quod per hominũ necessitatem est inductum : vt instit. de iure natu. § ius autem.

Exẽplus q... sequẽtia indicatur.

* *Quales leges prĩcipẽ seruare oportet, Pla. dia. 3. de legibus.*

† *Adde ad materiã quòd constitutiones p. ẽ ejus scãs ita præsumuntur post lapsum duorũ mensiũ ex ea. nouerint. ex. de sent. excõ. & sic ten. text. tũcta gl. in fi. extra ne cler. vel mo. & quãdo lex cõsti. principe, vide gl. in aut. de concu. in pragma. sanctio. super verbo, duos menses.*

imperio [a] eius lata est, populus ei [b] & in eum [c] omne suum imperium [d] & potestatem [e] conferat. [f] Quodcunque igitur imperator per epistulam & subscriptionem statuit, vel cognoscens decreuit, [g] vel de plano interlocutus est, [h] vel edicto [i] præcepit, legem esse constat. Hæc sunt, quas vulgo constitutiones appellamus. Planè ex his quædam sunt personales, [k] nec ad exemplum trahuntur. Nam quæ princeps alicui ob merita indulsit, [l] vel si quam pœnam irrogauit, [m] vel si cui sine exemplo subuenit: [n] personam non egreditur. [o]

a *Imperio.* transferendo de populo ad principem.
b *Ei.* id est ad eius honorem.
c *In eum.* id est ad eius onus, vt sustineat onus condendi iura.
d *Imperium.* merum & mixtum.
e *Potestatem.* id est iurisdictionem.
f *Conferat.* & transtulit: vt ff. de offi. præfec. præto. l. j.
g *Decreuit.* dando definitiuam sententiam: vt C. e. l. fi.
h *Interlocutus est.* quæ tamē interlocutio non est generalis, nisi hoc expresse dicatur: vt C. eo. l. iij. quæ est contra. *ADDITIO.* Pro solut. huius contra. distingue secundum Bartolum hic. Aut principis interlocutio est redacta in corpore iuris, aut nō. primo casu obseruatur pro lege generali: vt in contrario. secundo casu, non: vt plene nota. per Cy. in l. leges. C. eo.
i *Edicto.* apposito, ac edictali lege: vt C. eod. l. iij.
k *Personales.* quæ iuris corpore non claudūtur. aliàs semper est generalis: vt C. de not. co. faci. l. j. in fine.
l *Indulsit.* vt priuilegium.
m *Irrogauit.* non merenti tantum.
n *Subuenit.* vt quia pepercit pœnam meréti.
o *Non egredatur.* imò videtur personam egredi: vt infra quod quisque iuris. l. j. §. si quis. quæ est cōtra. sed dic, ibi ad postulationem datum fuit rescriptum: hic non. Item cōtra. C. de fruct. & lit. ex. l. fina. vbi priuilegium vni datum de minoribus expēsis, etiā aduersario prodest. sed dic, ibi speciale propter æqualitatem iudiciorum seruandam: vt arg. C. de postul. l. prouidēdū. vel dic in vtroque contrario non egredi personā, scilicet prorsus extraneam: aduersario tamen eius prodest. vel hoc locū habet quādo ad nullius læsionem cōceditur. & ex quo datur materia tractandi de rescriptis, dic breuiter, si legi dei vel euāgeliorum contradicant, non valent: vt argu. infra de arbit. l. nam & magistratus. distinguere tamen potest lex humana legē dei, quæ est, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum. nā distinguitur testamētū ab aliis: vt C. de fideicommiss. l. finali, circa finem. Si autem est cōtra ius humanum, siue cōtra ius naturale, siue gentium, nō valet: vt si petam quòd res alterius mihi detur. nam dominia sunt de iure gentiū, vt supra de iust. & iu. l. ex hoc. & tūc non valent, cum sint immutabilia talia iura: vt insti. de iure naturali, gētium & ciuili. §. pe. fallit in casibus: vt C. de vendi. rer. fis. cum priua. com. l. j. libro decimo. & Cod. de quadri. præscript. l. fin. & fallit ratione delictorum: vt per totum titulum de bon. dā. itē ratione publicæ vtilitatis: vt infra de reli. & sumpt. fu. l. si quis sepulchrum. §. non tamen. si autem in ea lædatur qđ est de iure ciuili, vt in actionibus quæ sunt à iure ciuili: vt supra de orig. iur. l. ij. §. omnium. si quidē vt prorsus tollatur, non valet. sed vt differatur, valet: vt C. de preci. impe. offe. l. quoties. si autem per mendacium, valet: sed secūdū veritatem datus iudex debet procedere: vt C. si cōtra ius vel vtilitatem publi. l. præscriptione. quidam tamen dicunt, vt Pla. quòd etiam tūc cum effectu valeat, si modicam læsionem contineat. si autem est contra publicam vtilitatem: valet tunc demum si secūda iussio intercedat: vt in authēticis. de man. princip. §. deinde competens. collatio. tertia. & in authenticis, vt nulli iud. §. & hoc verò iubemus. coll. nona.
p *In rebus.* Pone exemplum in leg. Fal. noua, quæ est cōtra legem duodecim tabul. inducta: vt instit. de lege Fal. in principio. Item pone exemplum infra de vulg. sub. l. ex facto. ci. rea principium. ibi, erenim iniquum &c. Vel pone exemplum in

† *Prudēs Tractans cōsilium in prouincijs cōcēdū refert Alex. ab Alex. li. 6. Gen. dier. ca. 23.*

† *An et quando noua res cōstituēda legesque mutanda, Plat. dia. lo. 4. de legib. & in lib. ci. nolo, siue de regno. Arist. li. 2. Polit. ca. 6. & §. Et hic. cap. 10.*

Vetus.

A dilatoria exceptione: vt C. de preci. imper. offe. l. ij. & C. noua vec. l. non solent.
q *Beneficium.* Vt si concessit domum, adiacentia concessisse videatur: arg. infra de penu leg. l. iij. §. fi. & lege seq vel melius pone exemplum: concessum est Ponticis vt filij matres sequantur, largè interpreteris vt etiam filij legitimi sequantur: vt infra ad muni. l. j. & facit infra de vulg. sub. Lex facto. & Cod. quæ res pign. ob. poss. l. fina. & C. de bo. va. l. fiquādo. libro decimo. & vt planè videas, dic quòd in contractibus plenè interpretamur: vt C. vt ac. ab hered. & contra hered. l. j. & C. quæ res pign. ob. poss. l. fin. in vltimis voluntatibus plenius: vt infra de fun. instru. l. quæsitum. §. idem respond. & de tri. vino & oleo leg. l. penult. in rescriptis pleniſſime: vt hic, & in authen. de nup. §. fi verò solum vsumfructum. coll. quarta. & infra de iure immunitatis. l. iiij. sed videtur quòd strictè: vt C. de inoffic. testa. l. si quando. sed ibi in litera ratio redditur. Item opponitur eodem modo infra ne quid in loco publico. l. ij. §. meritò. Respond. ibi non dicit quòd strictè interpreterur: sed quòd imperator sine iniuria cuiusquam concedere debet.
r *Interpretari.* legem cōmunem tamen prævalere oportet: vt in authent. de non alie. §. quia verò verisimile. versic. oportet enim. colla. secunda. nisi dixerit, non obstante tali lege. & facit ad hāc legem infra de re iudicata. l. quidam cōsulebant. in fine. & C. de nuptiis. l. si furiosi. & infra de regul. iuris. l. in testamētis. & infra de off. præfect. vrb. l. j. §. cum initio. versi. cum vrbē. & infra de ver. sign. l. verbis legis. Argu. contra infra de offic. præsi. l. sæpe. Accur. *ADDITIO.* Dic quòd hic loquitur in beneficio: ibi in rescripto. Bal.

Cōmunis vtilitas prævalet priuatæ.

DE STATV HOMINVM.

Tractaturus de iure prout aptatur variis personis, præmittit Iustinianus per compilatores suos iuris tripartitam diuisionem, singulas eius partes prosequens.

s *Nunc. Pertinet.* Hoc videtur esse falsum: quia quædam iura videtur esse data ad dilationem dandam: quædam ad causarum definitionem: quædam ad bonorum possessionem petēdam. Sed respōdeo, omnia contineri rei appellatione. immo etiā actiones continentur: quare satis esset si diceret ad personas, vel ad res. sed hoc dixit, vt plenius quod intēdebat exprimeret. pertinet ergo ad personas, scilicet qualiter personæ, id est serui adquirantur, & alienentur, & amittantur, & conseruentur: & de cōditionibus earum. & ad res qualiter adquirantur, conseruentur, amittantur, alienentur. & ad actiones pertinet qualiter nobis competant, & qualiter eas proponere debeamus.

Cum igitur.] *CASVS.* Intendit iurisco. demonstrare ordinem quo sit processurus. nā primo dicturus est de personis qualiter circa statum obligentur & liberentur. Secundo, de rerū diuisione. postea actiones ostendet quæ & quales sunt, & qualiter in iudicio proponuntur. Quarto, quomodo seruitutes vindicantur. Viuianus.
t *Constitutum sit.* vt ff. de vsu. l. in pecudum. §. j. sed contra ff. l. proxi. sed [a] dic quo ad vtilitatem, est verum quod dicitur hic: sed quo ad tractatum, superior lex locum habet.
v *Statu.* primo de psonis qualiter obligētur in statu, & liberentur: & postea rerū diuisionē ponit: de actionibus quoq; annectit Hermo. in li. suo, quē nō habem⁹, sed leges ei⁹ habem⁹:

[a] *Istā solutionem sequitur Bar. hic.*

oſtendendo quæ & quales ſunt, & qualiter in iudicio propo- A nuntur: & quid in eis veniat.

a *Perpetui.* id eſt generalis edicti. nam prætor ſecundum ordinē ſua edicta proponebat. & de his forte ſic, & nos prout res patitur: quia quādoque res non patiūr quin quædam extranea interſeramus.

b *Summa.* id eſt breuis. vel ſumma, id eſt prima: [a] quia aliæ ſequuntur in tutelis ſequentibus. vel dic ſumma. i. digna. eſt em̄ digna [b] in duobus. ſ. in ordine, & quia vnum habet membrum à iure naturali, aliud à iure gentium. & quod dicit, omnes homines, reſolue in ſinguläre. i. omnis homo: vt ĵ. de cōdic. & de l. falſa. §. ſi quis ita. vt non obſtet oppoſitio quæ ſit duobus demonſtratis. ſ. libero & ſeruo. aut enim ſunt liberi, aut ſerui: & neutrum eſt verum. ſed quid de ſtatuliberis? Rñ. ſerui ſunt: vt ĵ. de ſtatulib. l. ſtatuliberi à cæteris. & l. ſtatuliberorū. q̄ dic vt ibi. Sed quid de adſcriptitiis? Rñ. liberi ſunt Co. de epiſ. & cle. l. iubemus. & auth. adſcriptitios. & Cod. de agri. & cen. l. cum ſcimus. in fi. li. xj. nec ob. Co de agr. & cenſi. l. ne diutius. quia verū eſt quòd non differunt à ſeruis in eo q̄ poſſunt vendi vt ſerui, cum gleba tamen: vt C. de agri. & cenſi. l. quemadmodum. velme lius quo ad dños ſerui ſunt: quo ad extraneos liberi: vnde dominum in ius vocare non poſſunt, & à dominis vindicantur. ſunt ergo dominorum: vt ĵ. de auro & argen. lega. l. Quintus. §. argento. & Co. de agri. & cen. l. quēadmodum. & Cod. in qui. cau. col. & cenſ. l. ij. li. xj.

a Iſta expoſitio eſt vera. Bald.

b Id eſt, præcipua & princi pium. & hæc eſt recta vera. Bald.

edicti perpetui [a] ſecuti, & his proximos atque cōiunctos applicantes titulos, vt res patitur, dicemus.

Primo ponitur diuiſio perſonarum. Secundo, definitio libertatis. Tertio, definitio ſeruitutis. Quarto ponitur etymologia horum vocabuli. ſecunda ibi, libertas. tertia ibi, ſeruitus. quarta ibi, ſerui. vbi ety mologia ponitur: & durat vſque ad finem legis. Bartolus.

III. GAIVS libro primo Inſtitutionum.

SVmma [b] itaq; de iure perſonarum diuiſio hæc eſt, quòd omnes homines aut liberi ſunt, aut ſerui.

IIII. FLORENTINVS libro nono Inſtitutionum.

LIbertas [c] eſt naturalis facultas eius quod cuique facere libet, [†] niſi ſi quid vi aut iure prohibetur. Seruitus eſt conſtitutio iuriſgentium, [d] qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur. [e] Serui ex eo appellati ſunt, quòd Imperatores captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, [f] nec occidere ſolent. Mancipia verò dicta ſunt, quòd ab hoſtibus manu capiantur.

† Quæ vera libertas, & quæ vera ſeruitus, Plato dialog. 3. de legib. Cic. para do. 5.

Diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur alia diuiſio perſonarum. In ſecunda dicitur quæ ſint fiant ſerui. In tertia ponitur qui ſint ingenui. In quarta ponitur qui ſint libertini. ſecunda ibi, ſerui autem. tertia ibi, ingenui. quarta ibi, libertini. In ſumma hoc dicit: Seruorum vna eſt conditio: liberorum procreatio duplex. hoc primo. & ſerui fiunt dupliciter: aut de iure gentium, aut de iure ciuili, hoc ſecundo. & ſiue mater ſit libera tempore conceptionis, ſiue tempore partus, ſiue medio tempore inter conceptionem & partum: partus eſt liber. Bartolus.

V. MARCIANVS libro primo Inſtitutionum.

ET ſeruorum quidem vna eſt conditio: [g] liberorum autē hominum quidam ingenui ſunt, quidā libertini. Serui autē in dominium noſtrum rediguntur aut iure ciuili, aut gentium. Iure ciuili, ſi quis ſe maior viginti annis ad preciū B participandū venire [h] paſſus eſt. Iure gētiū ſerui noſtri ſunt, qui ab hoſtib⁹ capiūtur, aut qui ex ancillis noſtris naſcūtur. Ingenui ſunt, qui ex matre libera [i] nati ſunt. [k] Sufficit enim liberam fuiſſe eo tempore quo naſcitur, licet ancilla concepit. & econtrario ſi libera conceperit, deinde ancilla pariat: placuit eum qui naſcitur, liberum naſci. nec intereſt, iuſtis nuptiis concepit, an volgo: quia nō debet calamitas [l] matris nocere ei qui in ventre eſt. Ex hoc quæſitum eſt: ſi ancilla prēgnas manumiſſa ſit, deinde ancilla poſt C ea [m] facta, aut expulſa [n] ciuitate pepererit, liberū, an ſeruum pariat. Et tamen rectius probarum eſt liberum naſci: & ſufficere ei qui in ventre eſt, liberam matrem vel [o] medio tempore habuiſſe.

c Solus & dic q̄ vna eſt conditio: ſed officia & miniſteria poſſunt eſſe plura: vt in cōtractibus. tamē eorū cōditio vna eſt. vnus enim p⁹ quàm alter ſeruꝰ eſſe non poteſt. ſecundum Bar. hic.

† Libertinus quid differat à libertis, explicat Aul. Auguſt. ſ Cōmēt. ſuis ad legē 5. de excuſat. tu.

VI. GAIVS libro primo Inſtitutionum.

LIbertini ſunt [†] qui ex iuſta [p] ſeruitute manumiſſi ſunt.

Qui eſt in vtero, pro nato habetur quo ad ſui commodum.

Tabellio dicitur ſeruus publicus.

a *Perpetui.* id eſt generalis edicti. nam prætor ſecundum ordinē ſua edicta proponebat. & de his forte ſic, & nos prout res patitur: quia quādoque res non patiūr quin quædam extranea interſeramus.

b *Summa.* id eſt breuis. vel ſumma, id eſt prima: [a] quia aliæ ſequuntur in tutelis ſequentibus. vel dic ſumma. i. digna. eſt em̄ digna [b] in duobus. ſ. in ordine, & quia vnum habet membrum à iure naturali, aliud à iure gentium. & quod dicit, omnes homines, reſolue in ſinguläre. i. omnis homo: vt ĵ. de cōdic. & de l. falſa. §. ſi quis ita. vt non obſtet oppoſitio quæ ſit duobus demonſtratis. ſ. libero & ſeruo. aut enim ſunt liberi, aut ſerui: & neutrum eſt verum. ſed quid de ſtatuliberis? Rñ. ſerui ſunt: vt ĵ. de ſtatulib. l. ſtatuliberi à cæteris. & l. ſtatuliberorū. q̄ dic vt ibi. Sed quid de adſcriptitiis? Rñ. liberi ſunt Co. de epiſ. & cle. l. iubemus. & auth. adſcriptitios. & Cod. de agri. & cen. l. cum ſcimus. in fi. li. xj. nec ob. Co de agr. & cenſi. l. ne diutius. quia verū eſt quòd non differunt à ſeruis in eo q̄ poſſunt vendi vt ſerui, cum gleba tamen: vt C. de agri. & cenſi. l. quemadmodum. velme lius quo ad dños ſerui ſunt: quo ad extraneos liberi: vnde dominum in ius vocare non poſſunt, & à dominis vindicantur. ſunt ergo dominorum: vt ĵ. de auro & argen. lega. l. Quintus. §. argento. & Co. de agri. & cen. l. quēadmodum. & Cod. in qui. cau. col. & cenſ. l. ij. li. xj.

c *Libertas.* Definitur hic libertas ſecundum ius quo eſt inuēta, id eſt ſecundum ius naturale, ſecundum Ir. vnde etiā libertas ſerui definitur. ſeruꝰ enim poteſt facere quod vult, in- D ſpecto iure naturali, niſi vi. i. de facto aut iure quolibet prohibeatur. Alij dicunt addendum eſſe quod eſt Inſtit. de iure perſo. ubi, ex quo liberi & c. & ſecundum hoc definitur libertas liberorum, non libertas ſeruorum. Tu dic quòd libertas eſt facultas, id eſt poſſibilitas à iure naturali, q̄ poteſt facere quidquid vult, niū vi. i. iuregen. (quod propter neceſſitates hominū eſt inductum: vt Inſti. de iure na. §. ius autem gētium) vel iure, ſ. ciuili prohibeatur: ac ſi diceret, quilibet liber eſt, niſi ſit ſeruus iuregentium, vel ciuili: vt quia patiatur vendi ſe ad pretiū participandum: vt ĵ. eo. l. proxima.

d *Iuriſgentium.* id eſt à iuregentium inducta: vt ĵ. de iuſti. & iur. l. manumiſſiones.

e *Subiicitur.* quandoque etiam eſt ſeruus ſine domino, vt hereditarius: vt ĵ. de re. diui. l. j. §. j. Item habitus pro derelicto: vt ĵ. pro derelic. l. fin. & ĵ. de ſtip. ſer. l. quod ſeruus. Itē alius caſus: vt ĵ. de lib. cau. l. ſi vſumfructum. Accurſius.

f *Seruare.* ſed tabellio dicitur ſeruus publicus, à ſeruiēdo: vt ĵ. de adop. l. non enim aliter. tabellio enim ſeruus eſſe non poteſt C. de tabel. l. generali. lib. x. Accurſius.

g *Conditio.* quia nullus eſt plus ſeruus quā alius: ſunt tamen quidam veterani, quidam nouitij: vt ĵ. de ædi. edic. l. ſi. §. ſi. quæ eſt contra. [c] Item quidam vicarij, quidam ordinarij, quidam habent apud dominum maiorē dignitatem, quidā minorem: vt ĵ. de vſufru. l. ſed & ſi quid. §. j. & ſic quo ad officia eſt differentia in ſeruis.

h *Venire.* Nota, quatuor eſſe neceſſaria vt liber ſeruꝰ fiat. Primo, q̄ ſit maior xx. ann. Secundo, q̄ gratia participandi pretij ſe vendi patiatur. Tertio, q̄ verè participet. Quarto, q̄ qui emit, credat eū ſeruum: vt C. de libe. cau. l. non ideo. & l. ſi miniſterium. & ĵ. de li. cau. liberis. §. ſi quis ſciens. & de his qui. ad li. procla. non lib. l. j. ſecundum loā. poteſt addi quintum, quòd is qui venditur, non ſit ignarus ſuæ conditionis: vt ĵ. qui. ad li. procla. non li. l. pe. & quod hic dicitur quando patitur ſe vendi: idem ſi quolibet alio titulo patiatur ſe transferri: vt ĵ. de li. cau. l. ſi vſum fruc. §. j.

i *Matre libera.* non inſpecto cuius conditionis ſit pater: ſiue ſit ſeruus, ſiue liber: vt Inſti. de inge. §. j.

k *Nati ſunt.* ſecus in ſeruo fiſci, qui conditionem patris ſequi videtur: vt C. ne de ſta. defun. l. pe. idem dicūt in murilegulo qui murices legebat: vt C. de murile. l. fi. ſed lo. contra in primo caſu. & ſic quo ad honores.

l *Calamitas.* quaſi cadamitas, ſiue caſus: immo nocere videtur: vt ĵ. de fideicom. h. l. ſi quis rogatus. & l. ſi mater. & l. ſed ſi non data. & l. cum verò. §. apparet. quæ ſunt cōtra. ſed diſtingue vt in ſumma. C. de fideic. lib. • l. j. §. fi. *ADDITIO.* Dicit hic Cy. quòd delictum parentum nūquam eſt immediata cauſa pœnæ corporalis in filios. vnde bāna quæ dantur naſcituris, non procedunt ſecundū rationem: quia non ſunt in rerum natura: nec eſſe poſſunt ingrati: vt C. de inoffic. teſt. l. ſi quis in ſuo. §. legis autem veteris, ſecundum Bal.

m *Poſtea facta.* ſcilicet per ingratitudinem.

n *Expulſa.* per deportationem: ſed tunc & ipſa libera eſt. vnde dic, in me: allum.

o *Vel.* ponitur pro ſaltem.

Liberum.] CASVS. Si ſeruus bene ſeruiat domino, vt manumitti mereatur, appellatur libertinus. Vitianus.

p *Qui ex iuſta.* i. vera. ſic ecōtra vera, q̄ iuſta: vt Inſti. qui manu. non poſ. §. ſemel. aliàs. i. ſi non ſit vera ſeruitus, ſed putatiua, non: vt Inſtitu. de inge. §. fin. Vel dic iuſta, quia adeò iuſtè ſeruierunt domino ſuo, vt meruerint ab eo manumitti.

Aliàs, l. fin.

• Iuſtā ſeruitutē intelligo plenā & omnibus iuris partibus nisi quēadmodū & iuſtā hereditatē interpretantur Bud. in] l. 3. ff. pro ſocio.

Qui in vtero.

a *Qui in vtero. Cuſtoditur.* niſi in caſu excogitato: vt ſi manumittatur ſi naſcatur intra triduum. nam quamuis ſit in ventre filius, tamen non habetur pro nato: & ſic cõditio deficit. vel ſi naſcantur tres, manumittitur mater: vt ſ. eo.l.Arethuſa. & facit ad hanc l.Cod.de fideicommiſſ. lib.l. cum inter.

q *Adoptauerit.* scilicet extraneum loco nepotis.

r *Agnascitur.* id est non fit suus. nam suus heres est quem nemo præcedit: vt insti. de here. qua. & diffe. §. sui.

s *Quasi in patris.* id est in potestatem eius qui est quasi pater: vt supra titulo primo. l. nepotes in fin. Accursius.

Si in qui.

v. CELSVS libro vicẽsimo octauo Digestorum.

IN adoptionibus, [f] eorum dumtaxat qui suæ potestatis sunt, voluntas [g] exploratur. sinautem à patre dantur in adoptionem : in his vtriusque [h] arbitrium spectandum est, vel consentiendo, [i] vel non contradicendo. [k]

VI. PAVLVS libro trigensimoquinto ad Edictum.

CVm nepos [l] adoptatur quasi ex filio natus, consensus filij exigitur. [m] idque etiam Iulianus scribit.

VII. CELSVS libro tricensimonono Digestorum.

CVm adoptio fit, nõ est necessaria in eam rem auctoritas eorum [n] inter quos iura [o] adgnationis consequuntur.

VIII. MODESTINVS libro secundo Regularum.

QVod ne curatoris auctoritas intercederet in adrogatione, antè tenuerat, sub diuo Claudio recte mutatum [p] est.

IX. VLPIANVS libro primo ad Sabinum.

ETiam cæcus adoptare vel adoptari potest.

Adoptatus in locum nepotis tanquam ex filio natus, non fit heres suus auo vincto. Bartolus.

X. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

SI quis nepotem quasi ex filio natum, quem in potestate habet, cõsentiente filio adoptauerit: [q] non adgnascitur [r] auo suus heres, quippe cum post mortem aui quasi in patris [s] sui recidit potestatem.

In adrogatione requiritur volũtas adrogatoris, & illius qui debet adrogari. Et in adoptione requiritur voluntas adoptantis, & eius qui adoptatur, & patris sui: & non aliorum consanguineorum. & si in loco nepotis quis adoptatur, requiritur filij voluntas qui loco patris esse debet: quæ si non adesset, non recederet in potestatem ipsius mortuo patre suo. h. d. cum lege sequenti, & lege si is qui. infra eodem. Bartolus.

Si is qui.] *CASVS.* Si adopto aliquē loco nepotis quaſi ſit natus ex filio meo: ſi filius meus nō cōſentit expreſſim, mortuo me, ipſe quem adoptaui, non erit in poteſtate filij mei: ſed erit mihi ſuus heres. Viuianus.

a *Non eſſe.* quia filius nō cōſenſit. facit inſtitu. eod. §. licet.

Qui liberatus.] *CASVS.* Si filiꝰ meus liberatus & abſolutus eſt à patria poteſtate, non poteſt honeſte redire in poteſtatem patris, niſi pater eum adoptet. Viuianus.

Mutatū, in priſtinum ſtatū redire nō poteſt.

b *Qui liberatus.* Not. quòd aliquo mutato, in perpetuum in priſtinum ſtatum redire non poteſt: vt infra de ſolutionibus. l. qui res. §. aream. ſupra de ſtatu hominum. l. homo liber.

c *Honeſtè.* inhoneſtè autem poteſt: vt per ingratitudinem: vt C. de ingra. lib. l. j. & facit infra eodem. l. ſi. pater filium. & ſupra titulo primo. l. inuiti. & in authenticis, conſtitutio quæ dignita. §. illud quoq; ibi, quoniam omne bonū debet eſſe manſurum. in ſexta collatione.

In omni fere.] *CASVS.* Si filiꝰ adoptiuꝰ liberatus ſit à poteſtate patris adoptiui: dignitatem omnem quam habuerit ab illo patre adoptiuo, perdit Viuianus.

d *In omni ferè.* bene dicit, ferè: quia etiam poſt emancipationem non poteſt pater adoptiuus eam in vxorem accipere, quam loco filiæ vel neptis habuit: vt infra de rit. nup. l. quinetiam. in principio.

e *Patria dignitas.* vt ſenatoria, quia pater adoptiuus erat ſenator: vt infra de ſenato. l. ſenatoris filius.

f *Deponitur.* Argu. quòd ceſſante cauſa ceſſat effectꝰ. ſic infra de ſenatoribus. l. ſenatoris filius. & l. fœmineꝫ. & infra de annuis legatis. l. Seio. §. fina. & infra de teſta. tut. l. qui tutelam in principio. & infra titulo primo. l. intantum. Arg. contra infra de poſtulando. l. j. § ſexum. *ADDITIO.* Tu dic quòd ibi loquitur in cauſa impulſiua, hic in finali: qua ceſſante ceſſat effectus. de hoc not. Cy. in l. generaliter. Codice de epiſcopis & clericis. & per Dynum in regula, decet eſſe conceſſum. de regulis iuris libro ſexto.

Sed & nepos ex filio.] *CASVS* huius legis eſt talis: Adoptaui Titium qui procreauit filium cum maneret penes me. emācipaui eum filium Titij. certè per eam emancipationem iura omnia adoptiui nepotis perdit.

g *Per emancipationem.* ſcilicet filij. vt ar. infra de capi. deminutio. l. iij. de inoff. teſta. l. verum eſt. §. fin. ſecundum quoſdam ſed ſo. per emancipationem, ſcilicet ſuipſius. nec enim emācipato filio adoptiuo, exit de poteſtate nepos ex eo. ſic enim eſt in naturali: vt infra eo. l. liberū. & adoptio naturā imitatur: vt inſtitu. eo. §. minorem. & infra de cap. & poſtli. reuer. l. ſi me tibi.

h *Iura omnia.* id eſt dignitatem, & nomen filij vel nepotis: vt ſupra. l. proxi.

Si paterfamilias.] *CASVS.* Aliquis qui ſui iuris erat, in adrogationem ſe dedit Titio ipſe tranſit in poteſtatem Titij. & omnes qui ſunt in ſua poteſtate: etiam illi qui poſtliminio reuerti ſunt: item qui in vtero ſunt. & hoc dicit vſque ad §. qui duos. & eſt caſus talis: Duos filios habebam Seium & Titū: & ex Titio nepotē habebā. poſſum ne eū nepotē adoptare quaſi ſit ex Seio natus? Bene poſſum, ſi emancipo nepotem: quia non quaſi auus hoc facio, ſed quaſi quilibet extraneus. Tertio dicit, quòd cauſa cognita debet quis adrogare: & in quibus vertitur cognitio, dicit per exempla quæ ſubiicit. nam nec poteſt quis plures adrogare niſi ex iuſta cauſa. Item quis libertum alienum adoptare non poteſt, nec maiorem minor adoptare poteſt. item dicit, quòd tutor eum cuius tutelam gerit, adoptare non poteſt. Item debet inquiri vtrum aliquis adopret animo deprædandi & fraudandi, vel libidinis cauſa. Item dicit quòd is tutor poteſt adoptare pupillum, qui bono animo hoc facit: alias eſſet damnum pupilli. Item requiritur cognitio, vt videatur quæ ſint facultates pupilli, & eius qui adoptat: & cuius vitæ ſit qui adoptat. Item inſpicitur cuius ætatis ſit qui vult adoptare. Item dicit inſpici, ſi ille qui vult adoptare, habeat liberos, an poſſit adoptare: & ſi eſt bonus iſte & pauper, vtrum ditiorem adopret. & dicit quòd ſic, ſi vitæ &c. Vltimo dicit quòd in ſuperioribus caſibus adrogator ſatisdat quòd reſtituet omnia bona adrogati agnatis, ſi apud eum deceſſerit: & de hoc tabellioni cauere debet. Item dicit ſtatim lex, his verbis, ad quos ea res pertinet: hæc verba & ad libertates, &

XI. IDEM libro quarto ad Sabinum.

Si is qui filium haberet, in nepotis locum adoptaſſet, perinde atque ſi ex eo filio natus eſſet, & is filius auctor factus non eſſet: mortuo auo non eſſe[a] nepotem in poteſtate filij.

XII. VLPIANVS libro quarto decimo ad Sabinum.

QVi liberatus[b] eſt patria poteſtate, is poſtea B in poteſtatem honeſtè[c] reuerti non poteſt, niſi adoptione.

Finita adoptione finiuntur omnia iura proueniencia ex ea. hoc dicit vſque ad finem.

XIII. PAPINIANVS libro trigenſimoſexto Quæſtionum.

IN omni fere[d] iure, finita patris adoptiui poteſtate, nullum ex priſtino retinetur veſtigium. denique & patria dignitas[e] quæſita per adoptionem, finita ea deponitur.[f]

XIIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

SEd etiam nepos ex filio apud adoptatum potēſt cōceptus & natus, per emancipationem[g] iura omnia[h] perdit.

Ad patrem adrogantem tranſeunt omnia iura ſeu bona adrogati, etiam filii ſui: in cuius poteſtate efficiuntur.

XV. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Sabinum.

SI paterfamilias adoptatus[i] ſit, omnia quę[k] eius fuerūt, & adqri poſſunt, tacito iure ad eum tranſeunt, qui adoptauit. Hoc amplius, liberi eius qui in poteſtate ſunt, cum ſequuntur. ſed & hi qui poſtliminio redeunt, vel qui in vtero fuerūt cum adrogaretur, ſimili modo in poteſtatem adrogatoris rediguntur.

Id quod quis non poteſt facere tanquā ipſe, poteſt tanquam alius. b. d. & ad hoc quotidie allegatur.

Qui duos filios[l], & ex altero eorum nepotem habet, ſi vult nepotē quaſi ex altero natum ſic adoptare, poteſt hoc efficere ſi eum emācipauerit, & ſic adoptauerit quaſi ex altero natū. facit enim hoc quaſi quilibet,[m] C non quaſi auus. & qua ratione quaſi ex quolibet natū poteſt adoptare[n], ita poteſt & quaſi ex altero filio.

In adoptionibus conſiderantur cauſa infra ſcripta. & ars imitatur naturam in quantum poteſt. & tutor durante iniuſta adrogatione.

i *Si paterfamilias adoptatus.* id eſt adrogatus.

k *Omnia quæ.* excepto iure agnationis, & obligatione operarum, etiam olim. hodie verò ad vſumfructum tantùm quæruntur: vt inſtitu. de acquiſi. per adrogationem. in prin. §. j. ſed an poſſit aliqua excipere? Reſpond. non, ſicut dicimus in monacho: vt in authen. de monachis. §. illud. collat. j. quia contraria voluit: ſicut ſi vendo domum deducta ſuperficie, vel ſolum deductis arboribus: vt inſtitu. de re. diu. §. ſi Titus. & infra de ſuperfi. l. fi. & infra de actio. & obliga. l. obligationum. ij. §. placet.

l *Qui duos filios.* Not. argu. quòd quandoque facit aliquis aliD quid non tanquam ipſe, ſed tanquam alius. ſic C. de admi. tu. l. cum quædam. & infra quod cuiuſque vniuer. l. item eorum. in prin. & infra ad Trebell. l. debitor ſub pignore. § ſi. & infra iudi. ſolui. l. ij. §. ſed & ſi quidem. & infra pro ſoc. l. ſocium qui. in princ. & infra ad Sila. l. ſi ſequens. in fi. ar. contra infra de inoffici. teſta. l. ſi proponas. §. penulti. & C. de dolo. l. j. & infra de condic. inde. l. ſi non ſortem. §. ſi filius. & infra de diſta. pign. l. ij. & infra de leg. ij. l. fin. §. quatuor. *ADDITIO.* Pro declaratione iſtius gloſſ. diſtingue ſecundum Bart. hic, quia aut eſt in hoc aliqua contrarietas, aut non. primo caſu, quod quis non poteſt tanquam ipſe, non poteſt tanquam alius: vt d. l. ſi proponas. ſecundo caſu, quod quis poteſt tanquā ipſe, poteſt tanquā alius: vt hic. & hoc eſt verum niſi veniat contra hdem debitam iure contractus: vel contra fidē iure comunctionis perſonæ: in quibus caſibus quod quis non poteſt tanquam ipſe, nec tanquā alius: vt d. §. quatuor. & in d. l. j. C. de dolo.

m *Quaſi quilibet* id eſt quaſi extraneus, cum eſſe deſierit nepos emancipatione.

n *Poteſt adoptare.* ſcilicet extrancum: vt ſupra eodem. l. ſi quis nepotem.

Senex quis dicatur.

a *Sexaginta.* aliàs dicitur ſenex maior ſeptuaginta annis: vt in excuſatione tutelæ: vt. C. qui ætate. l. j. libro decimo. aliàs quinquaginta quinque, vt in excuſatione munerum perſonalium: vt C. qui ætate. l. j. §. fin. libro decimo. ſed mulier non dicitur ſtudere procreationi liberorum à quinquaginta annis ſupra: vt C. de legi. heredit. l. ſi maior.

Vir quisque geneſat, & fœmina concipias.

b *Creationi.* vtilius etiam eſt reipublicæ filios de noue creare, quàm creatos quadam fictione alicui dare: vt infra eodem. l. ij. §. iij. Sed arg. contra. C. de natu. lib. l. iij. in fin. & ille verſus:

Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.

Ad hoc vt ſponſum & ſequentes leges perueniat ea quæ elegãter diſſerit Cic. pro domo ſua ad pontifices.

ſed non obſtant, quia hominum, id eſt filiorum conſeruatio, ad deum pertinet.

c *Morbus.* ſcilicet tẽporalis: valetudo autẽ perpetua.

d *Coniunctam.* quia par affectionis cauſa ſuſpicionẽ remouet: vt infra de ri. nup. l. non ſolùm. §. deuno.

e *Cauſa.* quia multum erat diues.

f *Alienum.* ſed ſuum ſic: vt infra de ri. nup. l. ſciendum. & ſupra de ſta. hom. l. ſi. & facit ad hanc legem infra de in ius vo. l. ſed ſi hac lege. §. patronũ. Sed contra infra eodem l. fina. in. §. fina. Solu. ibi iure adrogationis per principem permittitur: hic iure adoptionis inhibetur. Sed nónne eſt ſemper ſui iuris? Reſpon. non, ſi primò in adrogationem vni ſe per principẽ dedit. vel dic vt ibi.

g *Minor.* ſcilicet adoptare debet. Accur.

h *Adoptio. Locum habet.* ſcilicet plerunq; propter id quod dicitur inſtit. eodem. §. ſed illud. & ſupra eod. l. ij. §. illud.

i *Nec ei. Alicuius.* quem vult adrogare.

Tutor an poſſit adoptare pupillum.

k *Adminiſtrauit.* ſcilicet eius qui fuit in tutela. Sed contra infra eod. l. nonnunquam. Sol. hic loquitur cum tutelâ iam finita erat: & ideo præſumitur quòd in fraudem fiat, ne rationem reddat. ibi loquitur quando nondum tenebatur actione tutelæ: nec erat finita tutela, ſecundum Io. vt ar. j. de rit. nup. l. libertum. §. ſenatuſconſulti. vel dic quòd ibi adoptabat ſancta affectione: vt ar. infra hac lege. §. eorum. Accur.

l *Turpi.* ſcilicet vt deprædetur adrogatum: vel adrogat adultam vt habeat eius copiam.

m *Eorum.* ſcilicet pupillorum adrogatio permittenda eſt duntaxat his tutoribus qui vel naturali &c. ſecundum Bul. Sed Io. legit, pupillorum adrogatio permittenda eſt his duntaxat, qui cognatione eorum naturali, vel ſancta affectione eorum, id eſt pupillorum ductí &c.

la, & curator durante cura non poteſt adoptare pupillum vel adultum. h. d. vſque ad. §. eorum. in. l. ſequen. Bartolus.

In adrogationibus cognitio† vertitur, num fortè minor ſexaginta [a] annis ſit qui adrogat: quia magis liberorum creationi [b] ſtudere debeat: niſi forte morbus [c] aut valetudo in cauſa ſit, aut alia iuſta cauſa adrogandi: veluti ſi coniunctam [d] ſibi perſonam velit adoptare. Item non debet quis plures adrogare, niſi ex iuſta cauſa: [e] ſed nec libertum alienum, [f] nec maiorem minor. [g]

XVI. IAVOLENVS libro ſexto ex Caſſio.

ADoptio enim in iis perſonis locum habet, [h] in quibus etiã natura poteſt habere.

Adultus vel pupillus non poteſt adoptari per tutorem vel curatorem.

XVII. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Sabinum.

NEc ei permittitur adrogare, qui tutelam vel curam alicuius [i] adminiſtrauit, [k] ſi minor vigintiquinq; annis ſit qui adrogatur: ne forte eum ideo adroget, ne rationes reddat. Item inquirendum eſt ne forte turpis [l] cauſa adrogandi ſubſit.

Adrogatio pupilli debet fieri cum cauſa cognitione, quæ infra ſequitur. & adrogans pupillum debet ſatisdare reſtituturum bona ipſa, adrogatione finita per mortem impuberis, illis ad quos bona peruenire debent: vtputa ſubſtitutis vel aliis heredibus. quæ ſatisdatio ſi non fuerit appoſita, datur eiſdem vtilis actio contra ipſum adrogantem. h. d. vſque ad. l. ſi adrogator.

Eorum [m] dumtaxat pupillorum adrogatio permittenda eſt his, qui vel naturali cognatione vel ſanctiſsima affectione ducti adoptarent: cæterorum prohibenda eſt, ne eſſet [n] in poteſtate tutorum & finire tutelam, & ſubſtitutionem à parente factam extinguere. Et

A n *Ne eſſet.* ſi enim paſſim permitteretur adoptare cuilibet: euenire vt tutor adoptaret pupillum: & ſic finiretur tutela: cum omni ca. de pupilli tutela finiatur: vt inſtitu. quibus modis tutel. fin. §. ſed & pupilli. item extingueretur ſubſtitutio: cum pupillaris ſubſtitutio à patre facta, teſtamentũ filij eſſe dicatur: vt inſtit. de pupillari ſubſtitutione. §. igitur. & capitis deminutione etiam minima teſtamẽtũ infirmetur: vt inſtit. quibus modis teſtament. infir. §. alio.

primùm [o] quidem excutiẽdum erit quæ facultates [p] pupilli ſint, & quæ eius qui adoptare eũ velit: vt æſtimetur ex comparatione [q] earum, an ſalubris adoptio poſsit pupillo intellegi. deinde, cuius vitæ [r] ſit is qui velit pupillum redigere in familiam ſuam. tertiò cuius idẽ ætatis ſit: vt æſtimetur an me- B lius ſit de liberis procreandis cogitare eum, quàm ex aliena familia quemquam redigere in poteſtatem ſuam. Prætẽrea videndum eſt an non debeat permitti ei qui vel vnum habebit vel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum quos iuſtis nuptiis procreauerit, deminuatur ſpes, quam vnuſquiſque liberorum obſequio [s] paret ſibi: aut qui adoptatus fuit, minus percipiat quàm dignum erit eum conſequi. Interdum & ditiorem permittetur adoptare pauperiori, ſi vitæ eius ſobrietas [t] clara ſit, vel affectio honeſta, nec incognita. C

Satisdatio [u] autem in his caſibus [x] dari ſolet [y].

XVIII. MARCELLVS libro vicenſimoſexto Digeſtorum.

NOn aliter enim voluntati eius qui adrogare pupillum volet, ſi cauſam eius ob alia [z] probabit [a], ſubſcribendum [b] erit, quàm ſi cauerit [c] ſeruo publico [d], ſe reſtituturum ea quæ ex bonis eius conſecutus fuerit, illis ad quos res peruentura eſſet ſi adrogatus permanſiſſet in ſuo ſtatu [e].

D XIX. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Sabinum.

HIs verbis [f] ſatisdationis, quæ ab adrogatore præſtari debet, *Ad* [g] *quos ea res pertinet*: & libertatibus proſpectũ eſſe [h], quæ ſecundis tabulis da-

a *Probabit.* ſcilicet adrogator.

b *Subſcribendum.* id eſt conſentiendum à principe, vel ab alio vice principis.

c *Si cauerit.* id eſt promiſerit.

d *Seruo publico.* i. tabulario: vt infra rem pupilli ſal. fo. l. ſi pupillus. & inſtitu. eo. §. cum autem. ſeruus autem non poteſt eſſe tabellio: vt. C. de tabular. ſcrib. l. generali. libro decimo.

Seruus tabellio eſſe nõ poteſt.

e *In ſuo ſtatu.* i. ſi ſe in adrogationem non dediſſet. Accurſius.

f *His verbis.* ad quos ea res pertinet, vt infra proxime.

g *Ad quos.* vel materialiter, vel cauſatiuè.*

h *Proſpectum eſſe.* impropriè: vt infra de verborum ſignificatione. l. ſciendum. §. finali.

*aliàs, ſignificatiuè.

a *Dubitat.* aliàs enim actio ſubſtitutis vel legatariis non daretur, cum teſtamentum ſit ruptum capitis deminutione: vt inſtitu. quibus modis teſta. infir. §. non tamen. & facit infra de vul. ſubſti. l. cauſa.

b *Vtilis actio.* Not. intelligi ſtipulationem vbi non eſt. ſic infra ſi cui plus quàm per legem Falcid. l. niſi. §. item ſciendum. & C. de rei vxo. acti. in princi. & in authen. vt nul. iudi. §. ſuper hoc. colla. ix. & facit ad hoc infra de vſufruct. earũ rerum quæ vſu conſu. l. hoc ſenatuſconſultũ. §. j. & de dam. infect. ſi finita. in principio.

c *Hæc autẽ. impubes.* ergo in adulto non habet locum hæc ſtipulatio, etiam ab initio.

d *In pupilla.* Nam appellatione pupilli & pupilla continetur, ſed non econtra: vt infra de leg. iij. l. ſeruis legatis. §. ſed pueris.

e *Nam & fœmina. Adrogari.* paſſiue, non actiuè, niſi impetrẽt à principe ſolatium liberorum amiſſorum: vt. C. eod. l. mulierem. & inſtit. eod. §. fœminæ.

Si adrogator.] CASVS. Adrogator deceſſit filio adoptiuo relicto impubere. deceſſit tandem impubes iſte. tenentur heredes adrogatoris bona reſtituere impuberis, his qui veniſſent ad ſucceſſionem eius ab inteſtato, ſi adrogatus non fuiſſet: & dare etiam quartam partem, quantam reliquit ei adrogator. & in iſta quarta poteſt ei ſubſtituere vſque ad pubertatem, & non vltra. Vltimo dicitur quòd hoc locum habet etiam ſi quis adrogauerit in locum nepotis. Viuianus.

f *Si adrogator.* hæc lex loquitur cum adrogator prius in fata conceſſit, & bene. & ſic poſtea pubere decedente ſubſtitutus ei in paterno teſtamento admittetur per bonorum poſſeſſoriam hereditatis petitionem: quia tempore mortis inueniebatur ſui iuris: & ſic reconfirmata eſt ſubſtitutio extincta per adrogationem: vt inſtitu. quibus modis teſtamen. infir. §. non tamen. ſed quid ſi prius deceſſiſſet impubes? videtur ſubſtitutus nõ admittiſſed illi qui ſuccederent ab inteſtato ſi adrogatus remanſiſſet in ſuo ſtatu: vt inſtitu. quibus modis teſtamen. infir. §. non tamẽ. & ſupra eodem. l. nec ei. §. eorum. ſed dic ſubſtitutum admitti ex ſtipulatione tacita, vel expreſſa, quaſi lex fingat teſtamentum non rumpi: vt ſupra eodem. l. his verbis. ſed pone adrogatorem ſubſtituiſſe aliquem in quartam quam ei dat ex bonis propriis, & impuberem poſt adrogationem deceſſiſſe. numquid dicam admitti ſubſtitutum in quarta ad ipſam quartam, & veniẽtes ab inteſtato ad alia bona, ſi ponas nullum ſubſtitutũ à patre naturali? non audeo hoc dicere, cum nemo pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere poteſt: vt infra de regulis iuris. l. ius noſtrum. ſed numquid dicam ſubſtitutum à patre naturali in cæteris bonis admitti in quartam: ſubſtitutum ab adrogatore, quaſi ex duobus teſtamentis ſucceſſerit? dicam ergo ſubſtitutum in quarta, & quartam iure inſtitutionis, & eius occaſione etiam alia bona habiturum. & tenetur ſubſtitutus in teſtamento patris naturalis ſi habet: vel ſi nullus fuerit ſubſtitutus, tenetur veniẽtibus ab inteſtato vtili actione ex ſtipulatu reddere bona adrogati. vel dic quòd heredes adrogatoris teneantur vtili actione, ſcilicet petitione hereditatis ſubſtituto à patre naturali eo caſu quãdo habuit ſubſtitutum. Et ſic ex prædictis videbitur iſte adrogatus deceſſiſſe duobus teſtamentis conditis pro ſe: vno à patre naturali: alio ab adrogatore: quod eſt mirabile, nec alibi inuenitur, niſi in milite: vt infra de mili. teſtamen. l. quærebatur. in principio. & inſtitu. de heredi. inſtitu. §. hereditas. verſicu. non autem.

Decedere quo poteſt duobus teſtamentis conditis.

TAntæ ſunt, & multo magis ſubſtituto ſeruo, item legatariis, nemo dubitat [a]. quæ ſatiſdatio ſi omiſſa fuerit, vtilis actio [b] in adrogatorem datur.

XX. MARCELLVS libro vicẽſimoſexto Digeſtorum.

HAec autem ſatiſdatio locum habet ſi impubes [c] deceſſit. ſed etſi de pupillo loquitur, tamen hoc & in pupilla [d] obſeruandum eſt:

XXI. GAIVS libro ſingulari Regularum.

NAm & fœminæ ex reſcripto principis adrogari [e] poſſunt.

XXII. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Sabinum.

SI adrogator [f] deceſſerit impubere relicto filio adoptiuo [g], & mox impubes decedat, an heredes adrogatoris teneantur? [h] Et dicendum eſt heredes quoque reſtituturos [i] & bona adrogati, & præterea quartam partem [k]. Sed an impuberi adrogator ſubſtituere poſſit quæritur. & puto non admitti ſubſtitutionem, niſi fortè ad quartam ſolam [l] quam ex bonis eius conſequitur, & hactenus, vt ei vſque ad pubertatem ſubſtituat. Cæterùm ſi fidei eius committat, vt quandoque reſtituat, non oportet [m] admitti fideicõmiſſum: quia hoc non iudicio [n] eius ad eum peruenit, ſed principali prouidentia [o]. Hæc omnia dicenda ſunt ſiue in locum filij ſiue in locum nepotis aliquis impuberem adrogauerit.

XXIII. PAVLVS libro trigenſimoquinto ad Edictum.

QVi in adoptionem datur: his quibus adgnaſcitur [p], & cognatus fit: quibus verò non adgnaſcitur, nec cognatus fit. adoptio enim non ius ſanguinis, [q] ſed ius adgnationis [r] affert. & ideo ſi filium ſecundum eos inuenitur plus adoptiuus quàm legitimus habere: ſi fortè ſunt quatuor legitimi vel plures, & vnus adoptiuus. vnde dic quartam, ſcilicet ſibi debitæ portionis ab inteſtato, vt in naturali quem pater vult exheredare: vt. C. de inofficioſo teſtamen. l. parentibus. cum adoptio naturam imitetur: vt ſupra eodem. l. adoptio enim. Accurſius.

a *Adoptiuo.* non herede relicto, ſed aliis extraneis inſtitutis. Accurſius.

b *Teneantur.* ſcilicet ſubſtitutis in teſtamento patris naturalis: vel etiam agnatis.

i *Reſtituturos.* ſcilicet eis qui veniſſent ſi adrogatus non eſſet, & hoc per directam actionem ex ſtipulatu, id eſt natam ex verbis expreſsis ſi ſatiſdatum eſt ſeruo publico: vel ſi non, tunc per vtilem: vt ſupra eodem. l. non aliter. &. l. his verbis. & infra de vul. ſub. l. cauſa. & per bonorum poſſeſſoriã hereditatis petitionẽ: vt in alia gloſſa.

k *Quartam partem.* id eſt ex cõſtitutione diui Pij: vt infra de col. bo. l. j. §. ſi impuberi. & infra de inofficioſo teſtamen. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. & inſtit. eodem. §. cum autem. & hæc quarta petitur condictione ex dicta lege diui Pij, cum ad eum ſtipulatio porrigi non videatur: vt ſupra eodem. l. non aliter. & inſtitu. eodem. §. cum autem. ſed an hæc quarta eſt omnium bonorum, vel portionis ſibi ab inteſtato debitæ tantum? Reſpond. quidam, omnium. &

C

l *Quartam ſolam.* ſubaudi, & ad cætera quæ beneficio adrogatoris ad eũ peruenerint: vt infra de vulg. ſubſti. l. ſed ſi plures. §. in adrogato quoque. quæ eſt contra. vel dic quartam ſolam, id eſt tantum. & ſubaudi, & eam partem quam &c. & eſt ſimilis lectura. C. de ſacroſan. eccle. l. placet.

m *Oportet.* ſed ſi aliud vltra quartam ei reliquit, poterit ei ſubſtituere in eo poſt pubertatem: vt. j. ſubiicit.

n *Iudicio.* id eſt non mera liberalitate.

o *Prouidentia.* quæ iſtud ſtatuit, ſcilicet conſtitutione diui Pij.

Qui in adoptionem.] CASVS. Filius meus quem in adoptionem tibi dedi, efficitur quidem iſte filius poſt adoptionem cognatus illis quibus erat adgnatus ante adoptionem. Vel aliter dic, efficitur cognatus his quibus adgnaſcitur. & de hoc ponit exemplã, ita quod ſi filium adoptauero, vxor mea iſti

D

filio adoptiuo non ſit mater: nec eius cognata ſit, vel agnata. Item mater mea non eſt illi auia. ſed ſi habeo filium, efficitur frater filiæ meæ: dum tamen nec vxorem meam, nec matrem meam ducat in vxorem. Viuianus.

p *Adgnaſcitur.* id eſt quibus erat adgnatus ante adoptionem, efficitur cognatus poſt adoptionem, ſecundum M. ſed male. quid enim ſi prorſus ab extraneo adrogetur? non fieret adgnatio, vel cognatio, ſecundum eum: quod eſt falſum: vt infra vnde cog. l. j. §. cognationem. ſed ipſe de primis adgnatis fortè intellexit, qui per capit. demi. definunt eſſe adgnati, ſed remanent cognati. dic ergo, adgnaſcitur his tantum quibus eſt adrogator adgnatus. ſed in quo apparebit hæc adgnatio, vel cognatio? Reſpond. in iure quod habent adgnati inter ſe, & conſequenter in eo quod habent cognati in ſuccedendo, & aliis: vt infra de ſu. & legi. l. ij. §. hereditas. ſed hodie hoc habet locum tantum in adrogatione, non in adoptione, niſi detur non extraneo: vt. C. de adopt. l. cum in adoptiuis. §. ſed ſi quidem. & inſtitu. eodem. §. ſed hodie.

q *Sanguinis.* id eſt cognationis.

r *Adgnationis.* quod eſt ius ciuile. & ſic ciuile ciuili ſe applicat

cat non naturali.

a *Matris loco nõ eſt.* ſed nouercæ: vt infra de ri. nup. l. adoptiuus. primo reſpon.

b *Familiam.* hic ponitur familia pro adgnaticia cognatione. infra de verb. ſigni. l. pronunciatio. §. communi.

c *Nuptiis.* hoc tamen aduerſatur ei quod de matre & vxore adoptãtis dicitur: & hoc perpetuo. ſororem autem ſoluta adoptione accipere poſſumus: vt. j. de ri. nu. l. adoptiuus. in prin. & l. quinetiam. in princ. & §. item patris. Accurſius.

Neque.] *CASVS.* Si volo aliquem adrogare, debet expreſſim is qui adrogatur, conſentire. vnde ſi eſt abſens, vel diſſentiat: adrogare eum nõ poſſum. Viuia.

d *Neque.* facit ſupra eodem. l. in adoptionibus. Accurſius.

Poſt mortem.] *CASVS.* Filiam habebam quæ à me emãcipata ita vixit, quaſi ſui iuris eſſet. tandem deceſsit, & heredem ſibi inſtituit. vtrũ poſſim mouere quæſtionẽ non iure eam emancipatam fuiſſe? Reſpon. quòd non. ſecundo dicit, per alium quis abſens adrogare non poteſt. Viuianus.

e *Factum ſuum.* No. quem non poſſe venire contra factum ſuum. ſic. j. de ſer. ruſt. prædi. l. per fundũ. in glo. fi. &. C. de ſeruo pi. da. l. ſi creditoribus. &. C. de reuo. do. l. cum profitearis. &. C. de remiſ. pig. l. j. Sed argu. cõtra C. de agri. & cẽſi. l. quẽadmodũ. lib. xj. & . C. de lib. cau. l. j. &. C. de murile. l. murileguli. li. xj. Sol. refert an aliquis faciat quod eſt prohibitum à lege, an quod non eſt prohibitum: vt emancipare non ſolenniter: ſed tamen eſt eius contrarium permiſſum, (vt emãcipare ſoleniter) id eſt facit aliquid omiſſa illa ſolennitate quam vult lex intercedere. In primo caſu non obſtat factum ſuum alicui. In ſecundo obſtat, vt. C. de agri. & cẽſi. d. l. quemadmodũ. *ADDITIO.* Dic quòd ibi fuit factum contra legem, hic autẽ præter, ſecundum Bart.

Contra factũ ſuũ an quis venire poſſit.

f *Prohibetur.* immò videtur pater admittendus: vt. C. ſi aduer. rem iudi. l. ſi cum pater. &. C. ne de ſta. defun. l. quod eſt conſtitutũ. & infra de proba. l. ab ea parte. in fi. quæ ſunt cõtrariæ. ſed dic q̃ hæc duo obſtant patri, & factum ſuum, & longi temporis curſus, puta decenniũ, vel plus: in legibus contrariis vnum tantum, ſcilicet factum: ar. C. de fun. pa. l. fi. lib. xj. vel ibi in. l. illa, ne de ſta. defun. non admittitur pater, ſed heredes eius admittuntur: quoniam ſi illa veniret ad patris hereditatem, repellerent eam, niſi omnia quæ adquiſiuiſſet, reduceret in commune. vel ibi ab alio: hic à patre.

g *Nec per alium.* No. quædam poſſum per me, quæ per aliũ non poſſum: vt hic, &. C. de iudi. auth. ad hæc. &. C. de his qui ve. æta. impe. l. ij. in glo. per ſe. &. j. de adqui. heredi. l. ſi ſolus. in fi. & ibi glo. Sed arg. contra. j. de admi. tuto. l. ita autem. §. geſsiſſe. &. ã. de ſta. ho. l. Arethuſa. in fin. Sol. colligitur. C. de cadu. tol. l. j. §. ne autem.

Quædã poſſum per me, quæ per alium non poſſum.

adoptauerim, vxor mea illi matris loco non eſt [a]: neque enim adgnaſcitur ei, propter quod nec cognata eius fit.

Item nec mater mea, auiæ loco illi eſt: quoniam his qui extra familiam [b] meam ſunt, non adgnaſcitur. ſed filiæ meæ, is quem adoptaui, frater fit: quoniam in familia mea eſt filia, nuptiis [c] tamen etiam eorũ prohibitis.

XXIIII. VLPIANVS libro primo Diſputationum.

NEque [d] abſens neque diſſentiens adrogari poteſt.

Pater contra emancipationem à ſe factam & diuturnitate temporis roboratam venire non poteſt. Bartolus.

XXV. IDEM libro quinto Opinionum.

POſt mortem filiæ ſuæ, quæ vt materfamilias quaſi iure emancipata vixerat, & teſtamento ſcriptis heredibus deceſsit: aduerſus factum ſuum, [e] quaſi non iure eam nec præſentibus teſtibus emancipaſſet, pater mouere controuerſiam prohibetur [f].

Id quod per me poſſum, non poſſum per alium.

Neque adoptare neque adrogare quis abſens, nec per alium [g] eiuſmodi ſolennitatem peragere poteſt.

XXVI. IVLIANVS libro ſeptuagenſimo Digeſtorum.

QVem filius meus emancipatus adoptauerit, is nepos meus non erit [h].

XXVII. IDEM libro octagenſimo Digeſtorum.

A QVem filium.] *CASVS.* Titius filius meus emancipatus aliquem adoptauit: an ſit iſte quem filius meus adoptauit, mihi loco nepotis? Reſpondeo quòd non eſt nepos meus. Viuia.

h *Non erit.* quia filius meus deſiit eſſe per emancipationem adgnatus: vnde nec per eum alius fit mihi adgnatus: vt. ĩ. e. l. qui in adoptionẽ. Hodie tamen cũ filius per emãcipationem non deſinat eſſe adgnatus, videtur quòd ille ſit nepos: vt inſti. de leg. agnat. §. fina.

EX adoptiuo [i] natus, adoptiui locum obtinet in iure ciuili [k].

XXVIII. GAIVS libro primo Inſtitutionum.

LIberum arbitriũ eſt ei qui filium, & ex eo nepotem in poteſtate habebit, filium quidem poteſtate demittere, nepotem verò in poteſtate retinere: vel ex diuerſo filium quidem B in poteſtate retinere, nepotem verò manumittere [l]: vel omnes [m] ſui iuris efficere. eadem & de pronepote dicta eſſe intellegemus.

Nota quòd in adoptione verborum expreſſio non requiritur.

XXIX. CALLISTRATVS libro ſecundo Inſtitutionum.

SI pater naturalis loqui quidem non poſsit, alio tamen modo quàm ſermone manifeſtum facere poſsit velle ſe filiũ ſuum in adoptionẽ dare: perinde confirmatur adoptio, ac ſi iure [n] facta eſſet.

C XXX. PAVLVS libro primo Regularum.

ET qui vxores nõ habent [o], filios adoptare poſſunt.

Opponitur de. l. ſi ſemnes. C. de epiſc. au. Sol. hac regula fallit in caſibus hic notatis, & ne. inſtitu. qui. mod. im. pa. po. ſol. §. ſi. ſed quid econtra, vide glo. l. nec eum. C. de emanci. libe. Nam beneficium non confertur in inuitum &c. Bart.

XXXI. MARCIANVS libro quinto Regularum.

NOn poteſt filius qui eſt in poteſtate patris, vllo modo [p] cõpellere eũ ne ſit in poteſtate: ſiue naturalis, ſiue adoptiuus. §. filio. Accurſius.

D SI pater.] *CASVS.* Pro intellectu huius legis præſuppone quòd qui dat filium ſuum in adoptionem, conſentire debet. vnde pone quòd pater conſentire non poteſt expreſsim, quia mutus: ſi conſentiat alio modo quàm verbis expreſsis, valet adoptio. Viuianus.

n *Iure.* id eſt expreſsis verbis. vbi enim ſermone opus non eſt, ibi conſenſus ſolus ſufficit: vt infra de actio. & obliga. l. in quibuſcunque. & infra de verb. oblig. l. ſi ſtipuler. §. fin. & facit infra ſi cer. peta. l. cum quid. & infra de regu. iur. l. vbi. Accurſius.

o ET qui vxores non habent. ſubaudi, tamen habere poſſunt. vnde ſpadones adoptare poſſunt: caſtrati nõ: vt infra eo. l. adrogato. §. fin. & inſtitu. e. §. ſed & illud. & ſupra eo. l. ij. §. fin. & infra de iure do. l. ſi ſerua ſeruo. §. ſi ſpadoni. Accurſius.

NOn poteſt.] *CASVS.* Hac. l. traditur quòd filius patrem cogere non poteſt quòd emancipet eum: ſiue ſit filius naturalis, ſiue adoptiuus. vnde pone: Vitricus cum eſſet tutor, priuignum adoptauit: quod poteſt: cogitur tamen cauſa cognita eum emancipare. nam ſi pubes ſit factus, bene cogetur vitricus priuignum emancipare, ſi non expediat priuigno quòd ſit in poteſtate vitrici. & hoc dicit hæc lex cum duabus. ll. ſequentibus. Viuianus.

Pater cogitur aliquãdo filium emancipare.

p *Vllo modo.* ſcilicet regulariter. nam in caſibus quatuor ſecus

Manumiſſio ſeruos tãtùm reſpiciat.

i *Ex adoptiuo.* ſcilicet filio.

k *Ciuili.* ſ. ſuccedendo ei ab inteſtato. & hoc ſi natus fuit poſt adoptionem: ſecus in adrogato. nam & natus ante adoptionem, & natus poſt, in adrogatoris erit poteſtate: vt j. eo. l. adrogato.

l *Liberum manumittere.* impropriè ponitur, cum manumiſsio ſeruos tantùm reſpiciat: vt infra quãdo actio de pecu. eſt an. l. j. §. j.

m *Vel omnes.* id eſt ambos. & eſt pro nobis in eo quod dixim' ĩ. eo. l. ſed &. facit ad hanc legem inſti. qui. mo. ius pa. po. ſol. §. admonendi. Sed ar. contra infra de vul. & pupil. ſubſti. l. ſed & ſi plures. §. filio. Accurſius.

vt ſi filiæ neceſsitatē peccandi imponat: vt C. de epiſc.audi.ſi lenones. Item ſi male ſe pater contra filium habuit: vt infra ſi à paquis fue.ma.l.fin. Item ſi legatum ſit patri relictum hac conditione, vt filium emancipet, & accepit: vt infra de condit.& demon.l.ſi cui. Item eſt quartus, vt infra.l.proxi. quæ in vitrico & priuigno loquitur. Idē eſt generaliter in quolibet minore adrogato: vt infra de mino.l.iij.§.ſi quis minor. & facit ad hāc legem inſti.quib.mo.ius pa.po.ſol.§.fi.& C.de emā.libe.nec auus. & ī.vnde libe.l.fili⁹.in fi. Accur.

a *Nonnunquā. Conſa cognita.* vt ſi locuples ſit pupill⁹ adrogat⁹ à paupere vel prodone. ſic.ī. de mino. l. iij.§.ſi quis minor. Ac.

b *Adoptare.* Not. vitricum poſſe eſſe tutorem priuigni ſui: vt. C. de cōtra.iudi.tute.l.fi. item no. q̄ poteſt eum adrogare. Sed cōtra.ī. e.l.nec ei. in pric. Sol. vt ibi. vel dic ſpecialiter à principe fuit impetratum, ſecundū Io.

c *Et ſi pubes.*] *Redigi.* id eſt redactum fuiſſe. Accurſius.

Si tibi.] *CASVS.* Filium meum hoc pacto in adoptionem tibi dedi, vt poſt triennium cum in adoptionem mihi des. non valet quidem talis adoptio. Viuia.

d *Si tibi.* aliàs incipit, ſi tibi. & aliàs, quæſitū eſt. Accur.

e *Datus.* à me patre, vel ab alio. Accur.

f *Actio.* id eſt actus. ſic. C. de ſacroſan. eccle. authen. hoc ius. vel dic propriè. Accur.

g *Actionem.* i. actum. vel dic propriè, vt mode. vnde nota q̄ dies habetur pro nō appoſita, & pactum totum, vt ī. de reg. iur. l. actus legitimi. & ī. de hered. inſti. hereditas. Accur.

† *Vide omnino quod no. Inno. extra de offic. lega. c. quod tranſlationem. & ea. ti. c. nouit.*

Per adoptionē.] *CASVS.* Si plebeius ſenatorem adopter, manet ſenator. & qui adoptatus eſt, ſi eſt filius ſenatoris, manet filius ſenatoris Viuianus.

h *Argum.* domicilium etiam adiicitur: vnde ibi poteſt conueniri: vt. ī. ad munici. l. ordine. in fi. Item nota nō minui dignitatē adoptione. ſic. ī. de ſena. l. ſenatoris filius. § à ſenatore. ſecus per matrimonium: vt infra eod. tit. l. fœminæ. &. C. de dignitatibus lib. duodecimo. &. l. mulieres. Accurſius.

Emancipari.] *CASVS.* Filium meum quocumque loco, dum tamen idoneo, emancipare poſſum. Item poſſum emancipare filium coram præſide, etiam ſi non regat prouinciam illā vbi emancipo filium meum. Viuianus.

i *Loco.* idoneo tamen. ſic. ī. de cōſtitu. pecu. l. qui autem. in fin. &. l. ſi duo. vel nō honeſto: vt. ī. de arbi. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. dic ergo, in quacumque prouincia, & in quacumq; ciuitate coram iudice tamen: vt inſti. quib. mo. ius pa. po. ſol. §. noſtram autem. ſit ordinarius vel non: vt infra de manu. vin. l. etiam. §. fin. dico enim magiſtratus municipales habere hāc poteſtatem: vt. C. de magiſtra. munici. l. ij. Accurſius.

k *Non eſt.* nō ergo debuit ei pareri: vt infra de iuriſ. om. iu. l. ſi quæ eſt contra. ſed hic de voluntaria, ibi de contentioſa iuriſdictione dicit: arg. infra de offic. proconſ. & leg. l. ij. in princi. vel hic inter homines ſuæ iuriſdictionis: ibi non.

Adoptare.] *CASVS.* Si filium non habeo, poſſum nihilominus aliquem in nepotem adoptare. Secundo dicit, quòd ſi emancipo illum quem adoptaui, vel alij do in adoptionem, non poſſum eum iterum adoptare. Viuianus.

l *Adoptare.* facit inſti. eod. §. licet. Argu. cōtra ſupra eod. l. adoptio enim.

m *Non poteſt.* ne leges ſint ludibrio: vt. C. de bo. quæ libe. l. fin. circa finem. &. C. de cura. furi. l. cū aliis. in fi. & infra de iudi. l. ſi prætor. ſecus in naturali, qui non tranſlatus ſed redditus videtur: vt. ī. de libe. & poſthu. l. filio. quæ eſt contra. &. ī. eo. l. ſi pater. §. qui duos. & infra eo. l. ſi pater.

Adoptio.] *CASVS.* Si adopto aliquē non rectè, vt quia debebam coram principe, & adrogaui coram magiſtratu, princeps poteſt hoc confirmare: & in iſta confirmatione debēt eſſe illi q̄ læderentur ex hac vel per hanc confirmationem: vt in. l. ſequenti, quæ continuatur cum iſta. Viuianus.

n *Facta.* vt corā magiſtratu: cum eſſet ſui iuris, vel coram ſenatu: vel ſecundū H. coram magiſtro de Grāmatica: vel facti ſine teſtibus, vel ſine ſcriptura. Accurſius.

o *Nam ita. Deſiderat.* vt adoptio non iure facta confirmari poſſit.

q *Qui læderentur.* ſi nō intereſſent confirmationi: vt ſunt tutores & curatores: & filius, cū loco nepotis aliqs adoptatur: vt. ī. eo. l. cum nepos. nam quod omnes tangit &c. vt. C. de auctorita. præſtan. l. fin. ſed an adgnatorum? Reſpon. forte hc, ſecundum Ioan. nec ob. ſupra eod. l. cum adoptio. quia hic loquitur quando per reſcriptum confirmatur. Vnde eſt hic arg. quòd quando reſcripta impetrantur, debeant interuenire qui per reſcriptum læderentur: vt ar. infra de na. re. l. fina. & infra de mino. l. in cauſæ. ī. §. cauſa. & in authen. vt ſpon. lar. §. ad hæc. colla. viij. & negotiorum merita, partium &c. vt. C. ſi per vim vel alio modo. l. fina.

Reſcripta impetrandis debent interuenire qui per ea læsi poſſūt.

Drogato.] *CASVS.* Si adrogo aliquem, efficitur in mea poteſtate: & filij ſui. ſecus in adoptione eſt. nam pater naturalis retinet nepotes in ſua poteſtate. Item dicit quòd adoptator debet eſſe maior xviij. an. eo quem adoptat. Item dicit quòd ſpado adrogat, & poterit ſibi inſtituere. Viuianus.

q *Poteſtate.* vt hic, & ſupra eod. l. ij. §. fi. &. l. ſi paterfa. in princ. & infra de cap. de. l. iij. in prin.

r *Retinentur.* ſed an recidant in poteſtatem adrogatoris, ſi poſtea auus naturalis moritur? Reſpon. ſic, vt ſupra eod. l. paterfamil.

f *Plena.* Nota: plena dicitur quandoque. xiiij. annorum: vt inſti.

Pubertas triplex.

XXXII. PAPINIANVS libro trigeſimo primo Quæſtionum.

NOnnunquam autem impubes qui adoptatus eſt, audiendus erit, ſi pubes factus emācipari deſideret. ídque cauſa cognita[a] per iudicem ſtatuēdum erit. Imperator Titus Antoninus reſcripſit, priuignū ſuum tutori adoptare[b] permittendum:

XXXIII. MARCIANVS libro quinto Regularum.

ET ſi pubes factus non expedire ſibi in poteſtatem eius redigi[c] probauerit: æquum eſſe emācipari eum à patre adoptiuo, atque ita priſtinum ius recuperare.

XXXIIII. PAVLVS libro vndecimo Quæſtionum.

QVæſitum eſt, ſi tibi[d] filius in adoptionē hac lege ſit datus[e], vt poſt trienniū puta cūdem mihi in adoptionē des, an actio[f] vlla ſit: & Labeo putat nullam eſſe actionē[g]. nec enim moribus noſtris conuenit filium temporalem habere.

XXXV. IDEM libro primo Reſponſorum.

PEr adoptionē dignitas non minuitur, ſed augetur[h]. vnde ſenator etſi à plebeio adoptatus eſt, manet ſenator. ſimiliter manet & ſenatoris filius.

Emancipatio & adoptio quæ deuoluntaria a iuriſdictione ſunt, poſſunt fieri quocūq; loco: dum tamen idoneo. Bart.

XXXVI. IDEM libro octauodecimo Reſponſorum.

EMancipari† filium à patre quocumque loco[i] poſſe conſtat, vt exeat de patria poteſtate. Apud proconſulem etiam in ea prouincia quā ſortitus nō eſt[k], & manumitti, & in adoptionem dari poſſe placet.

XXXVII. IDEM libro ſecundo Sententiarum.

ADoptare[l] quis nepotis loco poteſt, etiam ſi filium non habet. Eum quem quis adoptauit, emancipatum vel in adoptionem datum iterum non poteſt[m] adoptare.

B *Hæc lex cum ſequen. eſt bona, & quotidie allegatur. In confirmatione adoptionis non iure facta, requiritur citatio illorum qui ex confirmatione poſſunt læsi.*

XXXVIII. MARCELLVS libro vicenſimo ſexto Digeſtorum.

ADoptio non iure facta[n], à principe cōfirmari poteſt:

XXXIX. VLPIANVS libro tertio de officio Conſulis.

NAm ita diuus Marcus Eutychiano reſcripſit: Quod deſideras[o], an impetrare debeas, æſtimabunt iudices adhibitis etiam his qui contradicēt: id eſt, qui læderentur[p] confirmatione adoptionis.

C *In poteſtatē adrogatoris non ſolum trāſit adrogatus, ſed & filii eius. Bartolus.*

XL. MODESTINVS libro primo Differentiarum.

ADrogato patrefamilias, liberi qui in eius erant poteſtate[q], nepotes apud adrogatorem efficiuntur: ſimúlque cum ſuo patre in eius recidunt poteſtatem. quod non ſimiliter in adoptionē contingit. nam nepotes ex eo, in aui naturalis retinentur[r] poteſtate.

Nō tantū cum quis adoptat, ſed & cum adrogat, maior eſſe debet eo quem ſibi per adrogationem vel per adoptionem D filium facit: & vtique plenæ[ſ] auctoritatis. præſtan. l. fin. ſed an adgnatorum? Reſpon. forte hc, ſecundum Ioan. nec ob. ſupra eod. l. cum adoptio. quia hic loquitur quando per reſcriptum confirmatur. Vnde eſt hic arg. quòd quando reſcripta impetrantur, debeant interuenire qui per reſcriptum læderentur: vt ar. infra de na. re. l. fina. & infra de mino. l. in cauſæ. ī. §. cauſa. & in authen. vt ſpon. lar. §. ad hæc. colla. viij. & negotiorum merita, partium &c. vt. C. ſi per vim vel alio modo. l. fina.

[ſ] *plena puberate.*

inſtit. quibus mo. tute. fin. in princip. plenior. xvij. an. in qua quis poſſulare poteſt: vt infra de poſtulan. l. j. §. p ueritiam. & inſtitu. qui manumit. nō poſ. §. finali. alia pleniſsima: ſcilicet. xviij. an. vt hic: & quando relinquuntur alimenta impuberibus: vt infra de alimen. & ci. leg. l. Mela. in princip. Sed numquid ſi plures adoptat, pluribus pubertatibus præcedere debet? Videtur quòd ſic: vt infra de no. ope. nuncia. l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ibi, quia in re? Sed id non credo, cum & naturaliter plures naſci poſſunt: vt infra de ſolu. l. ſi pater. & infra ſi pars here. peta. l. antiqui. & adoptio naturam imitatur.

*accerſere.

a *Accerſere.* id eſt ſibi heredem ſuum conſtituere, ſeu adſciſcere (vt vult Bu.) vt hic, & ſupra eo. l. ij. §. illud.

Si pater.] *CASVS.* Filium habebā Titium, & ex eo nepotem. emancipaui Titium filium meum, & nepotem in poteſtate mea retinui: & poſtea illum filium meum emancipatum adoptaui: & poſtea deceſsi. nunquid nepos meus recidit in poteſtatem Titij? & reſpōdetur quòd nō. Secundo dicit: Pone, Titium alij in adoptionem dedi: & nepotem in poteſtate mea retinui: & iterum Titium adoptaui. in hoc caſu non recidit in Titij patris ſui poteſtatē iſte nepos. Viuianus.

*vel diuerſ.

b *Si pater.* Duos ponit caſus. primo emancipauit filium pater nepote in poteſtate ſua retento. ſecundo caſu dedit eum alij in adoptionem. & totū intellige in patre naturali. nam adoptiuus redadoptare nō poſſet: vt ſupra eod. l. adoptare. §. eum. ſed quæ eſt ratio quare non recidit, cum in priſtinum ſtatum redierit? Reſpon. quia quaſi liberatus fuit hic nepos à patris ſui poteſtate, eo ſcilicet patre emancipato: id eſt hoc conſecutus eſt, q̄ non debeat auo mortuo in eius recidere poteſtatem. & qui liberatus eſt, poſtea reuerti non poteſt niſi per adoptionem, vel niſi ingratus exiſtat: vt ſupra eod. l. qui liberatus. & in auth. cōſtit. quę dig. §. illud quoque. col. vj. & in authen. de ſanc. epiſ. §. ſed hoc quidem. colla. ix. eſt & alia ratio, quia emācipatus filius naturalis, poſtea adoptatus, conſequitur id per adoptionem, quod quilibet alius extraneus ſi adoptaretur: & nihil amplius. ergo ſmita adoptione, quod ſit morte patris, omnia iura per eum quæſita perdit: vt ſupra eod. l. in omni.

c *Mortuo eo.* ſcilicet auo.

d *Quem.* ſ. filium. & hæc non ſunt vera, ſi filius de poteſtate exiuit per dignitatem, quia omne bonum &c. vt in auth. conſti. quę dig. §. illud. quæ eſt contra. col. vj.

Etiam.] *CASVS.* Filium meum infantem dedi in adoptionē. an poſſum, quæritur. Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

e *Etiam infantem.* qui eſt vſque ad. vij. an. vt. C. de iure delibe. l. ſi infanti. item hoc in adoptione: ſecus in adrogatione: vt. ſ. eo. l. in adoptionibus. niſi fieret vt diximus ſupra eo. l. ij.

f *A Doptiones. Deinceps.* vt ſi pronepotis loco aliquem adoptē, quaſi ex nepote natum: & ſic de ſingulis. & facit ad hoc inſtitu. eod. §. licet.

Si ii.] *CASVS.* Nepotem habebam ex filio meo. poſtea quendam alium in loco nepotis adoptaui. deceſsi tandem. an ius paternitatis ſit inter iſtos, quæritur. diſtinguitur: aut adoptaui quaſi ex filio mortuo: & hoc caſu non erunt fratres. aut quaſi ex filio viuo: & erunt fratres. Sed dominus V. aliter diſtinxit. aut

ſſ. Vetus:

pubertatis, id eſt decem & octo annis eum præcedere debet.

Spado adrogādo ſuū heredē ſibi adſciſcere * * poteſt: nec ei corporale vitium impedimento eſt.

Emancipato filio, vel in adoptionem dato, nepos ex eo poſt mortem aui non recidit in poteſtatem ipſius.

XLI. IDEM libro ſecundo Regularum.

SI pater [b] filium ex quo nepos illi eſt in poteſtate, emancipauerit, & poſtea eum adoptauerit: mortuo [c] eo nepos in patris nō reuertitur poteſtatē. nec is nepos in patris reuertitur poteſtatem, quem [d] auus retinuerit filio dato in adoptionē, quē denuo redadoptauit.

XLII. IDEM libro primo Pandectarum.

ETiam infantē [e] in adoptionem dare poſſumus.

XLIII. POMPONIVS libro vicenſimo ad Q. Mucium.

ADoptiones non ſolùm filiorum, ſed & quaſi nepotū fiunt: vt aliquis nepos noſter eſſe videatur, perinde quaſi ex filio, vel incerto [f] * natus ſit.

XLIIII. PROCVLVS libro octauo Epiſtularum.

SI is qui nepotem ex filio [g] habet, in nepotis loco aliquem adoptauit: nō puto mortuo auo iura conſanguinitatis [h] inter nepotes futura [i] eſſe. ſed ſi ſic adoptauit, vt etiam iure legis [k] nepos ſuus eſſet, quaſi ex Lucio puta filio ſuo [l], & ex matrefamilias eius natus eſſet, contra puto [m].

XLV. PAVLVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

ONera eius [n] qui in adoptionem datus eſt, ad patrem adoptiuum transferuntur.

XLVI. VLPIANVS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

IN ſeruitute mea * quæſitus mihi filius, in poteſtatē meam redigi beneficio [p] principis poteſt: libertinum tamen eum manere non dubitatur.

DE DIVISIONE RERUM & qualitate.

TITVLVS VIII.

Lex iſta ordinatè procedit, quòd res quædam ſunt diuini iuris, quædā humani: quædam ſunt publicæ, quædam priuatæ: quædā incorporales, quædam corporales.

I. GAIVS libro ſecundo Inſtitutionum.

SVmma ¶ rerum diuiſio in duos articulos deducitur. nam aliæ ſunt diuini iuris, aliæ humani. Diuini

A adopto expreſſe ex tali filio, cum plures habebā, vel habere poſſum: quo caſu erunt fratres, vt in fin. legis dicitur. aut nō dixi ex quo filio: & tunc non erunt fratres: vt in principio legis. & ſic duobus modis ponitur caſus. Viuianus.

g *Ex filio.* ſcilicet mortuo, ſecundum Ioan. vel dic, vt Ir. velle videtur, ex filio, ſcilicet viuente, ſed nō expreſsit ex quo, cū plures filios haberet. infra autem in ſecundo caſu legis expreſsit. & ſic primum non valet: quia non apparet ex quo velit.

h *Conſanguinitatis.* ſcilicet fraternitatis, quaſi ex eodē ſanguine proceſsiſſe videantur. ſed iura agnationis bene erunt inter eos: vt ſupra eo. qui in adoptionem dantur. & ſic vt agnat' admittetur, nō vt conſanguineus: & ita frater legitimus & naturalis, qui habet iura cōſanguinitatis, iſti præfertur: & hoc ſecundum quoſdam. Tu dic quòd auo mortuo etiā ius agnationis ſit ſublatum. argu. ē. eod. in omni. ſecundum Io. ſ. in caſu quem poſuit Ioan. ſ. cum ex mortuo adoptatur.

i *Futura.* quia nec eo auo viuente fuerit: vt ſupra eo. l. qui in adoptionem.

k *Iure legis.* filius videtur alius iure naturæ, vt naturalis: alius iure legis, vt adoptiuus: vt hic, & ſ. eo. l. j. *Filii ſunt duplices.*

l *Filio ſuo.* ſcilicet viuente, ſecundum Ioan. & conſentiente: vt ſupra eo. ſi quis. vnde ſecūdum hoc eſt ratio in promptu: quia vbi viuēte filio meo, & conſentiente & volente tanquam ex eo nepotem adopto, me decedente recidit hic nepos in eius poteſtatem: vnde & agnatus eſt eidē, & alteri fratri. vbi vero filius erat mortuus, non poteſt in eius poteſtatem recidere, qui non eſt. vnde inter nepotes meos me mortuo ius agnationis nō eſt. idē eſt ſecundum caſum Ir. vt ſi filios habebam, nec expreſsi ex quo adoptarem. nam tunc propter ambiguitatem in nullius recidit poteſtatem.

m *Puto.* quia iura fraternitatis ſunt inter eos.

Onera.] *CASVS.* Titius adoptauit Seium. Titius tenetur de oneribus Seij. Viuia.

n *Onera eius.* vt eum alat & ſuſtentet, & de peculio eius nomine teneatur ex contractibus qui poſtea ſecum fient, non prius: vt. ſ. de pecu. in adrogatorem. & inſt. de acqui. per adrogationē. §. ſi.

In ſeruitute.] *CASVS.* Cum ſeruus eſſem, filium habui. poſtea fui cum filio meo manumiſſus. potero quidem beneficio principis filium meum in poteſtatem meam redigere. libertinus tamen erit iſte filius meus. Viuia.

o *In ſeruitute mea.* modo manumiſſo vnà cum filio: vel etiam ex interuallo.

p *Beneficio principis.* id eſt per adrogationem: ſed non per adoptionem, ſecundum Ir. & ſic ſoluitur contra. ē. eo. ſi pater. §. fin. & ſupra de ſta. ho. l. ſi. Tu dic, beneficio, id eſt principis priuilegio fieri poſſe: & ſine eo nullo modo poſſe. nam nō ſolum alienum libertū adoptare, permittere poteſt, vt hic, ſed etiā ſeruum alienum manumittere, & reſtituere natalibus: vt infra de na. reſti. l. quæris.

DE DIVISIONE RERUM & qualitate.

q *Summa.* quia in tractatu eſt prima, vel nulla eſt compendioſior ea.

iuris ſunt veluti res ſacræ, & religioſæ: ſanctæ quoque res, veluti muri & portæ [a], quodãmodo [b] diuini iuris ſunt. Quod autem diuini iuris eſt, id nullius [c] in bonis eſt. id verò quod humani iuris eſt, plerunque alicuius in bonis eſt: poteſt autem & nullius in bonis eſſe. nam res hereditariæ, antequam aliquis heres exiſtat, nullius in bonis ſunt. Hæ autem res quæ humani iuris ſunt: aut publicæ [d] ſunt, aut priuatæ. Quæ publicæ ſunt, nullius [e] in bonis eſſe creduntur: ipſius enim vniuerſitatis eſſe creduntur. Priuatæ autem ſunt, quæ ſingulorum ſunt. Quædam præterea res corporales ſunt, quædam incorporales. Corporales hæ ſunt, quæ tangi poſſunt [f]: veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales ſunt, quæ tangi non poſſunt: qualia ſunt ea quæ in iure [g] conſiſtunt, ſicut hereditas, vſusfructus, obligationes quoquo modo contractæ [h]. Nec ad rem pertinet, quòd in hereditate res corporales continentur. nam & fructus qui ex fundo percipiuntur, corporales ſunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque [i] corporale eſt, veluti fundus, homo, pecunia. Nam [k] ipſum ius ſucceſſionis, & ipſum ius vtẽdi fruendi, & ipſum ius obligationis [l] incorporale eſt. Eodem numero ſunt & iura prædiorũ vrbanorum, & ruſticorum: quæ etiam ſeruitutes vocantur.

Res multipliciter in nullius bonis dicũtur.

a *Portæ.* ciuitatum, aliàs eſt in textu, aliàs non eſt, ſed magis conuenit vt ſit: ſicut & inſtit. eo. §. ſanctæ quoque.

b *Quodammodo.* non enim vere ſunt diuini iuris: quia nec religio, nec conſecratio in eis eſt: ſed quia ſancita eſt in eos pœna, qui eas violant: & ideo ſanctæ dicuntur: vt inſti. eo. §. ſanctæ.

c *Nullius.* ſcilicet priuati hominis ſubaudi, ſed dei hominum cenſura, ſiue iudicio. Vnde dic, quòd res dicitur in bonis nullius, multis modis: natura, vt feræ beſtiæ. & in his habet locum regula, quod nullius eſt, occupanti conceditur: vt inſtit. eod. §. feræ. Item cenſura, vt res ſacræ, & religioſæ, & ſanctæ: vt hic, & inſti. eod. §. nullius. & hic non habet locũ regula: immo pœna imponitur ſi quis tetigerit: vt infra ne quid in loco ſacro. per totum. & inſtit. eod. §. ſanctæ. Item factio, vt ſi res pro derelicto habeatur: & hic habet locum regula: vt inſtitu. eo. §. penul. Item tempore, vt in theſauro: vt infra de adqui. re. do. nunquam. §. theſaurus. & hic habet locum regula, ſcilicet vt dimidia eius quod inuenitur, ſit eius qui inuenit: alia dimidia ſit domini ſoli in quo inuenitur: vt inſti. eo. §. theſauros. Item caſu, vt hereditas iacens: vt infra proxi. reſpõ. & hic non habet locum regula, cum fingatur ex tempore mortis fuiſſe heredis, quando poſtea aditur: vt infra de ſtipul. ſer. ſi ex re. §. fin. & de regu. iur. omnis hereditas.

d *Aut publica.* impriè. i. vniuerſitatis. res enim tantum Romanæ ciuitatis publicæ dicũtur: vt. ĩ. de verb. ſigni. l. eũ qui vectigal. aliàs publicum dicitur ius diuino oppoſitum: vt. C. de ſacroſanct. eccle. l. fina. in princip. Accurſius.

e *Nullius.* ſ. hominis priuati, ſed communitatis: vt ſequitur. & pone exempla vt theatra, & ſtadia, & ſimilia: vt inſtit. eo. §. vniuerſitatis. & ſic no. arg. quod commune eſt, meum non eſt. ſic infra eod. l. intantum. § j.

f *Poſſunt.* id eſt aptæ ſunt ſui natura vt tangi poſſint. nam rem quæ eſt in profundo maris, tangere non poſſumus, & tamen eſt corporalis.

g *In iure.* id eſt ſub hoc prædicabili ius, continetur. nam in definitione cuiuſlibet rei incorporalis oportet te aſſumere ius: vt ecce, hereditas eſt ius ſuccedendi &c. vt infra de regu. iur. l. hereditas. item, vſusfructus eſt ius vtẽdi &c. vt inſtitu. de vſufruct. in prin. item, obligatio eſt iuris vinculum &c. vt inſtit. de oblig. in princ. item, actio eſt ius perſequendi &c. vt inſtit. de actio. in princ. & ſic de aliis ſimilibus.

h *Obligationes quoquo modo contractæ.* non dicit contractus: quia ipſi magis facti ſunt quàm iuris: vt infra de cura. fu. conſilio. §. quæſitum eſt. verſi. eum quoque. quæ eſt contra.

i *Plerumque.* quia quandoque etiam incorporalis res nobis debetur: vt ſeruitus: vt. ĩ. famil. erciſ. heredes. §. cõtra ſi promiſſor.

k *Nam.* pro certe. aliàs pro ſed.

l *Ius obligationis.* intranſitiue lege, id eſt ius quod eſt obligatio. & ſic de aliis. ſed de quibuſdam dubitatur, ſcilicet de fumo, aëre, & anhelitu hominis. ſed dic corporalia. ſed quid de angelis bonis & malis, & animabus dic incorporalia: licet de his nihil ad nos.

Quædam naturali [m] iure cõmunia ſunt omnium [n], quædam vniuerſitatis, quædam nullius, pleraque ſingulorum: quæ variis ex cauſis cuique adquiruntur. Et quidem naturali iure [o] omnium communia ſunt illa, aër, aqua profluens, & mare, & per hoc litora [p] maris.

m *Quædam naturali.* i. gentium.

n *Omnium.* ſubaudi, & quædam publica: vt inſtit. eod. §. j. nam & de his tractat. j. eod. nemo. in fin. & l. ſequen.

o *Naturali iure.* i. iure gentium, quod eſt inſtinctu naturæ inductum: vt ſupra de iuſti. & iu. l. omnes. §. quod vero. ſic exponitur inſti. e. §. j. & §. ſingulorum. & § feræ. & §. per traditionem.

p *Litora.* communia ſunt quo ad vſum, & dominium: vt hic. ſed quo ad protectionem ſunt populi Romani: vt infra ne quid in lo. publi. l. litora. quæ eſt contra. *ADDITIO.* Pro declaratione huius glo. dic quòd mare eſt commune quo ad vſum: ſed ꝓprietas eſt nullius: ſicut aër eſt cõmunis vſu: proprietas tamen eſt nullius, ſecundum Ia. de Ra. ſed iuriſdictio eſt Cæſaris: & ſic iſta tria ſunt diuerſa. ſ. ꝓprietas, vſus, & iuriſdictio, & protectio: ſecundum Bal.

Item lapilli, gemmæ [q], cæteraque quæ in litore inuenimus, iure naturali noſtra ſtatim fiunt.

q *Item lapilli, gemmæ.* gemmæ ſunt perlucidæ materiæ: lapilli verò obſcurioris: vt. j. de aur. & arg. le. & ſi non ſunt. §. peruenimus. verſi. gemmæ. & collige ex hac. l. q. ea demum dicũtur cõmunia, quæ cum ſint in communi vſu omnium animantium, occupanti conceduntur. Publica autem ſunt communia, vel in communi vſu: ſed non concedũtur occupãti: quod eſt cõtra Pla. qui dicebat omnia publica eſſe communia: & ecõtra cõmunia dicebat eſſe publica, ex eo quòd omnibus animãtibus permittitur publicè his vti ſicut cõmunibus: vt in lauando, bibendo, & ſimilia faciendo. communia dicebat eſſe publica quo ad quoſdam vſus qui tantum hominibus competunt: vt nauigare, & piſcari. item eſt contra eum inſt. eo. §. j. vbi ponuntur vt contrariæ ſpecies. item quia in publicis non ſolum permittitur alicui aliquid facere, ſed etiã interdicta prohibitoria apponuntur: vt. ĩ. ne quid in flu. pu. Illud autẽ ſatis videtur, quòd aqua fluminis ſit communis: quia conceditur occupanti: & etiam irrationabilibus: ſed ipſe alueus eſt publicus: quia occupanti non conceditur. item nec aquam alicui alibi deriuare licet: vt infra de flumi. l. quo minus.

Communia quæ dicuntur. *Publica quæ dicuntur.*

Capuani.

r *Emo igitur. Pillius.* id eſt ædificiis ab alio ibi poſitis.

ſ *Inter gentium.* i. communia iure gentium, ſicut mare.

t *Flumina penè.* penè dicit propter ea quæ ad tempus fluunt, vt Rapo & Meloncellon, quæ ſunt priuata: vt. ĩ. de flumi. l. j. §. fluminum. alij dicunt propter flumina manufacta, quæ dicũtur eſſe priuata: quod eſt falſum: vt. ĩ. de flumi. l. j. §. ſi foſſa. Accur.

v *Riparum.* ſ. fluminis.

x *Et ex mare.* i. flumine. vel dic ꝓprie. Reducere, hyſterõ proteron

proteron.i.ordo cõuersus.sic insti.eo.§.littorũ.sed quid si vnus vult retia siccare,alius incidere arborẽ? Respõ.præferendũ eum qui vult siccare:quia publicam vtilitatem prætẽdit,alius priuatam:vt ar.in auth.de non alie.§. quia vero verisimile.in fin.ibi, oportet enim ea.coll.ij.alij deferũt occupãti:vt ar.j. de vsuca.l. fi.sed si simul veniant, die vt supra.& facit ad legem istam infra de flumi.& ne quid &c.l. j.§.ripa.&.l.pe.&.j.de acquirẽ.re.domi.l.penult.§.fin.& instit. eo. §.riparum.in fine.

Publica priuata præferri debet.

a *Ntantum. Soli.* i.terræ domini constituantur &c.sed contra instit.eo.§.cum in suo. & idẽ infra de adqui. re.domi. adeo .§. cum in suo. sed illud regulare, & ædificiũ cedat solo:hoc speciale.

b *Iure postliminii.* nec poterit præscriptionẽ opponere quasi longo tẽpore tenuerit : vt.j. de vsuca.l.fi. nisi nunc possideat : vt infra de diuer. & tẽp.præscrip. si quisquã. & facit infra de reli.cum loca.

c *Theatra.* à theorein, quod est inspicere : vt est arena Veronensis.

d *Stadia.* à stãdo,vbi currebãt: & præfixum erat vsquequo currerent. & fertur & Hercules vno anheliru per octo stadia currebat.

e *Rescripserunt.* an ergo testimonium possit ferre vnus de collegio contra collegium , vel pro collegio? Respon. sic:quia non est prohibitũ, ergo permissum: vt.j. de testi.l.j.&.l.ex eo.in gl. ij.&.j.de pac. do. inter socerum. §. cum inter.& hic subiicit.Accursius.

Permissum videtur qd non est prohibitum.

f *Veniam.* vt hic,&.j. de in ius vo. sed si hac. §.qui manumittitur.& facit ad hũc.§.j. quod cuiusque vni.l.sicut.§. ij.& infra ad Treb.l.j. §.fuit quæsitum.in fin. &.j.de adqui.re. dom. statuas.& infra de quæstio.l.j.§.seruum. Accursius.

g *Priuatè.* Not. quid publicè permitti, qd priuatim non permittitur,vt hic,&.j.de admi.tu. l.non existimo. &.j. de pol.l.j.in prin. &.j.de ri.nup.l.fi.

Vide Aut. August. emen. lib.1. cap.2.

h *Manet.* vt hic,& institu.e.§.sacræ. &.j.de contrahen.empt.l.æde.quandoque tamen definit:vt si capiatur ab hostibus:vt infra de reli.l.cum loca. sed communis locus , vt littus maris, leuiter potest fieri priuatus , & in eundem statum redire:vt supra ea.l.in prin.

i *In locum suum.* quandoque etiam in non suum:vt infra de relig.l.scriptus.in princ.

k *Inuitis cæteris.* non ergo est potior conditio prohibentis . sic insti.eo.§.in commune.Sed ar.cõtra.j.communi diui. Sabinus.

quid in his reponere cuilibet liberũ est, sicuti per ipsum flumen nauigare. sed proprietas illorum est, quorũ prædiis hærent:qua de causa arbores quoque in his natæ eorundem sunt.

In mare piscantibus liberum est casam in litore ponere, qua se recipiant.

VI. MARCIANVS libro tertio Institutionum.

INtantum, vt & soli[a] domini constituantur, qui ibi ædificant, sed quamdiu ædificium manet : alioquin ædificio dilapso quasi iure postliminij[b] reuertitur locus in pristinam causam : & si alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet. Vniuersitatis sunt, nõ singulorum, veluti quæ in ciuitatibus sunt theatra,[c] & stadia,[d] & similia,& siqua alia sunt communia ciuitatium. Ideoque nec seruus cõmunis ciuitatis,singulorum pro parte intellegitur, sed vniuersitatis: & ideo tam contra ciuem, quàm pro eo posse seruum ciuitatis torqueri diui fratres rescripserunt.[e] Ideo & libertus ciuitatis non habet necesse veniam[f] edicti petere, si vocet in ius aliquem ex ciuibus. Sacrę res, & religiosæ, & sanctæ, in nullius bonis sunt.Sacrę autem res sunt hæ, quæ publicè consecratæ sunt, non priuatè.[g] Si quis ergo priuatim sibi sacrum constituerit:sacrum non est,sed prophanum . Semel autem æde sacra facta , etiã diruto ædificio locus sacer manet.[h] Religiosum autẽ locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum.[i] In cõmune autem sepulchrum etiam inuitis cæteris[k] licet inferre. Sed & in alienum locum concedente domino licet inferre : & licet postea ratum habuerit[l] quàm illatus est mortuus , religiosus locus fit.[m]

Cenotaphium[n] quoque magis placet locũ esse religiosum: sicut testis[o] in ea re est Vergilius.

VII. VLPIANVS libro vicẽsimoquinto ad Edictum.

SEd diui fratres contra rescripserunt.

VIII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

SAnctum[p] est quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. Sanctum autem dictum est à sagminibus.[q] Sunt autem sagmina quædam herbæ[r] quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos violaret:[s] sicut legati Græcorũ ferũt ea quæ vocãtur cerycia.[†]

In municipiis quoque muros esse sanctos, Sabinum recte respondisse Cassius refert : prohiberique oportere ne quid in his immitteretur.[t]

IX. VLPIANVS libro sexagensimooctauo ad Edictum.

SAcra loca ea sunt, quæ publicè[u] sunt dedicata , siue in ciuitate sint, siue in agro.[x] Sciendum est, locum publicum tunc sacrum fieri posse, cum princeps eum dedicauit,[y] vel dedicandi[z] dedit potestatem.

Illud notandum est,aliud esse sacrum locum , aliud sacrarium.Sacer locus est locus consecratus . Sacrarium est locus in quo sacra reponuntur: quod etiam in ædificio priuato esse potest . Et solent qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde euocare.[†] Proprie[a] dicimus sancta, quæ neque sacra,neque prophana sunt, sed sanctione quadam confirmata: vt leges sanctæ sunt . sanctione enim quadam sunt subnixæ . Quod enim sanctione quadam subnixum est , id sanctum est , etsi deo non sit consecratum . Et interdum in sanctionibus adiicitur , vt qui ibi aliquid commisit , capite puniatur. Muros[b] autem municipales nec reficere[c] licet[d] sine principis vel præsidis auctoritate, & facit infra de vsufruct.l.arboribus.§.nauit. ADDITIO. Pro solutione huius contrarij vide Dy.in regula,in re communi. de regu.iur.lib.vj.

l *Habuerit.* vulg.non habuerit,id est pœnituerit.

m *Religiosum fit.* id est manet:quia semel concessisse sufficit : vt hic, & .j. de aqua pluuiarcen.l.in diem.

n *Cenotaphium.* locus vel res parata ad sepeliendũ:non tamen fuit ibi aliquis missus adhuc. ADDITIO. Immo verò cenotaphiũ imaginariũ sepulchrũ est , quale describitur Vergilio li. Aeneidos iij. Solennes tum forte dapes &c.Hectoreũ ad tumulum &c.

Cenotaphiũ quid sit.

o *Vergilius.* sed falsus testis est: vt infra.l.p. ti.& de relig. l.is qui. & est hic argum.quod auctoritates poëtarum sunt in causis allegandæ: vt supra de ita.ho. septimo. & de solut. si pater.sed infra.l.prox. est argu.contra,& sint reprobandæ.

† *Cerycia Gratis dicuntur,quæ Latinis caduceæ. Budæus.*

p *Sanctum.* vt muri & portæ ciuitatis: vt insti.eo.§.sanctæ.& j.proxi. l.§. penult. & antepenult.

q *Sagminibus.* immo à sanctione:vt instit.e. §.sanctæ.&.j.e.l. prox. in.§.proprie.

r *Herba.* fortè saturciæ.

s *Violaret.* vnde etiã sancti dicuntur: vt infra de legationibus.l. fi.in prin.

† *Sacrorum euocatio quid sit, & qualiter olim fieri solita, Macro. libr. j. Satur. ca.8. pulchrè declarat: similiter & Liuio facile est videre lib 5. ab vrbe condita.*

t *Committeretur.* scilicet sine licentia principum: vt hic, & infra ne quid in loco sacro l.penult.& fi.&.l.proxi.§.fi.

Imperatores olim erant sacerdotes.

u *Sacra.* aliàs nõ est vlex. *Publicè.* cũ auctoritate imperatorũ: vt infra vt in possess. lega.l.vltima.

x *In agro.* i.in villa.

y *Dedicauit.* proprie potest poni, quia olim imperatores sacerdotes erant. vnde Dauid ait de seipso, In sacerdotib' eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius . vel dic, ipse dedicauit.i. proprio motu & sua sponte voluit aliquam rem à põtificibus dedicari.

z *Vel dedicandi &c.* id est cum aliquis impetrauit vt liceret sibi facere aliquam rem dedicari,& ipse ei permisit.

a *Proprie.* in sanctionibus:vt infra de pœ.per totum ti.fere,& in aliis pluribus in quibus pœna imponitur.vel dic,vt Irn. vt si circa leges id facias quo minus sit lex , vel aliquid pro lege falsum subrogetur:vt.j.ad leg.Cor.de fal.l.j.

b *Muros autem municipales.* i.ciuitatũ.sic ponitur.j.ad munic.l.j.

c *Nec reficere.* quasi dicat nedum facere.

d *Licet.* alicui priuato: sed ipsi vniuersitati licet : vt C.de ope. pub.l.

pub.l.omnes.ij.&.l.intrà.

a *Res ſacra non recipit.* immo quandoque ex cauſa ſpeciali: vt C.de ſacroſan.eccle.l.ſancimus.in fi.& in authen.præterea.

Aristo.] *CASVS.* Hic dicit q̃ ſicut quando quis ædificat in mari, efficitur ædificium priuatũ: ita ſi mare aliquid occupet, fit commune & publicum id quod occupatur. Viuia.

b *Ita.* ſimilitudo per cõtrariũ. Ioã. vt ibi,& Lazar' ſimiliter mala.

† *Concor.c. 2.cũ glo. 1. extra de re iu.& poſſe. ſan.*

c *Occupatum.* non inundationẽ temporalẽ vt inſtit.eo.§.alia.

d *Publicum.* id eſt cõmune.

Si quis violauerit.] *CASVS.* Duo fuerunt fratres, qui Ro. ciuitatem fecerũt. & cum eſſet contentio cuius nomine vocaretur, an Roma à Remo, vel Roma à Romulo: forte obtinuit Romulus, & dominus remãſit. Et poſtea fratrem ſuum fecit occidi: quia contra ſuũ fecerat interdictũ, cũ præceperat vt nemo muros tranſcenderet. Viuianus.

e *Admotis.* id eſt appoſitis. Accurſius.

f *Remus.* duo fuerunt fratres qui Romam fecerunt. & cum eſſet cõtétio cuius nomine vocaretur, an Roma à Remo, vel Roma à Romulo: forte obtinuit Romulus, & dominus remãſit: qui poſtea fratrem ſuum occidi fecit, quia contra ſuum fecerat interdictũ trãſcendendo muros. vnde Lucanus: Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. & eſt arg. quòd iudex ita proximum puniat & magnum, ſicut extraneum & paruum. Argu. contra infra de recept. l.j.& infra de incen.rui. nau. Pedius. & omnino in glo. conditione. dic vt ibi Ir. *ADDITIO.* Solue ſecundum Bar. ſic quòd tempore punitionis iſtius non erant iſtæ leges, quia habuimus poſt leges. xij. tabu. quæ fuerunt poſt mortem Romuli & reges expulſos: vt ſupra de origi. iur. l.ij.§. exactis. & ſic poteſt reſpõderi ad omnia præcedentia.

Romulus ſe cis occidit fratrẽ ſuũ Remum.

† *Vide quæ ſcripſit elegãter in hanc legem Marius Sol monius.*

g *Voluerit.* ergo pro ſolo conamine punitus eſt. nam non legimus quòd tranſcenderit. & ſic eſt contra infra de pœn. l.cogitationis. ſed dic quòd pertinet ad aliquem actum. vel expone voluerit, id eſt voluntariè tranſcenderit. ſic infra ſi cer. pera. l. quòd ſi ab initio. &.l.fin.j. reſpon. &.C.ſi.regun. ſi conſtiterit. & infra de lega. ij. l.j.

nec aliquid eis coniungere, vel ſuperponere. Res ſacra non recipit[a] æſtimationem.†

x. POMPONIVS libro ſexto ex Plautio.

ARiſto ait, ſicut id quod in mare ædificatum ſit, fieret priuatum: ita[b] quod mari occupatum[c] ſit, fieri publicum.[d]

xi. IDEM libro ſecundo ex variis lectionibus

SI quis violauerit muros, capite punitur: ſicuti ſi quis tranſcendet ſcalis admotis,[e] vel alia qualibet ratione. nam ciues Romanos alia quàm per portas egredi non licet: cum illud hoſtile & abominandum ſit. nam & Romuli frater Remus[f] occiſus traditur ob id, quòd murum tranſcendere voluerit.[g]

DE SENATORIBVS.

TITVLVS IX.

Vir in dignitate poſitus, præfertur in dignitate vxori: & dignitas nõ tranſit de inferioribus ad ſuperiores Bartolus.

i. VLPIANVS libro ſexagenſimoſecundo ad Edictum.

COnſulari † fœminæ[h] vtique conſularem virum præferendũ[i] nemo ambigit. ſed vir præfectorius an conſulari fœminæ præferatur, videndum. putem præferri: quia maior dignitas

Cõtinuatio. *Quia de ſtatu hominũ, & diuiſione rerum vidimus, ſequitur de actionibus & iudiciis. quæ quia per officiales explicantur: vt ſupra de orig. iur. l.2.§. poſt originem. ideo de officiis dicit. primo præmittendo de ſenatoribus, vt de dignioribus, qui erant centum numero: vt C. de peti. here. l. fin. in princip. Accurſius.*

† *Conſulari.*] *CASVS.* Vir conſularis præfertur fœminæ conſulari. Item vir præfectorius fœminæ conſulari præfertur. de his pone exemplum, quia ſi inſtituo filiũ & filiam conſules: tabulæ teſtamenti deponendæ ſunt penes virum, non apud fœminam: vt infra de fid. inſtru. l.fin. Item dicit quæ ſit fœmina conſularis. Item dicit quòd matres conſulũ non ſunt conſulares. Viuianus.

h *Conſulari fœmina.* quæ ſit hæc, habes. j. ea. l. in fine.

i *Præferendum.* priuilegio ſexus: vt ff. de ſtatu hominũ. l. in mul

A tis. prodeſt autem hæc prælatio cum tractatur de bonis debitoris vendendis: vel parte debiti remittenda: vt infra de paſt. l.ſi plures. § fina. &.l.maiorem. vel de dilatione danda: vel ceſſione bonorum accipienda: vel certa portione accipiẽda: vt C. qui bo. cede. poſſ. l.ſi. itẽ in tutore qui præfertur in adminiſtrãdo: vt inſtit. de ſatiſda. tuto. §. quod ſi nemo. vel in depoſitione tabularũ: vt infra de fide inſtrumen. l. fin. vel decretos vt infra ad municip. l. quod maior. hoc vltimum non placet. Accurſius.

eſt in ſexu virili.[k] Conſulares autem fœminas dicimus conſularium[l] vxores. Adiicit[m] Saturninus etiam matres:[n] quod nec vſquam relatum[o] eſt, nec vnquam receptum.

Remotus à ſenatu tanquam infamis, non poteſt eſſe iudex, nec teſtimonium perhibere.

ii. MARCELLVS libro tertio Digeſtorum.

B CAſsius Longinus non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem[p] ſenatu motus, nec reſtitutus eſt, q̃ iudicare, vel teſtimonium dicere: quia lex Iulia repetundarũ hoc fieri vetat.

Remotus à ſenatu non propter infamiã, retinet dignitatem. & filius ſenatorius appellatur non ſolum naturalis & legitimus, ſed etiam legitimus tantùm. & filius à ſenatore adoptatus & poſtea emancipatus, per emancipationem dignitatem perdit: & per adoptionem dignitas non munitur. hoc dicit cum. l. ſenatorie. 1. & 2.

iii. MODESTINVS libro ſexto Regularum.

C SEnatorem remotum ſenatu, capite non minui, ſed Romæ morari[r] diuus Seuerus & Antoninus permiſerunt.

Qui indignus eſt minori ordine, multo magis indignus eſt maiori. Bartolus.

iiii. POMPONIVS libro duodecimo ex variis lectionibus.

QVi † indignus[s] eſt inferiore ordine, indignior eſt ſuperiore.

k *Virili.* hic not. vt ſupra de ſta. hom. l. in multis

l *Conſularium.* ſubaudi etiã, non ſolum conſulum. Accurſius.

m *Adiicit.* & male.

n *Matres.* ſcilicet cõſularium, non dico cõſulum. Accurſius.

o *Relatum.* ſcilicet ab alio quàm à Saturnino. & ſic no. hic quòd in generali ſermone quædam excipiuntur. ſic & C. de ſolu. l. inquiſitio veritatis. arg. contra infra de pigno. Paulus. §. fin.

a *Tu dic quòd perſona loquendo cõtinetur, vt in.d. l. Paulus. ſi alia cauſa ipſa ipſi dat: vt in.l. quæſitio. ff. alio. in glo. ſecundum Bar.*

[a] Item not. hic quòd dignitas inferiorum nõ tranſit ad ſuperiores, ſed contra. C. de proxi. ſa. ſcri. l. in ſacris. in princip. lib. xij. & C. de meta. l.fin. in princip. in glo. ij. lib. xij. Solu. ſpeciale eſt in illis priuilegiis quæ ibi dicuntur: hic autem regulariter. ſic & ſpeciale eſt in ludis in quib' ſe immiſcet mater volente filio conſule vnà cum eo: vt in auth. de conſuli. §. hæc itaque. ver. ſi vero non compellatur. colla. iiij.

† *Ad hunc locum vide Ant. Aug. in cap. 14. De excuſationibus ad Modeſtinũ, & Alcia. lib. diſpun. 3. cap. 4.*

CAſsius.] *CASVS.* Titius turpiter fuit à ſenatu remotus. Dicitur quòd non poterit amodo iudicare, nec dicere teſtimonium. Viuianus.

p *Turpitudinem.* aliquam quam in officio commiſit: vt in fin. huius. l. &.j. ad legem Iuliam repe. l. eadem. §. j.& no. quòd ſiue ei irrogetur infamia iuris, ſiue facti tantum, locum habet quod hic dicit: & infra de iudi. l. cum prætor. §. non autem. & C. de D dign. l.ij. &.l. iudices. lib. xij. Item not. argum. quòd qui ſemel male fecit, præſumitur aliàs male facturus: vt hic, & infra de accu. l. ſi cui. §. j.

q *Nec reſtitutus eſt.* ſcilicet per principem: vt C. de ſen. paſ. l.j. &.j. de poſtu. l.j. §. eum qui. ver. de qua.

r *SEnatorem. Morari.* hoc verum ſi ex ea cauſa remotus eſt quæ infamiam non importat. aliàs non poteſt Romæ morari: vt infra de excu. tuto. l. ſed & milites. §. qui nimirum. & facit inſtitut. de capit. demi. §. quibus.

s *QVi indignus.* ſunt enim multi ordines: alij maiores, alij minores. Eſt enim maior ſuperilluſtris. ſecundus illuſtris. tertius ſpectabilis. quartus deſcenſiue eſt clariſſimus. qui ergo indignus eſt eſſe de ſpectabilibus, multo magis indignior erit eſſe de ſuperioribus: vt hic, & infra de inter. & rele. l. relegatorũ. §. poteſt. &. §. fin. & infra de ſer. expor. l. cui pacto. Sed opponitur: Imperator indignus eſt quòd ſit præſes: ergo indignior imperio? Reſpon. minores ordines ſunt indigni eo: non ipſe eis. vel ſecundum Io. licet non ſit dignus: nõ tamen eſt indignus. & facit infra de vul. ſubſtitu. ex facto. §. finali.

SEnatoris.] *CASVS.* Quis ſit ſenatoris filius, hac lege dicit. nam ſenatoris filius eſt, non tantum naturalis & legitimus:

& legitimus: ſed & ſi aliquē adoptauit ſenator: & nihil intereſt an habeat filium ipſo ſenatore exiſtente: vel ante ſenatoriam dignitatem. Viuianus.

a *Qui naturalis eſt.* ſcilicet & legitimus.

b *Adoptiuum.* ſed cum hodie in eius poteſtatem non tranſeat, niſi ſit auus paternus, vel maternus, an eadē dignitate fruetur? Rñ. ſic, ſecundum Azo. ſicut & ab inteſt. ſuccedit: vt C. de adoptionibus. l. cū in adoptionis. §. penultimo.

c *A quo.* ſpectabili. ſ. vel illuſtri, vel clariſſimo. ego contra. nam ab illuſtribus tantum, vel ſuperilluſtrib' debet adoptari, vt dicatur filius ſenatoris: vt infra eod. liberos. & l. vlt. in fi. Azo.

d *Vel qualiter.* id eſt corā principe, vel præſide: cum his duobus modis fiat: vt inſtit. de adopt. §. ij. & ſupra de adop. l. ij. Accurſius.

e *Nec intereſt.* Quia vtrobiq; ſunt filij clariſſimi. intereſt tamē: quia poſt dignitatem ſuſcepti ſunt illuſtres, & non primi: vt C. de digni. ſi ſenator. quæ eſt contra. lib. xij.

Senatorum.] C A S V S. Hæc lex addit ſuperiori. dicit enim quòd ſi ſenator adoptet aliquē, is videtur filius ſenatoris. ſed ſi emancipetur, deſinit filius eſſe. ſ. ſenator filium ſuum in adoptionem det alij inferioris gradꝰ, manet filius ſenatoris. Viuianus.

f *Senatoris.* Repetit ſenſum ſuperioris. l. in principio, vt addat, ibi, quamdiu &c.

g *Aliter.* ſecus in naturali: vt infra. l. proxi. in princip.

h *Non amittitur.* vt hic, & ſ. de adopt. l. per adoptionem. item nec cognatio: vt. j. vnde cognati. l. j. §. cognationem. nec origo: vt. j. ad municip. l. ordine. §. fi. & facit. i. de bo. liber, ſi filius qui patri. in fin. j. reſpon. Argu. contra ſupra de adopt. l. in omni.

Emancipatum.] C A S V S. Filius naturalis ſenatoris eram. ſi emancipet me, vel poſt mortem patris mei ſenatoris natus ſum: filius ſenatoris ero. ſi patre meo moto à ſenatu conceptus fuero & natus, non ero filius ſenatoris. Si autem conceptus fui antequam pater meus mouebatur à ſenatu, & poſt natus ſum: filius ſenatoris ero. Item dicit: ſi habeo auum & patrē ſenatores, ero filius & nepos ſenatoris: & ſi pater meus amittat ſenatum, ero nihilo minus nepos ſenatoris. Viuianus.

i *Emancipatum à patre.* ſcilicet naturali. lo. aliàs cótra. ſ. l. proxi. in princip.

k *Antequam iſte naſceretur.* & conciperetur. Ioan. & probatur ex proxi. §. Accurſius.

a Tu dic quid filius legitimus & naturalis propter emancipationem non amittit: vt i. ſecus in legitimo tā: vt ibi in cōtrario, ſcum. Bar.

V. VLPIANVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

SEnatoris filiū accipere debemus non tantùm eum qui naturalis eſt, [a] verum adoptiuum [b] quoque. neque intererit à quo [c] vel qualiter [d] adoptatus fuerit. nec intereſt, [e] iam in ſenatoria dignitate conſtitutus eum ſuſceperit, an ante dignitatem ſenatoriam.

VI. PAVLVS libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.

SEnatoris [f] filius eſt & is, quem in adoptionem accepit, quamdiu tamen in familia eius manet. emancipatus vero nomen filij emancipatione amittit. [g] A ſenatore in adoptionem filius datus ei qui inferioris dignitatis eſt, quaſi ſenatoris filius videtur: quia non amittitur [h] ſenatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis: non magis quàm vt conſularis deſinat eſſe.

Filius legitimus & naturalis emācipatus à patre, nihilo minus filius ſenatoris dicitur: & conceptus ante remotionem patris à ſenatu, ſicet poſt remotionem natus, ſenatoris filius dicitur. b. d. vſque ad. § ſi quis.

VII. VLPIANVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

EMancipatum à patre [i] ſenatore, quaſi ſenatoris filium haberi placet. item Labeo ſcribit etiam eum qui poſt mortem patris ſenatoris natus ſit, quaſi ſenatoris filium eſſe. Sed eū qui poſtea quàm pater eius de ſenatu motus eſt, concipitur & naſcitur, Proculus & Pegaſus opinantur nō eſſe quaſi ſenatoris filium. quorum ſententia vera eſt. nec enim priē ſenatoris filius dicetur is, cuius pater ſenatu motꝰ eſt antequam iſte naſceretur. [k]

Macula patris non nocet filio quo minus ipſe filius vti poſſit priuilegio & dignitate ex perſona ani. hoc dicit vſque ad finem. Bart.

Si quis cōceptus quidem ſit antequam pater eius ſenatu moueatur, natus autem poſt patris amiſſam dignitatem: magis eſt vt quaſi ſenatoris filius intellegatur. tempus enim cōceptionis [l] ſpectandum pleriſque placuit. Si quis & patrem & auum habuerit ſenatorem: & quaſi filius, & quaſi nepos ſenatoris intellegitur. [m] Sed ſi pater amiſerit dignitatem ante cō ceptionem huius, quæri poterit, an quamuis quaſi ſenatoris filius non intellegatur, quaſi nepos tamen intellegi debeat. Et magis eſt vt debeat: vt aui potius ei dignitas proſit, quàm obſit caſus patris. [n]

Vxores coruſcant radiis maritorum. & earum dignitate & priuilegio gaudent etiā poſt mortem ipſorum, donec nubant alii inferioris gradus: quo caſu dignitatem amittunt. hoc dicit vſque ad finem.

VIII. IDEM libro ſexto Fideicommiſſorum.

FOeminæ nuptæ clariſſimis [o] perſonis, clariſſimarum perſonarum appellatione continentur. Clariſſimarum fœminarum nomine, ſenatorum filiæ, niſi quæ viros clariſſimos ſortitæ ſunt, non habentur. [p] Fœminis [q] enim dignitatem clariſſimam mariti tribuunt: [r] parētes [ſ] vero, donec [t] plebeij nuptiis fuerint copulatæ. Tamdiu igitur clariſſima fœmina erit, [u] quamdiu ſenatori

A l *Tempus conceptionis.* Not. in hoc inſpici tempus cōceptionis. ſic. C. de ſuis & legitimis. l. ex libera. in gloſſa fi. & de nuptiis. l. imperialis. §. his illud. & inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. §. finali. argu. contra. C. de naturalibus liberis. l. pe. in fi. ſed ibi ſpeciale eſt fauore liberorum: vt ibidem dicitur. *Conceptionis tempus quandoque inſpectum.*

m *Intelligitur.* quod prodeſt ei: quia vno amiſſo retinetur aliud: vt infra proxi. reſpon.

n *Patris.* electiue, quaſi non obſit caſus patris. & ſic eſt contra C. de quæſtio. l. diuo Marco. ſol. hic quo ad honores, quos non amittit: non vt euitet tormenta quæ ſuſtinēt plebeij, vt ibi, ſecundum quoſdam. Alij dicunt quòd hic fuit remotꝰ ex cauſa quæ infamiam non importat, vt ob inualitudinem. ibi ex ea quæ importat. alij dicunt ꝙ hic nepos erat in poteſtate auitibi non. Tu dic, aut ante remotionem patris erat ſaltem conceptus, & tunc caſus patris non nocet in aliquo: vt ſupra proxi. §. ſi vero poſt caſum, ex perſona aui retinet, vt hic: nō patris ſui, vt ibi. Item no. hic arg. pro feudo, quòd licet filius per culpam ſuam debeat amittere feudum, nepos tamen retinet ex pſona aui ſui. ſic. j. de interdi. & rele. l. iij. & j. de iure patro. diui fratres. & dixi. j. de ī ius voc. l. adoptiuum. §. fi. Accur. *Patris cauſa non nocet filio.*

Fœmine.] C A S V S. Si qua plebeia nubat clariſſimo, clariſſima erit fœmina. ſi filia ſena. nubat nō clariſſimo ſed plebeio, nō erit clariſſima. & de his in litera rationē reddit. Vltimo dicit ꝙ hæc vera ſunt, quòd vxor eſt clariſſima quæ nubit clariſſimo, ſi nupta manet: vel ſi diſſoluto matrimonio alij non nubat inferioris dignitatis vel gradus.

o *Clariſſimis.* largè accipe clariſſimis, id eſt nobilibus. & eſt ratio huius dicti, quia fœminæ coruſcant radiis maritorum: vt in authen. de cōſuli. §. hoc itaque. verſi. decet enim. collatio. quarta. Accurſius. *Fœmina coruſcat radiis maritorum.*

p *Non habentur.* id eſt ſi ſunt ſortitæ non clariſſimum, ſed plebeium, non ſunt clariſſimæ. & ſic ponitur niſi, pro ſi non. ſic. C. ſi manci. ita fue. ali. l. ij. in fine.

q *Fœminis.* refert ſe ad primum. Accurſius.

r *Tribuunt.* quoad nubant homini inferioris dignitatis: vt C. de dig. l. j. libro vndecimo. & infra eodem. l. fina. j. reſpon. & in fine huius legis. Accurſius.

ſ *Parentes.* refert ſe ad ſecundum. Accurſius.

t *Donec.* id eſt vſquequo copulentur nuptiis plebeiorum. & ſic not caute differentiam patris & mariti. maritus enim ſuæ vxori dignitatem non præſtat ſi alij nupſerit poſtea qui ſit inferioris dignitatis. pater vero præſtat, etſi is cui nupſit filia, ſit inferioris dignitatis, dum tamen non ſit plebeius.

u *Clariſſima fœmina erit.* ſcilicet gratia mariti. Accurſius.

Filiam.]*CASVS.* Si ſenatoris filia liberto nubat, non valet matrimonium. ſed pone quòd filia ſenatoris nupſit liberto. poſt pater remotus eſt à ſenatu: nunquid remanet vel erit modo vxor, quæritur. Dicitur quòd non, quia quæſita dignitas propter caſum patris non auferetur filiis.

a *Nuptiæ.* ſcilicet de facto. nam de iure non tenet: vt hic, & infra de rit. nup. l. generali. §. fin. & l. oratione. in princ. ſed hodie tenet, dummodo dotalia inſtrumenta ſint iure cõfecta: vt in authen. vt liberti decætero. §. ſi quis. coll. ſexta.

b *Patris caſus.* qui aliquo caſu fuit remotus à ſenatu. vnde videbatur valere, quia peruenit ad eũ caſum à quo incipere poteſt matrimonium, ſi ſemper in eodem ſtatu fuiſſet, id eſt non habuiſſet patrẽ ſenatorem.

c *Facit.* ſed contra ſupra. l. prox. vbi amittit dignitatẽ, ſi nubat plebeio. Solu. hic non valuit matrimonium.

Pater non portabit iniquitatẽ filii.

d *Non eſt.* neq; enim pater portabit iniquitatem filij, neque filius patris, vt infra de pœ. l. crimen. & ſupra eo. emancipatum. §. fin. & infra de in ius vocan. adoptiuum. §. finali.

Liberos.] *CASVS.* Qui dicuntur filij ſenatoris, dicitur in. l. iſta: quia non ſolum filius ſenatoris dicitur qui natus eſt ex ipſo ſenatore: ſed etiam qui nati ſunt ex filiis eius, ſiue naturales & legitimi, ſiue adoptiui, dicũtur filij ſenatoris. Sed pone quòd aliquis natꝰ eſt ex filia ſenatoris: quid erit tunc? nũquid dicetur filiꝰ ſenatoris? Reſpon. quòd origo patris ſpectanda eſt: vt ſi pater eſt ſenator, erit etiam filius ſenatoris.

e *Ex liberis.* vſque ad infinitum: vt infra de verborum ſigni. liberorũ. priuilegia tamen vſque ad pronepotes tantùm extenduntur: vt. C. de quæſtio. diuo. ſed veteranorum, ad primum: vt. C. de pœ. l. honor.

f *Naturales.* & legitimi. Accurſius.

g *Conditionem.* quo ad honores & dignitatem: vt ſupra de ſtatu hominum. l. cum legitimę. nõ quo ad ſtatum: vt. C. de rei vin. l. partum.

h *Senatores. Intelliguntur.* quantum ad honores, non quantum ad onera: vt infra ad munici. l. municeps eſſe definit.

i *Adiectionem.* non transferrur, ſed adiicitur. ſic infra de condi. & de. l. falſa. §. j. & infra de exer. l. ſi cum. §. j. ibi, hoc enim edicto &c. ſic ergo duobus locis habet domicilium: quod eſſe poteſt: vt infra ad mu. l. aſſumptio. §. iuris prudentibus. An autẽ poſſit mutari, quæritur. Diſtingue ſecundum Io. vtrum ex origine: & tunc non poſſit. an ex conſtitutione: & tunc poſſit: vt. ff. ad mu. l. domicilium.

Nupta]*CASVS.* Si qua nupta fuerit clariſſimo, & poſtea nubat plebeio: impetrabit vt maneat clariſſima: ſed raro. Vltimo dicit qui ſint ſenatores.

nupta eſt, vel clariſſimo: aut ſeparata ab eo, alij inferioris dignitatis non nupſit.

Sicut caſus patris non nocet filio, ita nec debet prodeſſe: nec illicite facta ſumunt vigorem. Bartolus.

11. PAPINIANVS libro quarto Reſponſorum.

FIliam ſenatoris nuptias [a] liberti ſecutam, patris caſus [b] non facit [c] vxorem. nam quæſita dignitas liberis, propter caſum patris remoti à ſenatu auferenda non eſt. [d]

Appellatione Liberorum continentur omnes deſcendentes per lineam maſculinam: ſiue ſint naturales & legitimi, ſiue legitimi tantum. Bal.

1. VLPIANVS libro trigẽſimoquarto ad Edictum.

LIberos ſenatorum accipere debemus non tantùm ſenatorum filios, verùm omnes qui geniti ex ipſis, ex ve liberis [e] eorum dicantur: ſiue naturales, [f] ſiue adoptiui ſint liberi ſenatorum, ex quibus nati dicuntur. Sed ſi ex filia ſenatoris natus ſit: ſpectare debemus patris eius conditionem. [g]

Dignitas ſenatoria non mutat proprium domicilium. Bartolus.

11. PAVLVS libro quadragẽſimo primo ad Edictum.

SEnatores licet in vrbe domicilium habere videantur, tamen & ibi vnde oriundi ſunt, habere domicilium intelleguntur: [h] quia dignitas, domicilij adiectionem [i] potius dediſſe quàm permutaſſe videtur.

Priuilegium poteſt princeps facere, vt conſularis fœmina nupta plebeio conſulatum retineat dignitatem.

12. VLPIANVS libro ſecundo de Cenſibus.

NVptæ prius conſulari viro, impetrare ſolẽt à principe (quãuis, perraro) vt nuptæ iterum minoris dignatatis viro, nihilo minus in conſulari maneant dignitate: vt ſcio Antoninum Auguſtum Iuliæ Mammææ conſobrinæ ſuæ indulſiſſe. Senatores autem accipiendum eſt eos qui à patriciis [k] & conſulibus * vſque [l] ad omnes illuſtres viros deſcendunt: quia & hi ſoli in ſenatu ſentẽtiam [m] dicere poſſunt.

DE OFFICIO Conſulis.

TITVLVS X.

Conſulatus officium circa manumiſſiones verſatur, & conſules habent adminiſtrationem in ſolidum: & cauſa coram vno ex conſulibus cepta, non poteſt per alium explicari, niſi in caſu neceſſitatis. & conſules apud ſeipſos poſſunt ſuos ſeruos manumittere, niſi ſit minor. Bartolus.

1. VLPIANVS libro ſecundo de officio conſulis.

OFficiũ conſulis eſt, cõſilium [n] prębere manumittere volentibus. Conſules & ſeorſum [o] ſinguli manumittunt: ſed non poteſt is qui apud alterum nomina [p] ediderit, apud alterum manumittere. ſeparatæ enim ſunt manumiſſiones. [q] Sane ſi qua ex cauſa collega manumittere [r] non poterit infirmitate vel aliqua iuſta cauſa impedit': collegam poſſe manumiſſionem expedire [ſ] ſenatus cenſuit. Conſules [t] apud ſe ſeruos ſuos manumittere poſſe nulla dubitatio eſt. ſed ſi euenerit, vt minor viginti annis conſul ſit, apud ſe manumittere non poterit: [u] cum ipſe ſit qui ex ſenatuſ

k *A patriciis.* quaſi dicat, intelligendum eſt eos eſſe ſenatores, qui à pa. &c.

l *Vſque.* incluſiue ponitur inter omnes tamen non erant vltra centum vt. C. de pe. here. l. h. vel largius hic accipit ſenatores.

m *Sententiam.* ſcilicet recitando.

Patricii ſecũdũ Budæũ, dicebantur nobiles Romani, qui à primis ſenatoribus oriũdi erãt. Alcore vero Suida patricius dicebatur pater communis reipublicæ.

DE OFFICIO conſulis.

Et conſul eſt illuſtris: vt in authen. de app. & intra quæ tempo. §. illo videlicet obſeruando. collatio. quarta.

Officium. *CASVS.* Quod ſit officiũ cõſulis, hac lege oſtenditur. Dicit enim quòd officium conſulis eſt præbere auctoritatem illis qui volunt manumittere. & hanc auctoritatẽ præbere poteſt ſeparatim cõſul. Vltimo dicit, ſi conſul maior eſt viginti annis, poterit ſeruos ſuos manumittere: & ſi minor eſt. xx. non poteſt, niſi cauſam apud collegã probet.

Budæus cenſulibus legendum putat.

n *Conſilium.* id eſt auctoritatem in conſilio. hunc autem ſublimat ordinaria profeſſio, & principis cõmendatio: vt. C. vbi ſenat. vel cla. l. ij. ibi, conſulari &c. &. §. viros. à contrario ſenſu. Et not. quòd voluntariam tantũ iuriſdictionem habet: olim merum imperium: vt in ſumma Azo.

o *Seorſum.* i. ſeparatim præſtant auctoritatem manumiſſioni. ſed cõtra infra de re iudi. duo ex trib'. ſed ibi iuſſum erat vt oẽs iudicarent.

p *Nomina.* [a] id eſt ꝓbationes cauſarũ: quæ ſunt inſtitu. qui ma. nõ poſ. §. eadem.

a Edere nominationes (inquit Budæus) hoc loco) eſt cauere nomen ſuum, & velut ſe inſcribẽdo, nomẽ profiteri alijs. quẽ manumiſſuri ſint: id quod fiebat ante cognitionẽ conſulis.

q *Manumiſſiones.* id eſt cauſæ propter quas manumiſio fit & auctoritas: quod non debet eſſe: & ſic idem qui cognoſcit, debet auctoriſare: vt hic, & in authẽ. vt defun. ſeu ſu. §. ſanem'. ſed quod cimus. coll. v. & in authen. vt iudices non expectent ſacras iuſſiones. collatio. nona.

r *Manumittere.* id eſt manumittere volenti auctoritatem præſtare, & cauſam approbare poſſunt.

ſ *Expedire.* licet alius audiuerit cauſas. & ſic no. quòd neceſſitas non habet legem. i. ceſſat lex vbi venit neceſſitas. ſic & infra de excu. tu. l. non ſolum. §. ſi & infra de offi. procon. l. aliquando. & infra qui. ex cau. ma. ſed & ſi per. §. fin. & infra de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. l. j. §. primo.

Neceſſitas non habet legem.

t *Conſules.* maiores viginti annis.

u *Non poterit.* huic dicto eſt contra. ff. de manu. vin. ſi rogatus. §. ſi quia ibi dicit quòd poteſt apud ſe manumittere. Sol. retorq. an ipſe apud ſe cauſam probauerit & approbauerit: & tũc non poteſt: vt hic. & ſic ponitur hic cum, pro quando. an non, ſed apud collegam: & tunc poteſt: vt ibi, & hic in ſi. ſecundum Io. & ſecũdum R. alij dicũt quòd poteſt, vt ibi, ſi adeſt & collega. aliàs nõ, vt hic. alij exponunt hic, non poteſt manumittere. i. cauſam manumiſſionis approbare: quod eſt idem cum primo. & not. quòd hic conſul tantum voluntariam iuriſdictionem habet. & hoc dicunt

cunt quidam, & bene. & alij etiam contentioſam. & quod hic dicit, gratia exempli dicit. alij quòd hic dignitatem habet ſine adminiſtratione: ad quod eſt infra de arbit.l.iij.§. fin. & lege ſequenti.

a *Probata poteſt.* huic eſt cõtra.j.de manu.l.apud eum. in prin. quia non videtur poſſe:vt ibi dicit. Sol.lege hanc literam vt punctues ibi:probata poteſt-ſ. apud ſe &c. vel hic erat collega, ibi non.vel hic non videtur par,ſed idẽ habet imperium collega. itẽ contra infra de manu. vin. l. apud filium. §. j. ſi eſt ibi,nõ. ſed ſolue punctuando hanc literam vt modo dixi. ſi autem non eſt ibi non,non eſt contras ſed ſimile.

† *De præfectis prætorio vide Alc. l.1. de præfect.prætorio lib.C.12.& Budæũ loc.*

b *DE OFFIC. præfecti prat.*

Licet de officio eius inſtitutum: de priui. tamen eius tantum dicit. Officiũ autem eius eſt. C.e.l.1.& 2.& eſt hic illuſtris: vt in auth.de appella. & itra quæ tempo.§. illo videlicet.colla.4.

c *Reuiter.*] CASVS. Antiquitus erant dictatores & nõ principes,qui habebãt poteſtatem quam habet hodie princeps: & iſti faciebant leges, & fecerunt magiſtros militũ:& eos ſibi adſociauerunt,& per eos multa expediebant. hodie poſtquam illorum poteſtas tranſlata eſt in principẽ,princeps loco illorum magiſtrorũ equitum elegit præfectos prætorio: & eis plenam poteſtatẽ largitus eſt:ſcilicet faciẽdi leges,& remouendi iudices inutiles:habẽtque iſti in duobus priuilegia. Primum,quòd non appellatur ab eorum ſententia. Secundum, quia ipſi poſſunt reſtituere minores ſi dicant ſe læſos: quod non eſt in aliis iudicibus.& h.d.hæc lex.

* *principipali cura, militia gratia fec.*

† *Vide Euaſ. Chil.1. cẽt.7.prou. 3.*

Præfecti fuere ſi duobus ſum priuilegiati.

d *Neceſſe.*i.vtile.Io.

e *Ad tempus.*ſ.ſex meſium:vt.ſ. de ori. iur.l. ij.§.poſt deinde. verſi. itaque dictator.& verſicu.& his dictatorib⁹.

f *Principali.* id eſt maiori.ſ.dictatorum.

g *Tranſlatio.* argu.pro eo quod dixi.ff. de legi. & ſenatuſcon. non ambigitur.&.C.de vete.iur.enu.l.j.§.huius ſtudij.

h *Plenior.*i.plena.vel plenior.ſ.quàm olim competeret magiſtro equitum. Accurſius.

i *Emendationem.*ſ.vt iudices inutiles remoueant,& leges conſtituant:vt.C.eo.l.j.ij.&.iij. Accurſius.

k *Non poſſit.* ſed ſupplicari ſic:vt.C.de ſen.præf.præ.l.j.

Cardinales & epiſcopi comparã-

l *Iudicatum.*No.pro epiſcopis & cardinalibus qui ſimiles ſunt præfectis prætorio.C.de epiſco.audien.l.epiſcopale.non in retinendis fœminis:vt.C.de epiſc.& cler.l.eum qui.

consulto consilij causam examinat:apud collegam vero cau ſa probata poteſt.[a]

DE OFFICIO PRAEfecti prætorio. [b] † *Tit. XI.*

A ſententia præfecti prætorio non appellatur,licet poſſit peti in integrum reſtitutio. Diuiditur in duas partes. Primo ponit vnde ſumpſit originem officium præfecti prætorio. Secundo tractat de priuilegiis quibuſdã eidẽ cõceſſis.ſecũda ibi,hiis. Bar.

1. AVRELIVS Arcadius Charisius magiſter libellorum libro ſingulari de offi.præfecti prætorio.

BReuiter [c] commemorare neceſſe [d] eſt vnde conſtituendi præfectorum prætorio officio origo manauerit. Ad vicem magiſtri equitum præfectos prætorio antiquitus inſtitutos eſſe,à quibuſdam ſcriptoribus traditum eſt.nam cum apud veteres Dictatoribus ad tempus [e] ſumma poteſtas crederetur, & magiſtros equitum ſibi eligerent, qui adſociati participales [f]* curæ [admilitiæ gratia] ſecundam poſt eos poteſtatem gererent: regimentis reipublicæ ad imperatores perpetuos tranſlatis, [g] ad ſimilitudinem magiſtrorum equitum præfecti prætorio à principibus electi ſunt. data eſt plenior [h] licentia ad diſciplinæ publicæ emẽdationem. [i] His cunabulis † præfectorum auctoritas initiata,in tantũ meruit augeri,vt appellari à præfectis prætorio non poſſit. [k] nam cum antè quæſitum fuiſſet an liceret à præfectis prætorio appellare, & iure liceret, & extarent exempla eorum qui prouocauerint: poſtea publicè ſententia principali lecta, appellandi facultas interdicta eſt. Credidit enim princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & grauitate,ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus. [l] Subnixi ſunt etiam alio priuilegio præfecti prætorio, ne à ſententiis eorum minores ætate ab aliis magiſtratibus niſi ab ipſis [m] præfectis prætorio reſtitui poſſint.

DE OFFICIO præfecti vrbi. [n] †

TITVLVS XII.

Præfectus vrbi habet commiſſionem ſeu cognitionem de omnibus intra vrbem,& centeſimũ miliarium:& cõmiſſi delicti habet cognitionem: & poteſt cognoſcere de querela pro ſeruis contra ſuos dominos: & de querela parentis per patronos contra liberos: & poteſt relegare, & in inſulam deportare:& cognoſcit & punit tutores male adminiſtrantes negotia pupillorum: & habet cognitionem circa nummularios,& libertos,& magiſtratus:& pro modo culpæ poteſt corrigere & caſtigare.h.d. vſque ad.§.cura carnis.

1. VLPIANVS libro ſingulari de officio præfecti vrbi.

OMnia omnino crimina [o] præfectura vrbis ſibi vindicauit:nec tantùm ea quæ intra vrbẽ admittũtur: verũ ea quoq; quę extra vrbẽ ĩtra Italiam [p] epiſtula [q] diui Seueri ad Fabium Cilonem præfectum vrbi miſſa declaratur.

Seruos qui ad ſtatuas confugerint, [r] vel ſua pecunia [ſ] emptos vt manumittantur,de dominis querentes audiet. ſed & patronos egentes [t] de ſuis libertis querentes audiet: maximè ſi ægros ſe eſſe dicant,deſiderẽtque à libertis exhiberi. [u]

Relegandi deportandique in inſulam quam imperator aſſignauerit, [x] licentiam habet.

Initio eiuſdem epiſtulæ ita ſcriptum eſt: *Cum vrbem noſtram fidei tuæ commiſerimus.* [y] Quic-

A m *Ab ipſis.* vel à principe.& ad hoc infra de mino.l.in cauſæ. ij.in fi.legis.&.l.ſequenti.

tur præfectus prætorio.

n *DE OFFI. PRAEFE. VRBI.*

Illuſtris eſt: vt in authen.de app.& intra quæ tempo.§.illo.& ibi gloſ. illo. coll.4. ADDITIO. Aduerte hic quid poteſtas præfecti vrbi eſt maxima in ciuilibus cauſis & criminalibus.nam in ciuilibus contingentibus in ipſa vrbe vel extra intra centeſimum miliare contentioſam iuriſdictionẽ ſibi vindicauit: vt. C. eo.l. 1. Iteſſõ.In criminalibus pœnã capite,etiã inconſulto principe:vt.ff. de leg.3.l.1.

B *Admonia.*] CASVS. Quod ſit officiũ præfecti vrbi, hac.l. dicitur Nam præfectus crimina quæ fiunt in ciuitate Romana, poteſt punire.Item audiet patronum ſi à libertis ſe ali petit.Item præfectus poteſt aliquem relegare.verba habentur epiſtolæ: cuius epiſtolæ verba ſignificant,vt in ciuitate Romana habeat iuriſdictionem,& intra centum miliaria, non vltra.Item audiet dominum de ſeruo cõquerẽtem, quem dicit cum vxore adulterium commiſiſſe. Item eum quivult cõqueri de ſęuitia domini:nõ ſi velit dominum accuſare. Item ſi dominus vult ,pſtituere ancillas,audiet:& ſeruos conquerẽtes de dominorũ ſæuitia : nõ ſi velint dominum accuſare. Item ſi dominus vult proſtituere ancillas, audiet præfectus.Item procurat vt campſores bene & fideliter exerceant artem ſuam.Item ſi patronus conqueritur de liberto,cognoſcit præfectus vrbi. Itẽ debet curare præfectus vt iuſto pretio carnes vendantur,& ꝙ ſit pax in ciuitate. Itẽ multis modis alicui intercedere poteſt:vt ſi ſi.l.dicitur.

† *In hũc titulum vide Gell. lib.15. cap.8. Crimiũ libr.1. cap.12.*

C o *Crimina.*ſcilicet puniẽda. Accurſius.

p *Italiam.* ſed intra centeſimũ miliariũ:ergo videtur quòd Italia claudat intra cẽteſimũ miliariũ:vt infra eodẽ §.cum vrbem.ſed falſum eſt:quia vſque in Galliam & Siciliam Italia extenditur,vt infra de verb.ſigni.l.notionem.§.j.Azo.

q *Epiſtula.* quam non habemus,niſi parum:vt.j.§.initio.

r *Confugerint.* vt ſupra de his qui ſunt ſui vel alic.iur.l.ij.

ſ *Sua pecunia.* impropriè:vt infra de manum.l.iiij.

t *Egentes.* audiet præfectus vrbi.

D u *Exhiberi.* vt infra de li.agno.l.fin.&.l.alimenta.§.j.

x *Aſſignauerit.* hodie etiam antequam aſsignet.ſed ſecus in præſide:vt.j.de lega.iij.l.j.§.j.&.j.de inter.& rele.l.inter.&.j.de pœ.l.aut damnum.§.eſt pœna.

y *Commiſerimus.*nõ ſunt plura hic verba de epiſtola.quod aũt ſequitur,

ſequitur,expoſitio eſt Vlpiani:& quidem largiſſima:vt fieri debet:vt ſupra de conſtitu.prin.l.finali.

a *Pertinere.* falſum ergo dicũt,qui dicunt quòd Roma eſt ſub papa.imò verum:quia poſtea per Cõſtantinum ei fuit conceſſa, qui multũ auxit eccleſiæ Romanę ſtatũ:vt in auth.de nõ ali.aut permu.in prin. coll.ij. *Roma papæ ſubdita eſt.*

b *Tutelam occupaſſe.* per quandam quaſi ſimoniam.& ſic eſt arg. contra eos qui pecunia data inueniũt ſcholare::vt inſt.de ſuſpect. tuto.§.ſed & ſi quis.& j.de tut.l.in eos.

c *Conſulto.* id eſt malitioſè.

d *Edendum patrimonium.* id eſt in faciendo inuentario.

e *Dictum eſt.* ſ. ſupra eodem.§.ſeruos.

f *Receptis.* vt infra de iudi.l.vlt.

g *Oſſanitatem.* i. turpitudinem,ex quo hodie etiam liberi ſiunt: vt.C.de epiſc.aud.l. ſi lenones.

h *Comminari.* ſic.C. cõ.epiſtolas.l.j. &.iiij. & hæc eadem in filio ſeruantur:vt.j. de obſequiis.l.j.&.j.de offi. procõ.l.nec quicquã. §.de plano.&.j. de iure patro.l.j.

i *Fuſtibus.* ſic infra de in ius voc.l.ſi.

k *Delatum.* i. accuſatum. Accurſius.

l *Cum inimicis.* no.ar. in feudis,ſi vaſſallus ſecit amicitiam cum inimicis domini,& aufertur ei feudum:vt.C.de inof.teſt.l.liberi.i glo. amicitias. Accurſius.

m *Pœna.* hic potes diſtinguere vt diximus C. de libertis & eorũ lib.l.j.

n *Suarium.* forũ ſuariũ dicitur in quo ſues vẽdũtur: ſicut boariũ in quo boues. ſed contra hũc.§.eſt.C.de Iudę.l. nemo.&.j.rerũ amo.l. nõ eñ. Sol. hic de his loquitur,quib' oportuit vti ab omnib',cũ ſine his nemo viuere poſſit:argu.j.de mune. & ho.l.ſi.§. Irenarchę. verſi. itẽ epiſcopi. ſed contra.j. ad.l. Iul. de anno.l.ſi.ſed ibi ad negotiãdum non ſtatuitur:ſed ad alẽdum ſic. vel non licet decurionibus,ſed licet maiori: vt præfecto vrbi. vel hic[a] aliàs erat vẽditurus,ibi nõ. Accurſius. *a Iſta ſol. eſt melior ſecundum Bart. hic.*

o *Malites.* vt.j. de offi. procõ.l.iiij.§.nemo.& j.ex quib' cau.maio.l. qui mittuntur.§. quæſitum. Accurſius.

p *Reſeruandum.* ſic infra de rebus eorum qui ſub tut.l.magis.§. nec tamen.&.C.de curioſis.l.j.libro.xij.

f *Quid agat.*ſcilicet cōtra cōmodum Cæſaris, alioquin poteſt: vt in princ.huius legis. &.j.de iure fiſc.l. aufertur.§. actores.& idem in ſimilibus:vt.j.de tranſactio.l.cum hi.§.ſi prætor.&.j.de pactis.l.contra iuris.§.ſi filius.&.j.de admini.tut. Lucius.ij. §.finali.Accurſius.

g *Diligenter gerere.*ſed nonne bene poteſt gerere alienando:vt C.de admini.tuto.l.non omni.& infra ad Trebel.mulier.§.ſi is. ſed hic loquitur cum non expediat alienare:alioquin contra: vt infra pro emptore.l.qui fundum.§.ſi tutor. &.C.de admi. tut.l. lex quæ tutores.§.fina.quia hic habet liberam adminiſtrationē: vt ſupra eodem in princip.vnde videtur poſſe alienare. ſed ſpeciale eſt,ne in Cæſaris præiudicium alienet.aliàs cōtra: vt infra de procur.l.procurator cui.Az.

h *Eſt hoc præcipuum.*i.ſpeciale,vt hic,& infra de adquiren. hereditā.ſi quis mihi bona.§.ſi ſeruus fiſci.

i *Seruus Cæſaris.* inſtitutus.

k *Cæſarē facit.* in alio procuratore ſecus: vt infra de adquirē. here. l.Paulus reſpon.

l *Quod ſi.* Imperatori. vt liceat ei abſtinere : vel qd melius eſt,vt perinde habeatur ac ſi adita nō fuiſſet : vt.j.de iure fiſc.l.).§.an bona.

m *Huiuſmodi hereditatibus.*& in aliis:vt inſtitu. de hered. qua. & diff.§. fina. &.j.de ſuc. edi.lege prima. §.vnuſ quiſq;. niſi in furioſis & pupillis, vbi tutoris exigitur voluntas:vt.j. de auctо. tuto. l. ſi ad pupillum.

Curatores. CASVS. Denegatū eſt procuratori Cæſaris vt poſſit aliquem deportare:quia nō habet ius eius pœnæ cōſtituēdæ: quia nō poteſt permittere vt aliquis redeat de pœna deportationis:vt in ſi.l.huius.Sed pone quòd procurator prohibuit alicui ne ad prædia Cæſaris veniret.nō debebit is cui prohibuit, ad prædia Cæſaris venire.

n *Curatores.* id eſt procuratores.

o *Non habent.*i.denegatum eſt eis: alioquin nulla eſſet ratio, cùm idem poſitum cum ratione eſſet.

p *Tumultuoſum.* ſcilicet aliquem hominem.

q *Prohibuerint.*quod ſine cauſa non fit:vt no.infra de publica.l. cotem.§.agri.

r *Deinde.*hoc referūt quidā ad id quod in principio.l.dicitur. dixerat eū non habere ius deportādi: ſic nec habet ius vt poſſit permittere aliquē redire à pœna deportationis.q enim nō poſſunt dānare, nec abſoluere:vt.j. de regulis iuris.l.nemo.&.j.de re iudicata. l. qui condemnare. & eſt pro eis infra de pœnis.l. quarta.§.fina.&.j.de publi. l.cotem.§.ſi.ſed Ioan.refert ad proximum dictū:quia ſi prohibuit aliquē accedere ad prædia Cæſaris,nō poteſt poſtea permittere vt redeat ad ea:quia ſemel ſiue bene ſiue male functus eſt officio ſuo: vt infra de re iudi.iudex.&.l.quod iuſſit.in fi.l.& not. officium eius eſſe in negociis maximis.ſed & iuriſdictionem habet inter fiſcum & priuatum.

DE OFFICIO IVRIDICI.

Deportare. Legis actio. id eſt legitimi actus perficiuntur: vt emancipatio,& ſimiles:vt in authen. de defen.ciui. §.nulla.colla.iij.

DE OFFICIO EIVS CVI mandata eſt iuriſdictio.

Dictum eſt de officio ordinarii, nunc delegati: licet & de ordinario aliqua leges dicant.alii ſic: a *Dictum eſt de iuriſdictione ordinaria quæ eſt in cognoſcendo: nunc de ea quæ eſt in delegando, ſcilicet quis delegat, & cui,& qua cauſa, & qualiter officium ſuum explicat delegatus. de primo infra.l.fina.in princ.de ſecundo nihil. de tertio hac lege per totū. de quarto infra.l.fin.&.l.1.in fine.*

Cōtinuatio. Et male. P. quamuis ius ſalvare.

Vacunque.] *CASVS.* Hæc lex tractat de iuriſdictione iudicis quæ ſit, & qualiter poſſit alicui delegari. Circa quod proponit duas regulas primo.ſecundo infert ex prima regula.tertio probat primam regulam.quarto dat exemplū ad regulā.Et ſic dicit quatuor hæc.l. Prima regula eſt, quòd

A

B

C

D

1. VLPIANVS libro ſextodecimo ad Edictum.

Væ acta a geſtáq; ſunt à procuratore Cæſaris, ſic ab eo b comprobantur,atq; ſi à Cæſare geſta ſunt. Si rem Cæſaris procurator eius quaſi rem propriam c tradat,nō puto eum dominium d transferre: tunc enim transfert,cum negocium Cæſaris gerens conſenſu ipſius e tradit. Denique ſi venditionis, vel donationis,vel trāſactionis cauſa quid agat f:nihil agit.nō enim alienare ei rem Cæſaris, ſed diligenter g gerere cōmiſſum eſt.

Eſt hoc præcipuum h in procuratore Cæſaris, quòd & eius iuſſu ſeruus Cæſaris i adire hereditatem poteſt:& ſi Cæſar heres inſtituatur,miſcendo ſe opulentæ hereditati procurator heredem Cæſarem facit k.

II. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

QVòd ſi ea bona ex quibus imperator heres inſtitutus eſt, ſoluendo non ſint:re perſpecta cōſulitur imperator l.* heredis enim inſtituti in adeundis vel repudiandis huiuſmodi hereditatibus m voluntas exploranda eſt.

Procurator Cæſaris non poteſt imponere pœnam deportationis, ſed colonos improbos poteſt a colonia remouere:neque ad eandem iterum reuerti poſſunt.

III. CALLISTRATVS libro ſexto de cognitionibus.

CVratores n Cæſaris ius deportandi nō habent: o quia huius pœnæ conſtituendæ ius non habent. Si tamen quaſi tumultuoſum p vel iniurioſum aduerſus colonos Cæſaris prohibuerint q in prædia Cæſariana accedere:abſtinere debebit. ídque diuus Pius Iulio reſcripſit. deinde r neque redire cuiquam permittere poſſunt. ídque imperatores noſtri Seuerus & Antoninus ad libellum Hermiæ reſcripſerunt.

DE OFFICIO iuridici.

TITVLVS XX.

1. VLPIANVS libro vicenſimoſexto ad Sabinum.

ADoptare quis apud iuridicū poteſt : quia data eſt ei legis actio s.

II. IDEM libro trigenſimonono ad Sabinum.

IVridico, qui Alexādriæ agit, datio tutoris cōſtitutione diui Marci conceſſa eſt.

quòd omnis iudex cui competit merum imperium vel mixtum, alij id delegare non poteſt. Secunda regula eſt, quòd ea quę cõpetunt iudicibus iure magiſtratus, delegari poſſunt. vnde infert ex prima regula, quòd omne quod eſt meri vel mixti imperij, nõ poteſt delegare: vt cauetur. l. Iul. de adul. quia ille magiſtratus cui cõpetit illius. l. cognitio, poterit delegare. Item probat alio argu. quia ſi dominus ſit à familia occiſus, prætor de hoc cognoſcet ex ſpeciali mandato, ſicque ſimul & propter hoc non delegatur. Deinde quæritur, an is qui habet cognitionem cuiuſdam cauſæ, habeat aliquam iuriſdictionem propriã. Et reſpon. quòd habet modicam coercitionem vel iuriſdictionem delegatam quaſi ex alio: non autem habet imperium merum. q. d. non habet iuriſdictionem ordinariam. Nam licet proconſul mandet legato ſuo iuriſdictionem: tamen non transfert merum imperium in legatum ſuum. & ita ponas: Mihi mandata fuit iuriſdictio, an mea propria, ſiue illius qui mandauit? Et reſpon. quòd mea. Deinde ſi ille qui mihi illam mandauit, merum habet imperium, non videtur demandaſſe illud. attamen quamuis ex ſuo mandato non habeam imperium merum vel mixtum, tamen habeo coercitionem.

Ad. Fach. Con. lib. 9. cap. 97.

† *Alc. li. pra. 2. primo &. 6. d. hanc egregie declarat.*

DE OFFICIO EIVS cui mandata eſt iuriſdictio.

TITVLVS XXI.

Cauſæ meri & mixti imperii concedũtur maioribus iudicibus ſpecialiter & expreſſe in priuilegium: & ideo non poſſunt delegari niſi in caſu abſentiæ. cauſæ vero iuriſdictionis in fine committuntur, & competunt cuilibet magiſtratui: & delegari poſſunt. h. d.

1. PAPINIANVS libro primo Quæſtionum.

QVæcunque [a] † ſpecialiter [b] lege [c], vel ſenatuſconſulto [d], vel cõſtitutione [e] principum tribuuntur [f]: mandata iuriſdictione [g] non tranſferuntur. quæ verò iure magiſtratus [h] competunt, mandari poſſunt. [l] & ideo [k] videntur errare magiſtratus, qui cum publici iudicij habeant exercitionem [l] lege vel ſenatuſconſulto delegatam, veluti legis Iuliæ de adulteriis, & ſi quæ ſunt aliæ ſimiles, iuriſdictionem [m] ſuam mandant. huius rei [n] fortiſſimũ [o] argumentum eſt, quòd lege Iulia de vi nominatim cauetur, vt is cui obtigerit exercitio, poſſit eã [p] ſi proficiſcatur [q] demãdat de his quæ non ſpectant ad merum vel mixtum imperium: vt in authen. de man. prin. in prin. & §. ſit tibi. & in illo. §. ſi quis autem. verſi. quòd ſi delinquentes. col. iij. & ſupra de officio procõ. ſi in aliã quam. §. fin. & ſupra de offi. præfec. vrb. l. j. §. cum vrbem. & de offi. præſi. l. omnia. vis ergo eſt faciendi in illo verbo, ſpecialiter. q. d. committuntur in priuilegium: & quia de maioribus eſt.

a *Quæcunque.* hoc ſignum, quæcunque, comprehendit ea quæ ſpectant ad merum imperium vel mixtum: quia hæc ſpecialiter mandantur maioribus. iuriſdictio enim & ſi demandetur per legem, imò quia per legẽ demandatur, alteri delegatur: vt. j. de in. om. iud. l. more. & l. & quia. quia nõ ſpecialiter mandatur alicui.

b *Specialiter.* duo dicit, ſpecialiter, id eſt expreſſe: item in priuilegium, quia de maioribus: & ambo ſunt neceſſaria, & alterum nõ ſufficit: vt hic, & in gl. in verbo. quæ vero. infra hac. l. & ideo dicit, ſpecialiter &c.

c *Lege.* vt. l. Iul. de adul. & de vi pub. & pri. vt hic ſubiicit.

d *Senatuſconſulto.* ſ. Silaniano: vt infra hac. l. §. & ſi à familia.

e *Conſtitutione.* pone exemplum vt. C. de peda. iudi. l. ij. in fi. vbi dicit de ingenuitate & libertinitate. Item vt. C. ne li. po. l. j. Itẽ vt infra de re. eo. l. j. §. j. Item vt infra de tranſact. l. cum hi. §. ſi prætor. in fi.

* *Iſta duo tripla reperiuntur ſolum in Aſſi. dic tamen quòd omnia exẽplaria gl. ſunt bona, ſecundum Alex. & Iaſoñ. b tuo ſunt quinque, ex quo reperiũtur ſuperiluſtres. Bar. & Iaſon.*

f *Tribuuntur.* hic no. quatuor b eſſe ordines magiſtratuum: illuſtres, ſpectabiles, & clariſſimi, & ſimplex magiſtratus. primis tribus tribuuntur hæc quæ ſunt de mero vel mixto imperio. nam dãtur præſidi prouinciæ: vt ſupra de offi. præſi. illicitas. §. qui vniuerſas. qui eſt clariſſimus: vt. C. de pri. car. l. j. ergo multo magis ſpectabilibus, & fortius illuſtribus. qui autẽ ſint de quolibet ordine, notauimus in authẽ. vt ab illuſtri. & qui ſupra eã digni. ſunt. in prin. col. v. Dic ergo tribuũtur, vt maioribus magiſtratibus: ſecus vero ſi municipalibus magiſtratibus qui minimi ſunt, aliquid etiam ſpecialiter demandetur: ſicut eis mandatur in authẽ. de defen. ci. §. & iudicare. & §. audiẽt. & §. ſed nec proprias. col. iij. tunc enim demandatur, quia iure magiſtratus competit: vt hic dicit. vel dic melius, etiã ſi aliquid mandetur minimis ſpecialiter, non tamen dicitur ſpecialiter committi, vt dicemus infra in gl. quę incipit, id eſt propter vim &c. & ſic dic ſpecialiter, ſ. in priuilegium. Sed vbi cauſæ meri vel mixti imperij ſpecialiter vel in priuilegiũ cõmittuntur? Reſpon. eo ipſo, q inferioribus negatur: vt infra titu. ij. magiſtratibus. ſed & committuntur: vt ſupra de officio præſid. l. illicitas. §. qui vniuerſas. habẽt enim vt maiores: ſed hæ committuntur.

g *Iuriſdictione.* ſcilicet tota. idem puto & ſi id nominatim committat præſes, quod ei ſpecialiter eſt tributum, ſecundum Azo. vt infra de reg. iu. l. nemo poteſt.

h *Quæ vero iure magiſtratus.* id eſt propter vim magiſtratus cuiuſlibet: vt infra de iudi. cum prætor. §. item. dicitur ergo iure magiſtratus aliquid alicui cõpetere, quod comperit eo ipſo q magiſtratus eſt: hoc eſt, id haberet etiam ſi viliſſimus eſſet magiſtratiunculus. licet ergo & merum imperium competat cuilibet illuſtri & clariſſimo, eo ipſo quòd eſt in eo magiſtratu: non tamen competit niſi eis maioribus. nam non minimis. & dic, quæ vero iure magiſtratus, ſcilicet cuiuſlibet, vt auctoritatem præbere manumittentibus. ſed hoc ſecundum has leges non videtur demandari: vt infra eod. l. ij. in princi. ſed expone eam vt ibi diximus. item vt apud ſe teſtamenta aperiantur. Item pecuniarias cauſas, & maxime viles audire, & criminales leues, & ſimilia: vt in authen. de defen. ci. §. ſed neque. &. §. ex prouinciali. &. §. audient quoque. coll. iij. &. C. de magiſt. muni. l. ij. & C. de iudi. l. fin. ſi vero quia de maioribus eſt, aliquid habet i priuilegiũ ſpecialiter lege vel ſenatuſcon. ſibi iniunctum, illud non demãdat. ſpecialiter ideo dixi, quia ſi non ſpecialiter alicuius rei cognitio, ſcilicet in priuilegium (alij dicunt. i. expreſſim & ſingulariter in priuilegium) ſed generaliter omnium cauſarum diſcuſſio alicui iudici etiam maximo, puta quæſtori, demandetur, ſecus eſt: quia

i *Mandari poſſunt.* ſed tutelæ datio videtur competere iure magiſtratus: vt infra de tuto. & cur. da. ab his. l. ius dandi. & tamen non delegatur: vt in eod. titu. nec mandante. quæ eſt contra. ſed dic quòd datio tutoris non competit iure magiſtratus: vnde non mandatur niſi habẽti iuriſdictionem, vt alicui magiſtratui: & tunc non iure magiſtratus, ſed propter iuſſum legis dicitur competere. & ſic. d. l. ius dandi. intelligitur: vt inſtit. de Attil. tu. §. antepe. hodie autem iure magiſtratus dico cõpetere ſi pupilli ſubſtantia ſit infra quingẽtos aureos: vt inſtitu. de Attil. tu. §. antepe. Item cõtra in authen. de man. prin. §. illud tamen. verſi. eos autem. col. iij. & in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuff. §. nulli quoque. col. ij. & in authen. vt nulli iudi. §. j. col. ix in quibus legibus prohibẽtur loci ſeruatores. ſed certe lõge aliud eſt aliquam cauſam alicui cõmitti: quod fieri poteſt, vt hic: aliud prohiberi huius loci ſeruatores per prouinciam ire ad crimina explorãda, & præſidi referenda: quia plerumque malum ſub velamine boni faciebant: vt dictis. ll. dicitur.

k *Et ideo.* duo generalia poſuit. primum circa merum & mixtum imperium: ſecundum circa ea quæ iuriſdictionis ſunt. nunc infert ex primo.

l *Exercitionem.* id eſt cognitionem, aliàs executionem. & de maioribus magiſtratibus dicit.

m *Iuriſdictionem.* hic no. etiam mero imperio iuriſdictionem ineſſe.

n *Huius rei.* quòd prædicta regula ſit vera, ſic probat. Accur.

o *Fortiſſimum.* ideo quia hęc dictio ſi, infra poſita, ponitur pro quia. vnde ratione ceſſante ceſſat effectus: vt infra de iure pat. adigere. §. quamuis. quãdoque autem ponitur ſi, pro quamuis: quandoque in vi conditionis, & tunc hic arg. à contrario ſenſu ſumi non poteſt. & ſic ſoluitur contra. C. de condi. inſer. l. cum patrẽ. vel ſpeciale ibi, (& hic in vi cõditionis ponitur): quia prauus eſſet ſenſus. & quod ſubiicit, non aliter &c. eſt à contrario ſenſu. vel aliter, cauebatur in. l. Iul. cognitionem mãdari poſſe: ergo idem in alia criminali & publica accuſatione: cũ ratio diuerſitatis reddi non poſſit: vt infra de verborum obli. l. à Titio. in fin. j. reſpon. & ita non dicitur à cõtrario ſenſu, ſcilicet fortiſſimum argu. ſed de ſimilibus ad ſimilia.

c *Et tunc nõ valet aliquando à cõtrario ſenſu. Ale. & Iaſon.*

p *Poſſit eam.* ſcilicet cognitionem tantum, non etiam definitionem d, maxime in capitali cauſa vel membri abſciſsione: vt in authen. de col. §. ad hoc prohibemus. verſi. antequam. colla. ix. ſed aliud eſt in eo qui ſubſtituitur aliquo defuncto, cui omniũ exẽcutio datur: vt. C. de offic. eius qui vicem ali. iu. ob. l. ij. ſecũdum quoſdam. vel dic vt ibi. item excipe legatum proconſulis, qui de omni crimine cognoſcit, & de ſuſpecto etiam pronunciat: vt ſupra de offi. proconſ. ſolent. in princi. & infra eodẽ. l. cognitio. in principio.

d *Cl. ſequitur Bar. & Bal. cõtrarium tamẽ tenet Sal. Fal. & Ia.*

q *Proficiſcatur.* id eſt ex neceſſitate contingat eum abeſſe. ſic in authen.

authen. de iudi. §. j. coll. vj. & in authen. vt defun. ſeu fune. §. illud. circa princ. coll. vj.

a *Non aliter.* argu. triplex hic collige. primum: quia ſumendum eſt argu. à contrario ſenſu. ſic infra man. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ſecundum, quia aliàs prohibita ex neceſſitate conceduntur: vt ſupra de offic. conſul. l. j. §. j. Tertiũ, quia quod in vno conceditur, in cæteris prohibetur. ſic. C. de procu. l. maritus. & infra de ſupel. lega. l. legata. Item quartũ, quia ea demũ generali conceſſione facta trãſeũt, quæ ſpecialiter poſitũ cõcedi: ex eo quod diximus ſupra, mandata iuriſdictione &c. & tradit nunc: quia ſpecialiter non conceditur. ſic infra de lib. & poſthu. Gallus. in princ. & C. de quadri. præſcript. l. ij. in princ. arg. contra infra de adqui. re. do. quædã. *ADDITIO.* Dic quòd aliud eſt generalitas, aliud vniuerſitas. nam in generalitate quælibet ſpecies cõſideratur de per ſe: ſed in vniuerſitate nõ: quia omnes faciunt vnum totũ: vt in. l. eum qui ædes. de vſucap. ſecundum P. de Caſt. poſt Pe.

Prohibita ex neceſſitate conceduntur.

b *Quam.* pro quãuis.

c *Iuriſdictio.* ſcilicet iure magiſtratus competens.

d *Senatuſconſulto.* ſcilicet Silaniano, cuius auctoritate cognoſcitur an ſit dominus à familia occiſus vel non: vt infra ad Sila. l. j. in principio. Accurſius.

† *Conſilium exercere interpretatur hic Marinus pro eo quod eſt conſiliarios præſidis in cõſilium cogere. de qua re vide Alciat. lib. 3. paterg. cap. 41.*

e *Qui mandatam.* mandata & delegata iuriſdictio idem eſt. [a] vel dic, mandari, quando vniuerſitas cauſarum: ſed delegari, quando ſpecies vna committitur: vt colligitur infra de iur. om. iu. l. ſolet. vnum tamen quandoque pro alio ponitur.

f *Nihil habet.* immo videtur habere proprium: vt. j. eo. l. cognitio. §. cum propriam. quæ eſt contra. ſed dicitur hic non habere proprium improprie, eo quòd propter reuocationem cito amittere poteſt: vt ar. C. communia de le. l. ſi. §. ſed quia. & j. de reg. iur. plerumque. vel dic, non habet proprium. ſ. quod ſit ordinarium: habet tamen delegatum: & hoc ſubiicit, verius eſt &c. vel continua, ideo vtitur, quia verius eſt &c. prout dicis ſecundum dictas expoſitiones permitti vel concedi. nec obſtat prout dixi transferri, infra de re iudi. ait prætor. quia ibi propter arbitrum dicit, non propter delegatum iudicem.

[a] *Iſtã ſequitur Ia. ſeccãdam tamen reprobat per l. ſi. infra eod.*

g *Iuriſdictionem.* ſcilicet delegatam in delegatum.

h *Transferri.* id eſt permitti vel concedi, ſcilicet ordinariam. & ſic non ob. princ. huius. §. ſic forte ponitur. j. de in rem verſo. l. pe. §. fin. ſic. j. de pac. l. j. §. fin. Vel dic transferri delegatam, nõ ordinariam, ſecundum duas primas expoſitiones.

i *Transire.* no. ſubtilem rationem, iuriſdictionẽ transferri: quia habet ex ſe iure magiſtratus merum imperium: non quia habet ſpecialiter à lege, vt de maioribus.

k *Paulus notat.* determinando, non corrigendo.

l *Imperium.* id eſt modicam coërcitionem.

m *Coharet.* hic quidam dicunt eſſe mixtum imperiũ, id eſt modicam coërcitionem: nos contra: vt. j. eo. l. fina. in fi.

Mandata.] *CASVS.* Præſes mãdauit mihi cognitionẽ cauſarum generalẽ alicuius loci, puta alterius partis prouinciæ, vel regni. & quidam minor. xx. an. vult manumittere ſeruum ſuũ. nunquid poſſum ei minori manumittere volẽti auctoritatẽ præſtare, quæritur? Reſpon. quòd nõ. Item pone: tutor prædium minoris vendere vult: quia tenetur pupillus ære alieno: vnde prætor debet per ſe cognoſcere, an ſit illud prędium alienandũ. nunquid poteſt prætor illam cognitionem alij delegare? Et reſpon. quòd non, ſed ipſe cognoſcat. Viuianus.

n *Mandata iuriſdictione.* ſpecialiter vel generaliter.

o *Conſilium.* i. auctoritatem manumittendi præſtare: vt. ſ. de offic. procõ. l. ij. in fi. & ſ. c. l. j. j. reſpõ. & hoc quãdo cauſa manumittẽdi probanda eſt: vt cũ minor. xx. an. manumittit: vt inſti. qui. ex cau. ma. non li. §. eadẽ. aliàs contra, quia nõ interuenit cauſæ cognitio.

p *Cauſa cognita.* ſcilicet ſi grauati ſunt minores mole ęris alienii vt C. de præ. minorũ. l. ob ęs. & j. de re. eo. l. j. §. quòd ſi forte. & l. magis. §. fi æs. vel forte ad inſtar Eccleſię quãdo plus incõmodi affert, quàm cõmodi: vt arg. in authen. de non alie. §. penult.

q *Nequaquã.* quia ſpecialiter eis demãdatur diui Seueri cõſtitutione: vt. j. de re. e. l. j. præfectus tamen hãc iuriſdictionẽ ordinariã habet interponẽdi decreti lege ſibi cõceſſam: vt C. de off. eius qui vicẽ alicui' iudicis obtinet. l. ij. quę eſt contra. Ac.

† *Vide pro hoc inter legiſta Al. li. 2. para. cap. 1.*

Eſt prætor.] *CASVS.* Magiſter delegauit cauſam inter ſcholares domino epiſcopo, vel poteſtati. non cognoſcet epiſcopus vel poteſtas pro ſua iuriſdictione, ſed tanquam magiſter.

r *Sit ſi.* Pone exemplum, quòd magiſter delegat cauſam inter ſcholares poteſtati vel epiſcopo. & trahe ex hac lege argumentum, quòd quis facit non tanquam ipſe, ſed tanquam alius. ſic. ĩ. de adopt. ſi pater. §. qui duos.

Qui aliquando facit nõ tanquã ipſe. ſed tanquã alius.

ſ *Alienam.* ordinariam, ſuam tamen delegatam.

t *Imperio.* id eſt pro ſua iuriſdictione.

u *Agit.* id eſt cognoſcit. Accurſius.

Cognitio.] *CASVS.* Dicitur in hac. l. quòd proconſul poteſt cognoſcere de ſuſpecto, & ſuo legato delegare. & hoc dicit in principio in genere: & poſtea in ſpecie: quia probat per verba cuiuſdam imperatoris. Vltimo ponit quatuor caſus quorum cognitiones delegari poſſunt aliis.

x *Mandari poteſt.* datio autẽ delegari non poteſt: vt. j. de tut. & cu. da. ab his. l. nec mãdante. niſi ei qui ſubiectus eſt, & cui imperari poteſt, & qui aliàs iuriſdictionẽ habet: vt inſt. de Attil. tu. §. ſed hoc iure vtimur. per. l. tamẽ quæ dat ei priuilegiũ, cõperit legato proconſulis: vt. ĩ. de off. procõſul. l. pe. ſed certe nec cognitio de ſuſpecto videt poſſe delegari, quãuis hoc dicatur: vt. j. ad Turpil. l. j. §. ſuſpecti. quę eſt cõtra. So. ibi præſidis appellatio generaliter ponitur vt cõprehendat etiã delegatum hunc: vt. ĩ. de off. præſi. l. j. & exclusio quæ ibi ponitur, excludit illos qui nullã habẽt iuriſdictionẽ: qui etiã ex delegatione cognoſcere nõ poſſunt. hi vero legati iuriſdictionẽ habent aliquã. arg. tamẽ cõtra. huic ſolutioni. ſ. l. pri. Vel dic ſpeciale in legato procõ. in hoc. nã & alia habet ſpecialia: vt. ĩ. de off. procõ. l. ſolent. hic enim in legato procõ. Africæ loquitur: ſecus [b] autẽ in legatis cæterorum rectorum prouinciarum. nõ autem ſecus in legato prætoris qui Romæ reſidet: vt. j. de ſuſpec. tu. l. j. §. an autem. Accurſius.

[b] *Imò ideẽ, ſecundum P.m.*

y *Cum propriam.* id eſt quæ erat tua propria, non quæ fiat eorum propria: aliàs contra: vt ſupra de offi. proconſ. l. legati proconſulis. & ſupra eo. l. j. §. fina. Accurſius.

A

B

C

D

Delegatus licet ſit aliàs ordinarius, tamen vice delegantis fungitur in cauſa delegata. Bartolus.

III. IVLIANVS libro quinto Digeſtorum.

ET ſi prætor ſit is [c] qui alienam [f] iuriſdictionem exſequitur, non tamen pro ſuo imperio [t] agit, [u] ſed pro eo cuius mandatu ius dicit, quotiẽs partibus eius fungitur.

Cognitio de ſuſpectis tutore poteſt delegari.

IIII. MACER libro primo de officio præſidis.

COgnitio [†] de ſuſpectis tutoribus mandari poteſt: [x] immo etiam ex mandata generali iuriſdictione propter vtilitatem pupillorum eam contingere conſtituũ eſt, in hæc verba: Imperatores Seuerus & Antoninus Braduæ proconſuli Africæ: Cum propriam [y] iuriſdictionem legatis tuis dederis: conſequens eſt vt etiam de ſuſpectis tutoribus poſſint cognoſcere.

Ea quæ ſemiplenã cauſa cognitionem requirunt, & in quibus decretum interponitur, delegantur. hoc dicit.

Mandata iuriſdictione.] *CASVS.* Præſes mãdauit mihi cognitionẽ cauſarum generalẽ alicuius loci, puta alterius partis prouinciæ, vel regni. & quidam minor. xx. an. vult manumittere ſeruum ſuũ. nunquid poſſum ei minori manumittere volẽti auctoritatẽ præſtare, quæritur? Reſpon. quòd nõ. Item pone: tutor prædium minoris vendere vult: quia tenetur pupillus ære alieno: vnde prætor debet per ſe cognoſcere, an ſit illud prędium alienandũ. nunquid poteſt prætor illam cognitionem alij delegare? Et reſpon. quòd non, ſed ipſe cognoſcat. Viuianus.

Mandata iuriſdictione. ſpecialiter vel generaliter.

Conſilium. i. auctoritatem manumittendi præſtare: vt. ĩ. de offic. procõ. l. ij. in fi. & ſ. c. l. j. j. reſpõ. & hoc quãdo cauſa manumittẽdi probanda eſt: vt cũ minor. xx. an. manumittit: vt inſti. qui. ex cau. ma. non li. §. eadẽ. aliàs contra, quia nõ interuenit cauſæ cognitio.

Cauſa cognita. ſcilicet ſi grauati ſunt minores mole ęris alienii vt C. de præ. minorũ. l. ob ęs. & j. de re. eo. l. j. §. quòd ſi forte. & l. magis. §. fi æs. vel forte ad inſtar Eccleſię quãdo plus incõmodi affert, quàm cõmodi: vt arg. in authen. de non alie. §. penult.

Nequaquã. quia ſpecialiter eis demãdatur diui Seueri cõſtitutione: vt. j. de re. e. l. j. præfectus tamen hãc iuriſdictionẽ ordinariã habet interponẽdi decreti lege ſibi cõceſſam: vt C. de off. eius qui vicẽ alicui' iudicis obtinet. l. ij. quę eſt contra. Ac.

† *Vide pro hoc inter legiſta Al. li. 2. para. cap. 1.*

Eſt prætor.] *CASVS.* Magiſter delegauit cauſam inter ſcholares domino epiſcopo, vel poteſtati. non cognoſcet epiſcopus vel poteſtas pro ſua iuriſdictione, ſed tanquam magiſter.

Sit ſi. Pone exemplum, quòd magiſter delegat cauſam inter ſcholares poteſtati vel epiſcopo. & trahe ex hac lege argumentum, quòd quis facit non tanquam ipſe, ſed tanquam alius. ſic. ĩ. de adopt. ſi pater. §. qui duos.

Qui aliquando facit nõ tanquã ipſe. ſed tanquã alius.

Alienam. ordinariam, ſuam tamen delegatam.

Imperio. id eſt pro ſua iuriſdictione.

Agit. id eſt cognoſcit. Accurſius.

Cognitio.] *CASVS.* Dicitur in hac. l. quòd proconſul poteſt cognoſcere de ſuſpecto, & ſuo legato delegare. & hoc dicit in principio in genere: & poſtea in ſpecie: quia probat per verba cuiuſdam imperatoris. Vltimo ponit quatuor caſus quorum cognitiones delegari poſſunt aliis.

Mandari poteſt. datio autẽ delegari non poteſt: vt. j. de tut. & cu. da. ab his. l. nec mãdante. niſi ei qui ſubiectus eſt, & cui imperari poteſt, & qui aliàs iuriſdictionẽ habet: vt inſt. de Attil. tu. §. ſed hoc iure vtimur. per. l. tamẽ quæ dat ei priuilegiũ, cõperit legato proconſulis: vt. ĩ. de off. procõſul. l. pe. ſed certe nec cognitio de ſuſpecto videt poſſe delegari, quãuis hoc dicatur: vt. j. ad Turpil. l. j. §. ſuſpecti. quę eſt cõtra. So. ibi præſidis appellatio generaliter ponitur vt cõprehendat etiã delegatum hunc: vt. ĩ. de off. præſi. l. j. & exclusio quæ ibi ponitur, excludit illos qui nullã habẽt iuriſdictionẽ: qui etiã ex delegatione cognoſcere nõ poſſunt. hi vero legati iuriſdictionẽ habent aliquã. arg. tamẽ cõtra. huic ſolutioni. ſ. l. pri. Vel dic ſpeciale in legato procõ. in hoc. nã & alia habet ſpecialia: vt. ĩ. de off. procõ. l. ſolent. hic enim in legato procõ. Africæ loquitur: ſecus [b] autẽ in legatis cæterorum rectorum prouinciarum. nõ autem ſecus in legato prætoris qui Romæ reſidet: vt. j. de ſuſpec. tu. l. j. §. an autem. Accurſius.

[b] *Imò ideẽ, ſecundum P.m.*

Cum propriam. id eſt quæ erat tua propria, non quæ fiat eorum propria: aliàs contra: vt ſupra de offi. proconſ. l. legati proconſulis. & ſupra eo. l. j. §. fina. Accurſius.

Vt poſſeſſio bonorum[a] detur,[b] vel ſi cui damni infecti nō caueatur, vt is poſsidere iubeatur: aut ventris nomine in poſſeſsionem mulier, vel is cui legatum eſt, legatorum[c] ſeruandorum cauſa in poſſeſsionē mittatur, mandari poteſt.[d]

Index delegatus non delegat, modicā tamen coercitionem habet.

V. PAVLVS libro octauodecimo ad Plautium.

MAndatam ſibi iuriſdictionem mandare alteri non poſſe[e] manifeſtum eſt. Mandata iuriſdictione priuato, etiam imperium[f] quod non eſt merum, videtur mandari: quia iuriſdictio ſine modica coërcitione nulla eſt.

DE OFFICIO ADſeſſorum. †

TITVLVS XXII.

I. PAVLVS libro ſingulari de officio adſeſſorum.

OMne officium adſeſſoris, quo iuris ſtudioſi[g] partibus ſuis fungūtur, in his ferè[h] cauſis cōſtat: in cognitionibus,[i] poſtulationibus,[k] libellis,[l] edictis,[m] decretis,[n] epiſtulis.[o]

II. MARCIANVS libro primo de iudiciis publicis.

LIberti adſidere poſsūt:[p] infames autem licet non prohibeantur legibus adſidere, attamen arbitror (vt aliquo quoque decreto principali refertur conſtitutum[q]) non poſſe officio adſeſſoris fungi.[r]

III. MACER libro primo de officio præſidis.

SI eadem prouincia poſtea diuiſa ſub duobus præſidibus conſtituta eſt, velut Germania, Myſia: ex altera ortus, in altera adſidebit:[s] nec videtur in ſua[t] prouincia adſediſſe.

Mortuo præſide ante finem officii ſui, adſeſſori ſalarium pro toto tempore officii debetur, ſi operas ſuas alteri non locauit: ſecus ſi adſeſſor fuerit ſua culpa remotus, vel præſes propter culpam adſeſſoris ante finem officii. hoc dicit ſecundum varias lectiones. Alex. de Imo.

IIII. PAPINIANVS libro quarto Reſponſorum.

DIem functo † legato Cæſaris,[u] ſalarium comitibus[x] reſidui temporis quod à legatis[y] præſtitutum[z] eſt, debe-

† *Adſeſſoribus ſalaria inſunt Imperator Alexander ſeuerus: quāmſape dixerit eos officio promouēdos, qui per ſemetipſos gerere poſſint, non per adſeſſores, & vnūquemq; hos agere debere. qd notat Acurſius. Lāpridius in eod. Idē Plato dialog. 2. de legibus.*

Delegatus nunquā delegare poſſit.

a *Vt poſſeſſio bonorum.* ſic pone, vt ſint duæ partes. Vel dic quòd vna, & conuerte: & ſic dic bono. poſ. & exaudias non in omni bo. poſ. ſed in his tantum quæ ius non tribuunt: vt Carboniana, & quæ ventris nomine datur, & quę datur filio emancipato gratia agnoſcendæ litis in querela inofficioſi teſtamenti, de qua dicitur. j. de inoffic. teſta. Pap. §. j. ſex vero ordinariæ & ſeptem extraordinariæ ius tribuunt, ideoque cauſa cognita dantur: vt infra quis or. in bo. poſ. ſer. l. ij. §. dies. & infra de bo. poſ. l. iij. §. ſi cauſa. & idcirco non demandātur: vt ſupra de offi. procō. l. nec quicquam. §. j.

b *Detur.* id eſt pronuncietur danda.

c *Legatorum.* ſed nōne hoc exigit cauſæ cognitionem: vt infra vt in poſ. le. l. ſi is à quo. in fi. j. reſpō. ergo non demandatur: vt ſupra de offic. procon. l. nec quicquam. §. j. Reſpōdeo, ſummaria nō plena exigitur cognitio cauſæ: vt. d. l. dicitur. ſi is à quo.

d *Mandari poteſt.* immo videtur q̄ mandari non poſsit, cum ſit mixti imperij: vt. j. de iur. om. iu. l. iubere. q̄ eſt contra. Sol. ſecundum R. & Azo. quod hic dicitur mādari poſſe vt bo. poſ. detur, ſic intelligiuur vt delegatus cognoſcat dāda ſit vel non poſſeſsio: & etiam pronunciet mittendum vel non. cætera rum vt cognoſcat & pronunciet, & re ipſa mittat, mandari non poteſt: vt ibi, & infra ad muni. ea quæ. §. magiſtratibus.

Mandatam.]CASVS. Primo dicit quòd delegatus delegare non poteſt. Secundo dicit quòd ſi alicui cauſa delegatur, imperium mixtum vel merum ei non delegatur, ſed modica coërcitio tranſit ad eum delegatū. vnde iſte delegatus poterit punire illum qui fuit contumax coram ſe. Viuianus.

e *Non poſſe.* Not. delegatum delegare non poſſe: vt hic, & infra de iur. om. iud. l. more. & C. de iud. à iudice. in principio. Sed cō tra infra quis & à quo ap. l. j. §. fin. ſed dic ibi delegatam vniuerſitatem cauſarum: quo caſu vnam ex his poteſt delegatus delegare, vel quaſdam: vt infra de iur. om. iud. ſoler. hic autem tantū vna vel certæ cauſæ erant commiſſæ. Item contra infra de iudi. eum prætor. §. j. ſed ſpeciale in legato proconſulis. Item contra C. de iudi. à iudice. in fin. ſed ibi ſpeciale.

f *Etiam imperium.* non dicas merū vel mixtum imperium: licet hoc quidam dicant: quia illud delegari non poteſt: vt. ſ. eo. l. j. j. reſpon. ſed modicam coërcitionem: id eſt caſtigationem, vt ſtatim ſupponit. j. de iuriſdictio. om. iud. l. magiſtratibus. in fine.

DE OFFICIO ADSESSORVM.

g *Omne officium. Studioſi.* id eſt adſeſſores.

h *Fere.* hoc ideo, quia aliàs eius, ſcilicet præſidis occupationes adimplent præter infraſcriptas: vt in authen. de iudi. col. vj. §. j. ibi, noſtris enim. & c. Accurſius.

i *Cognitionibus.* ſcilicet cauſarum ciuilium & criminalium, quid iuris eſſe debeat: vt ei cui adſidet indicet. Azo.

a Gloſ. quid videtur poſſe infamem repellere ab officio adeo cauſ. licet ei nemo ſe oppoſuit.

k *Poſtulationibus.* vt videat an ſit infamis qui poſtulat, vel non: vt. j. de poſtul. l. quos prohibet. itē vt eum interroget, & ei opponat[a] ad veritatē inquirendā, & eum tacere faciat quādo ſibi videbit: vt. j. de his quę in teſt. delē. l. primè. circa fi. & ſeruet ordinē poſtulatorū: vt. ī. de off. pcō. l. nec quicquā. §. obſeruare. Ac.

l *Libellis.* conuentionalibus recipiendis, ſi bene concipiantur. ſi male, vt reſpuat: vel non recipiat de re illicita: vt. C. vt nemo priua. l. fi. in fin. Azo.

m *Edictis.* ſ. gñalib⁹ in cōmuni totius ciuitatis, & in omniū perſonis, ſecundū Azo. vt ſunt bāna quæ ponūtur cōſilio adſeſſorū.

n *Decretis.* ſcilicet ſpecialibus in cauſa vna, ſcilicet vt permittatur alienatio, vel non: vt in perſonis minorū: ipſe tamen præſes debet auctoritatem præſtare, & ſubſcribere: b vt C. eo. l. ij.

b *Hoc tamen de conſuetudine non ſeruatur. Bart.*

o *Epiſtulis.* iudicibus alterius ꝓuinciæ mittēdis, maxime pro exequendis ſententiis, ſecundū Azo. Itē vt teſtes recipiantur, & ſibi caute remittātur: vt in auth. de teſti. §. & quoniā. col. vij. Sed an iudicare poterit in cauſa in qua eſt adſeſſor? Rñ. non, niſi fuerit ei delegata cauſa. vnde ſi eſt talis quæ delegari non poſsit, ipſe præſes tantum iudicabit: vt C. e. l. ij. & in authen. de iudi. §. j. col. vj.

p *Liberti. Poſſunt.* & aduocare: vt C. de poſtu. l. ij.

q *Conſtitutum.* vt C. de dig. l. neque. lib. xij.

r *Fungi.* ſed arbitet eſſe poteſt: vt. j. de ar. l. Pedius. aliàs ſicipit, paruī. Et ſic no. hic, q̄ vbi lex non diſtinguit, tamē nos diſtinguimus. ſic. j. de teſti. l. quæſitū. Arg. contra. ī. de offic. ꝓſi. l. iij. in fi. ADDITIO. Pro ſolutione huius contrarij, vide quæ dixi in. d. l. iij. in gloſ. fin.

† *Cap. 19. locati, ad finem.*

Eodem

s *Eodem.*]CASVS. Ita ponas exemplū: Anglia & Gallia fuit diuiſa in duas prouincias, & ſub duob⁹ præſidibus conſtitutæ. nā Anglia & Gallia fuit vna terra ab initio. nūquid ille qui natus erit ex parte prouinciæ diuiſæ, poterit adſidere: id eſt nūquid Anglicus poterit adſidere in Gallia, & ecōtra? Et reſp. q̄ ſic, licet quis in ſua ꝓuincia nō poſsit adſidere. Vi.

t *Adſidebit.* ſed in ſua nemo adſidere poteſt, niſi quatuor mēſibus: & tūc cū permiſſione principis, aliàs duriter punitur: vt C. e. de adſeſſo. in cōſiliariis & ī. qui. ex cau. ma. l. hi qui. & l. ſi cui.

t *In ſua.* ſua tamē fuit, inſpecta origine: ꝓpter qd in vtraq; videbatur prohiberi adſidere: ſed nō eſt ita, ſecūdū Azo. & ſic no. quòd non ſpectamus originalem cauſam, quòd iſtæ duę fuerunt vna: ſed accidentalem. ſic. ī. de orig. iur. l. ij. §. qui & ipſi animaduerterunt. Arg. contra. ī. de poſtulan. l. j. §. beſtias. ADDITIO. Tu dic quòd immo concor. ſecundum Ia. hic.

u *Legato Cæſaris.* i. præſide ꝓuincię: vt. ī. de offi. præſi. l. pe. Azo.

x *Comitibus.* id eſt adſeſſoribus: de quibus hic titulus tractat. ADDITIO. Tu dic melius, ſecundum Ang. & I. comitibus, id eſt omnibus qui cum eo vadunt ad ſibi miniſtrandum.

y *Legatis.* quidā libri habēt, à legatis, nempe Flo. & dic, præſtitū. i. pſtādū: & tūc plana. Alij habēt legatis ſine à: & tūc ſubaudi à. vel dic, ipſis legatis præſtandū erat pro ſe & ſuis adſeſſoribus.

z *Præſtitum.* id eſt præſtandum. & ſic duo dicit, ſcilicet comitibus legati dandum, & heredibus legati. ſed contra. C. de aduo. diuer. iudi. l. petitionem. § quando autem fiſci. ſed dic, non dari heredibus patroni fiſci ratione aliorum annorum: ſed illius ſic quo moritur: vt C. eo l. ſi poſt duos. & ita etiam eſt hic. vel dic omnia plana: ſcilicet quòd iam erat præſtitum. Accurſius.

Testum habet præſtitutum.

a *Eodem tempore.* poſt mortem legati. ſed quid ſi non fuit, ſed eſſe potuit cum alio? dic perinde ac ſi fuiſſet, ſecundum Io. & facit infra loca. ſed addes. §. ſi.

b *In eo.* ſ. adſeſſore. vel dic: ſcilicet legato: a vt aſſeſſor nihil habeat: & erit ratio: quia præſumitur legatum depoſitum propter culpã aſſeſſoris: vt argu. infra tit. ij. l. ij. Vel dic e contra, ſcilicet legato: vt totum ſalariũ debeatur comitib^b, & indiſtincte, quando legatus propter ſuã propriam & euidentẽ culpam fuerit remotus.

a Vtraque lectura eſt bona, ſecundum Bart. Alex. & Ia. & ſecũdum iſtas duas lecturas referas iſtum verſi. ad principium legis.

b Et male: quoniã vt docet Pyr^o in. l. 1. de in reſciſ. li. C. x. magna eſt iter rẽp. & fiſcũ diſ ferentia.

c Sequitur glo. Barto.

d Idẽ Lã celo. & Ia.

** Cõſiliari, poſſũ videtur pro conſiliario: vt & per tertiam declinationẽ inflectatur, proinde atque conſulario.*

TVRPILIANVS libro primo Sententiarum.

Conſiliari [c] * eo tempore quo adſidet, negocia [d] tractare in ſuum quidem auditorium nullo modo conceſſum eſt: in alienum autem non prohibetur. [e]

VI. PAPINIANVS libro primo Reſponſorum.

IN conſilium [f] curatoris reipublicæ [g] vir eiuſdem ciuitatis adſidere non prohibetur: quia publico ſalario [h] non fruitur.

Conſiliari.] CASVS. Iudex poteſtatis Bononiẽſis cũ aſſideret, tractare negocia ſua coram ſe nõ poteſt, coram alio poteſt: quia aſſeſſor non debet poſtulare in ea B cauſa in qua fuit aſſeſſor.

c *Conſiliari.* id eſt aſſeſſori.

d *Negocia.* eorum pro quibus aduocare volunt. Accurſius.

e *Non prohibetur.* ſcilicet tractare tanquam aduocatus, ſed hodie nec in alieno: ne cum &c. vt C. eo. l. ſi.

IN conſilium.] CASVS. Hæc lex dicit, & poteſt quis aſſeſſor & procurator eſſe in terra ſua: quamuis alius in terra ſua aſſeſſor eſſe non poſſit. iſte aſſeſſor procuratoris Cæſaris habet ſalarium ab ipſo procuratore: non à republica illius ciuitatis. puta imperator mittit aliquẽ Bononiam, vt de aliqua cauſa cognoſcat inter eũ & priuatos. nunquid poterit habere Bononienſem aſſeſſorem, quæritur: & dicitur quòd ſic.

f *In conſilium curatoris.* i. procuratoris: vt C. de modo multa. l. curator. ADDITIO. Glo. & cõmuniter ſcriben. intelligũt curatorẽ reip. id eſt procuratorẽ fiſci vel Cæſaris: quod eſt violare tex. ideo Paulus rectiſ ſentit curatorem. i. adminiſtratorẽ reip. Itẽ glo. ſequẽs ponit rempublicã & fiſcum pro eodem: b de quo per Bart. & doc. in rub. de iure fiſ. l. x. C.

g *Reipublica.* id eſt Cæſaris: vel dic etiam fiſci. Accurſius.

h *Quia publico ſalario.* quaſi dicat, damnum reſpublica illius ciuitatis non habet, cum ſalarium non præſtet: ſed ipſe debet de burſa ſua. c Item eſt & alia ratio, quia ſibi inuidere ſui conciues non poſſunt. nec enim ciuium agit negocia, ſed inter fiſcum & priuatum: quæ negocia raro eueniunt: vnde parum amicis prodeſſe, & inimicis nocere poteſt. item patrimonialia gerit negocia. Alij dicunt d quòd gratis ſeruit: vnde difficulter aliunde illuc traheretur: & ideo de illa ciuitate habere permittitur, ſecundum H. aliàs non: vt diximus ſupra eod. l. ſi eadem.

IVRISDITIONVM DIVISIO.



Definitiones & declarationes iuriſdictionum.

1 IVriſdictio in genere ſumpta diuiditur ſecundum Pe. & Bart. in duas ſpecies (reiectis opinionibus glo. in. l. imperium. ff. de iuriſdi. om. iud. & doc. aliorum) ſcilicet in imperiũ: & in iuriſdictionem ſimpliciter ſumptam. Ideo operæpretium duxi nonnullas hic ſubiicere declarationes, ſeu potius definitiones ad huius diuiſionis iuriſditionum notitiam. Et primo quid ſit iuriſditio. Eſt autem iuriſditio in genere ſumpta, poteſtas de publico introducta cum neceſsitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ. Glo. & ibi Bart. in. l. j. ff. de iuriſ. om. iudi. glo. in authen. de defen. ciui. §. iuſiurandum. in glo. mag. circa medium. collat. iij. Idem Barto. in. d. l. imperium. & ibi Iaſ. dicit quòd ſi verba dictæ definitionis proprie intelligantur, non eſt opus ad. d. definitionem aliqua ſuppletione, prout facit Bart. imo veriſsima & perfecta eſt: vt ibidem late per eundem. Et dicitur iuriſditio, à iuris, & ditione, quod eſt poteſtas: vt inſtit. in procœ. §. quorum. in ver. ditioni. & in. l. ij. C. de liber. & eo. libe. ſic dicitur iuriſditio, quaſi iuris poteſtas. Circa iſta quæro de quæſtione vtili. Princeps conceſsit alicui iuriſdictionem, nihil aliud addendo. vtrum per hoc videtur conceſsiſſe merum & C mixtum, an tãtummodo iuriſdi. in ſpecie ſumptam? Ange. & Iaſ. in. diſt. l. imperium. in. vj. col. dicunt (licet communiter doc. tenent contrarium) quòd princeps concedendo iuriſditionem, concedit tantùm ſimplicem iuriſditionem, & non merum & mixtum imperium: niſi princeps conceſsiſſet pleniſsimam iuriſdi. quia in tali ſuperlatiuo cenſetur conceſsiſſe merum & mixtum imperium. l. ſi in aliquam. §. cum pleniſsimam. ff. de offic. procon. & lega. idem & ſi per verbum, omnimodam. glo. in Cle. j. in verbo, omnimodam. de fo. compe.

2 *Imperium*, eſt iuriſdictio quæ officio iudicis nobili exercetur. & ponitur in definitione iuriſdi. pro genere: & verba, officio iudicis nobili, ponuntur ad differentiam iuriſdictionis ſimplicis, quę exercetur officio iudicis mercenario. Et quia hæc definitio conſtat ex genere & differentia, ideo eſt bona. Bart. in. l. j. ff. de teſta. Et dicitur imperium, quia ex imperio & auctoritate iudicis procedit, & non ex aliquo iure quod reſideat apud partem. Bart. in. d. l. imperium. Et diuiditur imperium, in merum, & mixtum.

3 *Merum imperium*, eſt iuriſdictio quæ officio iudicis nobili, vel per accuſationem exercetur, publicam vtilitatẽ reſpiciens. Et dicitur

citur merum, quod eſt purum & ſimplex, & cum nullo alio mixtum.l.qui res.§.mihi Romæ.in parua glo.in verb.merum.ff. de ſolu.& inſti.de diuiſi.ſtipu.§. prætoriæ. Et diuiditur ſecundum Bart.in ſex gradus:vt in hac figura patet intuéti: licet Iaſ.ponit tantum quatuor gradus,& melius: quia ſecundum eundem maius & magnum conſtituunt tantum vnum gradum:& paruum & minus,conſtituunt tantum vnum.

4 *Maximum*, eſt condere legem,ſecundum Bart. & alios in.d. l.imperium.aliud exemplum, congregare concilium generale, ſecundum Inno.in ca.trãſmiſſam. de elec.patet, quia ſolus papa poteſt congregare.glo.in.c.quod tranſlationem.de offi.lega.& in ca.ſicut vnire.de exceſsi.præla.& deficiéte papa poſſet collegium cardinalium,ſecũdum glo.in cap.ſi duo.lxxix.di. Bal.in.c. olim ex literis. de reſcript. vbi ſubdit quòd nec imperator, nec rex Francię poſſunt facere congregari concilium. Aliud exemplum,publicare bona delinquentis,contra authen.bona damnatorum.C.de bo.dam. quia eſt de reſeruatis principi, & ſic meri imperij maximi.Bal.in.c.j.in princip.de pa.te.in vſi.feu.

5 *Maius*,eſt adimere vitam corporalem & particularem,habereq; gladij poteſtatem in animalibus ratione pollentibus. gl. in d.l.imperium.& etiã in irrationalibus.rex.eſt in cap.mulier.xv. q.j.& etiam animaduertere in corpus inanimatum.gl.eſt magiſtralis inſtitu.de here.quæ ab inteſta.defe.§.per contrarium.plenior gloſ.in.l.ex iudiciorũm.ff.de accuſatio.& in caſu quem ponit gloſ.ſingu.in.l.ij.ff.arb.fur.cæſa.

6 *Magnum*, eſt imponere pœnam per quam amittatur ciuitas, vel deportatio conſtituatur.glo.& Barto.in.l.imperium.ſed ſecundum Iaſ.ibi,iſte gradus continetur ſub præcedenti:& ambo non conſtituunt niſi vnum gradum.

7 *Paruum*, eſt relegare.gloſ.in.l.nulli.C.de ſentẽ. & interlocu.om.iudi.& in.§.relegati.inſtit.qui.mo.ius pa.po.ſol.& flagellare. immo omnis pœna corporis afflictiua eſt iſtius gradus.l.ſi quid erit.ff.de officio procon.

8 *Minus*, eſt modica coërcitio, quæ competit omnibus magiſtratibus:vt in.l.magiſtratibus.ff.de iuriſ.om.iudi.& cognoſcere de leuibus criminibus.l.leuia.ff.de accuſa.& iſtud membrum cum præced.vnum tantum faciunt membrum:& ſic proprie nõ faciunt niſi quatuor ſpecies meri imperij, ſecundum Iaſ. in.d.l. imperium.xij col.

9 *Minimum*, eſt per quod mulcta pecuniaria imponitur.l.fi.C. de modo mulctarum.in.l.j.cum ibi no.ff. ſi quis ius di. non obtem.l.ij.C.de ſportu.

10 *Mixtum imperium*, eſt quod officio iudicis nobili exercetur, priuatam reſpiciens vtilitatem.ita Bart.in.d.l.imperium. & cõmuniter moderni approbant.Et dicitur mixtum quaſi ex diuerſis cõſtitutum.ſ.ex imperio & iuriſdictione.glo. in.d.l.imperiũ. Capit enim ab imperio partem, eo quòd officio iudicis nobili expeditur.Capit autem à iuriſdictione partem:quia priuatã vtilitatem reſpicit.Et ſic no.quòd illud dicitur mixtum,quod participat de duobus vel pluribus. Et quæ ſit differẽtia inter mixtũ & confuſum,vide per glo.in.l.idem Pomponius.§.ſed ſi plumbum.in ver.vtraque.ff.de rei vin.Et diuiditur etiam ſecundum Bar.in ſex gradus:vt in figura.Sed dic melius ſecundũ Iaſ.quòd tantum diuiditur in tres:vt infra patebit.

11 *Maximum*, eſt quod ſoli principi competit, actus voluntarios cõcernens,de quo in.l.ij C.de his qui ve.ætа. impe.l.ij.ff. de adop.l.ij.C.de eman.lib.in auth.qui.mo.natu.effi.ſui.col.vj. & iſtud cum ſequenti gradu debet ſimul adiungi.

12 *Maius*, eſt cognoſcere de ſupplicatione aduerſus ſentẽtiam latam ab eo à quo nõ poteſt appellari:quod ſoli principi & prefecto prætorio conuenit.l.j.C.de ſen.præfec.prẽto.authen.quæ ſupplicatio.C.de preci.imper.offe.

13 *Magnum*, eſt cognitio earum cauſarum quę important plenam cautæ cognitionem,& coërcitionem realem, vel perſonalem:vt mittere in poſſeſsionem ex ſecundo decreto: reſtituere in integrum:expellere aliquem de poſſeſsione re ipſa. hæc probantur in.l.ea quæ.j.§. magiſtratibus. infra ad municipalem. & iſtud membrum cum ſequenti debet ſimul iungi,ſecundum Iaſ. A in.d.l.imperium.

14 *Paruum*, eſt cognoſcere de cauſis quæ habent plenam cognitionem,licet non habeat coërcitionem realem,vel perſonalem:vt dare bonorum poſſeſsionem,quę tribuit ius:pronunciare aliquem mittendum in poſſeſsionem ex ſecundo decreto:interponere auctoritatem in alienationibus, & tranſactionibus alimentorum.Et iſta quatuor membra mixti imperij non poſſunt delegari.l.iiij.§ j.verſi.duas.ff.de dam.infec.l.nec quicquã. §.vbi decretum.ff.de offic.procon.

15 *Minus*, eſt dare bonorum poſſeſſ. ex edicto Carboniano:in poſſeſ.mittere ſummariè cognoſcendo.& ſic omnia requirentia cauſæ cognitionem tantum ſummariã,ſunt iſtius gradus:& poſſunt delegari.l.cognitio.§.vt poſſeſsio.ff.de offi.eius cui mãda. eſt iuriſdictio.Et iſte gradus cum ſeq.ſub eodem cõprehenduntur:& ſic proprie non ſunt niſi tres gradus mixti imperij,ſecundum Iaſ.in.d.l.imperium.

16 *Minimum*,eſt eorum quæ expediuntur abſque cauſæ cognitione:vt interponere auctoritatem manumiſsioni,& emancipationi: competuntq; iſta iure magiſtratus, & ſic ſunt delegabilia. B l.ij.in princip.ff.de offic.eius cui mandata eſt iuriſdi.

17 *Iuriſdictio ſimplex*, eſt quæ officio iudicis mercenario expeditur,priuatam vtilitatem reſpiciens.Barto.in.d.l.imperium.Et diuiditur etiam in ſex gradus:ſed melius ſecundum Iaſo.in tres: vt patet per ea quæ infra dicentur.

18 *Maxima*, in qua vertitur res magni præiudicij,vt cauſa ſtatus,ingenuitatis,& libertinitatis.l.placet.C. de peda.iudi. vide Bald.in ca.edoceri.de reſcrip.quòd negocium arduum dicitur, in quo agitur de ſtatu.& idem in.c.ex ratione.de appel.quòd omnis cauſa famoſa eſt quando agitur de fama hominis, & tunc dicitur ardua.

19 *Maior*, eſt quando ex cauſa deſcendenti ex delicto quis fuit condemnatus ciuiliter: & quia non habet in bonis, luat in corpore.l.quicumque.C.de ſer.fugi. Et cum ſit quædam executio, non poteſt delegari,ſecundum Bart.in.l.placet.C.de peda.iud. vbi dicit hos duos primos gradus proprie facere vnum: quamuis in.l.imperium.dicat duos eſſe gradus diſtinctos.

20 *Magna*, vt eſt vltra.ccc.aureos:& non poteſt delegari.§. & iudicare.in authen. de defen.ciuita.col.iij.niſi propter occupationes vel longam abſentiam.in.l.placet.& ibi Bar.C.de pe.iudi.& Ange.in.l.imperium. C

21 *Parua*,A.ccc.aureis infra:& illa poteſt delegari indiſtincte. tex.in.l.imperium.in fin. & iſte gradus cum præcedenti poſſunt ſimul iungi.

22.23. *Minor & Minima*, quæ dicantur, remittendum eſt arbitrio iudicis: cum non ſit à iure determinatum. per regulam.l.j. §.fi.ff.de iure delibe. & hæc duo computari debent pro vno: & ſic proprie nõ ſunt niſi tres gradus iuriſdictionis ſimplicis,ſecũdum Bart.in.d.l.placet. & Iaſo.in.d.l.imperium. quamuis Bart. hos ſex gradus hic proſequatur.

Quædam ſunt quæ poſſunt eſſe meri imperij,& iuriſdictionis ſimplicis:diuerſis tamen reſpectibus.primò tortura,quando aliquis torquetur ad pœnam,eſt meri imperij:& ſi in criminalibus imponatur ad veritatem eruendam,eſt etiam meri imperij, ſecundum Bart.in.l.interdum.ij.§ qui furẽ.ff.de fur.ſi imponatur in ciuilibus quia teſtes vacillãt,eſt iuriſdictionis.in auth. de teſti.§.ſi vero ignoti.col.vij.Secũdò leuis coërcitio,quæ imponitur ad pœnã leuis delicti, eſt meri imperij.ſic in ciuilibus cõtra contumacem eſt ſimplicis iuriſdictionis,ſecundum Ange.& Ia. D in.l.illa,imperium. Tertiò incarceratio,quæ ſit de iure canonico ad puniendum delictum,eſt meri imperij: aliàs eſt ſimplicis iuriſdictionis:ſecundum Guil.Albe.Bal.Sal. Alex.& Iaſ.in.d.l. imperiũ.licet aliter Bart.in ſecunda ſpecie meri imperij.Quartò excommunicatio,quę ex publica cauſa imponitur contra rebelles vel contumaces,eſt meri imperij:ſed ad inſtantiam partis conceſſa,eſt ſimplicis iuriſdictionis: ſecundum Panor.in.c. cum contingat.col.v.de ſo. compe. Quintò appellatio in cauſa criminali,eſt meri imperij.in ciuili,eſt iuriſdictionis,vel mixti imperij.Et hæc ſufficiant ad materiam præcedentis figuræ.

Hallenus per ſingula de officiis locatus eſt deſignando quod proprium officium vniuſcuiuſq; ſit: nunc communiter de omni iuriſdictione dicit. Sed qua eſt differentia inter hunc ti. & illum ſupra de offic. eius &c. cum & ibi tã de ordinariis quam de delegatis tractetur? Reſpon. ibi principaliter tractatur de iure delegandi, quod contrahitur ex ipſa delegatione ordinaria vel delegata iuriſdictionis, id eſt iuriſdictionis quæ habetur in delegando, nec in cognoſcẽdo. vel hic generaliter de omni virtute iuriſdictionis: quaſi hic genuisibi ſpecies: vel ibi de delegato principaliter. vel dic aperte. Ideſt dictum eſt ſeparatim de iuriſdictione ordinaria & delegata: nunc communiter. Accur.

Vide de iuriſdictione omnium iudicum.

Digeſtorum ſeu Pandectarum liber ſecundus.

DE IVRISDICTIONE.*

TITVLVS I.

Officium iudicis eſt genus generaliſſimum, continens omnia quæ poſſunt expediri per iudicem. hoc dicit uſque ad finem.

I. VLPIANVS libro primo Regularum.

Quid ſit iurisdicere, expedit Duare. 1. Diſput. ca. 13.

IVris dicentis[a] *officium latiſsimũ eſt. nam & bonorum poſſeſsionem[b] dare poteſt[c], & in poſſeſsionem[d] mittere: pupillis non habentibus tutores conſtituere: *iudices litigantibus dare[e].

Ad conceſsionem iuris expreſsè, videntur tacitè conceſsa illa ſine quibus conceſsio expreſſa eſſet inutilis. hoc dicit. Alexand. de Ime.

II. IAVOLENVS libro ſexto ex Caſsio.

CVi iuriſdictio data eſt: ea quoque conceſſa eſſe videntur, ſine quibus iuriſdictio explicari non potuit[f].

Iuriſdictio dividitur in imperium & iuriſdictionem. Et imperium dividitur in merum & mixtum imperium. Bart.

III. VLPIANVS libro* ſecundo de officio Quæſtoris.

Libro ſingulari.

C *Vm quadam.*] *CASVS.* Adultam quandam Bononiensis conuenit Bononiæ: quia Bononiensis erat. lite cõtestata Bononiæ tandem condemnata fuit illa puella : & ante executionem maritauit se cuidam de ciuitate Mutinæ. nunquid poterit iudex Bononien. mandare sententiam executioni? & respondetur quòd sic. Sed pone quòd lite contesta. se maritauit, ante sententiam tamen: nunquid iudex Bononien. poterit dare sententiam nihilo minus? Respondetur quòd sic poterit iudex Bononiẽ. dare sententiam. Vltimo dicit, pone: petit à me Titius trecenta coram iudice qui non poterat cognoscere vltra summam centum aureorum. nolebat respondere coram eo. Titius volebat quòd coram eo iudice respõderem, eo prætextu quòd si plene non probaret, quòd iudex condemnaret me in summa consistente secũdum suam iurisdictionem. an sit cõsiderandum quod Titius petit in libello petitorio: an in quo condemnare potest? Et respondetur quòd illud quod in libello comprehenditur, & non id in quo iudex condemnare potest. Vel pone: Titius petit quantitatem trecentorum excedentem sub defensore. quæritur an inspiciendum sit quantum petit, vt sic coram præside litigetur: an quantum debeatur opposita exceptione de parte indebita: vt sic coram defensore agatur? Respondetur quòd petitur & inspicitur. vel pone sic casum: Cõueniſti me coram iudice ad.c. qui iudex vltra centum cognoscere non potuit. volebam examen illius effugere, quia illa causa crescere potest propter expẽsas faciẽdas in lite:& ita iurisdictionem illius excedet. vnde volo adire iudicem alium: nunquid possum, quæritur. Et respondetur quòd non: quia ista considerãda non sunt.

n *Peruenerit.* & sic domicilium mutauit: vt infra de iudi.l.exigere.& infra ad munici. l.finali.§.ij. sed concubina domicilium non mutat. infra ad municip.l.de iure.§.finali. Accursius.

o *Exequi.* passiue, id est an debeat per eundem iudicem mandari executioni.

p *Hoc euenire.* scilicet quòd predicto mutet domicilium. quid si ante ductionem? Respon. vt not.j. ad municip. l.ea quæ.

a *Quod generaliter.* ſcilicet vbicunque accepto iudicio mutatur forum, ibi finiatur vbi eſt inceptū: vt infra de iudi.l.ſi quis poſtea.& l.vbi.& facit infra de excu.tuto.& curato. tutor petitus.j. reſpon.& in authen.vt fac.nouæ conſtitu.§.prouinciarum.in fi. ibi, erit namque &c. item ibidem executioni mandatur, vt hic. ſed ſi non habet ibi de bonis, iudex loci vbi ſunt, executioni mandat ad literas primi iudicis: vt infra de bon. auctо.iudi.poſſiden.l. cum vnus.§. penultimo. Accurſius.

b *Debeatur.* ſic ergo eſt in actoris optione. ſed ſi dolo faciat, ad omnes expēſas tenetur: vt in authen.de defen. ciui.§ & iudicare. item no. hic non inſpici qđ euenire potuerit. Arg. contra ſupra eodem, ſi idem. in fine. & ſupra de officio præſidis. ſed licet. Accurſius. *ADDITIO.* Dic quòd hic hoc propterea cōtingit, quia attēto ſtatu præſenti, res nō ordinatur ad euentū futurum. Bartolus, Alexander, & Iaſon in.d. l.ſi idem.

iudice recte ſertur. Quod generaliter a & in omnibus huiuſcemodi caſibus obſeruandum eſt.

Quæſtio iuriſdictionis expeditur ſecundum formam libelli, non ſecundum id quod debetur.

Quotiens [de] quantitate ad iuriſdictionem pertinente quæritur: ſemper quantum petatur quærendum eſt, non quantum debeatur. b

XX. PAVLVS libro primo ad Edictum.

EXtra territorium c ius dicenti impune non paretur. d idem eſt & ſi ſupra e iuriſdictionem ſuam velit ius dicere.

QVOD QVISQVE IVris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur.

TITVLVS II.

** Ad hunc titulū pertinent inſignia exempla Valer. Max.lib.8. cap.6.*

EXtra.] *CASVS.* Poteſtas Bonoñ.ci tauit quendam Imoleñ.nunquid cogitur ille Imoleñ.huc venire? Et reſpondetur quòd non: quia poteſtas Bonoñ. non poteſt cognoſcere inter non ſuos ſubditos.

c *Extra territorium.* die quid ſit, vt infra de verborum ſignificatione.l.pupilli.§.territorium.

d *Non paretur.* ſiue dicas inter non ſuos ſubditos, ſiue inter ſuos ſubditos: de poſſeſſionibus tamen quæ ſunt in alterius territorio, in quibus vult facere executionem: vt infra de bo. auctor.iu.poſſ. cum vnus.§.pen. ſiue etiam inter ſuos, & de rebus intra territorium: ipſe tamen eſt extra territorium quando iudicat: vt ſupra de officio præfecti vrbi.l.finali.& hoc in cōtentioſa iuriſdictione. in voluntaria ſecus, vt ſupra de adopt. emancipari.§.j.& ſupra de officio procon.l.ij.

e *Supra.* niſi partes prorogent iuriſdictionem: vt infra de iudi. l.de qua re.§.j. Sed quid ſi vltra iudicauit? Reſpon. nil valere: vt a infra familiæ erciſcun. in hoc iudicio. Argu. contra, vt vtile per inutile non vitietur: vt C.de ap.l.ampliorem.§.fina.& C.de don.l.ſancimus. b in glo.ſuperfluum.& facit.C. ſi à non compe. iudi.l.fina.& ſupra de officio præſi.l.iij.

a Et hoc quando non continet capitula diſtincta: alias bene poſſet valere pro parte, & pro parte non. Bart. Alc. & Iaſon.

b Tu dic quod ibi loquitur in his quæ ſunt diuina: hic in indemnidatum. Bart.

QVOD QVISQVE IVRIS &c.

HOc edictum.] *CASVS.* Primo Vlpianus commendat edictum prætoris: quia non debet quis moleſte ferre ſi id ſtatuatur circa ſe quod ipſe ſtatuit, vel ſtatui fecerit. Secundo dicitur quòd hoc edictum tria habet capita. Primum eſt, ſi poteſtas Bononienſis iniquum ſtatuit, puta quòd debitores non teneantur ſuis creditoribus aliquo modo ſoluere: dicitur hic quòd debitor poteſtatis contra poteſtatem eodem iure vtetur, vt non ſoluat poteſtati. Secundū caput eſt de illo qui ius iniquum impetrauit: puta cum ipſe debitor impetrauit ne ipſe ſuo creditori teneretur ſoluere vſq; ad quinque annos, vel nullo modo teneretur creditori ſuo: ſi iſte impetrans habet debitores, illi vtentur eodem iure aduerſus iſtum impetrantem. vnde pone quòd poteſtas volebat ſtatuere ius iniquum, ſcilicet vt debitor non teneatur ſoluere creditoribus ſuis vſque ad quinque annos. non potuit hoc facere: quia fuit impeditus. non tenetur quidem poteſtas eodem iure. Item dicit quòd poteſtas Bononienſis voluit ſtatuere vt nullus debitor de ciuitate Mutineñ.& ſic inter non ſubditos, vſque ad quinque annos teneatur: & ideo non valuit decretum. nunquid poteſtas vtetur eodē iure? Et reſpon. quòd non. Vivianus.

f *Hoc edictum.* quod eſt infra eodem.§.primo & ſecūdo: & loquitur hic Vlpianus.

g *Summam.* quia nititur ex lege diuina: vt quod tibi non vis fieri, alij ne feceris: vt in decretis diſtinctio.j can.j.& Cato: Patere legem quam ipſe tuleris.

h *Aliū dixit.* cum eſſet magiſtratus.

i *Dici effecit.* cum eſſet litigator.

k *Qui magiſtratum.* Per hunc intellige municipalem: per poteſtatem eum qui habet merum imperium: vt ſupra titu.j.l. imperium. quales ſunt regentes prouincias, vel clariſſimi & ſuperiores: vt ſupra de officio præf.l.illicitas. §.qui vniuerſas. poteſt enim quilibet magiſtratus legem condere, non generalem, ſed ſpecialē: vt C.de long. conſue.l.j. & inſtit.de iure naturali.§.ſed ius. præterea cum ipſi faciant, ipſe princeps facere videtur: vt C. de ve.iur.enu.l.j. in prin. tertię col. & ſic nō ob. quod hic obiicitur, q ſoli principi liceat facere legem: quia verum eſt generalem: vt C.de leg. & conſtit. l. j.& l.ſi. vel ſecundum alios loquitur hic ſecundum antiqua tempora antequam omne ius eſſet à populo trāſlatum in principem.

Magiſtratus qui ius iniquum contra aliquem ſtatuit, & etiam priuatus qui illud ad ſui vtilitatem ſtatui fecit, cogunt̄ aduerſario poſtulante vti eodem iure. hoc dicit vſque ad. §. hac autem verba. Bart.

Legē facit quilibet magiſtratus.

Principi ſolū licet legē generalem condere.

1. VLPIANVS libro tertio ad Edictum.

HOc edictum f ſummam g habet æquitatem, & ſine cuiuſquam indignatione iuſta. Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici quod ipſe aliis dixit, h vel dici effecit? i *Qui magiſtratum* k *poteſtatémve habebit, ſi quid in aliquē noui iuris* l *ſtatuerit,* m *ipſe quandoque aduerſario* n *poſtulante eodem iure vti debet. Si quis* o *apud eum qui magiſtratum poteſtatémque habebit, aliquid noui iuris obtinuerit:* p *quandoque poſtea aduerſario eius poſtulante, eodem iure aduerſus eum*

l *Noui iuris.* quod ſcit eſſe nouum, & ita facit dolo. aliàs cum magiſtratus non ſit iurperitus, non tenetur: vt infra.l.ij. Et eſt exemplum ne Titius à creditoribus ſuis conueniatur vſque ad diem illum: quod tamen præceptum vltra tempus ſui magiſtratus non durat: vt infra de pœ.l.fin. & infra qui. ex cau.ma.l. ſed & ſi per prætorem.§. ait. vel ſic, habito tractatu omnium procerum de ciuitate illa, conſtituit vt nullus debitor ante tale tempus conueniatur à creditoribus ſuis: & ſic voluit eſſe ius commune in perſonis omnium. Sed ſi populus ratum habuit tale ius nouum, nonne quilibet de populo neceſſe habet vti eodem iure, vt in procuratore dicitur: vt infra eo.l. iij.§.ſi procurator? Reſpon. licet populus faciat, non tamen quilibet homo de populo c ſingulariter poterit conuenire eodem iure: vt infra de in ius voc. l. ſed & ſi hac. §. qui manumittitur. Quid ergo ſi cognoſcendo in cauſa vna ſententiam interlocutoriam dolo ferat? puto quòd habeat locum hoc edictum, argu. huius.l.in fi.vbi ſententię facit mentionē: & infra eo.l.iij.§.ſi is. & quod in ſentētia dixit, intellige in ſententia lata contra legē vel contra ius litigatoris, non ex preſſo errore in ſententia. alias non teneret ipſo iure: vt C.quando prouoc. non eſt neceſſ.l.ij. item hic in interlocutoria. Quid autem in definitiua? dicunt quidam quòd non idem, quaſi ſit ei imputandum quòd non appellauerit. tu dic contra, quia cauſa ſubeſſe potuit: vt infra man.l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes. Item no. ex eo quod dicit noui. nam per hoc colligitur quòd ſi quid eſt factum contra legem, conſuetudine tamen roboratum, non pertinebit ad hoc edictum: quia tunc dicitur inueteratum: vt ſupra de le. & ſenatuſcō. de quibus. Sic eſt ergo nouum, quod non eſt de iure ſcriptum, nec conſuetudine roboratum. Accurſius.

c Sed bene conſiderā & caue. Bar. ante. & Iaſon.

Ius nouum.

m *Statuerit.* ita quòd teneat: vt arg. infra in fi. ſiue vſus eſt quis, ſiue non: vt infra.l.iij.§.finali. Accurſius.

n *Aduerſario.* ſcilicet illo contra quem ipſe ſtatuit, quando ius ſingulariter iniquū conſtituit: vel quocunque, quando vt eſſet commune ius iniquum fecit: vt.j.e.l.iij.§.hæc pœna.

o *Si quis.* duo capita habet hoc edictum. primum fuit in conſtituente ius iniquum. ſecundum in eo qui facit conſtitui, ſiue aſſeſſor, ſiue litigator: vt infra.l.ij. ſed & contra alios: vt infra eo.l.iij.§.ſi procurator.&.§.ſi tamen.&.§.ſi is.&.§.ſi filius.&.§. quod autem. Sed nunquid in impetrante ſicut in conſtituente diſtinguitur, impetrauerit dolo, vel non: vt infra e.l.ij? Reſpon. non, duplici ratione. prima, quia ad impetrantem aliquid peruenit ſemper: ad iudicem non ſic. item quia hæc litera infra dicit credidiſſe, quod innuit vt etiam ſi ſine dolo impetrauit, tenetur. item & hic pone quæſtionem quæ eſt infra.l.proxi. Accurſius.

p *Obtinuerit.* dilatorium, vel etiam peremptorium. quod dic vt infra eodem.l.iij.§.ſi is.

decernetur: [a] ſcilicet vt quod ipſe quis in alterius perſona æquum eſſe credidiſſet, [b] id in ipſius quoque perſona valere patiatur.

Si non habet effectum ſtatutum noui iuris, non habet locum retorcutio ex hoc edicto. Bartolus.

Hæc autem verba, [c] *Quod ſtatuerit qui iuriſdictioni præeſt*: cũ effectu accipimus, non verbo tenus: & ideo ſi cum vellet ſtatuere, prohibitus ſit, nec effectum decretum habuit: ceſſat edictum. Nam *ſtatuit* verbum, rem perfectam ſignificat, & cõſummatam iniuriam, non cœptam. Et ideo ſi inter eos quis dixerit ius, inter quos iuriſdictionem non habuit: quoniam pro nullo hoc habetur, nec eſt vlla ſententia, ceſſare edictum putamus. [d] quid enim obfuit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectum?

Imperitia adſeſſoris excuſat magiſtratũ, non ipſum adſeſſorem. Bartolus.

11. PAVLVS libro tertio ad Edictum.

HOc edicto dolus debet ius dicentis puniri. nam ſi adſeſſoris imprudentia ius aliter dictum ſit, quàm oportuit: non debet hoc magiſtratui officere, ſed ipſi adſeſſori. [e]

Contra impetrantem ius iniquum ſit retorcutio, etiam ſi illo non ſit vſus. ſed contra eum qui non impetrauit, ſed proprio motu ſuperioris obtinuit, non ſit retorcutio, etiam ſi illo ſit vſus. Bartolus.

111. VLPIANVS libro tertio ad Edictum.

SI quis iniquum ad edictum ius aduerſus aliquem impetrauit: eo iure vtatur ita demũ, ſi per poſtulationem eius hoc venerit. cæterum ſi ipſo non poſtulante, non coërcetur. [f] Sed & ſi impetrauit, ſiue vſus eſt iure aliquo, ſiue impetrauit vt vteretur, licet vſus non ſit, [g] †hoc edicto punitur.

Ex impetratione procuratoris habenti ſpeciale mandatum, vel ratihabitione ſecuta, coercetur dominus: ſecus ſi habeat generale: vel ſi in rem ſuam: tunc coercetur procurator, inter vero ſempe'. Bart.

Si procurator meus poſtulauit, quæritur quis eodem iure vtatur. & putat Pomponius lus hoc edicto. Vnde pone: Titius mihi debebat decem, erat tamen tutus aduerſus me exceptione temporali: donaui tibi hanc actionem: & ſic feci te procuratorem in rem tuam. impetraſti tamen vt ille Titius ſtatim tibi teneretur ſoluere. vti quidem debebis tu procurator aduerſus tuos creditores eodem iure vt eis ſtatim ſoluas. Itẽ dicit: ego impetraui vt nullus meus creditor vſque ad. v. an. conueniret me. vti debeo eodem iure, vt debitores mei vtantur eodem iure aduerſus me: & etiam nõ ſolum ille qui vſus eſt. i. contra quem vſus ſum, ſed etiam alius vtatur. quod dic, impetraui quòd nullus debitor meus exceptione vtatur: eodem iure vti debeo. Idem dicit, puta Titius fideiuſsit pro Seio apud Gaium creditorẽ. Seius acquiſiuit pactũ de non petẽdo: quia Gaius fecit ei pactum de non petendo: & ſic Titius & Seius fideiuſſor habebant exceptionẽ. poſtea Sei⁹ adquiſiuit ius iniquum: & impetrauit vt debitor ſuus non vtatur exceptione aduerſus eum. nũc Gaius conuenit Seium & fideiuſſorem. quæritur an Seius debeat vti eodem iure? Et reſpon. quòd Gaius creditor Seium cõuenire poterit. & hoc etiam Titio fideiuſſori non proderit. Sed pone quòd Titius fideiuſſor hoc ius iniquum impetrauit, vt debitor ſuus, ſcilicet Seius, non vtatur aduerſus Titium exceptione. nunquid Gaius poteſt iſtum Titium conuenire? Et reſpondetur quòd poteſt: non tamen hoc nocet Seio principali reo: nec conuenitur Seius, ſed Titius tantum: nec ſi ſoluerit fideiuſſor pendente dilatione, puta quinquennali reo competenti, aget contra reum actione mandati: & ſi impetrauit perpetuam, nunquam. Item dicit, filius meus in magiſtratu poſitus erat: & conceſsit tibi quòd debitor tuus non vtatur aduerſus te exceptione, vel vt non tenearis vſque ad. v. annos creditoribus tuis. nũquid noceat mihi patri, ſi agam contra debitores filij mei poſt finitam adminiſtrationem? Reſpon. quòd non: nec ego pater vtar eodem iure. Item dicit quòd ſi impetraui ius iniquum vt non tenear creditoribus meis vſq; ad. v. an. & deceſsi: poſtea heres meus vtetur eodem iure. Cõſequẽter in. §. quod autem. dicitur quòd ſi ego impetraui ius iniquum aduerſus alium, nõ ſolum vtetur ille iure eodem contra me, ſed & cõtra heredem meũ. Item dicit, puta Titius impetrauit vt non teneatur ipſe creditoribus ſuis vſque ad. v. annos. vti debet Titius eodem iure contra preſentes & contra futures debitores. quaſi dicat, non ſolum ſi iſte creditor Titius poſtea efficiatur debitor Titij, vtetur exceptione, ſed quilibet alius, vt Titius non poſſit petere vſque ad. v. an. Et ſic hoc edictum extenditur ad eum qui fuit tempore impetrationis non ſolum, ſed ad futurum. [*ILLVD.*] Item dicit: Impetraui ius iniquum vt nõ tenear creditoribus meis vſque ad quinquennium, cum pure eis tenear: & v. ſolui creditoribus meis: nunquid poſſum repetere illud quod ſolui? Reſpon. quòd non. vel dic q̃ tu debitor meus ſoluiſti mihi creditori tuo. omiſſa exceptione proximi quam impetraui aduerſus te creditorem meum ante quinquennium cum haberes exceptionem, à me repetere non poteris.

---

a *Decernatur.* imò non videtur in eum retorqueri: vt ſupra de leg. & ſenatuſcon. l. nulla. & C. de legib. & conſti. princ. l. quod fauore. & inſtit. de iure na. §. plane. quæ ſunt contra. ſed diſtingue an ad ſui poſtulationem, vt hic: an non fuerit indultum, vt ibi: & vt infra eod. l. iij. j. reſpon.

b *Credidiſſet.* no. quòd debet cuiqi in ſua perſona placere quod placuit in aliena: vt infra man. ſi negocia. in fin. & C. de rebus credi. l. pe. §. ſed iuramẽto. ibi, quis enim ferẽdus eſt. & infra de iureiu. l. iuſ iurandum. iiij. §. datur autem. & l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. & §. ſequen.

c *Hæc autem verba.* loquitur Vlpianus.

d *Putamus.* Nor. non nocere conatum, niſi ſequatur effectꝰ. ſic infra de re iudi. l. ſi ſe. §. cõdemnatum. in gl. & infra ne quis eum qui in ius vo. l. pe. in. §. docere. ſed contra. C. de reſcin. vẽ. ratas. vbi dicit impetrantem reſcripti eadẽ lege cõueniri: & tamen erat tale reſcriptum quod ius alterius totum conſumebat: ideoque non valebat: vt C. de pre. impe. offe. quotiẽs. ſed dic quòd ibi non fuit reſcriptum, ſed poſito illo falſo ſequit illud abſurdum. Alij dicunt hoc ſpeciale. ſ. quia inter non ſubditos iudicauit. Item contra arg. prædictæ notulæ. j. de extraor. cri. l. ſi. in prin. & C. ſi quacunq; prædi. po. l. j. in prin. ſed ibi propter enormitatem criminum. Item contra argu. C. de fur. l. ſi quis. ſed illud ideo, quia tale delictũ de leui poterat trahi in exemplum. Item ar. contra. j. de calum. l. & generaliter. §. ſi igitur. ſed ibi ad eum aliquid peruenit, quare tenetur.

Hoc edicto.] *CASVS.* Si poteſtas inſtituat ius iniquum: ita demum tenetur poteſtas, ſi dolo faciat. alioquin tenentur adſeſſores, qui vt ſtatueretur conſilium dederunt. & ita eodem iure debent vti ſi per imperitiam faciant.

e *Adſeſſori.* cur hoc tam varie, quòd magiſtratus de ſolo dolo teneatur, ſed adſeſſor de imperitia? Reſpon. quia adſeſſor non conſueuit eligi niſi propter peritiam: vt C. de adſeſſ. l. j. cum ergo ipſe conſenſerit electioni de ſe factæ, vt ſit adſeſſor: videtur affirmare ſe ſapientem. & inde eſt quòd ſua tacita adſeueratio ſibi præiudicat [a] propter imperitiam: vt infra de actio. empt. l. Iulianus. §. quod autem. verſi. quid tam. ſic & in medico: vt. ff. de offic. præſi. illicitas. §. ſicuti. Magiſtratus vero etiam imperiti literarum, & bene experti negociorum, ſæpiſſime eligũtur, & etiam inuiti ſubeunt alia munera, vnde non debet eis iuris imperitia adſcribi: cum nec ob hanc cauſam electi fuerint. Quidam tamen dixerunt quòd de imperitia tenetur magiſtratus: vt infra de variis cogn. l. ſi iuder. quod hic non negatur. ſed poteſt dici quòd illud eſt verum quo ad hoc vt faciat litem ſuam, nõ quo ad hoc edictum: vt inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. in princ.

Si quis.] *CASVS.* Titius impetrauit ne creditoribus ſuis teneretur. & non tenetur. nunquid Titius vtetur eodem iure ſi habeat debitores, vt Titio non teneantur debitores, quæritur. Rñ. aut impetrauit ad ſuam poſtulationem: & ei conceſſum fuit: & tunc tenetur vti eodem iure Titius. aut non ad ſuam poſtulationem: & hoc caſu non vtitur. vnde dicit quòd ſi Titius impetrauit ne creditoribus ſuis teneretur: ſiue vtatur Titius, ſiue nõ: ſemper punitur. i. ſemper huic edicto locus erit, vt eodem iure vtatur. Itẽ dicit q̃ ſi procurator meus impetrauit ne tenear creditoribus meis vſque ad. v. annos, vti debeo eodẽ iure ſi ei mandaui, vel ratum habui: aliàs procurator tenetur. Item dicit quòd ſi tutor vel curator impetrauit vt adoleſcens non teneatur vſq; ad. v. an. an ipſe tutor vel curator punitur? & nõ tenetur pupil-

a *Quia eſt imperitus?*

† *Iſte text. eſt not. ſecundũ Bal. ad hoc quòd pœna incurſa ratione iniqua impetrationis, non euitatur licet ei renũcietur. de quo per Imo. in. c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpo. vbi hoc limitat Bulo. vltra not. diſtinc. text. quia ſingularis & vnica in iure, ſecundum Bald. Ang. P. & Iaſo. hic.*

a *Licet vſus non ſit.* tamen vti potuit. aliàs contra: vt ſupra eo. l. j. §. fin. patet ergo quòd etiam ſi pœnitere vult, non poteſt: vt hic: licet R. ſcripſit in hoc ti. contrarium. & pro eo eſt infra ad le. Cor. de fal. qui falſam. & C. de appel. l. ſi quis libellos. & C. de apoſtatis. l. apoſtatarum. & C. de ſum. tri. l. fin. in fi. & facit infra de poſtu. l. j. §. beſtias.

x *Me ſolum.* Immo & procurator teneri videtur: vt infra de vi & vi ar. l.j.§.quotiens. quæ eſt contra. ſed ibi delictum interuenit procuratoris, cum parere non debuerit: hic non. Item quid ſi generalis erat procurator, & habebat liberam adminiſtrationẽ, an teneatur? Reſpon. non: quia extra negocia mea adminiſtrauit impetrando. Item quia ſibi iniquum mãdare non videor: vt.j. de pecul. l. qui peculij. & infra de pac. l. contra iuris regulas. §. ſi filius. & infra de condi. indebi. ſi ꝓcurator. §. quòd ſi indebitũ. Ipſe autem tenetur. Sed quomodo ipſe teneꝰ, cum eo priuilegio vti ſibi nõ poſſit hic procurator? Reſpõ. ſatis [a] eſt ꝙ aliquis eo poſſit vti, vt in tutore hic dicitur. Item quare non tenetur procurator ſicut tutor? Reſpõ. quia tutor [b] dat̃ inuito: non ſic in procuratore. & facit. C. vnde vi. l. meminerint. & ſic facilius releuatur pupillus. vel quia in ꝓcuratore voluit expreſſe, quod in tutore ſecus. Itẽ an ipſe ꝓcurator impetrans vtitur eodem iure contra dominum, cum nõ dicatur delinquere? puto quòd ſic.

a *Imò dic quòd procurator notanter. Bar. hoc in ſ. & ſequitur Bal. Alex. & Ias.*

b *Nihil valuit. Ias.*

b *Coercetur.* ſed hoc priuilegiũ ꝓficiet pupillo, & ad tutoꝛé pœna ſpectabit: quod eſt iniquum. Dic ergo & pupillum teneri quatenus vtitur: vt infra de dol. l. ſed ſi ex dolo. Vel dic ipſe, ſcilicet pupillus. Nam aut in totum debet probare: aut in totum reprobare: vt infra de admini. tut. l. cum quæritur. prima placet. & ſibi imputet.

c *Obſeruandum.* quod diximus. ĩ. de tutore: cum ad proximum ſit relatio facienda: vt. ĩ. titu. proxi. l. ſi idem cum eodem. in fin.

d *Quandoque experitur.* hoc habet locum quando & ipſe impetrauit contra omnes, licet contra vnum tantum ſit vſus. & ſic læſus & nõ læſus dicitur eo inſpecto quòd poteſt lædi: vt in prin. & ſic non ob. C. res inter alios actas. quia vere cũ omnibus fuit factum. vbi vero contra vnum impetrauit, non punitur quo ad alios: vt ar. C. res inter alios actas. per totum. & C. de pœ. l. ſancimus. Alij contra: vt ſi contra vnum impetrat, tamen teneatur omnibus. & dicunt hoc ſpeciale contra prædictum titulum. Ac.

e *Exceptione.* ſcilicet dilatoria, ſecundum quoſdam. & ſic non ob. C. de pre. impe. offe. quotiens. quæ eſt contra. quod non placet: cum in fine dicatur fideiuſſorem actionem mandati non habere, cum deberet habere ſaltem adueniente die: vt infra manda. l. ſi mandauero tibi. in princ. Dic ergo quòd hic impetrauit peremptoriam, & imperator reſcripſit ex certa ſcientia, & apponens, lege aliqua non obſtante. Accurſius.

f *Exceptione vti.* ſcilicet pacti de non petendo facti reo principali à creditore apud quem interceſiſti, & poſtquã impetrauit ius iniquum. & ſic nunquam competit cum efficacia fideiuſſori: aliàs aliud eſſet: vt. ĩ. de pac. l. ſi. quæ eſt contra. Vel dic quòd etiam prius fuit acquiſita exceptio pacti: ſed cõſenſu fideiuſſoris ius iniquum fuit impetratum: & ſic lex prædicta non obſtat. Ac.

g *Iniuriam.* id eſt damnum: quia agens actione mandati non poteris conſequi: vt hic, & infra de dolo. l. nam is. factum ergo alterius nocet alteri: arg. cõtra infra de alie. iud. mu. cau. fac. l. j. ſed hoc non eſt mirum: cum & mora rei ſimiliter noceat fideiuſſori: vt infra de verb. oblig. l. mora. & hoc ab initio debuit ſcire, vt infra de condic. inde. l. indebitum. vnde ſibi imputatur: vt infra loca. ſi quis domum. §. j.

me ſolum: [a] vtiq; ſi hoc ei ſpecialiter mandaui, vel ratum habui. Si tamen tutor vel curator furioſi poſtulauerit, vel adulescentis: ipſe hoc edicto coercetur. [b] Item aduerſus procuratorem id obſeruandum [c] eſt ſi in rem ſuam fuerit datus.

Hæc pœna aduerſus omnem ſtatuitur, qui in edictum incidit: non ſolùm eo poſtulante qui ab eo læſus eſt, ſed omni qui quandoque experitur. [d]

Impetratio principalis nocet fideiuſſori, non econtra. Bart.

Si is pro quo ſpopondiſti, impetrauerit ne aliquis debitor ipſius aduerſus eum exceptione [e] vtatur: deinde tu in negocio in quo ſpopondiſti, velis exceptione vti: [f] nec te nec ipſum oportet hoc impetrare, etſi interdum patiaris iniuriã [g] ſi ſoluendo debitor non ſit. Sed ſi tu [h] incidiſti in edictum, reus quidem vtetur exceptione, [i] tu non vtaris: nec pœna tua ad reum promittendi pertinebit: & ideo mandati actionem non habebis. [k]

Impetratio filii non certat patrem. hoc dicit.

Si filius meus in magiſtratu in hoc edictũ incidit, [l] an in his actionibus quas ex perſona eius intendo, [m] huic edicto locus ſit? & non puto: [n] ne mea cõditio deterior fiat.

Pœna huius edicti tranſit ad heredem. hoc dicit.

Quod autem ait prætor, *vt is eodem iure vtatur*: an etiam ad heredem hæc pœna tranſmittatur? & ſcribit Julianus non ſolum ipſi denegari actionem, ſed etiam heredi eius. [p]

Pœna huius edicti porrigitur ad actionẽ quæ poſt impetrationem quæritur. Bart.

Illud quoque non ſine ratione ſcribit, non ſolum in his actionibus pati eum pœnam edicti, quas tũc habuit cum incideret in edictum: verùm ſi quæ poſtea [q] ei adquirentur.

Hoc edictum naturalem obligationem non tollit: ergo ſoluti repetitionem non inducit. Bart.

Ex hac cauſa [r] ſolutũ repeti nõ poſſe Iulianus putat. ſupereſſe enim naturalẽ cauſam, quæ inhibet repetitionem.

Qui facit lege permittente, non incidit in hoc edictum. hoc dicit vſque ad ſ. huius leg. Bart.

IIII. GAIVS libro primo ad Edictum prouinciale.

ILlud eleganter prætor excepit, [s] *præterquam ſi quis eorum*

h *Ed ſi tu.* ſcilicet fideiuſſor.

i *Vtatur exceptione.* ſibi facta de non petendo.

k *Non habebis.* interim ſubaudi, ſi velis tueri eum impetraſſe dilatoriam. Vel dic, nunquam: propter ius iniquum impetratum circa peremptoriam, ſecundum aliam poſitionem.

l *Incidit.* dando dilationem vel exceptionem non habenti.

m *Inædo.* quę ſunt ex peculio qđ ad me ſpectat profecticio, vel etiam aduenticio: cũ ratione vſusfructꝰ qui ad me ſpectat, eas intendo. & hoc accipe ſiue ſint acquiſitæ ante ius iniquum ſtatutum, ſiue non: licet quidam diſtinguant.

n *Non puto.* contra videbatur: cum eadem perſona vnus cum alio cẽſeatur, & in obligationibus quaſi eius fideiuſſor ſit: vt infra de verb. oblig. cũ filius. in princ. & ſ. j. ad munic. l. ij. ſed illud eſt verum quando conuenitur [c] ex perſona filij, non cũ agit. [d] Accurſius.

o *Vti.* qui impetrauit vt creditori ſuo nõ teneatur.

p *Etiam heredi eius.* ſcilicet impetrantis. qđ videtur miꝝ: cum priuilegium indultum viuenti, cũ eius perſona ſit finitum, vt perſonale beneficium: vt. ĩ. de reg. iur. l. in omnibus. ij. Sed dic cum impetraſſe priuilegium ſibi heredique ſuo. & ſæpe ſic indulget imperator: vt. ĩ. de regu. iur. l. Neratius. Alij dicunt heredem debere vti eodem iure in actionibus quę defuncto cõperebant, & heredi ex eius perſona. quod nõ placet ratione prędicta: quia priuilegium eſſet extinctum: vnde nulla pœna deberet imponi: vt. ĩ. eo. l. j. in fi. Item alia ratione videtur ad heredẽ non tranſire, quia pœnæ delictorum non tranſeunt ad heredes: vt C. ſi ex delic. defunct. l. vnica. quæ eſt contra. Solu. hic ad heredem tranſit priuilegiũ, cum ſibi & heredi impetrauerit: prout dixi. Vel dic, hic erat ſtatuta pœna in viuentem à lege: & ideo tenetur heres. ſecus eſſet ſi non eſſet impoſita viuenti, ſed haberet aliquis actionem ad imponendam. tunc enim habet locum quod ibi dicitur, nec tranſit hic vt contra eum detur actio, ſed vt exceptione remoueatur. *ADDITIO.* Iſta gloſ. innuit quòd ex hoc dicto non oriatur actio. quod diſplicet Bart. & Ias.

c *Id eſt quãdo curatus filius ſe obligando. Ias.*

d *Id eſt cum cõtrahit obligando. Ias.*

q *Poſtea.* hoc poteſt dici quãdo generaliter impetrauit vt nullus debitor creditori ſuo teneretur vel ad tempus, vel in perpetuum: non aliàs: vt dixi ſupra eod. §. hæc pœna. vel etiam ſi ſpecialiter. Accurſius.

r *Ex hac cauſa.* iſtud ex hac cauſa, non refertur ad id quod dicit, ſolutũ, ſed ad verbũ illud, repeti: id eſt dicere [e] propter priuilegium induhũ vt non teneatur ſtatim ſoluere: ſed poſt annũ non repetit: vt. ĩ. de cõdic. indeb. l. in diem. Idem ſi in perpetuũ. vel dic quòd loquitur de eo qui poterat vti eodem iure: qui ſi ſoluat, non repetit. & eſt ratio in vtroque, vt ſubiicit. Accur.

e *Iſta prima lectura eſt intelligẽda in poſſeſſorio. ſecũda loquitur de illo quẽ poterat vti retractione, & ſoluẽte. & vtrũque hæc ſententia Bart. Paul. Alexã. Ias.*

s *Illud.* CASVS. Impetraui ius iniquum vt vſque ad. v. an. nõ tenear creditoribus meis. & nunc video quòd duo ſumus qui tenemur hoc edicto: & ille qui cõceſit mihi, & etiã ego teneor. nunc conuenio debitores meos. ipſi impetrant vt vtantur eodẽ iure cõtra me. nunquid iſti debitores mei hoc edicto tenebãtur, ſcilicet vt debitores iſtorum debitorum meorum vtãtur aduerſus debitores meos, quo iſti vtuntur aduerſum me? Et reſpon. ꝙ non: nec ille magiſtratus qui conceſſit eis de me, tenetur edicto.

f *Excepit.* hæc exceptio ſit ab eo quod dicitur in rubrica. vel dic

dic, ab eo quod dixit in edicto, hoc modo: dictum est ibi, quòd qui nouum ius statuit, vel statuere facit, incidit in edictum. sed prætor excipit in edicti parte, quam non habemus, ipsum magistratum, qui cum iudex erat, nouum ius instituit: & secũdum litigatorem, qui aduersus eum statuere facit: qui aduersus ipsum vel aduersus alium ius iniquũ statuit, vel statui fecerat. & hoc ideo excipit, ne magistratus &c. sed certe hæc exceptio fieri videtur nõ eleganter. quid enim op' fuit hac exceptione nam satis exceptum erat per hoc quod fuerat dictum ita demum quem teneri si fuerit in dolo: vt. ff. eo. l. ij. Respondeo: non fuit opus, sed ad maiorem fecit cautelam. sic. ff. de iniu. l. item apud Labeonem. §. ait prætor, ne quid. vel dic quòd in verbis prætoris supradictis non erat de dolo, licet Paulus [a] sic intellexerit per. l. ij. & ideo necessarium fuit subiicere.

a Notabili glos. secundum Bal. quod statuta penalia semper intelligantur habere clausulam in se, si delicta dolo cõmissa fuerint.

a *Eorum quid.* legitur totum neutraliter, scilicet dictio eorum, & dictio quid, scilicet quod statuit, vel impetrauit.

b *Et vetãs.* scilicet excipit. Accursius.

c *Commitat.* quod esset, nisi fuisset de hoc cautum. Sed quid si impetrauit ius iniquum contra eum qui impetrauerat contra alium: sed in alio facto, nó dico vtẽdo eodem iure quod in alium statui fecerat? Respon. me teneri: cum hic nó sit exceptũ: sed tãtum quando eodem iure vtor: vt argu. C. de pœ. sancimus.

contra eum fecerit, qui ipse eorum quid [a] fecisset. & recte: [b] ne scilicet vel magistratus dum studet hoc edictum defendere, vel litigator dum vult beneficio huius edicti vti, ipse in pœnam ipsius edicti committat. [c]

SI QVIS IVS DICENTI
non obtemperauerit.

TITVLVS III.

Omnes iudices possunt inobedientes punire: videlicet magnus in magnis causis, & magnis multis: parvus in parvis, & parvis multis. hoc dicit text. cum glos. Bartolus.

I. VLPIANVS libro primo ad Edictum.

SI QVIS IVS DICENTI non obtemperauerit.

Omnibus.] CASVS. Hic dicit quòd si quis non obediat in magnis, imò & paruis: iudex potestatẽ habet inobedientiam punire: & sic defendit iurisdictionem per aliquam pœnam. Item dicit quòd ille non obedit, qui etiam in leuissimis non paret iudici. Tertio dicit quòd si procurator meus sit inobediens, quia non vult iudici parere: non punior ego dominus, sed ipse procurator punietur. Quarto dicit quòd si actor & reus sint inobedientes, puniuntur. Quinto quòd inobediens tenetur ad interesse eius qui læsus est, expẽsarum & damnorum: non tamen veniet in eo res petita. Vltimo dicit quòd hæc actio non datur post annum: nec in heredem: cum sit pœnalis. Viuianus.

d *Dumuiris.* id est defensoribus municipiorum vel ciuitatum: vt. C. de iudi. l. fin. & hoc olim: hodie forte possunt & ipsi defendere tã iure Cod. vt. C. de spectatulis. l. fi. §. j. quàm authenticorũ: cum de leuibus criminibus cognoscant: vt in authen. de defen. ci. §. audient. colla. iij. sed certe & iure veteri modica coërcitio non erat eis deneganda: vt supra titu. ij. l. magistratibus. & secũdum hoc potest hic esse in litera, non tantum duumuiris &c. Alij contra, [b] vt Azo. & pro eis est. C. de modo multa. l. eos. & de defen. cui. defensores. ij. & infra de verb. signifi. aliud. circa fin. & infra de iudi. l. ij. §. his. & est. §. fi. & quòd hic subiicit, potestatis &c. & habent literam hic, [c] non tamen &c. his legibus prohibetur multam à magistratibus talibus imponi. & dic hoc secundum literam istam, non tamen in magnis negotiis, nõ in paruis. & hoc litera sequens innuit, secundum ius potestatis suæ &c. Accursius.

b Istam sequitur Fulgo. Paul. & Iaso. dissentit Bar. c Et bene. Bar. Paul. Alex. & Ias.

c *Penali.* i. multa. & dic differentiam inter pœnam & multam: vt. j. de verb. sig. l. aliud. §. j. Accursius.

d Et etiam officio iudicis. Bar. B. Alex. & Ias.

f *Iudicio.* vt pœnam imponat pecuniariam, quam potest secũdum suam potestatem: vt hic, & C. de modo mult. l. eos. in prin. quæ petetur à fisco: vt. C. de modo mult. l. v. & actione in factum, [d] cum ex edicto detur: sicut fit mentio eius edicti, (licet verba non habeamus) vt. j. eo. §. non solum. Accursius.

e Immo quinque secundũ Angelum. Cæterũ quid dicam ex-

g *Qui quod extremum.* tribus [e] modis lege. Primo, extremum id est minimum, vel vilissimum, vel infimum. multo ergo fortiꝰ tenetur qui id non fecit quod erat potissimum. & duo exempla quæ sequuntur, sunt plana: quorum vnum respicit inobedientiam factam in principio causæ, quia non venit in ius: & sic non fuit passus rem à se vindicari. aliud respicit inobedientiam quæ

A est in fine causæ, videlicet in executione sententiæ: ibi, cæterum &c. Secundo dic secundum Bul. extremum, id est vltimum, hoc est executionem sententiæ, & missionem in possessionẽ rei quæ petitur, quæ vltimo fit, id est post vocationes. & exemplum quod sequitur, veluti &c. non ad positum casum, scilicet quando videtur nõ obtẽperasse: sed ad subauditum, scilicet quando videtur obtemperasse, refert ipse Bul. q. d. is demum incidit, qui non paruit vltimo: & non is qui non paruit primo. Is autẽ primo non paret, qui in iudicio cũ vindicatur à se, euincì non patitur, absentat enim se, sed patitur rẽ sibi auferri. hic paret vltimo, & non incidit in hoc edictum, Cæterum si &c. sed sibi potest opponi quod est. ff. eo. §. non solum. nam secundum eũ non videtur habere locũ nisi in reo, quod ille. §. non patitur. Itẽ illud quod est. ff. eo. §. hoc iudicium. ob. Bul. quia si secundũ eum punit tantùm inobedientiam quæ est in fine, & in fine est hoc quòd rem non patitur duci, & tunc nõ datur actio ad interesse totius rei: erit hoc falsum. sed poterit dicere, non ex hoc edicto, sed per. l. qui restituere, iuret etiam in litem: vt infra de rei vindi. qui restituere. Tu autem secundum Io. dicas tertio modo extremum, id est primum & vltimum iurisdictionis. nã & in syllogismis extremitas dicitur primus & vltimus terminus cum termino alio in medio coniuncto, hoc modo: Omnis homo est animal: sed omne risibile est homo: ergo omne risibile est animal. quod enim prædicatur in positione & conclusione, id est hoc nomen animal, dicitur extremitas maior. quando autem subiicitur in cõclusione & assumptione, est extremitas minor: vt est hoc nomẽ risibile. medius terminus est id quod subiicitur in prima, & prædicatur in secunda: vt hoc nomen, homo. Et quod dicit, veluti &c. ponit gratia exempli eius quod primum est in iurisdictione. Et cæterum quòd sequitur, cõtinuatiuè ponitur: quod patet per sequẽtem copulam, si &c. q. d. sed & si sequentia &c. nam omnis vocatus non veniens vel inobediens puniendus est: vt. ff. titu. ij. l. ij. Sed quid de mediis? Respon. nil inuenitur medium, cum res sine contestatione processit: est enim sola citatio, quæ est prima extremitas. & si nõ venerit, est missio in pos. quæ est alia extremitas. Quid ergo si res processit ordinariè per contest. litis: nunquid in mediis puniet eum? immo etiam & quando sine litis contest. procedit, aliquid medij potest inueniri: eum & citari pluries debeat. Dic ergo de his mediis trib' modis, vel extremitatem quamlibet vsque ad medium procedere. Vel puto literam hanc legi sic quarto modo: vt dicam extremum pro primo & vltimo: & exemplum veluti ponat de inobedientia principij, & de inobedientia finis. & quod dicit, cæterum &c. ponat de mediis. Vel dic quinto extremum, id est vltimũ. & quod dicit veluti, supple vel etiam si non obtẽperes primis: & de hoc ponit exemplum. & quod dicit cæterum, de mediis dicat. Item quid differt hic ti. ab eo, Si quis in ius vo. non ierit? Respon. in quatuor. primo quia hic generalior est, cum tam de multa quæ datur in fiscum, quàm de interesse actoris dicatille autem tantum de pœna quæ datur fisco. Item alia est differentia: quia hic est edictum: ibi non, sed ibi agitur ex isto. sed econtra aliquid ibi continetur quod non est hic, scilicet de stipulatione certi vel incerti, si non venerit in ius: vt infra eo. titu. l. j. & l. fi. Item de extraneo [f] iudice ibi dicit quod hic non specificat: vt infra eo. titu. l. ij. & sic videntur se habere vt excedens & excessum: licet hic in dignioribus illum præcellat: & ita non est superflua illius tit. repetitio: vt. C. de vet. iur. enuc. l. j. §. nulla itaque. versi. sed & similitudinem.

tremũ in iurisdictione, vide Zasium in hãc legẽ.

f Immo erat sanus, ratione dubitationis. Bart.

h *Mobilem.* de mobili ideo dicit, quia statim dicet de deductione quæ nõ potest fieri nisi in re mobili, quo nomine se mouentia continentur: vt. j. de verb. signi. l. mouentium. idem tamẽ de immobili. Accursius.

i *Ferri.* quod propriè dicitur cum corpore baiulatur: vt. j. de verb. signifi. l. ferri.

k *Obtemperasse.* & habet locum edictum, Ne vis fiat ei qui in poss. missus est: vt. j. ne vis fiat ei. l. j. j. respon.

a *Si procurator tuus.* non ad hoc,ſed ad alia conſtitutur:vt.ſ.tit. j.l.iij.§.ſi procurator.&.§.ſi tamen. & facit.j. quod fal. tu.au.l. nouiſſime.&.C.vnde vi.l.memineriot. Accurſius.

b *Non ſolum.* hic.§.eſt contra Bul.vt paulo.ſ.dixi.& facit.j.de reg.iur.l.non debet actori.

c *Patiterem.* id eſt actorem.

d *Non ad id quod intereſt.* Hic nota ex hoc edicto duas naſci actiones,quarum quælibet dicitur in factum. vna datur reipublicæ ad pœnã impoſitã [a] à iudicente: vt ſupra eo. in princip.&.C.de modo mul.l.v. alia datur actori quando reus non obtemperauit vel reo quando actor non obtemperauit: vt hic dicit.prima pœna ſtatuitur à iudice ſiue à prætore viuo,ſecunda à mortuo,ſcilicet quãti ea res eſt.Ité no. quòd hæc litera poteſt trib' modis exponi. primo (& bene) vt loquatur de actione ſiue iudicio quæ datur parti quando alia non obtemperauit iudici, & dat nõ ad intereſſe,ſcilicet totius cauſæ quæ agebatur:ſed quãti ea res eſt,id eſt ad ſumpt' litis quos fecit in aduocatis & in aliis.Item propter damna rerum ſuarum, quæ eſt paſſus ex eo quòd aduerſarius nõ paruit:vt infra ſi quis cau.l.ij.§.fin.&.l.ſequen.& hic intelligas quòd non plus punitur,ſcilicet per hoc edictum.ſi enim in eo quod eſt vltimum iuriſdictionis non pareat,poterit puniri per aliam legem in omni intereſſe:vt ſi nolit rem reſtituere:quia tunc in omni intereſſe damnatur,delato ſacramento in litem:vt infra de rei vindi.l.qui reſtituere.Secundo exponitur vt loquatur de ea actione quæ datur parti vt non detur ad intereſſe,ſcilicet ſingulare, [b] ſed quãti ea res eſt,id eſt ad totam litem vere æſtimatã:vt infra de ver. ſig.l. hæc verba,quanti.& in hac poſitione multa iura concordãt: vt infra vi bo.rapt.l.prætor.§.hæc autẽ actio.& infra de no. ope. nũ.l.antepen.§.ſiue autem.& ſupra ad leg.Fal.l.in lege.iiij.§.corpora.& infra de ædil.edi.l.illud.§.cõdemnatio. & hæc poſitio eſt fatua, [c] vt propter vnam leuem inobedientiã tam inique per hunc titulum puniretur.nec ob.dicta lex,hæc verba.quia & hic ad verã æſtimationem agitur,ſcilicet expenſarum,vt dixi.& eodem modo dicas ad alias modò nominatas leges.Tertio dici poteſt quòd hic loquatur de actione quæ fiſco datur ex hoc edicto,vt illa nõ detur ad intereſſe,ſcilicet quãti interſit reipublicæ:ſed quãti ea res eſt,id eſt quantum in ſententia ius dicentis expreſſum eſt.prima verior eſt.Item nõne facit hoc pro eis qui dicũt extremum,id eſt vltimum,ſcilicet vt damnetur pro æſtimatione rei ſi nó patiatur rem duci:certe non facit:quia ſecundũ hoc falſum eſſet quod hic dicitur,non ad intereſſe agi. agitur enim quantum in litem iuratum eſt:vt infra de rei vin.l.qui reſtituere.Sed poſſet reſponderi,hoc nõ fit per hoc edictum.tu ergo expones vt primo dixi,vt de expẽſis & ſimilibus loquatur. Item nonne ſatis eſt in poſſeſſionem mitti contra eum qui non obtemperat:vt.j.tit.j.l.ſatiſque.nam ſi illud eſt ſatis,ergo huius edicti pœna eſt nimis?Reſpon.ſatis eſt,vbi ſcilicet quis nõ venit,venire tamen non contemnit,quia abſens eſt,vel præſens, habet tamen cauſam licet iniuſtam [d] quare nõ veniat.vbi vero venire dedignatur contẽnendo iudicem,vel actorem,ſecus eſt: vt hic:quia debet poſſe puniri.

e *Meram pœnam* ſ.reſpectu ſoluentis, [e] & ſecundum hoc totus §.loquitur in pœna quę parti datur:ſed ſecũdũ Azo.(vt in ſumma huius ti.)principium huius.§.loquitur de ea quæ parti,finis de ea quæ reip.quæ vere cõtinet pœnam hinc inde:& ideo nec poſt annum competit,nec in heredem:vt hic dicit.Cæterum de heredibus non eſt quærẽdum,cum ſemper adminiſtratori reip. detur. Alia autem quę parti datur,videtur dari poſt annum,cũ ſit rei perſecutoria quo ad actorem.Item heredi datur eadẽ ratione:ſed in heredem non:quia ex delicto:vt.j.de alie.iud. mu. cau.fac.l.nõ ſolum.§.fin.Sed videtur melius in fiſco loqui præcedens reſponſum,cui adiungitur hoc:licet ipſe contrariũ dicit in ſumma ſua.

f *Neque poſt annum.* quia prætoria.

g *In heredem.* quia pœnalis:vt.j.de act.& oblig.l.i honorariis.

videtur. Si procurator tuus [A] vel tutor vel curator ius dicẽti non obtemperauerit:ipſe punitur,non dominus vel pupillus. Non ſolum [b] autem reũ qui non obtemperauit,hoc edicto teneri Labeo ait: verumetiam peritorem. [c] Hoc iudicium [d] non ad id quod intereſt,ſed quanti ea res eſt,concluditur:& cum meram pœnam [e] contineat,neque poſt annum, [f] neque in heredem [g] datur.

a Imò antequã ſit impoſita,dabitur actio. But. & Alex. licet glo. ſequãtur Cy. & Bal.

DE IN IVS VOCANDO.*

** In ius vocare quid ſit, pulchrè explicat Frãc. Duarenus Diſp. anniuerſ. cap.1.*

TITVLVS IIII.

1. PAVLVS libro quarto ad Edictum.

IN ius vocare, eſt iuris experiundi [h] cauſa vocare.

Hic enumerantur perſonæ quæ non poſſunt in ius vocari.& hæc lex ſeruatur de facto vt iacet.

Quid autẽ differat in à iudicio, docet elegãter Franc. Hotman' in commen. ad tit. de act. inſtit. lib.4. circa princip.

b Immo ad particulare intereſſe cõmune, non ſingulare: & tunc ſatis placet Iaſ. & concer. cũ præcedenti.

c Licet hæc ſententia non ſit fatua,ſecundũ Bar. nõ eſt tamẽ bona. Ale. & Bar. & Ia.

d Singularis glo. ſecũdum Iaſ. in.l.2.C. de Carb. edic. diſplicet tamen Cy. Alex. & Iaſ.

e Iſta expoſitio eſt contra text. in eo quod dicit, meram: innuit quòd ex vtraque parte ſit pœnalis. B.B. P. Alex. & Iaſ.

f Not.glo. quòd iudicio incipit à citatione. ita voluit gl. in rubri. C. eo. vbi Bal. & modernes & præcipue do. Iaſ. ex quo habes citationem dici de proceſſu, prout expiſſime tenuit gl. in c. præterea. in princ. extra de offic. & poteſt. iudi. deleg.

DE IN IVS VOCANDO.

Tractaturus de iudicio, præmittit de in ius vocando: cũ ab ea parte iudicia [f] incipiãt: vt inſti. de pœn. temer. lit. § fina.

2. VLPIANVS libro quinto ad Edictum.

IN ius vocari non oportet [i] neque conſulem,neque præfectum, neque prætorem, neq; proconſulem, neque cæteros magiſtratus qui imperium [k] habent,qui & coërcere [l] aliquem poſſunt, & iubere in carcerem duci.Nec põtificem [m] dum ſacra facit. [n] Nec eos qui propter loci religionem inde ſe mouere non poſſunt. Sed nec eum qui equo publico in cauſa publica tranſuehatur. [o] Præterea in ius vocari non debet qui vxorẽ [p] ducat,aut eã quæ nubat: nec iudicẽ dum de re cognoſcat:nec eum dum quis apud prætorem cauſam agit: [q] neque funus ducentem familiare, [r] iuſtáve [s] mortuo facientem:

[h] In ius vocare. Iuris experiũdi. id eſt vt experiatur actor an ius ſibi cõpetat,vel non. hoc tamen intelligunt quidam, ſi reus veniat & reſpondeat:non aliter:quia verba cum effectu &c. vt.j. ne quis eũ qui in ius voc.l.pe. §.docere.quod nõ placet:immo & ſi nõ reſpondeat,id eſt nõ veniat,ſi tamen vocetur per executorẽ,ſine dubio eſt vocatus.hoc enim verba edicti,quæ non habemus, exigũt: licet ſi nõ reſpondeat vocat' ab eo à quo vocari non debuit,vt à liberto patronus, facilius remittatur pœna vocãti:vt.j.eo.quamuis Item no. & libelli oblatio nõ habetur pro vocatione:vt.j.eo.libertus aduerſus.

i In ius vocari non oportet. cõuerte,id eſt oportet non vocari.

k Imperium. ſcilicet merum,quod eſt gladij poteſtas: vt ſupra de iur.om.iu.l.iij.in princip.& quòd hi non poſſint conueniri, probatur hic,&.j.qui.ex cau. ma. ſed & ſi per prætorem.§.ij. & j.de accu.l.qui accuſare.§.ij.& infra iudi.ſol. ſi reus. At minores magiſtratus etiam durãte officio poſſunt vocari in ius:vt infra de iniur.l.nec magiſtratibus. Immo & maiores quandoque: vt ſi dicãtur in ſuo officio deliquiſſe:vt.C.ad leg.Iul.repe.l.iubemus.& de furto cõueniri poſſunt:vt in auth.vt iud.ſine quoquo ſuf.§.illud.colla.ij.& in authen. vt dif.iu.§. ſi vero.col.ix. Item nec alios conuenire poſſunt hi maiores:vt.j.de iud.l.pars literarum.quæ eſt Græca.

l Coercere. ſcilicet graui pœna.nam & minimi leuiter coërcerent:vt in auth.de defen.ciui.§.audiant.col.iij.

m Pontificem. id eſt epiſcopum dum miſſam canit. & idem de quolibet clerico.& eſt ratio,vt.C.de epiſ.& cle.l.omnes qui vbiq; ſunt.cũ ergo finita fuerint illa ſacra quæ faciunt,vt miſſa vel veſperæ,cõuenientur ſecundum ius:vt clericus ſub epiſcopo,epiſcopus ſub archiepiſcopo conueniatur:vt in auth.de ſan. epiſ.§.pro omnibus.&.§.ſi autem.colla.ix.

n Non poſſunt. vt ſunt monachi & eremitæ,ſed eorum prælatus:vt in auth.apud quos opor.cau.di.mo.colla.vj.in prin.

o Tranſuehatur. vt præconem Theobaldum.

p Vxorem ducat. interim dum ducit.

q Agit. niſi vocetur ante maiorem magiſtratum:vt.j.de re iudi.l.contra pupillum.§.is qui ad maius.

r Familiare. ſed nec poſt vſq; ad nouẽ dies aliquis de ſua familia poterit cõueniri:vt in auth.vt cum de app.cog.§. hæc autẽ. col.viij.& accipe familiare,ſiue eſt de genere ſuo,ſiue de ſeruis, ſiue de ſeruitorib': vt.j.de verb.ſigni.l. proficiſcitio.§.cõi iure.

s Iuſtáve mortuo. quidam libri habent iuſta, ſcilicet obſequia, vt lauare corpus,vel ſimilia.alij habent buſta,id eſt combuſtiones. comburebantur enim corpora in rogo:vt cinis reſeruaretur

Vuaretur.ſic.ĩ.de adqui.here.l.prō herede.§.j.in gl. iuſta.

a *El qui cadauer.*ſ.familiare:vt dixerat.ĩ.l.proxi.

b *Quæque litigandi.certo loco.* niſi ad maius auditorium vocaretur:vt dixi ſupra proxi ĩ.l.ij.& facit.ĩ.de iudi. l.ij.§. legatis.in princip.

c *Infantes.*ſed ſi hanc ætatē exceſſerint, cōuenient tutore auctore,vel ipſe tutor: vt.ĩ. de admi.tut.l.j §.j.

d *Prætor ait.*ſuperiores phibentur iure ciuili vocari in ius: iſte aũt iure prætorio tantum.& not. quòd hæc verba prætoris Vlp.exponit per ordinē. Parentem exponit ſtatim vſque ad illum §. patronum.in.l.adoptiuũ. Patronum exponit ibi vſque ad illum.§.liberos.qui eſt.ĩ.in.l.ſed & ſi hac lege.Liberos exponit ibi vſque ad illū §.parentes. & ibi exponit qui ſunt parētes patroni.*Itē* vltimū verbum,*ſine permiſſu*,exponit in pe.§.eiuſdem legis.in aliis autem legibus quæſtiones extrauagantes ponuntur de hac materia,& ſoluuntur.

e *Sed an in infinitū.* Nor.parentes & liberos in infinitum dici: vt hic,& ifra de verb. ſig.l.liberorum appellatione. &.l.cognoſcere.§.liberorum. & infra de le.præſtan.l.j.§. generaliter. & ifra eo. ſed & ſi hac lege.§.liberos autem. ſed contra.ĩ.degrad.l.iuriſcōſultus.§. parentes. ſed illud ſecundum vocabuli propriam ſignificationem: quia vſque ad tritauum dicũtur parentes:ſuperiores vero maiores.hoc autem ex interpretatione benigna legis.

Parētes & liberi in infinitum dicuntur.

Seruius.

f *Nec tamen.*hoc tamen aduerſatur Seruio,qui dicebat ad ſolos iuſtos liberos hoc pertinere,vt debeāt ipſi ſoli qui iuſti ſunt liberi,reuerentiam patribus.quod non eſt verum. Poteſt etiam dici quòd Seruius bene dixerit,& tamē aduerſetur aliis qui illud dicebant,quòd ad ſolos iuſtos hoc pertineret.nam etiā ad naturales tantùm pertinet,vt ſubiicit,&.ĩ.eo.l.parentes.

g *Quia. Is eſt, quem nuptiæ.*etiam de facto tantum: vt inter ſeruum & ancillam: ſed non ſi inceſtuoſus ſit, ſecundum Ioan.quia hic patrem non habet: vt inſtitut.de nup.§.ſi aduerſus. Item quod dicit is &c. verum eſt præſumptione iuris: vt ſupra de his qui ſunt ſui vel alie. iur.l.filium. ſcire enim hoc eſt impoſsibile,quis cuius filius ſit:vt.ĩ.de condi.& demon.l.Lucius.

Parentes.]C *A S V S.* Sicut legitimū patrem filius in ius vocare non poteſt ſine venia:ita parentes naturales filij non vocant ſine venia.

h *Naturales.*& tantum naturales,ſecundum Ioan.& ſic no.appellatione parētum etiam naturales contineri.ſic.ĩ.e.l.quique. §.ſi.ſed ar.contra.C.ad le.Iul.de adul.l.iij.

Patris.]C *A S V S.* Titius habebat filium emancipatum: iſte filius adoptauit.adoptatus ab iſto filio,an in ius vocare poteſt patrem adoptantis,ſcilicet Titium? Et reſpondet quòd poteſt,quia ei non adgnaſcitur:& ex quo non eſt ei adgnatus,nec cognatus. Viuianus.

i *Patris.* ſcilicet emancipati à ſuo patre. Accurſius.

k *Impune vocabit.* ſcilicet filius patris adoptiui & emācipati.

A tollitur enim expreſſe per legem quæ loquitur in procuratore actoris: qui ſine mandato poterat experiri: & ita erat aliqua eius conditio: & tamen dicitur poſtea committi ſtipulatio, ſi ratum fuerit habitum: vt infra iudi. ſol. l. iij. §. ſed & ſi forte? Reſpon. immò optima eſt ſolutio, ſi quis eam defendat. in procuratore enim rei dicitur aliquã eſſe conditionem, & mutari: quia ſine mandato, immo etiam cõtra mandatum, quis reſpondere pro alio poteſt: vt infra de ſol. l. ſolutionem. ſed nulla perſona agit cõtra mãdatum, etiam ſi aliquãdo ſine mandato experiatur: vt infra de procu. Pomponius. §. fin. vnde non poteſt dici ſic mutari conditio ex parte procuratoris actoris. Si autem inueniat aliquãdo aliquem agere pro inuito, ſicut notauimus infra de procu. l. Pomponi*. §. fin. dices mutata cauſa eius conditionis non cõmitti ſtipulationem. Adde & aliam ratio- † *iſta. l. eſt nem: quia in procura- ſing. ad hoc, tore actoris, ſiue à domino in eum, vel ecõtra, vel à procura- quòd licet re in procuratorem, vel de aliquo in ſeipſum (vt hic fuit) trans- dicatur in eadem perſtipulatione, ſcilicet domino directa, ſi ipſe fuerit ſtipulatus: vel dente cõdi- vtilis, cum procurator. ſimiliter ex perſona rei eſt certa: quia nõ tione, non mutatur: & ideo cõmittitur ſtipulatio. ſed cum ex parte rei mu- perdat ius tatur iudicium, non poteſt committi ſtipulatio iudicatum ſol- ſuum cõdi- uiſ: quia nec ex clauſula doli, quia nil dolo fit, licet tranſferatur tionẽ aduer- iudiciũ de vna perſona in aliã: nec ex illa de re defendẽda: quia ſionem: licet nil refert à quo fiat detentio, dum tamen bene fiat: nec ex illa de occupauerit iudicato: quia promiſiſſe videtur quòd ipſe, & non quòd alius propria au- fuerit dãnatus. arg. j. iud. ſolui. cũ quærebatur. §. fi. &. l. pe. Alij thoritate. vero ſoluũt quòd hic loquitur poſt acceptum iudicium mutata Bolo.* conditione: ibi ante: vt verba illius legis innuũt. hoc autem non eſt admittẽdum: quia ſi non committitur ſtipulatio, mutatur cõditio ante. multo minus ſi mutatur poſt: cum poſtea plenior ſit conditio eius. Porro etiam in procuratore actoris illud poteſt diſtingui, ſecũdum Azo. an mutetur conditio poſt illud tempus quo debuit ſatiſdari ex neceſſitate, qđ eſt in exordio litis, id eſt ante litem conteſtatam: vt infra de procu. l. Pomponius. §. ratihabitionis. & tunc nullo modo cõmittatur: quia aliqua fuit cõditio in iudicio. i. in cauſæ exordio, quę. ſ. mutatur. & hoc innuit l. contraria. ait enim, ſtipulationis interpoſitæ &c. ſi vero antea mutatur, contra eſſet: quia tunc nulla fuiſſet eius conditio in iudicio, licet agere propoſuiſſet, & extra iudicium ſatis accepiſſet. & quod hic dicit, agere inſtitueris: ſic expone, id eſt animo propoſueris: non tamen egeris eo tempore quo ratum eſt habitum. ſic infra de verb. ob. ſtipulatus ſum Damã. in prin. Alij vt B. ponunt caſum in cautione iudicio ſiſti: quam præſtat etiam cõuẽtus de re immobili: quia quantũ ad illam pro non poſſeſſore habetur, cũ ſit in dubio. & inducunt ſupra eo. de die. §. quidam, quod non placet: quia ibi ſponte fuit. Vel dic tertio, in cautione iudicio ſiſti, quam præſtat creditor, vel alius detentator: vt infra eo. l. ſciendum. §. creditor. &. §. item qui ſolam. qui tamen & rei vin. teneatur: vt infra de rei vin. officium.

Hæc lex eſt difficilis, & hoc dicit: Mutatio contingens ex parte actoris, ſatiſdationẽ non perimit. b. d.

XI. VLPIANVS libro ſeptuagẽſimoquinto ad Edictum.

IVlianus [g] ait, ſi antequã mãdarem tibi vt fundũ peteres, ſatis acceperis petiturus fundum, & poſtea mãdatu meo agere inſtitueris: fideiuſſores teneri.

Pro debito ſub conditione ex vltima voluntate, indiſtincte cauetur: aliàs non niſi cauſa cognita. hoc dicit. Primò loquitur in relicto in vltima voluntate. Secundò in debito ex alia cauſa. Tertiò redit ad primũ. ſotiũla ibi, & plerũq; tertia ibi, ſed ſi plures.

XII. IDEM libro ſeptuagenſimoſeptimo ad Edictum.

INter omnes [h] conuenit, heredẽ ſub conditione, pendente cõditione [i] poſsidẽtẽ [k] † heredi-

Inter omnes.] CASVS. Heredem inſtitui ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum. & ſi non venit, volui admitti illum quem tibi ſubſtitui: poſſidebas tamẽ hereditatem de facto. teneris quidem illi ſubſtituto cauere de hereditate non deminuenda. poſtmodum ſi deficit conditio tuæ inſtitutionis, poterit ſubſtitutus hereditatem petere. & ſi fuerit in aliquo deminuta, committitur ſtipulatio. & hoc quidem habet locum in ſpecialibus ſubſtitutionibus. Viuianus.

g *Iulianus.* iuriſconſultos ſuper hac re interrogatos. ſic infra de vſufruct. accreſ. l. j. §. penulti. vel dic, id eſt nullus diſſenſit.

h *Inter omnes.* iuriſconſultos ſuper hac re interrogatos. ſic infra de vſufruct. accreſ. l. j. §. penulti. vel dic, id eſt nullus diſſenſit.

i *Sub conditione.* ſi nauis venerit de Aſia vſque ad annum: & ſi non, tunc admittatur ſubſtituitus.

k *Poſſidentem.* vt quia pendente conditione petiit bonorum poſſeſſionem

poſſeſſionem ſecundum tabu. vt infra de bo. poſ. ſecun. ta. l. ij. §. A ſi ſub cõditione. Vel dic quòd fuit datus curator bonis. Vel dic, poſidet, quia accepit de facto: non curo qualiter. Accurſius.

a *Hereditate.* ſcilicet non deminuenda: vt infra de peti. heredi.

a Bal. hic dicit iſtam glo. ſing. ad hoc, quòd adito hereditatis pertinet ad illũ ad quẽ diuello pertinet hereditas: aliàs autem non. & in ad quem ſpectat: ſi nõ adeat eo ipſo termino petito per legatarios ad adeundum: iudex prouidebit legatariis. Bol.

diuus. non dicas per fideicommiſſum reſtituenda: cum directo fit ei ſubſtitutus: vt patet infra vbi dicit, adeuntem here. &c. Vel dic, reſtituenda, licet non per fideicommiſſum. & hæc cautio generaliter præſtatur: vt infra de iud. in omnibus. ſed certe hoc caſu non videtur præſtanda: vt infra de præto. ſtipul. l. Paulus notat. quæ eſt contra. Solu. quidã dicũt, ibi prætor ſuum beneficium indulſerat, ſcilicet bo. poſ. ideoq; non debet eſſe captioſum: eſſet autem ſi cogeretur cauere. hic non indulſerat: ſed heres ſcriptus poſſidebat bona de facto. Alij dicunt quòd non cogitur cauere in diẽ longiorem: ſcilicet vt cogatur cauere etiam ſi extiterit conditio inſtitutionis: & quandocunque deſierit ad eum pertinere hereditas, q; reſtituat eã: & hoc eſt quod dicit, in diem lõgiorem. & ſecundum has duas ſolutiones legitur ibi notat, id eſt reprehendit. vel dic, notat, id eſt approbat: & quod ibi dicit in fine, lege interrogatiue: & ſubaudi, non. & ſic concordat cum iſta.

tatem ſubſtituto cauere debere de hereditate [a]: & ſi defecerit conditio [b], adeuntem [c] hereditatem ſubſtitutum & petere hereditatem poſſe: & ſi obtinuerit [d], committi ſtipulationem. Et plerumque ipſe prætor [e] & ante conditionem exiſtentem & ante diẽ petitionis venientẽ, ex cauſa iubere ſolet ſtipulationem interponi [f].

XIII. PAVLVS libro ſeptuageſimoquinto ad Edictum.

SEd & ſi plures ſubſtituti ſint, ſingulis cauendum eſt.

Pater pro filio, vel contra, nõ eſt idoneus defenſor ſine ſatiſdatione. Bartolus.

XIIII. IDEM libro ſecundo Reſponſorum.

FIliusfamilias defendit abſentem patrem. quæro an iudicatum ſolui [g] ſatiſdare debeat. Paulus reſpondit, eum qui abſentem defendit, etiam ſi filius vel pater ſit, ſatiſdare petituro * ex forma edicti [h] debere.

** petituri.*

b *Defecerit conditio.* ſcilicet inſtitutionis. Azo.

c *Adeuntem.* ergo directo fuit ſubſtitutus.

d *Et ſi obtinuerit.* ſcilicet in petitione ipſius hereditatis. aliàs nõ valet ſibi ſtipulatio, niſi in hac prima petitione obtineat.

e *Ipſe prætor.* non ſolum alij magiſtratus. Vel dic plerumq;, id eſt pluries: vt. ff. ſi ab arbitro. §. fin.

f *Interponi.* ſi perſona ſuſpecta eſt: vt. ff. de ap. imperatores. in fin. ſecundum Azo. & niſi caueat, vterq; in poſſeſſionem mittetur: vt infra vt in poſſeſſ. leg. l. etiam. §. finali.

Filiusfa.] CASVS. Hac. l. dicitur quòd filius meus ſi me defendat, vel ego filium: teneor ſatiſdare iudi. ſol. & filius etiã. idem in quolibet alio. Viuia.

g *Iudicatum ſolui.* Quid ad hũc titulum de hac ſatiſdatione iudicatum ſolui? Reſpon. ſatis: quia licet principaliter de cautione iudicio iſti dicat hic titu. de aliis tamen quandoque dicit, ſupra eo. l. j. & l. Iulianus. & hic. Item cum iudicatum ſolui ſtipulatio habeat in ſe tres clauſulas, ſcilicet de dolo quòd abſit: & de defendendo: & quod ſonat ipſum verbum: vt infra iudi. ſol. l. iudicatum ſolui. j. patet quòd vna earũ, ſcilicet de defendendo, pertinet ad hanc iudicio iſti. qui enim non iſtit, male defendit: vt infra qui. ex cau. ma. in integ. reſt. l. item ait. §. fi.

h *Forma edicti.* quod non habemus: ſed in eo cauebatur, vt nemo eſſet idoneus ſine ſatiſdatione defenſor: vt. ff. de procur. minor. in fin. & inſti. de ſatiſdat. §. pe. ſed videtur q; hic pater non debeat ſatiſdare, cum æquiparetur tutori in iuramẽto calumniæ. vterq; enim iurat: vt. C. de iure. prop. calũ. l. ij. §. quod obſeruari. & tutor non ſatiſdat: vt. C. de admini. tut. l. fi. §. defenſionem. quæ eſt contra. Reſpõ. hic filius emancipatus erat: vel dic, in caſtrenſi, vel quaſi: vel aliud erit hodie, ſecundum H. vel hic pater trãsferendo in ſe iudiciũ defendebat, ſecundum Azo. vel poteſt dici aliud in patre quàm in tutore: cũ illi. ff. tutori ſuum officium nõ debeat eſſe dãnoſum: vt. ff. ex qui. cau. ma. l. videlicet. tutor enim datur inuitus: ſed pater non fit inuitus. Accurſius.

Cendum eſt.] CASVS. Hæc lex eſt quaſi temperamentum legis ſuperioris. Dicit enim quòd qui immobilia poſident, non tenentur ſatiſdare, nec compelluntur: ſiue in villa, ſiue in ciuitate poſident: ſiue in ſolidum, ſiue in parte. nunquid poſſeſſor fundi emphyt. poſſeſſor eſt, & qui poſidet proprietatem nudam? Et reſpon. quòd ſic, poſſeſſor autem vſufru. poſſeſſor non eſt: creditor autem non poſidet, vt euitet ſatiſdationem: poſidet tamen. Item vir & vxor poſidẽt, vt non ſatiſdẽt. Sed pone quòd tu teneris mihi actione perſonali: & quia heres erat inſtitutus, & teſtator mihi aliquid legauit: fundum puta. tu autem es poſſeſſor: non ego. Item dicit quòd ſi tutor nomine pupilli conueniatur, à ſatiſdatione excuſatur, ſi poſidet fundum ipſe tutor vel pupillus. Itẽ dicit quòd ſi appellaui cum egiſſet aduerſus me, & obtinuiſſet q; poſſeſſor ſum. Vltimo dicit quòd ante litem conteſtatam ſciri debet verum quis ſit poſſeſſor immobiliũ, vel non. Viuianus.

Poſſidens immobilia, non tenetur ſatiſdare de iudicio iſti. ſecus ſi non poſideat. Bartolus.

XV. MACER libro primo de appellationibus.

SCiẽdum eſt poſſeſſores immobilium rerum ſatiſdare non compelli [i].

In hoc. §. & ſeq. declaratur quis dicatur poſſeſſor quo ad ſtandam ſatiſdationem. Bartolus.

Poſſeſſor autem is accipiendus eſt, qui in agro [k] vel ciuitate rem ſoli poſidet aut exaſſe, aut pro parte. Sed & qui vectigalem, id eſt emphyteuticum agrum poſidet, poſſeſſor intellegitur. Itẽ qui ſolã [l] proprietatem habet, poſſeſſor intellegendus eſt. Eũ vero qui tantùm vſumfructum habet, poſſeſſorem non eſſe Vlpianus ſcripſit. Creditor qui pignus accepit, poſſeſſor [m] †non eſt, tametſi poſſeſſionem habeat aut ſibi traditam, aut precario debitori cõceſſam. Si fundus in dotẽ datus ſit: tam vxor q; maritus propter poſſeſſionẽ eius fundi teſt. authen. offeratur? Reſpon. non iſta, ſed illa determinatur per iſtam: vt ſupra de leg. & ſenatuſcon. ſed & poſteriores. Tertio, an ille qui poſidet immobilia, ſaltem iuret ex quo non ſatiſdat? Reſpond. ſic, ad inſtar aliorum quibus hæc ſatiſdatio remittitur. C. de princ. agen. in rebus. l. fin. & de proxi. ſac. ſcri. l. in ſacris. ij. circa prin. & in glo. & fi. &. C. de dig. l. quotiens. lib. xij. Quarto, an pro vili ceſpite terræ euitet ſatiſdationem etiam in cauſa centum marcharum? Reſpon. ſecundum B. non euitat. argu. infra de priuil. cred. ſi creditores. eſſet enim abſurdum ſi quis conueniatur in magna quantitate pecuniæ, vt propter modicum ceſpitem terræ quam poſidet, poſſit euitare ſatiſdationem. Intellige ergo hãc legem quando nomine ipſius rei immobilis conuenitur, cuius nomine ſatiſdationem euitat. ſed certe ſi hæc eſt ratio, non videtur quare creditor vel fructuarius dicatur euitare, cum aliàs ſit locupletiſſimus. Tu dic ſecundum Ioan. quòd eſt æquum quòd non cogatur ſatiſdare poſſeſſor rei immobilis, ſi tamen res illa ſit idonea, & etiam ſufficiens ad litis æſtimationem, etiam ſi de alia re conuenitur. cum enim ſuccedat poſſeſſio loco ſatiſdationis, debet pro qualitate rei petitæ eſſe poſſeſſio. Item huic principio eſt vnum contrarium infra de incen. rui. nau. l. ne quid. §. à domino. Sol. ibi ſpeciale: vt & alia multa ſunt in illo titu. ſpecialia.

i *Non compelli.* Quatuor quæro. Primo, de qua ſatiſdatione loquitur hic? Reſpon. iudicio iſti. nã de hac ſpecialiter in hoc titulo tractat. illam enim, ſcilicet iudicatum ſolui, nõ præſtat hodie ſi ſuo nomine cõueniatur: ſed olim ſic, ſiue poſideat immobilia, ſiue non: vt inſtitu. de ſatiſda. §. ſed hodie. &. §. j. Secundo, an ſit hodie correcta, vt indiſtincte ſatiſdetur: vt. C. de lit. conteſt. authen. offeratur? Reſpon. non iſta, ſed illa determinatur per iſtam: vt ſupra de leg. & ſenatuſcon. ſed & poſteriores. Tertio, an ille qui poſidet immobilia, ſaltem iuret ex quo non ſatiſdat? Reſpond. ſic, ad inſtar aliorum quibus hæc ſatiſdatio remittitur. C. de princ. agen. in rebus. l. fin. & de proxi. ſac. ſcri. l. in ſacris. ij. circa prin. & in glo. & fi. &. C. de dig. l. quotiens. lib. xij. Quarto, an pro vili ceſpite terræ euitet ſatiſdationem etiam in cauſa centum marcharum? Reſpon. ſecundum B. non euitat. argu. infra de priuil. cred. ſi creditores. eſſet enim abſurdum ſi quis conueniatur in magna quantitate pecuniæ, vt propter modicum ceſpitem terræ quam poſidet, poſſit euitare ſatiſdationem. Intellige ergo hãc legem quando nomine ipſius rei immobilis conuenitur, cuius nomine ſatiſdationem euitat. ſed certe ſi hæc eſt ratio, non videtur quare creditor vel fructuarius dicatur euitare, cum aliàs ſit locupletiſſimus. Tu dic ſecundum Ioan. quòd eſt æquum quòd non cogatur ſatiſdare poſſeſſor rei immobilis, ſi tamen res illa ſit idonea, & etiam ſufficiens ad litis æſtimationem, etiam ſi de alia re conuenitur. cum enim ſuccedat poſſeſſio loco ſatiſdationis, debet pro qualitate rei petitæ eſſe poſſeſſio. Item huic principio eſt vnum contrarium infra de incen. rui. nau. l. ne quid. §. à domino. Sol. ibi ſpeciale: vt & alia multa ſunt in illo titu. ſpecialia.

† Baldus cõmendat iſtũ tex. pro fine inſtitu. de ſatiſda. §. ſed quòd creditor non habet poſſeſſionem rei ſibi pignoratæ, etiam ſi eam conceſſerit præcario ſuo debitori. Beleg.

k *Qui in agro.* id eſt in villa. ſed & poſſeſſor intelligitur, quia habet vtile dominium: vt infra ſi ager veſt. vel emphy. pe. l. j. in fin.

l *Item qui ſolam.* ad hoc facit inſtitu. de here. inſtitu. §. j. &. ij. & infra ad Silanianum. l. j. §. primo. &. §. tertio.

m *Poſſeſſor.* hæc litera ſibi ipſi contradicere videtur. dic ergo: creditor poſidere dicitur quo ad quædam, ſcilicet quo ad hoc, vt actione ad exhibendum conueniatur: vt infra de vſucap. l. ſerui nomine. in prin. Item quo ad hoc, vt rei vindicatione teneatur: vt infra de rei vin. officium. Item quo ad hoc, vt poſſeſſio præcedentis poſſeſſoris, id eſt debitoris ſibi addicatur: vt infra de vſucap. ſerui nomine. in fi. Item quo ad hoc, vt interdicto vti poſſidetis, vti poſſit: licet aliud ſit in miſſo in poſſeſſ. cauſſa rei ſeruandæ: vt infra vti poſ. ſi duo. §. creditores. Item vt impediat adquiri poſſeſſionem alicuius rei domino, licet nec ſibi adquirat: vt infra de adquiren. poſ. l. j. §. per ſeruum

uum corporaliter. Econtra quo ad quædam nõ dicitur poſſidere: vt quo ad vſucapionem: vt infra de adqui. poſſ. qui pignoris. Item quo ad euitandam ſatiſdationem, vt hic: poſſidet tamẽ ſecundum nos: vt infra de adqui. rerum domi. l. per ſeruum qui pignori. & infra de pigno. ac. l. cum & ſortis. & aliꝫ multæ. ſed Pla. dicit eum nullo modo poſſidere: vt C. de ꝓſcrip. xxx. an. l. cum notiſſimi. §. j. Accurſius.

a *Intelligũtur.* hoc intelligunt quidã reſpectu aliorum, nõ reſpectu agentium rei vindicatione: vt ſupra eo. de dic. §. quidã aiunt. quæ eſt contra. & l. Iulianus. qđ nil eſt. Dic ergo ꝙ in. l. de dic. ſatiſdedit ſponte, & in. l. Iulianus. ſatiſaccepit actor de iudi. ſoluẽdo, non iudicio ſiſti. vnde ſiue de eadem re, ſiue de alia agatur, idẽ eſt: vt no. ĩ. ea. l. in prin. Et intelligũtur ambo poſſidere, vt hic, quo ad euitandã ſatiſdationẽ. vxor enim nequaquã poſſidet: vtpote dominio & poſſeſsione ex cauſa dotis in maritũ tranſlatis: vt inſtitu. de re. diui. §. per traditionẽ. & ĩ. de adqui. poſſ. l. iij. §. genera. & l. Põponius. §. in dotem.

b *Diuerſa cauſa.* quia non duo, ſed vnus dicitur poſſidere. itẽ nõ actor, ſed reus. ſed contra. ĩ. de regu. iur. l. qui actionẽ habet. Reſpõ. verũ eſt ſpe. tamen minus eſt habere actionẽ, quàm ipſam rem: vt. ĩ. eo. titu. l. minus eſt.

c *Perſonalẽ.* vt ex teſtamẽto, vel ex ſtipulatu. idem ſi realem: vt. ĩ. ea. l. §. ſi fundum. & ĩ. eo. l. j. in princ.

d *Tutores.* ita apta literam: ſiue ipſi pupilli poſſideãt, ſiue tutores eorum, &c. ſecundũ Azo. Sed cur euitatur ſatiſdatio iudicio ſiſti, in perſona pupillorum, licet tutores rem pupilli poſſideãt: cum executio ſententiæ contra tutores non fiat, nec eis incũbat? Reſpon. hoc ideo, quia eos ſiſtere oportet pro pupillis: vt C. de admi. tu. l. ſi. §. defenſionem. ſecus in patre, vt. ĩ. eo. filius. Alij dicunt ꝙ pater aſsignauit tutoribus poſſeſsiones propter aduerſarios pupillorũ: & poſt reſtituere debebãt: ſicut ſit & alibi: vt. ĩ. de vſur. l. in fideicõmiſsis. §. cũ Pollidius. Sed nunquid qui alieno nomine defendit, vel cum mandato, vel ſine mãdato, iudicatum ſolui ſatiſdat ſemper? Poteſt dici quòd nõ, niſi executio ſententiæ contra eum fieri debeat: quod eſt in tribus caſibus, vt. ĩ. de procu. Plautius. non aliàs: vt. ĩ. de re iudi. l. ſi ſe. ſed cõtra eſt: vt C. de ſatiſda. l. j. in fin. *ADDITIO.* Pro ſolut. huius contrarij dic ſecundum Bart. quòd hic loquitur de ſatiſdatione de iudicio ſiſti, quæ extinguitur lata ſententia: vt. l. Græcè. §. poſt litem. ĩ. de fideiuſſ. & no. ĩ. e. l. ij. §. fin. in gl. promiſerit. ſed in iudicio tutor ipſe habet ſiſtere: ergo eius poſſeſsio ſufficit.

e *Habentur.* hoc verum eſt cum cõueniuntur pupilli nomine: quod patet, quia dicit tutores. ſecus ſi ſuo: quia tunc eis tutoribus pupilli poſſeſsio non prodeſſet.

f *Dicendũ.* hoc ſi ipſe poſideat qui cõuenitur: nõ ſi alius eorũ.

g *Poſſit.* & eſt ratio, quia nec cõdemnatus videtur: vt. ĩ. de pœ. l. ij. §. ſi cum nil nouari &c. vt. ĩ. nil nouari. l. j. Item not. non inſpici quod euenire poteſt: arg. ĩ. de iuriſ. omni. iudi. l. ſi idem. §. ſi.

h Item *b* quid ſi tempora appellationis exercendæ ſunt finita, vt certum ſit iam ſententiam executioni mãdarit Reſpon. idem: vt. ĩ. eod. §. ſi fundus. in ſi. §. ibi, diuerſa cauſa.

i *Tempus cautionis.* quod eſt ante lit. conteſta: vt infra de procura. l. Pomponius. §. rati.

a Dic vt ibi dixi in glo. ꝓpe. ad iſtud cõtrarium.
b Iſta gloſ. eſt ſing. ſecundo Bart. & Ang. ad hoc quod ꝓ deffectum appellationis poſſeſſio ſuccedit.

poſſeſſores intelleguntur. [a] Diuerſa cauſa [b] eſt eius qui fundi petitionem perſonalem [c] habet. Tutores, [d] ſiue pupilli eorum, ſiue ipſi poſſideant, poſſeſſorũ loco habentur. [e] Sed & ſi vnus ex tutoribus poſſeſſor fuit, idẽ dicendum [f] erit.

Etiam poſſeſſio rei quæ eſt in controuerſia, releuat poſſeſſorem ab omne ſatiſdandi quantum ad aliam qui de illa re cõtrouerſiam non facit. h. d. §. iſte. Quantum autem ad eum qui controverſiam facit: an releuet, dictum fuit in principio legũ. Bartolus.

Si fundum quẽ poſsidebam, à me petieris, deinde cũ ſecundum te eſſet iudicatũ, appellauerim: an poſſeſſor eiuſdẽ fundi ſim? Et rectè dicetur poſſeſſorem me eſſe: quia nihilo minus poſsideo: nec ad rem pertinet, quòd euinci mihi ea poſſeſsio poſsit. [g]

Tempus cautionis præſtanda inſpicitur, vt qui poſſideat immobilia: non autem tempus præcedens vel ſequens. h. d.

Poſſeſſor autem quis necne fuerit, tempus cautionis [h] ſpectandum [i] eſt. nam ſicut ei qui poſt cautionem [k] poſſeſſionem vendidit, nihil obeſt: [l] ita nec prodeſt [m] ei qui poſt cautionẽ poſsidere cœpit.

In iuramento videtur excepta auctoritas legis vel ſuperioris. h. d.

c Dic vt ibidem gl. 1. ſoluit iſtud contrarium. d Iſtam gl. dicit ſingu. Bal. ad hoc quod exhibẽda eſt ꝓſona delinquentis, vt cognoſci poſſit. idem vult Bal. in l. 2. ad exhib. d. Beleg.

XVI. PAVLVS libro ſexto ad Edictum.

QVi iuratò promiſit iudicio ſiſti, non videtur † [n] peierraſſe ſi ex conceſſa cauſa hoc deſeruerit.

SI EX NOXALI CAVSA agatur, quemadmodum caueatur.

TITVLVS IX.

Primò ponit verba edicti. Secundò incipit exponere ea. Secunda ibi, In eadẽ. Subdiuide textum, quia multa duplicat. Primò ponit ſummarium vnum, quid ſit dictum in eadem cauſa. Secundò illud ſummarium declarat per plura membra. Tertiò illa membra declarat. Secunda ibi, Si deſinat. Tertia ibi, Itaque. Bartolus.

I. VLPIANVS libro ſeptimo ad Edictum.

SI quis cũ [o] de quo noxalis actio eſt, iudicio ſiſti promiſit: prætor ait, *In eadem cauſa cum* [p] *exhibere, in qua tunc eſt,* [q] *donec iudicium* [r] *accipiatur.* In eadem cauſa ſiſtere quid ſit, videamus. & puto verius eum [s] videri in eadẽ cauſa, * qui ad experiẽdũ nõ facit ius [t] actoris deterius. Si deſinat ſeruus eſſe ꝓmiſſoris, [u] vel actio [x] amiſſa ſit: non videri in eadem cauſa ſtatum Labeo ait. vel ſi qui pari loco erat in litigãdo, cœpit eſſe in duriore, vel loco vel perſona mutata. [y] Itaq; ſi

m *Nec prodeſt.* ſi ei ſatiſdatio remittatur. & not. hic quòd contrariorum eadẽ eſt diſciplina: vt ſupra de his qui ſunt ſui vel alieni iur. l. j. in principio.

Cõtrariorũ eadẽ eſt diſciplina.

† *Colligitur exiſto text. no. regula, quòd in omni iuramẽto intelligitur excepta auctoritas legis & ſuperioris. facit. l. fin. in prin. ff. ad mun. in ea. reuẽtes. & ibi Cano. de iureiur. & per do. Iaſ. hic.*

QVI iurato.] CASVS. Cõueni te: & cũ non poſſes ſatiſdare, iuraſti ꝙ tali die ſiſteres iudicio: tu autẽ non feciſti aliqua iuſta ex cauſa. non videris peierare.

n *Nõ videtur.* quia lex ſibi remittit: vt & aliàs infra de iur. pa. l. adigere. §. ſi. & C. de non nu. pecu. l. fin. Sed an pro vero peierat? Quidam dicunt quòd non: quia ſemper dicunt ineſſe tacitam conditionẽ, niſi iuſta cauſa interuenerit: vt hic, & C. de tranſa. l. ſi falſis. vbi cõditionem dicunt ineſſe, ſi falſa non ſunt inſtrumẽta, cuius metu tranſactio fit. Tu dic quòd peierat, ſed remittit: alioquin non dicitur peierare, ſicut hic dicit. & *p* hoc infra de adquirend. poſſ. quod meo. §. ſi furioſo. Accurſius.

* *cauſa ſiſtere.*

SI EX NOXALI cauſa agatur, &c.

Dictum eſt qualiter pro liberis ſatiſdatur iudicio ſiſti: nunc qualiter pro ſeruis.

SI quis eum.] CASVS. Seruus tuus damnũ mihi dedit: vnde te noxali actione cõuenio. debebis mihi quidem promittere vt ſeruum ſiſtas in eadem cauſa vſque dum ſententia feratur. Et videtur ſiſtere quis in eadẽ cauſa, quãdo ius actoris deterius non facit: nõ aliter. tu illum ſeruũ ſimiliter alij, qui aduerſus te noxaliter agit, dediſti. nunquid videris eum in eadem cauſa ſiſtere? Dixerunt quidam ꝙ non. ſed ſecus eſt, quia bene ſiſtitur in eadẽ cauſa. Vel ſi ſeruus tuus, qui damnũ dedit, abſens fuit: vel defendes ſeruum: vel cauebis ꝙ exhibebis eum, cum habebis iſtum ſeruum. & hoc ſi dicas eum in tua poteſtate eſſe, ſuſcipies iudicium ſine noxæ deditione: quia teneris in ſolidum. ſed ſi ſeruus fuit præſens, & tu abſens: & cum nõ defenderetur, iuſſu iudicis accepi illum ſeruum: extincta fuit actio mea, cum ſeruus cœperit eſſe meus. ſi tu venias peteſ reſtitutionẽ, ad defenſionẽ audiris: ſed mihi actio aduerſus te reſtituitur. Viuia.

o *Si quis eum.* ſcilicet ſeruum cuius nomine dominus conuenitur noxaliter.

p *Eum.* ſcilicet fideiuſſorem.

q *Tunc.* cum promittitur.

r *Iudicium.* id eſt ſententia.

s *Eum.* ſcilicet dominum qui promiſit.

t *Non facit im.* quæ qualiter fiant, declarant ſequentia. Accur.

u *Promiſſoris.* vt quia pro derelicto habeatur: vt differat à ſequentibus. vel dic, manumiſſus. & ſic eſt contra infra. l. penult. in fin. Solu. vt ibi not. [c] in princ.

x *Vel actio.* quæ datur actori. Azo. & eſt amiſſa forte in re noxali: quia ille non exhibuit: & ſic actor nec teſtes eius poterunt eum cognoſcere quem exhibitum [d] cognouiſſent. Sed quomodo potuit amitti actio, cum per executorem fuerit facta conuentio? Reſpon. dic vt. ĩ. de eo per quem fac. erit. l. fin. j. reſpon.

y *Mutata.* i. mutatione perſonæ mutatur cauſa, vt hic, & inſti. de

here.inſti.§.ſeruus autem.& no.hunc alienantẽ tribus actionib⁹ poſſe conueniri.Primo,ex ſatiſdatione ad intereſſe:vt hic.Secũdo,quia dolo deſiit poſsidere,tenet᷑ vtili ex ea cauſa ex qua prius directa tenebatur:vt.ĩ.de reg.iur.l.paré. &.ĩ.de noxa. ſi pluriũ. §.ſi.Tertio tenetur actione in factum ex edicto de alie.iu. mutã. cau.facta.licet ea liberetur ſe offerendo defenſioni: vt.ĩ. de alie. iu.mutan.cau.fac.l.iij. §.finali.

a *Itaque ſi quis.* ſeruus promiſſus iudicio ſiſti. Accurſius.

b *Venditus.* alicui qui nõ ſit de foro promittentis. nam tunc fieret conditio melior: cum contra venditorem & contra emptorẽ agere poſsit.Accurſius.

Potentiorib⁹ pares eſſe non poſſumus.

c *Potentiori.* quia potentioribus pares &c. vt.ĩ.de ali.iu.mu. cauſa fac.l.iij.in princip.

d *Sed & ſi deditus.* ſ. alicui agenti noxaliter.

e *Cum noxa.* mala ratio eſt: & in hoc ſolo ſecũdum quoſdam reprehenditur.ĩ.l.proxi. non autem dicit ibi,an videatur ſiſti in eadem cauſa, vel nõ. Et dicũt tunc diſtingui, an potentiori ſit datus pro noxa: vt tunc non videatur ſiſti in eadẽ cauſa: vt hic. aliàs ſic: ſed melius eſt vt dicã corrigi totũ: vt videatur ſ.in eadẽ cauſa ſiſtere, ſi bona fide dederit ꝙ noxa.ſ. ex neceſsitate, & cui ſe teneri ſciebat: huic autem cui cauit, neſciebat adhuc ſe teneri: vt infrà de noxa. ſi quis à multis. Quid autem ſi vtrique ſe teneri ſciebat? Reſpon. præuenienti.ſ. ad ſententiam debuit dare: aliàs in dolo verſatur: vt infra de edẽ.l.quædam.§.is autem.

f *Putat.* & male:vt.ĩ. l.proxi.

quis [a] ei qui in foro promiſſoris conueniri nõ poteſt, vẽditus, [b] aut potentiori [c] datus ſit: magis eſſe putat vt nõ videatur in eadem cauſa ſiſti. Sed & ſi noxæ deditus [d] ſit, Ofilius non putat in eadem cauſa ſiſti: quum noxæ [e] deditione cæteris noxalem actionem perimi putat. [f]

II. PAVLVS libro ſexto ad Edictum.

SEd alio iure [g] vtimur. nam ex præcedentibus cauſis nõ liberatur noxę deditus.perinde enim noxa caput ſequitur, ac ſi veniſſet.

Iſte.§.diuiditur in duas partes. Primò loquitur quando dominus conuentus noxali erat præſens,& ſeruus abſens. Secundò loquitur econtra,quando ſeruus erat præſens, & dominus abſens. Secunda ibi, Si ſeruus. Item prima diuiditur in duas: quia primò ponit tria priuilegia quæ habet dominus. Secundo ponuntur duæ cauſæ in quibus amittuntur dicta priuilegia. Secunda ibi,Si vero falſo.Item ſecunda pars principalis diuiditur in tres partes:quia primò ponitur de remedio agentis, quod habet reſciſſa datione pro noxa ei facta per iudicem. Secunda ſecunda incipit ibi,Sed cauſa cognita.Tertia ibi,Actori.& hoc dicit in ſumma:Si dominus ſit præſens, & noxaliter conuenitur ex delicto ſerui abſentis: ſi dominus illum ſeruũ eſſe in ſua poteſtate fatetur, alterum de tribus eligere debet: vel promittere iudicio ſiſti ſeruum: vel iudicium noxalis ſuſcipere: vel cauere de dando eum pro noxa cum ad manum eius peruenerit.Si verò domino abſente præſens ſeruus non defenditur: inſpo iudicium ex primo decreto, deinde ex ſecundo capitur pro noxa. domino autem reuertente ex cauſa ſuccurritur: & datio ſeu noxa deditio reſcinditur, & noxalis actio reſtituitur agenti hoc dicit.

Si abſens ſit ſeruus pro quo noxalis actio alicui competit: ſi quidem dominus non negat in ſua poteſtate eſſe, compellen dũ putat Vindius vel iudicio [h] eum ſiſti promittere, vel iudicium accipere: [i] aut ſi nolit defendere, cauturũ, cum primùm potuerit, ſe exhibiturum. [k] Sin vero falſò neget in ſua poteſtate [l] eſſe, ſuſcepturum iudicium ſine noxæ deditione. [m] idq; Iulianus ſcribit & ſi dolo fecerit quò minus [n] in eius eſſet poteſtate. Sed ſi ſeruus præſens eſt, dominus abeſt, nec quiſquam ſeruum defendit, [o] ducendus erit iuſſu prætoris: ſed cauſa cognita domino poſtea dabitur defenſio, vt Pomponius & Vindius ſcribunt: ne ei abſentia ſua noceat. [p] Ergo & actori actio reſtituenda eſt, perempta eo ꝙ ductus ſeruus in bonis [q] eius eſſe cœpit.

Forma decreti quod interponitur contra fructuarium, eſt vt ei vſusfructus perſecutio denegetur Bartolus.

III. VLPIANVS libro ſeptimo ad Edictum.

SI cũ vſufructuario † noxali iudicio agetur, iſq; ſeruũ nõ defenderit: denegat᷑ ei per prætorem vſusfruct⁹ perſecutio. [r]

Qui alium ex neceſsitate defendat, videtur ſuo nomine eſſe in iudicio.hoc dicit.

IIII. GAIVS libro ſexto ad Edictum prouinciale.

SI cum vno ex dominis noxalis agetur, an pro parte [s] ſocij ſatiſdare deberet? [t] Sabinus ait non debere: quia quo-

a *Quo minus.* id eſt vt non:vt manumittendo eum dolo:vel interficiendo ipſum:vt.ĩ. de dol.l.arbitrio.§.non tamẽ.ſecus ſi nõ dolo:vt.ĩ.l.pe. quia verus dominus manumiſit: vt ibi not.ſed ſi alienauit,adhuc redimere poterit,qui dolo malo alienauit. nam ſine noxę deditione condẽnabitur:vt.ĩ.de noxa.de illo.&.l.electio.§.itẽ ſi ex plurib⁹.

Sed⁹ quãdoque cauſam domini facit deteriorem.

b *Vel iudicio.* ad quid ſiſtetur hic ſeruus in iudicio: & ad quid prodeſſe poteſt? Reſpõ.ſi dominus certus eſt de maleficio,quòd non ſit à ſeruo commiſſum,permittitur ei ſtatim iudicium accipere.ſi vero de his non ſit certus,non cogitur præcipiti feſtinatione reſpondere pro ſeruo: quia ignorat quid reſpondeat pro ſeruo.ſed ne fugiat ſeruus, cauere debet ſe exhibiturum ſeruum in iudicio,ad hoc,vt de facto reſpondeat negando,vel confitendo:vt C.de quæſtio.l.interrogari.& forte crederetur confeſsioni ſerui:vt.ĩ.de probat.cũ probatio.&.ĩ.de teſti.l.ſerui.quia in noxali cauſa permittitur ſeruo vt domini cõditionem faciat deteriorem:vt.ĩ.de vi & vi ar.l.i.§.quod ergo adiicitur. niſi aduerſarius contrarium [a] negationi,vel dominus contrarium confeſsioni paratus ſit probare:quia verbis ſeruorũ nõ eſt omnino credendum:vt.ĩ.de quęſtio.l.i.§.quęſtioni.aut eſt certus ꝙ cõmiſit delictũ,& habet locũ terti⁹ caſus ſcđm Azo. vt ibi, aut ſi nolit.

a Iſta glo. reputatur valde ſingularis: nec vt ponitur alibi, ſecũdum Paul.de Ca-

i *Accipere.* ſcilicet ſtatim defendendo ſeruum.

k *Exhibiturum.* item cauet ſe ceſſurum ius ſuũ:vt infra de nox. actio.l.non ſolum.

l *In ſua poteſtate.* id eſt facultate vel facilitate exhibendi eum.

m *Sine noxa deditione.* hoc ſi alio modo quàm per iuſiurandum ſit probatum:vt infra de iureiu.l.eum qui.in princ.

n *Eſt.ad hoc, quòd quan tũcunq; cõfeſſionis vnius ſtatur in priudicium cũ alterius ex forma legis vel ſtatuti, nihilominus ille alter poteſt contrarium probare, & illã confeſſionem retractare: vt §.heres. fuit ex poteſtate iuris. Vel ſolue aliter:& dic quòd hic res deſiit eſſe, quia cũ interfecit, vel manumiſit,ſecundum Barto.*

o *Defendit.* nec enim defendit, qui duci patitur:licet ſit argu. contra.ĩ. de procura.l.ſed & hę.§.fina.

p *Noceat.* vel proſit: vt.ĩ.quib⁹ ex cauſ.ma. l.j.&.l.videlicet. & ſic per reſtitutionem.

q *In bona.* ex hoc reprobat ſententia Io.qui dicebat miſſum in poſſeſsionẽ ex ſecũdo decreto,vſucapere,& nõ ſtatim dominũ eſſe.hic eni fuit ſeruus eius:vnde ei amiſſa actio reſtituitur, ob hoc ꝙ in cũ incipere nõ poteſt: vt.ĩ.ad leg.Aquil.quia in eũ. nos autem dicimus ipſum ſtatim dominũ, ſi is erat dñs qui parere noluit: alioquin vſucapit:vt.ĩ.de dã.infec.l.ꝓtoris officiũ. etiã ſciẽs alienum:vt.ĩ.de noxa. l.&generaliter.itẽ no. hic actionẽ ſemel extinctam reſuſcitari:ar. contra.ĩ. de ſol. l.qui res.§.aream. *ADDITIO.* Pro ſolu. huius cõtrarij dic ſecundũ Bar.ꝙ ſicut illa quæ reſtituitur abſenti, dicitur vtiliter illa quæ præſenti,contra quẽ petitur reſtitutio:& ſic non eſt eadem quæ reſuſcitatur:vt C.ſi aduer.tranſac.l.ij.

† *Nõ defendẽs ſeruum in cauſa noxali, dicitur vſufructum perdere. ſecutio.concurſus.text. in l. hoc amplius. in §. fin. cum l. ſeq. & l.ſi ſi is erat dñs qui parere ſtatu. §. ſi quæ ſunt iura. & §.ſi de vectigalibus ff. de l.&generaliter.itẽ no. hic actionẽ ſemel extinctam reſuſcitari:ar. contra.ĩ. de ſol. l.qui res.§.aream. ADDITIO.* Pro ſolu. huius

Reſuſcitatur.

Neceſſitas.

ſir. ad hoc, quòd quan tũcunq; cõfeſſionis vnius ſtatur in priudicium cũ alterius ex forma legis vel ſtatuti, nihilominus ille alter poteſt contrarium probare, & illã confeſſionem retractare: vt §.heres. fuit ex poteſtate iuris. Vel ſolue aliter:& dic quòd hic res deſiit eſſe, quia cũ interfecit, vel manumiſit,ſecundum Barto.

Potentiorib⁹ pares eſſe non poſſumus.

Sed⁹ quãdoque cauſam domini facit deteriorem.

a Iſta glo. reputatur valde ſingularis: nec vt ponitur alibi, ſecũdum Paul.de Caſtro.

Vſufructus.

Cum vno.] CASVS. Plures erant domini cuiuſdã ſerui qui mihi damnum dedit. conueni vnum ex dominis. nõ poterit quidem iſte dominus pro parte ſua tantum ſatiſdare: ſed & pro parte ſocij ſatiſdare tenetur,ſcilicet iudicio ſiſti.& pro ſua ſatiſdat.nam in totũ ſatiſdat.vel dic,de iudi. ſolui, quòd nõ ſatiſdat, cum non totus ſuus reputetur: nec conuentus de re ſua ſatiſdat iudi.ſolui.& ſic duobus modis ponitur caſus.Viuianus.

Cum vſufructuario.] CASVS. Tu habebas vſumfructum in ſeruo, pro quo te noxaliter conueni: tu non defendis iſtum ſeruum,amittis quidem vſumfructum.Viuianus.

Cum vno.] CASVS. Plures erant domini cuiuſdã ſerui qui mihi damnum dedit. conueni vnum ex dominis. nõ poterit quidem iſte dominus pro parte ſua tantum ſatiſdare: ſed & pro parte ſocij ſatiſdare tenetur,ſcilicet iudicio ſiſti.& pro ſua ſatiſdat.nam in totũ ſatiſdat.vel dic,de iudi. ſolui, quòd nõ ſatiſdat, cum non totus ſuus reputetur: nec conuentus de re ſua ſatiſdat iudi.ſolui.& ſic duobus modis ponitur caſus.Viuianus.

Pro parte. Pro ſua, non etiam iure veteri, cum ſit perſonalis: vt inſtitu.de ſatiſda.§.j.

Satiſdare deberet. ſ.iudicatũ ſolui:quaſi alienæ rei defenſor: vt.ĩ.de ꝓcura.l.minor.ĩ fi. nã iudicio ſiſti ſeruũ & ſe ſemper debet cauere:etiã ſi totus eſſet ſuus:vt.ĩ.eod.l.ij §.ſi abſens niſi poſsideat immobilia:quia tunc nõ ſemper:vt.ĩ.ti.j.l.ſciendũ.in prin. Vel dic ꝙ loquitur de cautionibus iudicio ſiſti: & qđ dicit,non debere,ſcilicet pro parte: ſed in totum, cum etiã hoc probet ſequens litera:ſed ſecũdum primum intellectum in nullo ſatiſdat.

a *Necessitas.* ſ. poſt litem conteſt. nam ante ſuam partem cedēdo liberatur: vt infra de noxa. ſi ſeruus cōmunis. Item not. quod commune eſt, meum eſt: vt. ĩ. de lega. j. ſerui electione. §. j. & ij. & l. Stichum. & infra de verbo. ſignifi. pupillus. §. fin. Sed arg. contra infra quando ap. ſit. l. j. §. in propria. Item argu. contra infra ſi pars here peta. l. permittendum. *ADDITIO.* Tu dic quòd hic in indiuiduis: ibi in his quæ recipiunt diuiſionē. hoc eſt, hic loquimur reſpectu indiuiſibilis definitionis: ibi loquitur reſpectu indiuiſibilis proprietatis: ſecundum Bald. hic.

Si ſeruū.] *CASVS.* Egi aduerſus te nomine ſerui tui publico iudicio: & tu promiſiſti ſiſtere in eadē cauſa: & ſi exhibes eum liberum, vtrum videaris exhibere in eadē cauſa, quæritur. Et reſpon. quòd non: quia aliter ſeruus quàm liber punitur: ſed quo ad priuatas cauſas bene videris in eadē cauſa ſiſtere. Sed ſi promiſiſti Stichum ſtatuliberum in eadem cauſa ſiſtere: tu autem exhibes eum liberum: videris quidem in eadem cauſa ſiſtere. h. d. cum. l. ſequē. b *Factus.* à domino, nō à promiſſore: quia promiſſor non erat domin': vt. ĩ. de verb. ob. ſi ſeruum. §. ſi autem. & ſic non ob. ĩ. l. j. §. ſi deſinat. vel ibi criminalis erat accuſatio: vt in princ. huius. l. vel refert doloſe, vel non: vt no. ĩ. l. ij. §. j.

†*Nota ista gl. quòd acrius puniatur ſeruꝰ in delictis q̄ liber. concor. text. in. l. in ſeruū. ff. de pœ. text. in. l. Pedꝰ. de incē. rui. nau. ff. et. l. 3. §. 1. ad. l. Cornel. de fic. ff. idem etiā dicimꝰ de ignobili; quia plꝰ punitur quàm nobilis.*

Bald. in. l. quidā. ff. de pœnis. Bar. in. l. nemo. de fun. tri. & fide cath. C. glo. c. non cogantur. 41. diſt.

c *Vindicta.* quæ vindicta. ſ. corporalis, non ita imponitur ſeruo, vt libero: quia acrior: vt infra ad. l. Cor. de fal. l. j. in fin. & ĩ. de incen. rui. nau. l. Pedius. Item condēnatio pecuniaria non imponitur ſeruo: vt. ĩ. de accu. l. hos accuſare. §. omnib⁹. Sed hic timor nō videtur neceſſarius: cum ſemper inſpiciatur in condemnationibus cōditio perſonæ, quæ fuit tempore commiſſi criminis, non ſententiæ: vt infra de pœnis. l. j. in prin. quę eſt cōtra. Sed hic de publicis: ibi de priuatis criminibus. nec ob. quod de actione iniuriarum hic dicitur: quia ſic intelligitur quādo de iniuria publico iudicio agitur: vt C. de famo. lib. l. j. & de iniur. l. iniuriarum cauſa. vel dic quòd hæc per illam corrigitur. vel hic ſecundum æquitatem, quæ mitigabat pœnas: ibi ſecundum ius ſtrictum. prima verior eſt.

** ſupplicio.*

d *Noxales.* vt quando agitur pro priuato crimine ciuiliter.

e *Peruenisse.* & ideo ſiſtere videtur in eadem cauſa: quia de noxali eſt facta directa: vt inſtit. de noxa. §. omnis autem. Item not. quòd liberatur quis faciēdo plus quàm debet, etiam me inuito. Arg. contra inſtit. de act. §. prēterea. & infra de vſu & ha. l. ſi. ſed hoc intellige, quia in eadem cauſa & forma exhibebat: vt infra de ſol. Pau. reſpon.

f *Sed ſi ſtatuliberū.* Statuliber eſt ſeruus ille, cui libertas ſub aliqua cōditione eſt relicta, ea. ſ. pēdente: vt. ĩ. de ſtatuli. l. j. Ac.

g *Implicitus.* id eſt annexus: quia vt liber puniendus eſt. infra de pœ. l. moris. in fin. & ĩ. de quæſtio. l. ſtatuliber. & hoc ſi deliquit in ſtatu libertatis. ſi autē prius, tunc punitur vt cæteri ſerui: vt. ĩ. de ſtatuli. l. ſtatuliberi à cęteris. in gl. pœnas. & facit. ĩ. de fideicom. liber. cum vero. in princ.

DE EO PER QVEM FACTVM erit quo minus quis in iudicio ſiſtat.

Sed nonne ſuperfluit hic tit. per illū ſupra, ne quis eum qui in ius voca.

dammodo totum ſuum hominem defenderet, cui in ſolidum defendēdi neceſſitas e eſſet: nec auditur ſi pro parte paratus ſit defendere.

Si ſeruus ſiſtatur liber factus in cauſis criminalibus, non videtur in eadem cauſa ſiſti, niſi ei libertas fuit annexa: ſecus in ciuilibus noxaliter intentatis.

V. VLPIANVS libro quadragenſimo ſeptimo ad Sabinum.

SI ſeruum in eadem cauſa ſiſtere quidam promiſerit, & liber factus f ſiſtatur: ſi de ipſo controuerſia eſt capitalium actionum iniuriarumque nomine, non recte ſiſtitur: quia aliter de ſeruo ſuppliciū, *& verberibus de iniuria ſatisfit: aliter de libero vindicta c ſumitur, vel cōdemnatio pecuniaria. Quod autem ad cęteras noxales d cauſas pertinet, etiam in meliorem cauſam videtur peruenisse. e

VI. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

SEd ſi ſtatuliberum f ſiſti ꝓmiſſum ſit, in eadem cauſa ſiſti videtur, quamuis liber ſiſtatur, quòd implicitus g ei caſus libertatis fuerit.

DE EO PER QVEM factum erit quo minus quis in iudicio ſiſtat.

TITVLVS X.

In eū cuius dolo factū eſt quo minus quis in iudicio ſiſtat, datur actio ad intereſſe. Bar.

I. VLPIANVS libro ſeptimo ad Edictum.

A *eſt, vt ex? Reſpon. non, quia in quatuor hic ab illo differt. Primo quia ille non habet locum niſi vbi vi facta eſt quo minus ſiſtat: vt eod. titu. l. 1. & 3. in princ. & §. exinde. hic autem habet locum etiam ſine vi: vt infra eo. l. 1. §. dolum. Secundo quia ille non conſulit niſi vocanti ad ius. i. actori: vt probari poteſt per. l. 2. eiuſdem titu. & per. l. 4. §. eximere. hic autem etiam vocato: vt in hoc titu. l. 1. §. ſi reus. in fin. & vocāti: vt infra eo. l. ſi. in princi. & §. ſed & ſi ſtipulator. Tertio quia ille agitur ad intereſſe: vt infra eo. l. fin. in princip. ille quanti in litem iuratum eſt: vt. ĩ. eo. titu. l. pen. §. 1. Quarto quia huc locū habet poſt vocationes, & ſatisdationes receptas, ille ante: vt patet ex ordine titulorum, qui eſt ſeruādus: vt. ĩ. de ſtatu ho. l. 2. Acc.*

Equiſſimum.] *CASVS.* Vocauit te ad ius: & cū deberes certa die venire ad iudiciū, quidam impediuit te quo minus ad iudicium venires. tenetur quidem ille eximēs, ſi dolo malo faciat per ſe, vel per alios. vnde ſi aliquis tibi aliquid triſte denūciet, hoc edicto tenetur. Vnde pone quòd dolo mei actoris non feciſti: nō poterir quidem me cōuenire. ſed ſi conuenio te ad pœnam, habebis exceptionem. Itē ſi ſeruus tuꝰ exemit debitoré meū in ius: teneberis actione noxali. Conſequenter dicit q̄ heredi vocantis intra annū datur hæc actio in factum. Item datur contra heredem eximētis, in id quod peruenit ad eum ex dolo defuncti, qui exemit. Viuianus.

** Stiterit legas Gellius lib. 2. noct. Attic. cap. 14. vt & j. hoc titu. ſæpe ſiſtis pro ſtatis.*

B

C

D

h *Prætor.* in quodam edicto, cuius verba non habemus.

i *Per ſuos.* ſcilicet ſeruos.

k *Alios quoque.* Not. quòd qui per alium facit, ipſemet feciſſe videtur: vt. ĩ. ad leg. Aquil. liber homo. ij. in prin. & ĩ. de vi & vi arma. l. j. §. deiecisſe. & ſ. de iuriſdi. om. iudi. ſi quis id. §. pen. & ĩ. ne quis eum qui in ius voca. l. ſi per alium. in princip. & de admi. tuto. l. ita tamen. §. geſsiſſe autem. verſic. geſsiſſe enim.

Facere quis videtur qđ per alium facit.

l *Communiſceretur.* id eſt quod fieret, vel quod detineretur. Ar. contra. ĩ. de adquiren. hered. cum quidam. §. penultimo.

m *Propter quod.* id eſt ſi faiſſet verum, non habebat iſte neceſſe venire: vt ſupra de in ius vocan. l. ij. in fin. & facit infra de vi & arma. l. vim facit.

n *Quamuis.* iſtud quamuis, non correctiuè eſt intelligendum: ſed aduerſatiuè tantum. licet enim nimiū credulus fuerit in culpa, eximens tamen fuit in dolo. vnde doli ad culpam non eſt bona compēſatio: vt. ĩ. ad legem Aquil. item ſi obſtetrix. in fine. & l qui foueas. §. hęc tamen actio. & l. ſi putator. quamuis culpa cū culpa, dolus cum dolo compenſetur: vt. ĩ. eo. l. fi. §. pe. Item not. hic nō debere aliquem eſſe nimis credulum: vt. ĩ. de in rem ver. l. iij. §. ſed ſi ſic accepit. C. de accu. l. fi. in prin. & ĩ. quod fal. tu. authore. ſi id inquit. arg. ĩ. de li. leg. l. quod mihi. Accurſius.

Credulitas nimia reprobatur.

o *Contentus eſſe.* Not. contentum exceptione. ſic. ĩ. vt in poſſ. leg. l. j. §. ſi debitori. arg. contra. ĩ. de lib. leg. quod mihi. Accur.

p *Ab alio.* ſcilicet priuato. ſecus ſi à magiſtratu: vt infra eodē titu. l. ij. §. fina. & l. iij. Azo.

q *Aduerſus eum.* id eſt aduerſus ſe exemptum, exercebit cōtra eximentem: vt quod reddet actori, conſequatur ab eximente: vt infra titu. j. l. iij. & ſecundum hoc dic propoſitam actionem, ſcilicet

licet in genere, non in specie: cū altera sit ex stipulatu ad pœnā: altera in factum ad interesse. Vel dic propositam actionem, scilicet in edicto: vt infra eo. l. fina. in principio.

a *Pœnam.* i. interesse: vt hic subiicit: quæ pœna est regulariter respectu soluentis, non recipientis. si autē ex vtraque parte esset pœna, vnus alium non liberaret: vt. ff. ad. l. Aquil. l. iteꝝ Mela. §. si plures. &. ff. de iurisdi. om. iudi. l. adeo. &. ff. ne quis eum qui in ius voca. l. pe. § fina. &. l. fina. quæ sunt contrariæ. fallit in casu, vbi licet sit pœna hincinde, tamen vnus soluēdo alium liberat: vt infra quod me. cau. si cum ex. §. finali. & lege sequenti. & facit ad hunc. §. infra quod vi, aut clam. semper. §. si in sepulchro. & infra de leg. j. si ex toto. §. si ita scriptum.

b *Serui nomine.* qui dolum adhibuit quo minus quis in iudicio staret. Accursius.

c *Non vltra annum.* quando nil ad cū eximentem puenit. aliàs sic: vt. j. de act. & oblig. l. in honorariis. in pri.

d *Heres non lucretur.* Sed qualiter ad heredem ex hoc maleficio aliquid peruenire potest? Respō. pone quòd rem meam possides, & vsucapis: & postea instituit te aliquis heredem, & rogauit vt cāde alicui des. adita hereditate cōuenio te rei vendi. legatarius volēs rem habere, vt cōpleatur vsucapio, dolo fecit ne heres in iudicio esset: ficque completa est vsucapio, & rē sibi legatam habet. sic ergo agitur contra heredē legatarij: quia propter maleficiū defuncti habet quod alàs non haberet. i. occasione maleficij cōuenio heredē, secundū Azo. Vel dic breuius, quòd aliquis exemit per ptiū: qd pretiū ad heredē peruenit. Vel dic q̄ fideiussor reū exemit: & sic ad heredem fideiussoris liberatio peruenit: vt. j. de dol. l. in heredē. &. l. itaque. &. j. quod me. cau. illud. Item ei qđ hic dicit, non dari in heredē, est contra. j. de dam. infect. l. si quis missum. §. actio. sed ibi ad heredem videtur peruenisse: cum heres possit, offerendo cautionem, euitare actionem, vel aduersarium recipiendo: vt. j. ne vis fi. ei qui in possess. mis. l. j. §. j. &. §. fi.

Si alteris.] CASVS. Vocaui te ad ius: & cū certa die sistere deberes, illa die seruꝰ meus te impediuit quo minus sisteres: & me sciēte. si conueniam te ad pœnam: habebis aduersum me exceptionē doli. Si vero hoc ignoraui, potero illum seruū dare tibi pro noxa. Item potest poni in persona alterius. Viuianus.

Lucrari nō debet quis ex suo dolo.

c *Ne ex dolo.* Not. quē non debere ex suo dolo, vel quasi suo, lucrari: vt. j. titu. j. l. si duo. in prin. &. j. de recep. arb. l. ita demū. in prin. &. ff. l. pro. §. si reus. Item facit ad hanc. l. j. de noxa. l. j. & C. de noxa. si seruus. &. j. de fur. l. si seruus cōmunis. in prin. &. ff. ne quis eum qui in ius vo. l. j. in prin.

f *Ipse.* scilicet dominus.

Ex hoc edicto.] CASVS. Feci te vocari ad ius: & tenebaris mihi tēporali actione: & iudex præcepit tibi, vt tertia die sisteres. tenebitur Titius mihi qui exemit, ad omne interesse meū, & in id quod perdidi per actionem amissam: & hoc per actionem in factum. sed si Titius nō potest mihi satisfacere, restituetur mihi actio amissa in te veterē debitorem. Sed pone quòd Titius me impediuit venire ad iudicium: & Mæuius te impediuit. ego potero aduersus Titiū, & tu aduersus Mæuium agere. Sed pone, impediui te, & tu me: compensabitur dolus meus cum tuo. Sed pone, tu dedisti mihi fideiuss. qui promisit te sistere cum te ad. c. cōuenirem: & si non stes, promisit. l. nomine pœnæ. Sempronius postea impediuit quo minus starēs. potero quidem aduersus Sempronium in. c. agere, à fideiussore nihilo minus quinquaginta cōsecuturus.

g *Ex hoc edicto.* quod non habemus, nisi vt colligitur ex rub.

h *Quanti actoris.* nec minus cōpetit ipsi reo auxilium: vt supra eo. l. j. §. si reus. Accursius.

i *Adquirat.* Sed nonne ppetuata est actio etiam secūdum has. ll. vt infra de actionib. & oblig. l. constitutionibus. &. C. de præscrip. triginta annorum, cū notissimi. in princip? Respon. ibi conuentus fuit precibus porrectis tráquillitati principis: vt. C. quando li. princ. da. l. j. &. ij. vel quod est tutius, hic nō fuit conuētus per executorem: sed per simplicem denuntiationē aduersarij, cui satisfecit quòd ad causam veniret. Vel dic quòd iure veteri non perpetuabatur per executorem: arg. supra de offic. prætō. l. senatusco. sulto. sed fiebat transitoria ad heredes: & sic loquitur lex illa, constitutionibus. &. l. cum notissimi. &. l. sicut. C. de præscrip. xxx. an. est ius nouū: sed sola contestatio interrūpebat olim actionem: vt in. l. senatusc. Vel dic vt dixim⁹. j. ex qui. caus. ma. l. ait prætor. §. fi. &. l. sequen.

†*Cōcor. text. l. l. vtro atque vxore. & in. l. cum mulier. ff. sol. mat. per cano. in. c. belleximus. de adul. facit glo. in. c. cupietes. in verb. malignantiū. de elect. in. 6. per doct. in. c. sicut. de iureiuran.*

Si impeditus venire ad iudicium, eo tempore liberetur, contra impedientē actio datur: & si non fuerit soluendo, in pristinū debitorem actio restituitur.

III. IVLIANVS libro secundo Digestorum.

EX hoc edicto B aduersus eū qui dolo fecit quò minus quis in iudicium vocatus sistat, in factum actio cōpetit quanti actoris h interfuit eum stetisse. in quo iudicio deducitur si quid amiserit actor ob eam rem: veluti si reus tēpore dominiū rei iterim sibi adquirat, i aut actione liberatus fuerit. Planè si is qui dolo fecerit quò minus in iudicio sistatur, soluendo non fuerit: æquum erit aduersus ipsum reum restitutoriam actionem k competere: l ne propter dolū alienū reus lucrū faciat, m & actor damno adficiatur.

Hac actio potest actori & etiam rei fideiussori contra diuersos competere. Bartolus.

B Si & stipulator † dolo Titij, & promissor dolo Mæuij impeditus fuerit quò minus in iudicio sistatur: vterque aduersus eū cuius dolo impeditus fuerit, actione in factum n experietur.

Dolus cum dolo compensatur. Bartolus.

Si & stipulator dolo promissoris, & promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quò minus ad iudicium veniret: neutri eorum prætor succurrere debebit, ab vtraque parte dolo compensando. o

Hac actio contra impedientem datur ad interesse, licet promissio fideiussoris minorem quantitatem contineat. Bartolus.

C Si à fideiussore quinquaginta stipulatus fuero p si in iudicium reus non venerit, petiturus à reo centum, & dolo malo Sempronij factum fuerit ne in iudicium reus veniat: centum à Sempronio consequar. q tanti enim mea interfuisse videtur: quia si veniſſet in iudicium, actio mihi cētū aduersus reū, vel aduersus heredem eius competebat: licet fideiussor minorem

k *Actionem.* vtilem, quæ primo erat directa, habita restitutione in integrum ex clausula generali. Vel dic directam: quia ipso iure non fuerat amissa: vt infra de act. & oblig. l. obligationum fere. §. placet.

D l *Competere.* facit infra de leg. j. plane si filium. §. j. in fin. & infra de inflito. l. ij.

m *Lucrum faciat.* facit. j. qđ me. cau. si cū exceptione. §. Pedius. &. j. de regulis iuris. l. nō debet alteri. &. l. alterius circunuētio.

n *In factum.* Quæritur qualiter hoc casu reus aduersus eū cuius dolo factum est quo minus sistat in iudicio, actionē habeat. Item quid per eam consequi possit, cum hoc edictum interesse contineat. Eius autem nihil interesse videtur, cum actori non teneatur ex stipulatione iudicio sisti: quia per eum non est factum quo minus stetisset. Nam & si veniſſet, non esset cum quo litigaret, secundum M. vt infra de arbi. l. arbiter kalendis. sed forte aliud erat in hac stipulatione iudicio sisti: argu. infra titu. j. l. ij. §. fin. &. l. sequen. secundum H.

ſuam,liberatur:ſed eſt in pendenti donec alia pars in eodē homine perſoluatur:vt.ĩ.de condic.inde.ſi non ſorte.§.fin.& no.ĩ. de verb.obl.l.ij.§.j.Et hoc in principalibus.in acceſſoriis,vt in pignore,dic vt.C.de diſtract.pig.l.quandiu. In pœna diſtigue: aut accedit dationi quātitatis,vel ſpeciei,vel generis: & tūc nihil prodeſt partē ſoluere:vt.ĩ.fami.ercis.l. heredes.§. in illa. &.ĩ. de verb.obli.l. v.§.vl. licet hoc caſu dicat M. quòd exceptione repellat à pœna pro rata ſoluꝫ partis:ar. huius §. Si vero in faciendo eſt adiecta pœna: aut eſt indiuiduū:& tūc eſt idem ac ſi eſſet in dando:vt.ĩ.de verb.oblig. ea.§. Cato.ibi,ab omnibus &c.&.l.in executione. §. ij. ſi diuiduū: adhuc in ſolidū cōmittitur in iudiciis:ſed exceptio in parte opponitur:vt hic,&.ĩ.in ius vo.vt eant.l.qui duos. ſed exceptione defenditur: vt hic.ſecus in cōtractibus,vbi etiam commiſsio ſit pro parte:vt.ĩ. de verb. oblig. l.ea.§.Cato. Et eſt ratio,vt ibi not.Vel poſſet dici,q̄ ibi in perſonis heredum loquitur: ſed aliud in ꝑſona ꝓmiſſoris:vt ſit idem qđ in dādo.Quidam tamē hoc caſu,quādo eſt diuiduū,diſtinguunt:aut potuit totum facere,& non fecit: aut propter inopiā nō fecit.Primo caſu in ſolidū cōmittitur,& exigitur:in alio pro parte committitur & exigitur:vt arg.ĩ.de colla.bo.l.j §.ſi cum duobus.immo committi pro parte videtur.ĩ.rem ra.ha.ſi procurator.quę eſt cōtra. ſed ibi erat intereſſe:hic pœna,in qua non conſideratur intereſſe:vt inſti.de inuti.ſtipu.§. alteri. Accurſius.

ne conuenitur.

Ratione dubitationis permittitur quod aliàs non permitteretur. Bartolus.

x. PAVLVS libro primo ad Plautium.

SI eum iudicio ſiſti promiſero,qui iam tempore liberatus eſſe dicebatur,quia iam actione forte non tenebatur:[a] actio in me danda eſt,[b] vt vel exhibeam eum, vel defendam, vt veritas inquiratur.[c]

Vbi eſt dies & conditio,expectatur dies: licet conditio euenerit.b.d.

Homo ſiſti promiſſus,ante diē [d] dolo promiſſoris periit.[e] certo iure vtimur,nō antè pœnam peti poſſe, quàm dies venerit. tota enim ſtipulatio in diem collata videtur. [f]

Stipulatio alteri acceſſoria, aſſumit ſibi naturam eius cui accedit. Bartolus.

Qui iniuriarū actur' eſt,[g] ſtipulatus erat ante litē conteſtatam vt aduerſarius ſuus iudicio ſiſtat. commiſſa ſtipulatione [h] mortuus eſt.non cōpetere heredi eius ex ſtipulatu actionem placuit: quia tales ſtipulationes propter rem ipſam [i] darentur. iniuriarum autem actio heredi non competit.quāuis enim hæc ſtipulatio iudicio ſiſtendi cauſa ſacta ad heredem tranſeat:[k] tamen in hac cauſa dāda nō eſt. [l] Nam & defunctus ſi vellet omiſſa [m] iniuriarū actione ex ſtipulatu agere,non permitteretur ei.Idem dicēdū eſſe & ſi is cum quo iniuriarū agere volebam,ſtipulatione talī commiſſa deceſſerit.nam non cōpetit mihi [n] aduerſus heredem eius ex ſtipulatu actio.[o] & hoc Iulianus ſcribit. ſecūdum quod & ſi fideiuſſores dati erant: minime dabitur in eos actio mortuo reo. Idem Pomponius [p] ſi nō [q] poſt longum tempus [r] deceſſerit:quia ſi ad iudicium veniſſet,litem cum eo conteſtari actor potuiſſet. [s]

Hominem promiſſum debet quis ſiſtere in eadem cauſa quo ad forum non quo ad facultatem. Bartolus.

XI. VLPIANVS libro quadragēſimoſeptimo ad Sabinum.

SI quis quendam [t] in iudicio ſiſti promiſerit,in eadē cauſa [u] eū debet ſiſtere.In eadē autem cauſa ſiſtere,hoc eſt ita ſiſtere,vt actori perſecutio loco deteriori non ſit:quamuis exactio rei poſsit eſſe difficilior. Licet enim difficilior exactio & vxo.ſi donāte.§.ſi ſpōſus.in gl.ſi.in prin.&.ĩ.de condi. & demō.filia.§.Titia.&.ĩ.de iureiu.l.duob'.§.j.& inſti.de act §.fuerat.Arg.cōtra.ĩ.de pe.here.itē veniunt.§.cū prædiximus. [b] &.ĩ. de iure do.cum in fundo.§.ſi fundus cōmunis.& ſic iſta ratione attenta nō ob.ĩ.de act.& obl.l.ex contractibus.&.l.ex depoſiti. &.l.conſtitutionibus.*ADDITIO.* Dic quòd ibi actiones ex cōtractibus tranſeunt ad heredem:niſi ſint acceſſoriæ illis quæ non ſunt tranſitoriæ:vt hic,ſecundum Bartolum.

a *Non tenebatur.* vel tenebatur forte. Accurſius.

b *Danda eſt.* immo videtur nō danda:vt.ĩ.qui ſatiſda.cog.l.ij. §.ſi quis his.ſed hic ratione iuris qđ nō habebat,impedit agere: ibi ratione perſonę:quia in ius ſtare non poterat. Sed pro quo intereſſet? Rñ.pro eo quod probabit ratione expenſarū,nō debiti à quo erat liberatus:vt.ĩ.de eo per quem fac.erit.l.h. Ac.

c *Inquiratur.* Hic no.ratione incertitudinis veritatē inquiri:vt ĩ.de ac.emp.l.Iulian'.§. ſi qs colludēte.&.ĩ.ſi quis in ius voc.nō ierit.l.ij.&.ĩ.rē ra.ha.ſi indebitū.ibi,vt poſsit dignoſci. Acc.

d *Ante diem.* nam ſi poſt diem,ſemper tenetur:vt.ĩ.qui ſatiſda. cog.ſi deceſſerit.in fi. Accurſius.

e *Periit.* vt quia occidit eum:vt.ĩ.de verb. oblig. ſi ſeruum. in prin.ſecus ſi non dolo eius periiſſet.Nam tunc non tenetur: vt ĩ.qui ſatiſda.cog.ſi deceſſerit. Accurſius.

f *Videtur.* ſic.ĩ.de verbo.oblig.l.in illa.

g *Actionis.* ſ.deſtinatione.ſic &.ĩ.ſi.cer.pet.l.qui pecuniā. Ac.

h *Commiſſa ſtipulatione.* ſcilicet ante litem conteſtatam tantum.

i *Propter rem ipſam.* id eſt,ꝓpter actionē iniuriarū,quę nō rē proſequitur, ſed vindictā: vt.ĩ. de iniur.l.j.§.j.in fin.&.ĩ. de colla. bo.l. cum emancipati,

k *Ad heredē tranſeat.* ſcilicet ſui natura,cum ſit perſonalis & perſecutoria: vt.ĩ.de act. & obl.l.ex contractibus.

l *Danda non eſt.* ipſo iure.an idem in redhibitoria,vel alia actiōe curſu tēporis ſublata? Rñ.non:vt.ĩ. de conſti.pecu.l.item illa.§.j. ſecūdum Io. & eſt ratio,quia tēp' ipſo iure nō tollit actionem,licet elidat: vt.ĩ.de act. & obli.l. obligationū. §. placet. vnde nihilo minus agitur ex ſtipulatiōe:vt.ĩ.e. qui autē. §. illud.ſed per exceptionē puto eū remoueri ꝑ dictam.l. obligationū fere.§.placet. at hic morte tollitur ipſo iure.Item no. hic actionem quæ in locū alterius ſubrogatur,eiuſdē poteſtatis & effectus eſſe cuius eſt illa in cuius locū ſubrogatur.ſic.ĩ.de do. iter vi.

a *Tu dic ſecundū Bart. quòd actio quæ ſurrogatur loco alterius, aſſumit naturā primordialis eius, non autē accidēs tale:nisi eſt cā quā habitura eſt ex poſt facto:vt puta quia creſcit per inſectationem. & materiam iſtam ponit plene.l.i. §. hoc autē. ſi quis teſta. lib.eſſe inſ. fuerit.*

b *Dic breuiter ſecundum Cuil. quatum ad dictionem niſi, dicēdū quòd ante precedit oratio negatiua: & dictio niſi, poſt.aut præcedit oratio affirmatiua, & tunc excipit: vt d.l. actio. C. de tranſac. & ſimilibus.*

dus:vt.ff.ſi ex noxa.l.j.& ſupra de verb.obli.inter ſtipulantē.§.fi.

a *Iudicatus.* id eſt condemnatus.ſic.j.eo.l.ſi.

QVI autem.] CASVS. Sed pone quòd Titius nouū priuilegium impetrauit:puta quòd non teneatur iurare de calūnia.hoc caſu non videor Titium in eadem cauſa ſiſtere. [ILLVD.] Tu tenebaris mihi redhibitoria,& non reſtabant niſi octo dies:vnde vocaui te ad ius.iudex p̄cepit tibi vt poſt quinque dies venires ad iudiciū.nō veniſti, & ita actio mea amiſſa eſt.cōueni te ad intereſſe:tu dicis quòd mea nō intereſt:cum non habebam actionē. & ſic volebas quòd inſpiceretur præſens tēpus.ego autem dicebam vt inſpiciatur illud tempus quo habebā actionem. & ſic teneberis mihi ad intereſſe,& condēnaberis ad intereſſe meum. vel dic caſum vt.ff.e.l.ſi eum.in fi.Vi.

ſtitiſſe.

b *Qui autem nouo.* vt quia habuit tale priuilegium,ne in illa cauſa iuraret de calūnia, vel vt omnino non teneretur reſpondere. Sed videtur quòd hoc priuilegium non valeret, quaſi præuentus ſit:vt j.de iud.ſi quis poſteā Reſpon.ibi ad ſui poſtulationem, hic non: ar.ff.quod quiſque iur. l.iij.in prin.nam & legatus ſi non data opera in legationē miſſus fuerit,à cauſis inchoatis antè interim excuſatur:vt.j. de arbit. nō diſtinguemus.§. itē ſi quis Romæ. Alij dicunt quòd hic impetrauit etiā de cauſa iſta priuilegium:ibi autem de futuris tantū datum intelligitur:quod puto verum.

SIT tamen dicendum eſt videri in eadem cauſa eum ſtetiſſe.* Nam etſi nouum æs alienum contraxiſſet,vel pecuniam perdidiſſet, videtur tamen in eadem cauſa ſtetiſſe. ergo & qui alij iudicatus [a] ſiſtitur, in eadē cauſa ſtare videtur.

XII. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

QVi autem nouo [b] priuilegio vtitur,non videtur in eadem cauſa ſiſti.

Sufficit ab initio intereſſe, licet deſinat ex poſtfacto. Bart.

Illud tenendum eſt,quòd æſtimationem eius quod interſit agentis,ad illud tempus referendum eſt,quo ſiſti debuit: non ad id quo agitur,quamuis deſierit eius intereſſe.[c]

Qui promiſit eum ſiſtere qui non poteſt eſſe in iudicio,non tenetur. Bart.

XIII. IVLIANVS libro quinquagēſimoquinto Digeſtorum.

QVotiens ſeruus iudicio ſiſtendi cauſa vt ipſe litigaturus [d] vel ab alio ſtipulatur,vel ipſe promittit:[e] nec committitur ſtipulatio,nec fideiuſſores tenentur:[f] quia ſeruus conueniri vel conuenire non poteſt. [g]

Stipulatio procuratoris ſuper re domini, in dubio intelligitur facta procuratoris nomine, & ad domini intereſſe refertur. Bar.

XIIII. NERATIVS libro ſecundo Membranarum.

SI procurator ita ſtipulatus eſt, [h] vt ſiſtat dumtaxat eum quē ſtipularetur, non etiā pœnam ſi ſtatus non eſſet ſtipularetur:propemodū nullius momēti [i] eſt ea ſtipulatio: quia p̄curatoris,quod ad ipſius vtilitatem pertinet,nihil intereſt ſiſti. [k] Sed cum alienū negotium in ſtipulando egerit, poteſt defendi,nō procuratoris, ſed eius cuius negotium geſſerit, vtilitatem in ea re ſpectandam eſſe: vt quantum domini litis interfuit ſiſti,tantū ex ea ſtipulatione non ſtato reo procuratori debeatur. [l] Eadem & fortius adhuc dici poſſunt, ſi procurator ita ſtipulatus eſſet, *Quanti ea res erit*: vt hanc conceptionem verborum non ad ipſius,ſed ad domini vtilitatem relatam interpretemur.

Si promittens iudicio ſiſti, deſiit poſſe cōuenire, ſtipulatio euaneſcit. Bart.

XV. PAPINIANVS libro ſecundo Quæſtionum.

SI tutor iudicio ſiſti promiſerit, [m] & ſtipulationi non obtemperauerit, [n] & interea pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam abſtētus ſit [o] hereditate: denegabitur ex ſtipulatu actio. nam & ipſius rei quæ petebatur, ſi tutor iudicatus [p] fuerit,& eorum [q] quid acciderit, non eſſe dandam in domino mandati conuentus:vt infra de adqui. poſſ.l. poſſeſſio quoque.§.fi.Item no.factum procuratoris ad vtilitatē domini referri:vt.j.de noui ope.nun.l.ſtipulatio.§.fin. & j. ne vis fiat ei.l.ij.& de procu.l.qui p̄prio.§.procurator vt in cæteris. & j. de in lit.iuran.videamus.§ curatores. verſi. ſi tamen. quod eſt verum ſi tanquam procurator faciat.ſecus ſi tanquam dominus contrahat:vt.j.de contrahen.empt.l. in huiuſmodi. & l.ſeq.& j.de adqui.poſſ.ſi me in vacuam.§.penult.

Falſū procuratoris ad vtilitatē domini refertur.

SI tutor.] CASVS. Titius erat tutor Seij: & cum immobilia non poſſideret,conuētus fuit nomine pupilli Seij:& ſatisfecit.& anteqnā veniret dies in quo Titi[p] ſiſteret,finita eſt tutela,& non ſtetit:nunquid tenetur tutor?& reſpon.quòd tutor nō tenetur:imò plus dico,quòd ſi tutor finita tutela condemnatus ſit,non fit executio in tutore. Viuianus.

a *Dic ſecūdum Bart. quòd hoc potuit intereſſe: in aliis enim caſibus contrarium petitur ex:quia intereſſ.*

b *Qui autem nouo.* vt ſupra co.l.ſi ſeruus.

c *Quamuis deſierit intereſſe.* ſcilicet reum ſiſti. poteſt enim eſſe, quòd interfuit mea quādo debuit ſiſtere,nunc nō: vt ſi iniuriarum aliquem conuenieba,qui poſt deceſſerit poſt longum tēp' in quo debuit ſiſtere.aliàs nec fideiuſſor tenetur:vt.ff.e.l.ſi eū.§.fi. Item poteſt eſſe,quia actio temporalis erat alia quàm iniuriarū quæ perpetuaſſem.ſed certe immo videtur tēpus lit.cōteſt. ſpectari:vt.j.commo.l.iij.§. in hac.Itē ſi deſierit intereſſe, videtur definere teneri:vt.j.man.ſi procuratorē.§.mādati.quæ ſunt cōtrariæ.ſed hic ſpeciale in iudiciis:vt & alia multa dixim'.ff.eo.& ſi poſt tres.vel dic vt diximus.j.de condic.triti.l.iij.nam & aliàs in multis locis quis tenetur,licet deſierit actoris intereſſe:vt patet p hæc exempla.j.de ſer.cor.l. doli.§.h.& j. de vi & vi ar.l.j. §.rectiſſime.& j.de fur.inter omnes.in prin.& j. de euic.l.euicta.§.ſi ſeruus.& j.de ædil.edict.iuſtiſſime.§.fi.& j.de re iudi.ſi kalendis.& j.de eden.vbi exigitur.§.is autem.& j.de iniu.l.iniuriarum æſtimatio.& j.ad le.Aquil.l.antepenul.Ar.cōtra.). ad exhi.l.tigni.§.fi.& in decre.j.quæſt.j.eos qui.& j.de rei vindi. ſinautem.§.j. [a] Et not.quòd vbi morte deſinit mea intereſſe, tunc ipſo iure non tenetur fideiuſſor ad pœnam.ſi alio modo, per except.vt.ff.eo.ſi eum.§.qui iniuriarum.& hic.

d *Quotiens. Ipſe litigaturus.* cæterum ſi tāquam dominus litigaturus ſtipulatur,adquirit domino,& ſic valet.Ac.

e *Promittit.* cum ſit reus.

f *Tenetur.* vt ſupra co.l.ſi ſeruus.

g *Non poteſt.* hoc regulariter.in caſibus enim & conuenire & cōueniri poteſt:vt ibi a de ali.& ci.le.ſeruos.& C.qui legi.per. ha.ſtan.in iudi.l.fin.& C.ſi per vim vel alio modo.l.j.& C.vbi

A cau.ff.l.fin.& infra de iudi.l.vlt.& facit:C.de iudi.l.ſeruus.

Si procurator.] CASVS. Aduerſus te p̄curator meus agebat, & ſtipulatus eſt à te vel ab alio, qui p̄mittebat ſiſtere,quòd iudicio ſtaret:& hoc ſine pœna fecit.vtrum valeat talis ſtipulatio?valet:& venit in hac ſtipulatione intereſſe meū,nō procuratoris. & videtur q̄ alteri ſtipulari quis nō poſſet.ſed dic quòd talis ſtipulatio valet: & venit ī hac ſtipulatione intereſſe meū,non p̄curatoris. idē ſi ſtipulatus à te,pro quāti res erit, p̄mittis ſi non ſtares in iudicio. Vi.

h *Stipulatus eſt.* à fideiuſſore. Accurſius.

i *Nullius momenti.* allegando dicit.

k *Intereſt eum ſiſti.* niſi quatenus domino tenetur actione mādati, ſi ſtipulatus nō fuiſſet vt ifra de eden. ſi quis ex argētariis.§. pertinere.verſi.procuratori.ſed ratione illius intereſſe nō videtur interponi:tamen totum allegando dicit.

l *Procuratori debeatur.* ſed & domino ex hac ſtipulatione vtilis datur: vt infra de procu. in cauſæ.ī fi.& eſt ſpeciale in iudiciis vt per liberam perſonā actio adquirat. ſecus in cōtractib'.vt.C.per quas perſo.no. adqui.l.j.& infra de verb.oblig. ſi ita ſtipulatus fuero.vj. §.Chryſogonus.niſi in caſibus: vt.j.de verb. obl.ſi procurator preſentis. ſed illā intelligunt quidam,quòd in iudiciis loquatur,& in aliis,quos no.inſtit.de inut.ſtip.§.eivero qui. ſed in cōtractibus cogitur cedere actionem

B

C

D

m *Promiſerit.* in cauſa pupilli:quia nec ipſe nec pupilli poſſidebat immobilia:vt.ff.qui ſatisda.cogan.l.ſciendum.§.tutores.

n *Obtemperauerit.* vt quia pupillus adoleuerat antequā tutorē ſtere cp̄orteret.& ordina literā iſtam ita:ſi tutor ſiſti promiſerit,& ita interea pupilli adoleuerit,& ſtipulationi nō obtēperauerit:nec enim tenetur:vt.j.de admi. tuto.l. tutor p̄ pupillo. in prin. aliàs ſi poſſet ei obiici dolus,teneretur ij ſe,nō pupilli: vt.j.de acti.em.p.t.lul.§.idē Iulianus.in fi.§.idē ſi culpa,vel mora,vel alia:vt.ff.eo.ſicut.in fi.& C.vnde vi.remiſerint.in fi.niſi pupillus ſit locupletior:vt.j.quando ex fact.tuto.l.iij §.dolus.

o *Abſtinuerit.* per in integ.reſt.& ob hoc non ſtetit tutor.

p *Iudicatus.* id eſt condemnatus.ſic.ff.eo.ſi quis quenquam. in fi.& j.de admi.tuto.l.ij. Accurſius.

q *Et eorum.* ſcilicet ſupradictorū:vel quòd adoleuit,vel quòd

mortuus eſt:vel abſtẽtus:quibus primis duabus cauſis cũ finiatur tutela,non ſit executio in tutorem:vt hic ſubiicit,& C.quãdo ex fact.tuto.l.j.&.j.de re iudi.ſi ſc.§.tutor.&.j.de euic.illud.§.j. Et idẽ in quolibet ſimili adminiſtratore,vt finito officio nõ ſiat in eum executio:vt.j.quãdo ex fact.tu.vel cura.l.poſt mortem.ſecus in procuratore extra iudicia:vt.j.de procu.l.procurator qui pro euic.

† *De his Plato dialogo. 2. de legib. Macrob. Saturna.li.1. ca. 16. Gell.lib. 3.cap.17.*

DE FERIIS & dilationibus &c.

Hac pars de feriis, dicitur infra eo. vſque ad.l. oratione. & in.l. pen. ſequens de dilatio. dicitur in.l.oratione.&.l. more. &.l. fin.

† *Quidam ad hunc ſit ſic legũt, & dicunt ſic tẽporibus earũ: & ex quib' cauſis feria nõ impediãtur.*

TITVLVS XII.

Tempore vindemiarum vel meſſium nemo compellitur in ius venire: ſi tamen ſponte venerit, & litigauerit, lata ſententia tenet: lata vero contra non comparentẽ, nulla erit.h.d. vſque ad.§. ſed excipiuntur.

1. VLPIANVS libro quarto de omnibus tribunalibus.

NE quis] CAIVS. Volo tẽpore vindemiarum vel meſſiũ te ad iudicium vocare: & ſi nõ venias, volo quòd cogaris. non poſſum quidem hoc facere, vt cogaris: ſed ſi venias, & pſeueres ſpõte, & ſententia lata fuerit: valet quidẽ ſententia. Si nõ perſeueraſti ſpõte, ſed te abſente lata fuit ſententia, nõ valet ſententia ipſo iure. Sequẽtia plana ſunt vſque ad.l. præſides. Viuianus.

† *No. quòd feriis poteſt renunciari non ſolũ ex preſſe, ſed etiã tacite. concor. extra. 5.l. ſi feriis. infra eo. tit. in.c.ſi. ant.eo.*

a *Cogat.* i.cogi faciat. ſic.j.de his qui no. infa.furti.§.mandati.

b *Exprimitur.* Hanc orationem non habemus, ſed eius ſententia eſt tam in feriis vt hic, &.j.eo.l.ij. quàm in dilationibus: vt.j.eo.l.oratione. Accurſius.

c *Occupati.* bona ratio: vt.C.de agri.& cẽſi.l.j. quid ergo ſi non ruſticus fuerit, ſed miles vel clericus, qui procul à rure ſunt? Dicũt quidam, quia hæc cauſa ceſſat, quia occupati &c. ceſſat prohibitio legis: vt ar.j. de repu.l.ſi.§.pe.&.j.de pac. quod dictũ.& ex duabus legibus.j.de rit.nup.l.pe.§.de vno.&.C.de iterdicto ma.ſi tutor. Itẽ totũ illud generale quod primo generaliter dicitur, per ſubſequens quia, reſtringitur: vt infra de calum. hęc actio. item.j.de iure immu.l.ſemper.§.negotiatores.&.§.diuus. ſed tu dic contra, quia poteſt occupari & auocari per alios, ſcilicet per teſtes vel auuocatos quos tunc non poſſet habere. Præterea hæc non fuit cauſa finalis circa ipſum vocatum, ſed impulſiua: vnde non ceſſat prohibitio, licet ceſſet cauſa: ſicut fuit in Calphurnia. nam ſi ibi fuiſſet cauſa finalis, hodie poſſent bonæ mulieres poſtulare: quod non poſſunt: vt infra de poſtul.l.j.§.ſexũ. Item pro hoc.j. qui & à qui.l.proſpexit.

d *Compellendi.* libellus tamen dari poteſt: vt infra de adul. miles.§.ſexaginta.

e *Per ignorantiam.* ſcilicet iuris.

f *Socordiam.* id eſt per contemptum iuris, cum illud ſciat.

g *Sententia valebit.* hic no. tria: primo, quia etſi non ſpõte litigarent, tamẽ ſententia videtur valere: vt.j.de arbi.ſi feriatis. quę eſt contra. Sed dic quòd ibi dies cõpromiſſi exitura erat. hic nõ erat exitura dies iudicij. Vel dic quòd & ibi partes cõſenſerunt ſed arbiter nõ volebat: vnde fuit compulſus. Item ſecũdum Io. no. quòd partiũ conſenſu aliquid de iure relaxatur: vt hic,&.j. e.l.ſi feriatis.& infra de iudi.l.ij.in prin.&.C.de temp.& repa. ap.l.ſi.in fi. Sed an idem in teſte, vt partium cõſenſu poſsit ei ſacramẽtum remitti? dic quòd ſic, eiſdem argumentis: licet in ſacramento calumniæ ſit ſecus: vt.C. de iura.calum.l.ij.§. ſed quia. Item tertium no. quia quod fieri non debet, factum tamen tenet. ſic.j.de interdict. & releg.l. relegatorũ.§.ad tempus.&.j. quando ap.ſit.l.j.§.biduum.&.j.de re.eo.qui ſub tut. vel cu.l. ſi

Partiũ conſenſu aliquid de iure laxari poteſt.

a Scribites hic, & præſtat Bal.

eum actionem iudicati probatum eſt.

DE FERIIS † ET DIlationibus, & diuerſis temporibus. †

TITVLVS XII.

Tempore vindemiarum vel meſſium nemo compellitur in ius venire: ſi tamen ſponte venerit, & litigauerit, lata ſententia tenet: lata vero contra non comparentẽ, nulla erit.h.d. vſque ad.§. ſed excipiuntur.

1. VLPIANVS libro quarto de omnibus tribunalibus.

NE quis meſsium vindemiarumque tempore aduerſarium cogat [a] ad iudicium venire, oratione diui Marci exprimitur: [b] quia occupati [c] circa rem ruſticam in forum compellendi [d] non ſunt. Sed ſi prætor aut per ignorantiam [e] vel ſocordiam [f] euocare eos perſeueraſſet, hique ſponte venerint: ſi quidem ſententiam dixerit præſentibus illis, & ſponte † litigantibus, ſententia valebit, [g] tametſi non rectè fecerit qui eos euocauerit. Sin verò cum abeſſe perſeueraſſent, ſententiã protulerit [h] etiam abſentibus illis: conſequens erit dicere ſententiam nullius eſſe momenti. [i] neque enim prætoris factum iuri derogare oportet. [k]

Et citra appellationẽ igitur ſententia infirmabitur. [l]

In hoc.§. & in.l.ſeq. excipiuntur multi caſus, in quibus non obſtant feria. & hoc ſit loco ſummarii.

Sed excipiũtur [m] certæ cauſæ ex quib' cogi poterimus & per id tẽporis cum meſſes vindemiæq; ſunt, ad prætores venire: ſcilicet ſi res tẽpore periturа ſit: hoc eſt, ſi dilatio actionẽ ſit peréptura. Sane quotiens res vrguet, [n] cogẽdi quidẽ ſumus ad prætorẽ venire: verũ ad hoc tantũ cogi æquum eſt, vt lis conteſtetur. [o] & ita ipſeis * verbis orationis exprimit. Deniq; alterutro [p] recuſante poſt litem conteſtatam litigare, dilationem oratio conceſsit.

2. IDEM libro quinto ad Edictum.

EAdẽ oratione diuus Marcus in ſenatu recitata effecit, de aliis ſpecieb' prætorem adiri etiã dieb' feriaticis: * vtputa vt tutores aut curatores dẽtur: ¶ † vt officia [q] admoneantur: ceſſantes * excuſationes [r] allegentur: alimenta [s] cõſtituantur: ætates [t] probentur: ventris nomine [u] in poſſeſsionem mittatur, vel rei ſeruandæ cauſa, [y] vel legatorũ, fideiue commiſſo-

a Cogat. i.cogi faciat. ſic.j.de his qui no. infa.furti.§.mandati.

b *Exprimitur.* Hanc orationem non habemus, ſed eius ſententia eſt tam in feriis vt hic, &.j.eo.l.ij. quàm in dilationibus: vt.j.eo.l.oratione. Accurſius.

c *Occupati.* bona ratio: vt.C.de agri.& cẽſi.l.j. quid ergo ſi non ruſticus fuerit, ſed miles vel clericus, qui procul à rure ſunt? Dicũt quidam, quia hæc cauſa ceſſat, quia occupati &c. ceſſat prohibitio legis: vt ar.j. de repu.l.ſi.§.pe.&.j.de pac. quod dictũ.& ex duabus legibus.j.de rit.nup.l.pe.§.de vno.&.C.de iterdicto ma.ſi tutor. Itẽ totũ illud generale quod primo generaliter dicitur, per ſubſequens quia, reſtringitur: vt infra de calum. hęc actio. item.j.de iure immu.l.ſemper.§.negotiatores.&.§.diuus. ſed tu dic contra, quia poteſt occupari & auocari per alios, ſcilicet per teſtes vel auuocatos quos tunc non poſſet habere. Præterea hæc non fuit cauſa finalis circa ipſum vocatum, ſed impulſiua: vnde non ceſſat prohibitio, licet ceſſet cauſa: ſicut fuit in Calphurnia. nam ſi ibi fuiſſet cauſa finalis, hodie poſſent bonæ mulieres poſtulare: quod non poſſunt: vt infra de poſtul.l.j.§.ſexũ. Item pro hoc.j. qui & à qui.l.proſpexit.

d *Compellendi.* libellus tamen dari poteſt: vt infra de adul. miles.§.ſexaginta.

e *Per ignorantiam.* ſcilicet iuris.

f *Socordiam.* id eſt per contemptum iuris, cum illud ſciat.

g *Sententia valebit.* hic no. tria: primo, quia etſi non ſpõte litigarent, tamẽ ſententia videtur valere: vt.j.de arbi.ſi feriatis. quę eſt contra. Sed dic quòd ibi dies cõpromiſſi exitura erat. hic nõ erat exitura dies iudicij. Vel dic quòd & ibi partes cõſenſerunt ſed arbiter nõ volebat: vnde fuit compulſus. Item ſecũdum Io. no. quòd partiũ conſenſu aliquid de iure relaxatur: vt hic,&.j. e.l.ſi feriatis.& infra de iudi.l.ij.in prin.&.C.de temp.& repa. ap.l.ſi.in fi. Sed an idem in teſte, vt partium cõſenſu poſsit ei ſacramẽtum remitti? dic quòd ſic, eiſdem argumentis: licet in ſacramento calumniæ ſit ſecus: vt.C. de iura.calum.l.ij.§. ſed quia. Item tertium no. quia quod fieri non debet, factum tamen tenet. ſic.j.de interdict. & releg.l. relegatorũ.§.ad tempus.&.j. quando ap.ſit.l.j.§.biduum.&.j.de re.eo.qui ſub tut. vel cu.l. ſi pupillorũ.§.ſi prætor.&.j. quæ in frau.credi.l.j. vel dici poteſt q̃ vocatio prima nõ tenuit, ſed ex quo vocatus conſenſit ſpõte, extũc tenet principaliter iudiciũ: quia iuri ſuo renũciauit: quod poteſt: vt ar.C.de pac.l.pe.&.j. quãdo ap.ſit.l.ſi & ſic tenet, cum nõ ſit contra legem. aliàs non: vt.C.de leg.& con.non dubium.

Dicunt iſtã gloſſ. ſingu. ad hoc, quod poteſt renũciari iuramentum teſtibus cõſenſu partiũ: ſed nouam cautelã ſummia nõ: quãuis tacite ſic.l.2.§. quod obijcitur. C. de iura. calũ. iunctis ibi no. Bolo.

h *Protulerit.* lite conteſtata ante ferias.

i *Nullius eſſe momenti.* hoc idem in dilatione quæ vocato datur, vt in medio ſententia lata non teneat: vt in authen. de exhi. & intro. reis. §. ſancimus. col. v. ibi, ĩ medio &c. Sed nõne debeũt venire ad allegãdũ priuilegia ſua? Reſpon. nõ, ſi certum erat eo tẽpore eos vocari non debere: vt.ſ. de iuriſ. omn. iu. l.ſi. ſecus eſt quãdo eſt dubium: vt.j. de iudi.ſi quis ex aliena. & ſ.ſi quis in ius vo. non ie.l.ij.

* *ipſis.*

k *Derogare oportet.* imò derogat & corrigit: vt.ſ. de iuſti.& iur. l.ius ciuile.§.ius prætorium. quæ eſt cõtra. Sed dic illud ꝓpter publicã vtilitatẽ. vel dic quòd nõ derogat vnã ſententiã dãdo: vt hic, ſed legem faciẽdo ſic, cũ legẽ facere poſsit: vt infra. de iure natu.§. prætorum quoque.

* *feriatis.*

† *Adde q̃ iſtud procedit etia diebus feriatis in honorem dei: quia iſte eſt actus pius. m.c. ſi. ver. pietas. extra. e. per quẽ testium ita tenuit Albe. hic, & Ang. in l. 1. in prin. ff. eo. & poſt eos Ia. hic.*

l *Infirmabitur.* i. infirma eſſe oſtendetur. ſic C. de reſcin. vẽd. ſi dolo. &.C. quãdo prouo. nõ eſt neceſſe. l. certa. &.C. de prædi. mino. l. & ſi is. Vel dic, infirmabitur quatenus de facto proceſſit & lata fuit. Et ſic not. quòd vbi non tenet ſententia ipſo iure, nõ eſt neceſſe appellari. ſed ſi appellaretur, an ſententia lata confirmetur dato quòd non proſequatur? Reſpon. nõ: vt infra de appel. ſi expreſsim. niſi in caſu, vt in falſo procuratore qui egit iudicium, & ſuccubuit, & dominus appellauit. nam per hoc ratum habuit: vnde retrotrahitur: vt infra rem ra. ha. cum minor. §. fin.

m *Sed excipiuntur.* ſcilicet à generali dicto orationis: & ipſa eadem oratio excipit: vt.j.l.proxi. in prin.

n *Vrguet.* ſume argu. quod aliàs prohibitũ, ex neceſsitate toleratur. vt.ſ. de offi. con. l.j.& de officio præfidis. l. ſenatuſconſulto.§.ſi quid. Accurſius.

o *Conteſtetur.* forte hodie ſatis eſt executoris conuentio, cum per eam fiat interruptio: vt.C. de præſcript. xxx. an. l. ſicut.

p *Alterutro.* id eſt altero. ſic.j. quemad. teſta. ape. l. ſi in duobus. & infra de pac. reſcriptum. §. ſi pacto.

¶ *Eadem oratione. Aut curatores dentur.* ad omnes ſequentes caſus ſpeciales ſunt reddendæ cauſæ ſpecialitatis: & hic erit iſta, ne minorum res pereant.

r *Officia.* id eſt tutores dati, qui officium habere dicũtur: vt in rub. C. quando mu. tu. of. fun. poteſt. vel dic. i. officiales etiã quilibet: ſicut &.ſ. de offi. proconſul. ſi in aliquam. §. j.

ſ *Excuſationes.* Ne periculo tutelæ inuitus quis ſubiiciatur.

t *Alimenta.* pupillis à tutoribus: vt infra vbi pu. educ. l. j. & hoc ne fame pereant.

u *Ætates.* quia facilè poſſunt perire ſenes, per quos probãtur ætates. j. de Carb. edi. l. iij. §. duæ. quæ probatio valet ad multa: puta ad matrimonia contrahenda. Itẽ ad in integ. re. petendas. Item ad finiendam tutelam, & ſimilia.

Ætas ſeniæ in ad quid prodeſt.

x *Ventris nomine.* ne mulier fame pereat. idem in Carboniano: vt.j. quis or. in bo. poſ. l. ij. §. dies.

y *Vel rei ſeruandæ cauſa.* videtur hic q̃ in nullo iã ꝓſit hic tit.

cum

cum ſemper poſſim petere mitti in poſſeſſionẽ:quod erit peius ſibi quàm ſoluere:ſed reſtringe ad eum caſum,quando eſt debitor ſuſpectus ne dilapidet:vt infra de ap.imperator.Item quando dilatione ſit actio peritura,aliàs non:vt ſupra.l.proxi. & idẽ diei poteſt in ſequenti ſatisdatione,de qua dicitur infra vt le. vel fideicom.no.caue. per totum.

a *Damni.* quod celeritatem deſiderat:vt.ĩ. de dam.infect.l.j.

b *De teſtamentis exhibendis.*ſ.in publicũ, & petẽdis dari ſine die & conſule:ne detur materia fabricãdi falſum: vt.ĩ.quemad.teſt. ape. l.ij.§.diem.& facit infra de ap.re.l.fina.

c *Incertum eſt.*vt quia ſub conditione eſt aliquis heres inſtitut[a]:vel aliàs eſt incertum:vt.ĩ. de cu.bo.dan.l.j.

d *Patronis.*id eſt qualiter pater à filio, & ecõuerſo:vt in authen. qui.mo.nat.effici. ſui. §.ſi.col.vij.& qualiter patroni à libertis & econtra ali debeant:vt infra de lib. agno.l. ſi quis à lib.§.ſolent.

e *Hereditate.* Et ſic fideicommiſſario reſtituere.nam ſi ante aditam hereditatem decedat,non tranſmittit ad heredem,niſi in caſu: vt.C.de his qui ante aper. tabu.l.j. &.C. de cadu.tol.§.in nouiſſimo.& ſic non eſſet qui eam reſtitueret.

f *Aſpectu atrox.* & ſic ſecũdum M.poteſt iudex ferre ſententiã vt de facto vidit & ſcit. ſed ſecũdum Io.poteſt de facto ſibi vt iudici cognito, id eſt ſecũdum quod eſt ſibi p̃batum p teſtes vel inſtrumenta & præſumptiones:vt hic,&.ĩ.de offic.præſi.illicitas.§.veritas.&.ĩ.de teſti.l.iij.§.ideoque. ibi,tu magis ſcire &c.&.ĩ.fini.reg.l.ſi irruptione.§.fi. & ſimilibus. de facto autem ſibi cognito vt priuato, non poteſt.

g *Libertas.* hoc fauore libertatis.

h *Solet. Morte.* Primo ponit exẽplum de morte: vt in furti actione quæ moritur cum fure,& de actione legis Aquilię, quæ moritur cum dante damnum:vt inſtit.de.l.Aquil.§.his autem verbis.& idem de actione iniuriarũ pro iniuria atroci,vel non atroci.hæc tamen tempore tollitur:vt.C.de iniuriis.l.ſi nõ conuicij. & idem de actione in factũ quæ datur in quadruplum pro eo quod de incendio vel ſimilibus raptum eſt:ſed hæc tẽpore tollitur:vt ſubiicit,& infra de incen.rui.nau.l.j.Item ſecũdum quoſdam ſimilis eſt actio quæ pro mortuo inferendo proponitur:vt.ĩ.de reli.& ſum.fune.l.liberũ.in fi.Itẽ no. quod dicitur de morte,poteſt etiã intelligi de morte rei debitæ:vt quia erat bos,vel ſimile,cuius interitu reus liberatur:vt ifra de verb. oblig.ſi ex legati.de tempore autem dicit,vt quia dies actionis exit.Sed quid hæc lex adiicit primæ in.§.fi Reſpon. hic morte & tempore,ibi tempore tantũ.& facit ad hoc.ĩ.de iure delibe. l.Ariſto.§.fi.&.l.ait.§.fi.

i *Rate.* fluuiali.

k *Nane.* marina.

l *Dicuntur.* ſcilicet aliqui.

m *Item res.* id eſt actio in rem.

n *Actionis.* ſcilicet perſonalis.

o *Qui quid.* hoc eſt aliquid.

p *Nundinarum.* Puta,accepit pecuniam à vicinis vt ſuum frumentum nõ portaret,vt alij carius venderent:& ſic incidit in.l. Iul.de anno.vt.ĩ.ad.l.Iul.de anno.l.ij.

P*Ræſides*]*C A S V S.* Poteſtas Boñ.debet procurare vt feriæ

rum,vel damni [a] infecti. Itẽ de teſtamentis exhibendis:[b] vt curator detur bonorum eius cui an heres exſtaturus ſit,incertũ eſt:[c] aut de alendis liberis, parentibus, patronis:[d] aut de adeunda ſuſpecta hereditate:[e] aut vt aſpectu atrox [f] iniuria æſtimetur:vel fideicommiſſaria libertas [g] præſtanda.

Hic enumerantur alii caſus in quibus non obſtant feria.

III. IDEM libro ſecundo ad Edictum.

SOlet etiã meſsis vindemiarumque tẽpore ius dici de rebus quæ tempore vel morte periturę ſunt. morte,[h] veluti furti,damni iniuriæ,iniuriarum atrociũ:qui de incendio,ruina, naufragio,rate,[i] naue [k] expugnata rapuiſſe dicuntur:[l] & ſi quæ ſimiles ſunt.Itẽ ſi res [m] tẽpore periturę ſunt: aut actionis [n] dies exiturus eſt.Liberalia quoque iudicia omni tempore finiuntur.Itẽ in eũ qui quid [o] nundinarũ [p] nomine aduerſus cõmunem vtilitatem acceperit, omni tempore ius dicitur.

IIII. PAVLVS libro primo ad Edictum.

PRæſides prouinciarum ex cõſuetudine cuiuſque loci obſeruentur:& debet indicere eas ſicut olim eſt ſtatutũ ab anteceſſoribus eius.

q *Statuere.*ſed videtur quòd nõ poſſunt:vt.C.eo.l.à nullo.quę eſt contra.ſed dic ſtatuere.i.ſtatutas antiquitus ferias indicere. ſic.ĩ.de offi.procon.ſi in aliquam.in prin.ibi,& ferias.

ſolent meſsis vindemiarumque cauſa tempus ſtatuere.[q]

V. VLPIANVS libro ſexagẽſimoſecundo ad Edictum.

PRidie [r] kalendas Ianuarias magiſtratus neque ius dicere,ſed nec ſui poteſtatem facere conſuerunt. [ſ]

VI. IDEM libro ſeptuagẽſimoſeptimo ad Edictum.

B SI feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum eſt ne his diebus iudicium ſit, niſi ex voluntate partiũ:[t] & qđ aliter aduerſus ea iudicatum erit, ne quis [u] iudicatum facere,[x] néve ſoluere debeat:[y] néve quis ad quem de ea re in ius aditũ erit, iudicatum facere cogat.

Poſt primam dilationem alia dilatio nõ eſt danda, niſi cauſa cognita. Bart.

VII. IDEM libro primo de officio Conſulis.

ORatione quidẽ diui Marci amplius quàm ſemel [z] non eſſe dandam inſtrumentorum dilationem expreſſum eſt:ſed vtilitatis litigantiũ gratia,cauſa cognita† & iterum [a] dilatio tam ex eadem,quàm ex alia prouincia ſecundum moderamen [b] locorum impertiri ſolet:& maxime ſi aliquid inopinatum emergat.[c] Illud

PRidie.]*C A S V S.* Hic dicitur quòd per duos dies ante terminũ magiſtratus ſui nõ debet ius reddere, nec ſui poteſtatem facere. Viuianus.

r *Pridie.*i. præcedenti die kalendas: quia tũc claudebat veterũ magiſtratuũ iuriſdictio, & nouorũ incipiebat, licet prius eligerẽtur: vt infra de cõdi.& de. Publius.Hodie tamen ante aduentum ſucceſſoris duob[a] dieb[a] deponit cingulum: vt in auth.de admi.§.deponet autem.col.vij.

ſ *Conſuerunt.* ſcilicet ſi ꝑſens ſucceſſor fuit ei ſubſectus: alioquin poſſet etiã poſt kalendas:vt.ĩ.de of. procõ. l.meminiſſe.Sed hodie alia eſt ratio quare hoc eſſe nõ poteſt.nam die natiuitatis domini,& ſeptem præcedentibus & ſeptem ſequentibus nõ poteſt,ſicut ĩ reſurrectione domini dicit, vt argu.C.eo.l.oẽs.ſed dic q̃ non ita forte eſt in natiuitate ſicut eſt ĩ reſurrectione:vt ibi dicitur. Vel dic quòd tẽpore huius legis Chriſtus nõ venerat in virgine.vel ibi de reſurrectione:hic de natiuitate.prima placet. Ac.

SI feriatis.]*C A S V S.* Sententia lata feriatis diebus,non valet: nec aliquis ex ea tenetur illi obedire,niſi partes aliter ſtatuant conſentiendo iudicatis.

t *Voluntate partium.* ſed an idẽ in feriis in honorem dei ſtatutis,quod hic in feriis vindemiarum & meſsium dicitur? Reſpõ. non:vt.ĩ.de arbi.idem Põponius.§.ex compromiſſo. &.l. ſi feriatis.quæ ſunt cõtra:quia legẽ ſuperioris tollere nemo poteſt. ĩ.de arbi.l.nam magiſtratus. *ADDITIO.* Pro declaratione huius glo.dic ſecundum Bal.quòd per ſtatuta & cõſuetudines locorũ poſſunt feriæ indici,& indictæ tolli:quia decretalis, dicit quòd etiam in feriis ad honorem dei ſeruantur conſuetudines & ſtatuta locorum:vt extra de feriis.c.capellanus.& hoc tãgit Odof.ĩ.eo.pridie.

u *Ne quis.* ſcilicet reus.

x *Facere.* ſi eſt in faciendo.

y *Soluere debeat.* hoc tantũ ad litigantem:& quod ſubiicit,quo ad iudicem exequentem.

ORatione.]*C A S V S.* Hic dicitur quòd in cauſa ciuili tantũ vna datur dilatio.ſ.gratia inſtrumentorum exhibendorum:niſi neceſsitas interueniat.tunc enim plures dãtur. Secundo dicit quòd ſi impetraui dilationem,& deceſsi:nũquid heredi meo dabitur dilatio? Et reſpon.quòd etiam heredi meo dabitur,cauſa tamen cognita. Viuianus.

z *Semel.*& quod hic de inſtrumẽtis dicit,accipe large:vt infra de fid.inſtru.l.j.& de verbo.ſignifi.notionem.§.inſtrumentorũ.

a *Et iterum.* quod ſignificat quotiens opus erit:vt infra titu.j. l.veluti.§.j.

b *Moderamen.* vt ſi eſt ex eadem prouincia,dentur tres mẽſes. ſi ex contigua,ſex:ſi ex tranſmarina,ix.vt.C.de dila.l.j.ſed contra.j.l.fin.Sol.vt ibi.

c *Emergat.* q̃ em̃ de nouo emergũt,auxilio nouo indigẽt:vt.ĩ. de interrog.actio.de ætate.§.ex cauſa.&.ĩ.de vẽ.inſpi.l.j.in pri.

† *Nota quæ conceſſio maximè ſecunda dilationis debet fieri cũ cauſa cognitione. vide Alexan. in l.ſi.infra.ea & adde qđ dicit Dolo. ſ.l.i. ſupra ſi quis cau. in ſuis interpretationibus.*

a *Et hic.* ſic & ſi iudex dederit omne edictum, adhuc eius ſucceſſor debet vnum edictum dare: vt. ĩ. de iudi. l. edictum.

MOre.]CASVS. Ita ponitur hic caſus vt ſtat in litera: quis dies incipit in media nocte, & in medietate ſequentis noctis finitur: & quod in iſta media nocte fit, videt fieri in die. Vi-

b *More Romano.* No. Romano. nam Athenienſes ab occaſu: Babylonij ab ortu: Arabes à meridie, quod eſt nimis abſurdum: vt M. Varro in lib. rerũ humanarum, ſecundũ Io. & hic loquitur de die naturali, qui habet. xxiiij. horas: vt dicunt philoſophi, & innuitur infra ad. l. Iul. de adul. l. capite. & ĩ. de vſuc. l. ideoque. artificialis autẽ incipit à mane vſque ad veſperas, ſecundum Romanam Eccleſiã: vt in pſal. vel in hymno beati Ambroſij: Lucis creator &c. ibi, Qui mane iunctum veſperi diem &c. & in principio veteris teſtamenti: Et factũ eſt veſpere & mane dies vnus. Item illud: Dies eſt ſol lucens ſuper terram. *ADDITIO.* More &c. Conſtãtinus Harmenopulus libro vltimo Prochiri, tit. de verborum ſignific. ita Græcè hoc caput interpretatur: ἐν ἡμέρᾳ καὶ τῆς ἐσπέρας ἡμέρας ὅρος ἐστὶ τοῦτο· ἀπὸ ἑπτὰς τῆς νυκτὸς ἀρξάμενος, καὶ τὴν τετάρτην ὥρας τῆς ἑπομένης νυκτὸς, ἔστι καὶ ἡ μεσημβρία ἀπὸ μιᾶς πάντων τῶν κατ' ἐκεῖνο, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐπιτελουμένων. Cũ dies, inquit, à ſeptima noctis hora incipiat, & in ſextam ſequẽtis noctis terminetur: quod in aliqua harum viginti quatuor horarum factum eſt, eadẽ die fieri intelligitur. Septimam horam apud Conſtantinum intelligere oportet non exactã, ſed incipientem: alioqui tres tantũ & viginti horæ eſſent. Ad hæc ſcire oportet veteres dies in duodecim horas diuiſiſſe, totidemque noctes, eaſque de cauſa ſextam diei horam ſemper meridiem fuiſſe, ſextam noctis mediam noctem. Maiores tamen æſtate dieĩ horas, vt neceſſe erat, fuiſſe: brumæ vero tẽpore noctis horæ cæteris maiores erant. Anto. Auguſt. lib. iiij. cap. xiij.

Dies naturalis & artificialis differunt.

† *Ad hunc locum vide Macrobiũ lib. Saturn. 1. ca. 3. & Gell. lib. 3. cap. 2.*

c *Lucis.* id eſt diei artificialis: & ponit Ioan. exemplum, cũ quis habuit dilationem à iudice vt poſſet ſe etiam media nocte præſentare, vel dare pignora in communi, & ſimilia: ſicut de facto videmus: & ſic facit ad titu. de dila. Secus in contractibus: quia ibi tacite agitur vt ſoluatur in die. ergo habendum eſt ꝙ expreſſe: vt infra ſi cer. pe. cũ quid. Item ſecus in ſententia, quæ de die ferri debet: vt in authen. de iudi. §. ſedebunt. col. vj. Sed quidam exponunt, ſedebunt ex neceſſitate vſque in veſperas. Si autẽ generaliter velis legem hãc intelligere, multa ſunt exempla: vt. C. de tranſac. l. nõ minorem. & ĩ. de teſta. l. ad teſtiũ. §. poſſe. Item in omnibus his quæ complentur ſi tangatur aliqua hora vltimi diei: vt infra de teſta. l. qua ætate. & infra de manu. l. j. & infra de vſuca. l. ideoque. & de diuer. & tẽporal. præſcript. l. in vſucapione. in prin. Item econtra in illis in quibus quæritur tẽpus de momento ad momentum: vt infra de mino. l. iij. §. minorem. & infra de actio. & obli. l. in omnibus.

DIuus.]CASVS. Vtrum quis poſſit militare in die feriato? & reſpon. quòd ſic. & poteſt inquiri de perſonis etiam cuſtoditis in diebus feriatis. cauſas vero agitari feriatis diebus nõ licet in pecuniariis. ſi ciuiliter aduerſus te agam, mea dilatio mihi datur: hoc eſt, in cauſa ciuili pro qualibet mea neceſſitate dabitur mihi vna dilatio. ſed ſi accuſo te criminaliter: mihi tantũ duæ dilationes dantur, tibi vero tres dilationes dantur pro ſingulis neceſſitatibus.

d *A forenſibus.* i. ab his quę ſi unt in foro vbi redditur ius. ſic accipitur & C. de fide inſtru. comparationes.

a *Nota in glo. iuncta text. quòd eſt licitum ſcholaribus ſtudere & ſcribere diebus feriatis.*

e *Militarem.* ſcilicet armatam, vel inermem, vt legalem: & ſic ſcholares ſcribere & legere poſſunt: vt ar. C. de aduo. diuer. iudi. l. aduocati.

f *Cuſtodiarum.* vel actiuè legas: vt infra de cuſto. re. l. ſi. vel paſſiue, id eſt cuſtoditarum perſonarum: vt videant an habeãt quid comedant, vel qualiter iaceant: vt. ĩ. de offic. procon. ſolent. in prin. & facit. ĩ. de publi. iudi. l. cuſtodias.

VIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

MOre† Romano b dies à media nocte incipit, & ſequẽtis noctis media parte finitur. itaq; quidquid in his viginti quatuor horis, id eſt duab' dimidiatis noctib' & luce media actũ eſt, perinde eſt quaſi quauis hora lucis. c actum eſſet.

Dies incipit à media nocte, & alia media nocte finitur. Bartolus.

A g IN pecuniariis hac. l. duæ dãtur regulæ. primæ contradicitur: quia pluries dari debere dilatic videt: vt. ĩ. co. l. oratione. ij. reſpon. &. C. eo. l. j. ibi, & non facilè ampliũ quàm ſemel &c. & ĩ. de iudi. l. interdum. quæ ſunt cõtra. Sol. ſecundum quoſdã prima datur ſine cauſæ cognitione, vt hic: aliæ exquiſita cauſa: vt. ll. cõtrariis. ſed hoc nõ valet: quia nulla ſine cauſæ cognitione datur: vt. C. e. de dila. l. j. in fi. & l. à ꝓcedente. in fi. eſt enim materia dilationum amputãda: vt. C. de tempo. ap. l. ij. in prin. Alij dicunt ꝙ vide ꝙ ſatis à principio vnam dari fuit ſtatutũ, vt hic: ſed poſtea ꝓpter neceſſitatem ſtatutũ eſt vt plures dẽtur. Tu vero dic quòd prima datur cũ leui cauſæ cognitione. nã eoipſo quòd petitur, gratia teſtium vel inſtrumentorum danda eſt niſi euidens appareat calũnia. & erit cognitio hæc leuis in moderamine locorũ: vt. ĩ. eo. eadẽ. Secunda vero dilatio ita demum datur, ſi ꝓbat ſe iuſta cauſa impeditum

Negotia militaria poſſunt quolibet tempore expediri. Bartolus.

IX. VLPIANVS libro ſeptimo de officio proconſulis.

DIuus Traian' Minicio Natali reſcripſit, ferias à forenſibus d tantùm negotiis dare vacationem: ea autem quæ ad diſciplinã militarem e pertinent, etiam feriatis diebus peragenda: inter quæ cuſtodiarũ f

B quoque cognitionem eſſe.

X. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

IN pecuniariis g cauſis omnis dilatio ſingulis h cauſis i plus ſemel tribui non poteſt: in capitalibus autem reo tres dilationes, accuſatori duæ dari poſſunt: ſed vtrunque cauſa cognita.

in prima: vt ar. ĩ. ti. j. ſi quis ex argẽtarijs. §. fi. & l. ſeq. huic lecturæ bene adaptatur quod hic dicit, ſingulis cauſis. i. rationib' vel impedimẽtis. nam per ſingulas rationes, id eſt cauſas quib' fuit impeditus, vnica datur dilatio. Sed in criminali cauſa, de qua loquitur ſecũda regula, nulla exquiſita ratione impedimẽti: in ſecunda vel tertia dilatione dabitur dilatio cum eadem cauſæ cognitione qua data eſt prima, id eſt ſecundum moderamen locorum: & ita, ſi bona fide poſtulari videatur. ſed vlterior cognitio

C non adhibetur de probatione impediměti in cauſa criminali: cũ non dicatur, ſingulis cauſis &c. niſi in ciuili. Item eſt contrariũ primæ regulæ, quia plures debẽt dari: vt. ĩ. de iudi. ad peremptorium. & in authẽ. vt cum de ap. cog. §. ſed hoc præſenti. col. viij. quæ eſt. C. de iudi. authen. iubemus. & C. quomodo & quando iudex. authen. qui ſemel. & de iudi. properãdũ. §. ij. Sol. hic præſenti & poſtulanti dilatio dabatur: in legibus autẽ cõtrariis abſenti ad eius malitiã ſuperandam, & contumaciam præſumendam. Item eſt cõtra in authen. de teſti. §. quia vero. coll. vij. vbi vſque ad quartam productionem datur dilatio. ſed dic quòd ibi vna tantũ erat dilatio intra quam fiunt ſupradictæ productiones. Vel ſi dicas ibi plures dilationes, vt dixerunt ibi quidã, dicas ſecundam & tertiam dari exquiſita ratione impedimenti. in quarta hoc plus eſt, quia iurat. quinta vero nõ datur. Secundæ autẽ regulæ qua dicitur duas vel tres dilationes dari in criminali, eſt cõtra. ĩ. de adul. l. in crimine. vbi nulla datur niſi cauſa plene cognita, & tũc non datur niſi vna: ſed ſpeciale ibi propter eius immanitatẽ. & dicas qđ ſit crimẽ capitale, vt. ĩ de bo. poſſ. l edicto. §. rei autẽ capitalis. & ĩ. de publi. iudi. l. ij. Itẽ quod dicit

D in fi. ſed vtrique &c. ad vtrãque regulã referatur: & de leui cauſæ cognitione intelligas: vt dictum eſt. Item not. ex hac lege quòd in ciuili cauſa tot actor quot reus habet dilationes: ſed nõ ſic in criminali. primũ tamẽ fallit: vt. C. de temp. in iteg. reſt. l. petẽdẽ. & C. de dila. ſiquando. & l. cũ à nobis. ſed nos intelligimus legem illam, cum à nobis. in relatione facta imperatori, vbi nõ datur dilatio: cum omnia plene inſtructa imperatori remittantur. Item quare plures in criminali dantur? Reſpon. quia non ſic cito ibi eſt recurrendum: vt infra de quæſt. l. j. §. diuus Seuerus. & ĩ. de pœ. l. abſentem. & C. de requi. reis. l. j. Itẽ ideo plures reo, quia fauorabilior eſt: vt infra de re. iur. l. fauorabiliores & quia non ſic inſtructus eſſe potuit vt accuſator: vt infra de excep. do. l. pure. §. fi.

Aller in cauſa ciuili tot habet dilationes, quot reus.

Reprobatur ꝙ Bart. & P. & ꝙ eũs. C. eo.

Idem dicit quòd iuriſcõſultus in ſedibus tradere de editione prout eſt in ſtatu & ſic ponitur per gerũdũ, quod ſignificat actiuũ aliter nõ intelligo de ſubſtãtia Reſpon. ideo

h *Singulis.* vel ſupponit pro eodem pro quo primo.

i *Cauſis.* id eſt inſtantiis: vel. i. capitulis: vel. i. impedimentis: nõ tamen vltra triennium.

DE EDENDO.

Id eſt demonſtrando: ab edo edis dicitur. ſed quare non poſuit ablatiuum, ſcilicet de editione, ſicut poſuit in aliis titulis de pa. & ſimilibus? b vt oſtenderet quandam neceſſitatem imponi edendi, qua ita & eam nõ imponitur paciſci valemi. Item quare non ſubiunxit accuſationũ. ſ. de offic. edendo

edendo actionem? Respondeo, quia non de ea sola, sed de triplici editione tractat. s. actionis: vt infra eo. l. 1. in prin. & instrumentorum: vt infra eo. l. 1. §. editiones. Item rationum: vt infra eo. l. 1. §. rationes. & l. prator. in prin. sed actio editur in principio: cætera in processu causæ. Item acta sunt edenda: vt. C. eo. l. in apud quē. sed hic tit. nō dicit aliquid de actis. &c.

DE EDENDO.

TITVLVS XIII.

Petitio debet exhiberi res, vt possit declarare an velis cedere, vel contendere. h. d. Diuidit primo ponit dictum. secundo rationem. tertio declarat dictum. secunda ibi, nē æquissimum. tertia ibi, edere.

1. VLPIANVS libro quarto ad Edictum.

VA quisque actione [a] agere volet, eam edere [b] debet. nam æquissimum † videtur, eum qui acturus est, edere actionem: vt proinde [c] sciat reus vtrum cedere, an contendere vltra debeat: & si contendendum putet, veniat instructus ad agendum, [d] cognita actione qua conueniatur.

Edere [e] est etiam copiam describendi facere, vel in libello complecti, & dare, vel dictare.

[QVA quisque.] CAEPS. Hæc l. dicitur quòd si voco te ad ius, debeo demōstrare actionem qua volo agere, vel te cōuenire: vt sic videas velis litigare, vel non: & vt venias instructus ad iudicium, si vis litigare. [EDERE.] Iste. §. ponit. v. modos quibus olim fiebat editio actionis. Primo, si conueni te, & feci libellum: debeo tibi dare libellum vt exemplifices: reddasque mihi ipsum libellū postea. Secundo quòd possim tibi dare vt teneas, & non reddas. Tertio, vt ego dicam vt tu scribas. Quarto, vt ducam te ad aduocatum meum: quī aduocatus dicet tibi qua actione te volo conuenire: vt ego dicam tibi mentetenus, & tu retineas mentetenus. [EDITIONES.] Conuenio te cū instrumento debiti: & tu petis vt tibi edam instrumentum. debeo quidē edere sine die & consule? & hoc ne committatur aliquid falsitatis: sed dies solutionis. i. in quo debet fieri solutio, est edēdus: quia dies solutionis est pars instrumenti sicut ipsa quantitas. [RATIONES.] Apud campsorem centum marcas deposui, quas recepi minutatim. modo volo quòd edat librum, diem & cōsulem. nūquid edere debet cū die & cōsule? & respon. q̄ sic. [EDENDA.] Si ago aduersus te, debeo tibi edere instrumēta quib' vsurus sum. nō autem edam illa instrumenta quibus nolo vti. [EDERE.] Instrumentū quo continebatur stipulatio facta sub conditione, edidisti mihi reo: sed conditionem non edidisti: nō videris stipulationem edere. [EIS.] Si minor sit, vel mulier, vel miles, & nō edant rationes: nō tenētur ad interesse eius qui agit.

a *Actione.* largissimè hoc nomen actionis ponitur, vt etiā iudicis officium cōtineat, & similia: vt. j. de oblig. & act. l. actionis verbo. aliàs stricte: vt. j. de oblig. & act. l. actionum genera. strictissimè, vt in eo. titu. actio in personam.

Actionis nomen triplicitèr capi potest.

b *Eam edere.* id est eam demonstrare olim quocunque modo: hodie per libellum: vt infra proxi. §. &. C. de lit. contesta. auhen. offeratur.

c *Vt proinde.* aduerbiū temporis, id est vt exinde: vel dic vt ex hoc sciat reus &c. sed quomodo potest reus hoc scire per solam actionis propositionem? Dic ergo eam edendam sic vt speciem litis demonstret: & ita reus sciet: vt. C. eo. edita. quod fiet si duo dixerit cū ipsa actione, scilicet rem & causam. de re enim patet quòd edi debeat cum actione: siue agam actione reali: vt. j. de rei vin. si in rem. in princ. vbi debet designare rem. siue personali ad aliquam speciem: vt in ea. l. §. & si vestimenta. vbi vestimētorum debet dici color & numerus. siue personali ad quantitatē: vt. C. de epi. & cle. authen. generaliter. de causa similiter cōstat: vt. C. de edic. diui Hadri. tol. l. fi. § sinautem aliquis. ibi, arbitrio requiratur & causa. & infra de excepti. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. Rei designatio tamē fit aliter & aliter. vnde distingue: quia aut est actio vniuersalis: vt petitio hereditatis: vt sumitur infra de rei vin. l. j. in princip. aut generalis, vt neg. gest. & tutelæ, & similes: aut singularis, vt de mutuo & locato, & similes: vt infra pro socio. l. pro socio arbiter. in prima res est vniuersaliter designanda: vt peto à te hereditatem quæ fuit Sempronij: quia sum eius heres: & hoc per petitionem hereditatis. & ideo quia non specificantur res, cuiūta hereditate inquiritur per executorem quid debeat restitui: & quædam retinētur, vt impensæ funeris, & soluta creditoribus: vt. C. de peti. heredi. l. j. &. l. in restituenda. &. l. de hereditate. &. l. fi. §. finautem. Item in generali sufficit rem generaliter dici: vt peto à te vt rationem tuæ administrationis reddas, [a] quia negotia mea administrasti: & hoc per act. neg. gest. sed iudicio pendente potero quædā persequi simili iuditio personali: vt. C. de iud. licet. In singulari autem rem singulariter designari oportet: vt. d. l. si in rem. j. de rei vin. Item & causa talis debet dici qua probata debeat sequi condēnatio: aliàs quid si dicam, peto à te decem, quia est rex in Frācia: vel quia ego sum hic? Certe non sufficit. Quod autem de causa dixi, habet locum in aliis, non in actione in rem. ibi enim sufficit actionē proponi, cum non sit nisi vnum tantum dominium,

a *Cōsultus dicens, peto te cōdēnari vt reddas rationē, & reliqua restituas Bart. & Ias.*

f. Vetus.

A & ex vna causa, & non læditur reus: imò ei prodest, cum actor omne ius suum in iudiciū deduxisse videatur. j. de excep. rei iudi. si mater. §. eandē. in fi. §. sed si egi ad librū actione ex empto, oportet dici causam [b] quia potest esse quòd emi, & non cōpetat actio propter lapsum temporis: & econtra quòd competat actio, & non emi: quia sufficit mihi sit cessa: sed non potest esse quòd habeā rei vin. quin habeā & dominium: & econtra si habeo dominiū, habeo in rem actionem, vel rei vin. cum idem tempus: & nihil potest esse in medio inter rei vin. & causam: sed secus in personalibus actionibus: quia eadē res ex pluribus causis deberi potest. vnde vt infra de reg. iur. l. nemo ex his. §. quotiēs. nisi in casu: vt infra quorum lega. l. j. §. quia autem nonnunquam. sed secus in exceptione: vt infra de excep. l. nemo.

[m] *Dare.* Ioan. dicit non animaduerti quo caſu hæc ſtipulatio cōmittatur curatori vel aduerſario. nam aut petebatur curator ad negocia: aut ad litē. ſi ad negocia: ſi quidem ratum habeat, nō committitur. ſi autem ratum non habeat, nec tunc committitur. nam cum debeat committi ad id quod intereſt illum ratū habere: hic autem nil intereſſet, immo noceret: quia tenetur adminiſtrare: non committitur ſtipulatio: quia prodeſt quòd non ratum habet. ſi ad litem: hic nunquam committetur curatori vel aduerſario: quia cogetur ſemper habere ratū, ſiue agat, ſiue cōueniatur: vt inſtit. de curato. §. item inuiti. pro eodem igitur habetur ac ſi ratū habuerit: vt infrà de negociis geſt. Pomponius. §. j. Reſpon. quod dicitur quòd inuitus accipit curatorem ad litem agendam, ſic intelligitur, vt non aliter audiatur vel admittatur ſi velit agere, niſi habeat curatorē. Quid ergo ſi adultus cōueniatur? hæc videtur multo durior oppoſitio: quia poteſt cogi & debet vt habeat curatorem: vt infra de tute. qui habet. §. idem Criſius. Reſponderi tamen optime poteſt, quia licet cogi debeat vt habeat curatorem, non tamen cogitur vt hunc vel illū habeat curatorem. ſic &. C. de iudi. apertiſſimi. hic ergo ſi velit adultus ratam habere defenſionem, non committitur: alioquin committitur ei qui volebat conuenire minorem, vel cōueniebatur nomine minoris: & ideo accepit ſatiſdationē rem ra. habe. ſi enim adultus habeat ratam defenſionem in primo caſu quādo fuit cōuentus minor (in quo caſu erat reus) fieret executio cōtra minorē. in ſecundo. ſ. quando alius cōueniebatur à minore, præiudicaretur minori per procuratorē: vt. j. de re iudi. ſi ſe. §. tutor. cū vero petitur curator ad negocia: ille tātum accipit ſatiſdationē qui petitur, & nō alius. & hic cōmitti ſtipulatio poſſit: vt ſi hic curator tanquam curator vendidit rem minoris: & de quadrupla cauit ex conſuetudine loci. intereſt enim curatoris q̄ ratum habeat minor: quia ſi ratū habet, non vindicabit rem quam vendidit curator alioquin cōtra. & ita curator de quadrupla teneretur. & ſic apparet ex prædictis ſatiſdari, ſcilicet aduerſario adulti quando ad litem, vel curatori quando ad negocia.

[n] *Pœna non defendentis.* id eſt nō cauētis de defenſione. vel proprio pone, vt ſupra eo. ſeruum. §. ait prætor.

[o] *Procuratoris.* ſcilicet actoris.

[p] *Denegetur.* & ſic remouetur ab adminiſtratione: vt hic, &. C. e. l. actionē. &. l. iij. & idem in omni adminiſtratore. & hoc quo ad aduerſarium: ſed quo ad dominum tenetur actione mandati ad in-

ad intereſſe:quia & hoc ſibi mandatum videtur,vt defendat:vt infra eo.l.ad rem.&.l.ad legatū.& ſupra de iuriſ.om.iudi.l.ij.

a *Si procurator agat.* in iudicio,& aliquid petat: & tunc cauebitur iudicatum ſol.vel iudicio ſiſti.Vel petebat ſtipulationem aliquam legati vel damni infecti: & tunc cauendum eſt ſeruo: quia meli⁹ videtur directam quæri quàm vtilem tantū:vt hic,& infra titu.j.l.fin. & infra rem pupil.ſal.fo.l.ij.& infra de adminiſt. tu.l.quotiens. in prin. Itē quia melius videtur ordinarium auxilium,id eſt directam actionem,quàm extraordinarium,id eſt vtilem quæri:vt infra de mino.in cauſæ. i prin. & ſupra de eden.quædam.in prin.

b *Abſentis.* id eſt domini,qui eſt actor.

c *Qui nō cogitur.* hoc primū reſponſum loquitur de procuratore rei.quod patet ꝓpter qualitatem ſatiſdationis, & quia dicit defendendi: vt inſtit.de ſatiſdatio.§. finautem. &.§.ſi vero aliquis. & de ope. noui nun. de pupillo.§. q remiſſionē.& qđ ſubiicit probando in alio reſpon. nam & eos &c. dicit de procuratore actoris.nam licet nec primus defendere,nec ſecundus agere pro alio, & ſic nec eū defendere compellatur:tamen poſt ſatiſdationem cōpelluntur: vt.C. eo.l. inuitus. Vel intellige primum reſponſum in procuratore facto in rem ſuam ex parte actoris ex cauſa nō lucratiua:quo caſu nō tenetur defendere niſi ſatiſdet:vt hic,& ſupra eo.ſi quis in rem. Vel tertio dic,quòd ꝓcurator actoris non tenebatur defendere:quia iuſtam cauſam habebat:vt ſupra eo. ſed & hæ.§. præter. quo caſu ſi ſatiſdedit,ſibi præiudicat:vt ſupra qui ſatiſdare cogan.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.Vel quarto dic quòd dominus pro eo ignorante ſatiſdedit.vnde non tenebatur defendere niſi & ipſe ſatiſdediſſet:vt ſupra eodem,ſi defunctus.ij. reſpon. & ſecundum hunc caſum loquitur verſic. nam &c.in procuratore rei,vt ſuperior,qui non cogitur &c. Vel quinto dic quòd loquitur in tutore vel curatore qui non coguntur cauere de defendendo:ſi tamen cauerint,tenentur:vt.C.de adminiſt. tu.l.ſi. §.defenſionem.prima verior eſt.

d *Abſentem.* ſcilicet reum non cogitur agere vel defendere.

e *Satiſdationem.* de defendendo.

f *Cogi.* ſcilicet præciſè,prout hoc reſponſum intelligitur de procuratore actoris,ſecundum quod modo expoſuimus: vt ſupra.e.ſed & hæ.§.præter.

g *Labeo.* ait.licet dixerit ꝓcuratoꝛ rei poſt ſatiſdationem cogi indiſtinctē:tamē diſtinguēdū eſt ꝓpter tres caſus quos ponit.

h *Tractum.* qui eſt breuis.

i *Cogendum.* ſcilicet præciſè.& optime in hoc dicit Labeo: vt ſupra eo.ſed etiam ex. & ſequens litera non loquitur quando res eſt peritura.

k *Abſentis.* ſcilicet huius qui ſatiſdedit,qui abſens eſt à reo:& reus ab ipſo.& ſic non eſt cōtra infra eo.l. Titius. Vel aliter ſol. vt ibi.& hoc modo vt hic dicitur abſens.j.eo. ſi procuratorem.

l *VEl ſi longinquo. interuenerit.* quæ enumerantur.ĩ.eo.poſt litem.cum ſeq.ll.&.l.filiuſa.§.fi.cum ſequentibus.

Melius eſt habere actiones directas, quā vtiles. Bartolus.

Si procurator [a] agat,& præſens ſit abſentis [b] ſeruus: Atilicinus ait,ſeruo cauendum,non procuratori.

Procurator qui ſatiſdat de defendendo, cogitur defendere ſi actio eſt tempore peritura. Item ex cauſa poteſt libere non defendere. ſed ſi actio non eſt peritura,& ſine cauſa non defendit,non cogitur: ſed ſtipulatio committitur.h.d.cum.l.ſeq.

Qui non cogitur [c] defendere abſentem: [d] tamen ſi iudicatum ſolui ſatiſdedit defendendi abſentis gratia:cogendum procuratorem iudicium accipere, ne decipiatur is qui ſatis accepit. Nam eos qui non coguntur rem* [e] defendere, poſt ſatiſdationem [f] cogi. Labeo [g] cauſa cognita temperandum: & ſi captio actoris ſit propter temporis tractum, [h] iudicium eum accipere cogendum. [i] Quòd ſi aut adfinitas dirempta ſit, aut inimicitiæ interceſſerint, aut bona abſentis [k] poſſideri cœperint,

* rem.

XLIIII. VLPIANVS libro ſeptimo Diſputationum.

VEl ſi longinquo ſit abſuturus, vel alia iuſta cauſa interuenerit:[l]

XLV. PAVLVS libro nono ad Edictum.

NOn cogendum. [m] Sabinus [n] autem,nullas prætoris partes eſſe ad compellēdum defendere: [o] ſed ex ſtipulatu ob rem non defenſam agi poſſe: ac ſi iuſtas cauſas [p] habeat cur iudicium accipere nolit,fideiuſſores [q] non teneri: quia vir bonus [r] arbitraturus non fuerit,vt qui iuſtam excuſationem adferret,defendere cogeretur. Sed & ſi ſatis non dedit, [s] ſed repromittenti ei creditum eſt: idem ſtatuendum eſt. Qui ita [t] de publico agunt,vt & priuatum commodum defendant: [u] cauſa cognita permittuntur procuratorem dare:& poſtea alius agens [x] exceptione [y] repelletur.

Cautio quæ non poteſt committi,non debet interponi.hoc dicit.V⁹ el ſic:Cui commiſſa ſunt antecedentia,cōmiſſa videntur ſequentia.& ideo quaſi ſit de mādato certū, nō caret de rato,cū cōmitti nō poſſit. Bar.

Si procuratori [z] opus nouū nunciatum ſit, [a] isque interdictum deſenſio,non committitur ſtipu.nec quātum ad procuratorem,nec quantum ad fideiuſ. [QVIITA.] Contra te egi act.populari,quia album prætoris corruperas,vel quia aliquid habebas appenſum in via publ.propter priuatum damnum meum:vtputa appenſum in via publica:vnde popularis oriebatur queſtio:propinquus eras domui meæ: an in iſta act. procura. conſtituere poſſim, quæritur. Et reſpon. quòd ſic poſſum.[SIPRO-CVRATORI.] Procuratorem inſtitui ad negotia. iſte procura.incepit in meo ædificare. Mæuius nuntiauit ei nouum opus. procu. cauit de demoliendo opere ſi appareat iniuſte ædificatum:vnde Mæuius nūtiationē remiſit.poſtea ei ædificanti nuntiauit vicinus nouum opus. procurator iuit ad iudicium interdicti vti poſ.quod continet tale ius,quòd ex quo ille qui ædificare vult, ſatiſdederit de opere demoliendo,ſi appareat fore ædificatū iniuſte,quòd non debet ꝓhiberi ædificare. aduerſarius vult vt caueat procura. de rato, agens iſto interdicto. dicit quòd cauere non tenetur: & ſi cauerit, non committitur ſtipulatio iſta.Vi.

m *Non cogendū.* præciſe:nec ſtipulatio cōmittitur:vt.j. proxi. at ſi iuſtas cauſas &c.

n *Sabinus.* hic non debet eſſe.§.ſed groſſa litera:& quod dicit Sabinus,dicunt quidam quòd corrigit omnia prædicta. Sed tu dic ꝙ nō corrigit aliquid de dicto Labeonis: ſed dictū priorum ſic.ſi enim res ſit peritura,omnino cogitur ſecundū Labeonem, & bene:vt.ĩ.eo.l.ſed etiam ex.in fi.ſi vero iuſta cauſa interuenerit,non cogitur,vt ait Labeo:& bene:vt.ĩ.eo. ſed & hæ.§. præter.nec ſtipulatio committitur:vt hic ſubiicit,at ſi iuſtas cauſas. ſed ſi iuſta cauſa non interueniat,nec res ſit peritura,non cogitur:ſed ſtipulatio committitur:& hoc adiicit Sabin. dicto Labeonis:& corrigitur per hoc dictum priorum.collige ergo,quia in primo cogitur,in ſecundo non:nec ſtipulatio cōmittitur.in tertio nō cogitur:ſed ſtipulatio cōmittitur:& hoc in ꝓcuratore rei:nā ꝓcurator actoris præciſe cogitur:vt.ĩ.eo.ſed & hæ.§. ꝓter. Itē ad dictū Sab.qđ eſt hic,eſt contra.ĩ.eo. ſi defunctus.j.rſi. Sed dic quòd hic eo ignorante vel contradicente dominus ſatiſdedit,vel ipſemet procurator ſatiſdedit:ibi eo ſciente & non contradicente dominus ſatiſdedit:vt & ibi dixi.

o *Defendere.* ſcilicet præciſe.

p *Iuſtas cauſas.* aliquam de prædictis.

q *Fideiuſſores.* dati ab ipſo ꝓcuratore vel domino eo ignorāte.

r *Quiꝙ vir bonus.* ad cuius arbitrium debet defendi:vt infra eodem.l.Pautius.j.reſpon.

s *Sed & ſi ſatis non dedit.* ſcilicet cum fideiuſſoribus.

t *Qui ita.* pone caſum ſupra eo.licet.in principio.

u *Defendant.* ecce ꝙ actor dicitur defendere,& reus agere:vt ſupra eodem.non ſolum.§.ſi ſtatus.

Actor quāndoque defendit, & reus agit.

x *Et poſtea alius agens.* ex eadem cauſa.

y *Exceptione.* ſcilicet rei iudicatæ:vt infra de popu.act.l.iij.& hoc ſi non per colluſionem ſit actum:vt.j.de iureiur.l.eū qui.§. in popularibus.Contra enim videbatur:quia cum ſit priuatum damnum,videbatur alius non repelli.

z *Si procuratori.* ædificanti nomine domini.

a *Nunciatum ſit.* & ipſe cauit de opere demoliendo. aliàs non haberet locum hoc interdictum quod ſubiicit:vt infra de ope. no.nun.l.de pupillo.§.penultimo.

a *Interdicto vtatur.* ſcilicet vti poſſidetis:vt dicũt quidam: quia qui ædificare ꝓhibentur,& poſſidere prohibentur: vt infra de vi & vi arma.l.vim facit. & infra vti poſſi. ſi duo. Vel dic,hoc interdicto quod ſubiicit,ne ei vis &c. vt ſint verba cuiuſdam interdicti:vt infra de ope.no.nun.l.de pupillo.§.penult.

b *Defenſoris.* quãtum ad euitandam ſatiſdationem de rato. & eſt ratio:quia non poſſet committi ſtipulatio:vt ſubiicit:vere tamẽ eſt actor,cum agat interdicto:vt infra de ope.nõ.nũ.l. de pupillo.§. pen. quæ eſt contra.

c *Satiſdederis.* ſcilicet ſponte.

d *Nõ animaduerto.* nã aut ratũ habet,& ſic habet quod ꝓmiſit. aut non:& tũc poteſt etiã hodie prohibere.& ſic potius intereſt non habere ratum,quàm habere.ſed nonne ego animaduerto? pone q procurator iniuſte victus eſt interdicto qđ proponit. ſi dominus ratum habet, intereſt mea.nam ſi ratum habeat, potero prohibere. ſi non habeat: non nocebit domino ſententia:ideoque dominum prohibere non potero: & ſic poteſt committi ſtipulatio:vt infra rem ra.habe.ſi fine.§.quòd ſi procurator.nec placet vt dicatur non committi propter iniuriam: vt infra rem ra.hab.ſi fine.§.cum autem.quia iniuria ꝓcuratori meo facta,mihi nocet:vt hic,non ſi alteri fiat,vt ibi. An ergo cauebitur eo attento quod non iure fieri poteſt? Reſpon.nõ,vt hic,& infra de pecu.eo tempore.j.reſpon.vel dic,non committitur:quia totũ ſibi mandaſſe videtur: vt infra.e.l. ad rem.&.l. ad legatum.vnde non eſt expectandum vt ratum habeat:vt infra de condict.indebi.ſi procurator.ſecundum Azo.cum neceſſe habeat habere ratum. Vel dic,non committitur etiam ſi dominus non habeat ratum:quia eo non habẽte ratum,qui egit interdicto,per conſequens non videtur habere ratum primam ſatiſdationem quam fecit de opere reſtituendo.vnde tenet nunciatio.& ſic deſtrueretur opus factum poſt.potius ergo intereſt vt nõ habeat ratum,quàm habeat.ſic ergo ſuperflua eſt,cum nõ poſſit committi.

e *Committatur.* non ergo præſtatur,cum ſit ſuperflua. ſic infra vt le.no.ca. hæc ſtipulatio.§.primo.

dicto vtatur,[a] *Ne ei vis fiat ædificanti:* defenſoris [b] partes † eum ſuſtinere, nec compelli cauere ratam rem dominum habiturum Iulianus ait. & ſi ſatiſderit,[c] non animaduerto,[d] inquit Iulianus,quo caſu ſtipulatio committatur.[e]

Poſt litem conteſtatam rem poteſt facere procuratorem,& pro eo cauere. Bart.

XLVI. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale.

QVi proprio nomine iudiciũ accepiſſet,[f] ſi vellet ꝓcuratorem dare,in quẽ actor transferat iudicium, audiri debet,ſolenniterq́ue pro * iudicatũ ſolui ſatiſdatione cauere.[g]

Qui ſponte defendit, poteſt veram cauſam tamẽ defendere. Bartolus.

Ei qui defendit [h] eum cuius momine ipſe non agat,liberum eſt vel [i] in vnã rem defendere.

Nemo eſt idoneus defenſor alterius ſine ſatiſdatione. Bartolus.

Qui alium defendit, ſatiſdare [k] cogitur.nemo enim alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intellegitur.

Qui defendit in antecedenti,cogitur defendere in conſequenti.hoc dicit.vel aliter: Qui defendit in præparatorio, cogitur defendere in procuratorio.

Item quæritur,[l] † ſi iudicium acceperat defenſor,& actor in integrum reſtitutus ſit:an cogendus ſit reſtitutorium iudicium accipere. & magis placet cogendum.

Procurator etiam ad lites tenetur reddere rationem,& reſtituere reliqua: hoc eſt quicquid eius occaſione ad eum peruenit:& repetere expenſas. Bartolus.

Procurator vt in cæteris quo-

f *Accepit.* ſcilicet per conteſtationem.

g *Cauere.* ſcilicet domin⁹,ſi præſens eſt. aliàs ipſe procurator ſatiſdat.inſtit.de ſatiſda. §. finautem. verſicu. ſi vero aliquis.&.j. iudi. ſol.ſi ad defendẽdum. Iteꝝ ex eo quod in principio dixit dominũ iudicium accepiſſe,ſcilicet lite conteſtata cõtra ſe,& hic ſatiſdat pro procuratore quẽ poſtea dat, colligitur quòd etiam poſt litem conteſtatã factus procurator debet cõdemnari.& pro hoc eſt ſupra eodem.l.licet.§. ſi plures. ſi enim dominus dãnaretur,non ſatiſdaretur,cũ per hoc fiat procuratoris conditio grauior:vt ſupra eodẽ. ſed & hæ §. defẽdere. Sed arg.cõtra. eſt ad prædicta inſt.de ſatiſdatio.§.finautẽ. in fin.verſic.alia. Acc.

† *Ludo.Ro. in ſuis ſing. fo.23. ſing. 638. repetat iſtũ tex. ſing. ſed cũ reuerentia ipſius, text. non probat id ad quod voluit eum alleg. vt videre potes hic in interpreta. Bal.*

h *Ei qui defendit.* in ſpõtaneo geſtore cum mandato vel ſine, intelligenum ſufficit ſi cui &c.vt.C.de nego. geſt. tutori. ſecus in tutore vel curatore:vt ibidem dicitur.item ſecus ſi agat nomine alterius:quia tunc cogitur in omnibus defendere: vt ſupra eodem.l.omnium.&.l.non ſolum.

i *Vel.* pro ſaltem.

k *Satiſdare.* ſcilicet iud.ſolui:vt inſtit.de ſatiſda.§.finautẽ.hoc tamen fallit in duobus caſibus ſecundum quoſdam:vt ſupra eodem.non ſolũ.§.ſi ſtatus.&.§.fina.ſed etiã ſine ſatiſdatione cõuenitur iudicati quandoque:vt infra eo. Plautius. Item nota hic defenſorem ſine ſatiſdatione non admitti:vt hic,& infra eo.minor.§.is qui.& infra de iudi.l.recte. Accurſius.

l *Item quæritur.* pone caſum quòd datus fuit defenſor aduerſus eum qui in integrum reſtitui volebat:eo quòd cũ minor eſſet, prædium ſuũ lapſus iuuentute vendiderat cum decreto: reſtitutus eſt vt vindicet.in vindicatione ergo cogitur defenſor iudicium ſuſcipere rei vindicationis,ſecundum Ioan. & eodem modo reſtitutus ad actionẽ perſonalem quã acceptilatione deceptus dimiſerat,cogitur defenſor hoc iudicium perſonale reſtitutorium ſuſcipere. Si autem quæras,cum quaſi dominus reſtitutionem imploraſſet:cur non eſt ei reſtituta magis res quàm actio? Reſpon. Io.quia non cõſtabat eum fuiſſe dominũ:ſed reſtitut⁹ eſt,vt id quod ei obſtabat in vindicãdo,ſcilicet vẽditio, nõ obſtet.alioquin ſi cõſtaret eum dominum fuiſſe:res nõ actio reſtitueretur.& eodem modo dicas in perſonali quòd non erat purum debitũ:alioquin ipſa pecunia nõ obligatio reſtitueretur. & ꝓbantur hæc omnia infra de mino.l.finali.& de condic.cau. da.ſi quis accepto tulerit.&.l.ſi mulier.& de his quæ in fraudẽ cre.l.ait prætor.§.partum.verſicu. ſi cõditionalis.Sed hæc poſitio non placet Azo.nam & ſi non conſtet ipſum eſſe dominum, officio iudicis etiam contra extraneum ſit reſtitutio rei, cũ habeat ab eo cauſam:vt infra de minori.l.in cauſæ.prima.§.interdum. Dic ergo quòd hic loquitur cum ipſe minor nõ tradidit: ſed ipſe emptor poſſidebat rem quam emit:& ideo emit ab eo, quia ſciebat eum dominum eſſe.& eſt ꝓ eo infra de adminiſtr. tuto.l.ſi fine herede.§.interpoſito. Vel planius pone quod dicit reſtitutorium iudicium,hoc eſt iudicium quo emptor repetit à minore pretium quod in vtilitatem ſuã cõuerſum eſt:quod poteſt facere:vt infra de mino.quòd ſi minor.§.reſtitutio. Vel pone caſum in eo maiore,cuius res dũ vſucaperetur,cœpit abeſſe cauſa reipublicæ,& interim cõpletur vſucapio:qui reuerſus impetrat reſtitutionẽ. Ego ſic pono caſum,quòd minor petiit rẽ rei vindica.vel alia quacunque actione:& fuit cõtra eum pro defenſore cuiuſdam ſententia lata.petit reſtitui cõtra ſententiam. idem defendet reum.& ſecũdum hoc dic reſtitutus,id eſt reſtituendus.Sed cõtra omnes prædictas poſitiones eſt.C.e.l.inuit⁹.

Iniuria ꝓ eam ſa ſta, nota domus.

* *pro m.*

vbi dicit procuratorem cauſam appellationis proſequi nō compelli. Sol. aliud eſt in appellatione, quæ eſt alia cauſa: alia in hac reſtitutione in integrū, quæ quaſi eſt de appendiciis primę: arg. infrà de mino. l. præfecti. Sed argu. cōtra. in eo. ti. l. præſes. Item eſt argu. quòd aduocatus i cauſa appellationis patrocinari tenetur. ſic & infra an per alium cauſa appell. l. finali. Sed contra eſt, cū ſit alia cauſa: vt. C. eo. l. inuitus. *ADDITIO.* Tu dic quòd non tenetur proſequi cauſam appellationis: quia dicitur alia cauſa: ſed iudicium reſtitutorū ſic: vt hic ſecundū Bartolum.

Aduocatus in cauſa appellationis patrocinari tenetur.

a *Gerendis.* ſ. extra iudicium vel ſine mādato: vt. ĩ. de negotiis geſtis. l. ij. vel cum mandato: vt. ĩ. mandati. l. idémque. §. primo. & l. ex mandato.

b *Nomine.* puta ipſam rem. extrinſecus autem vt fructus vel aliquid ex ſtipulatiõe propter rem non defenſam. & accipe hoc ſi tanquam procurator percepit. nã ſi tanquã quilibet, non cogeretur reſtituere: vt arg. ĩ. ſol. matrimo. ſi vero. §. item quicquid. & infra ad Trebellianum. debitor. §. finali. & ſic fuit definita cauſa quã habuerunt cõſules Mediolanẽſes miſsi ad imperatorem Conſtãtinopolitanum. Accurſius.

c *Debeat.* ſic infra titulo ſecũdo. l. ſi autem. §. item ſi fundum. Sed certe imò videtur quòd non, quia poſſeſſor hereditatis hoc indebitum non reddit: vt infra de petitione hereditatis. l. ſi poſſeſſor. §. ait ſenatus. verſic. bonæ fidei. quæ eſt cõtra. Solu. hic præceſsit cõtractus, ſcilicet mandati: ibi nullus inter poſſeſſorem & heredẽ. vel hic vt procurator habuit: & ſic nomine domini: ibi nomine ſuo. Item cõtra infra de doli mali exceptione. ſi procurator rei. quia ibi procurator ex colluſione pecuniã accepit: quã dicit eum retinere. ſed ibi retinet aduerſus dantem, non aduerſus dominum cuius procurator eſt.

d *Non debet.* Not. ſic & infra de noxalibus actionibus. l. ſi communi familia. & ſupra quod quiſque iur. l. tertia. §. quòd ſi is. in fi. §. & infra de tutelæ & rationibus diſtrahendis. l. prima. §. nunc tractemus. &. §. plane. Item not. ex hoc & ſuperiori reſpon. non eſſe eandem rationem contrariorum: ſic & infra titulo ſecũdo. l. ſi quis negotia. Sed arg. contra. inſtit. de tute. in principio, & infra de vſur. Gaius. in fine. *ADDITIO.* Dic ſecundum Paul. de Caſt. hic quòd hoc operatur culpa vel delictũ procuratoris: cũ non ſit eadem ratio contrariorum: vt infra pro ſoc. l. de illo. in fin. regulariter ſecus: vt. l. & ſi. infra de vulg. & pupil. &. l. fina. infra de leg. iij.

Contrariorum non eſt eadẽ ratio.

e *Suadet.* vt. ĩ. de pac. l. ſumptus. &. ĩ. man. l. idémque. §. idẽ Labeo ait. & infra titu. j. ſicut. §. j. & hoc in procuratore qui habet mãdatum omnino: ſiue perdat, ſiue vincat: vt. C. manda. l. etiam. in eo autem qui ſine mandato defendit: diſtingue an vincat, & tunc repetitam perdat, & tunc non: vt infra iudi. ſolui. l. iam tamen. §. in hac ſtipulatione.

f *Et vtique recte.* imò nõ recte: niſi nominatim mandatum ſit: vt infra. l. proxi. quæ eſt contra. Sol. hæc ſecundum illã: & ſic habet ſpeciale mandatum ſecundum Io. Alij diſtinguunt vtrum ſit procurator in exigendis debitis tantum: vt hic. an omniũ factorum domini: vt ibi: & erit ibi ratio, quia primo caſu cum mãdatũ ſit vt in iudicio exigat, hoc à ſe nõ poteſt. vnde eſt quòd hic alij intelligatur mandatum. in ſecundo non, niſi habeat ſpeciale mandatum: vt. ĩ. e. l. itaque. Vel dic quòd in hoc. §. fuit commiſſa adminiſtratio Italicorum: vni alij prouincialium negotiorum. vnde ſicut ſi eſſet vnus in totũ procurator, contra alium in omnibus ageret, quaſi ſit alter à toto ꝓhibitus: ſic & hic quaſi à parte prohibitus poterit alium pro ſua parte adminiſtrationis conuenire. nam quod facit in toto quo ad totũ denegata adminiſtratio, hoc in parte quo ad partem: vt infra de admi. tu. ſi duo. &. l. inter tutores. in ſequenti vero lege cuilibet in totũ adminiſtratio cõmiſſa erat. Vel diſtingue de quo debito agatur. ſi de eo quod erat ante mandatum, bene poſſet agi à procuratore cõtra aliũ procuratorem. ſi autem de eo quod poſt contigiſſet, non poſſet: licet actiones competant: ſed ex cauſa intrinſeca cœpit deberi. Si autẽ ex ipſa adminiſtratione, non ante eſt actio quàm finita ſit ipſa adminiſtratio: vt & diximus in tutela: vt infra de tute. & ratio. diſtr. ſi tutor. i ſi. &. l. ſeq.

QVI duos procuratores omnium rerum ſuarum reliquit, niſi nominatim præcepit vt alter ab altero pecuniam petat: non videtur [g] mandatum vtrilibet eorum dediſſe.

XLVIII. GAIVS libro tertio ad Edictum prouinciale.

ITaque ſi hoc ſpecialiter mãdatum eſt: tunc excipiente eo cum quo agitur, *Si non mihi* [h] *mãdatum ſit, vt à debitoribus peterem:* actorem ita debere replicare: *Aut ſi mihi mandatum* [i] *eſt vt à te peterem.*

Procurator non poteſt facere conditionẽ domini deteriorem, ſed meliorem ſic. h. d. cũ l. ſeq. Bartolus.

XLIX. PAVLVS libro quinquagẽſimoquarto ad Edictum.

IGnorantis domini conditio deterior per procuratorẽ fieri non debet [k].

L. GAIVS libro vicenſimoſecũdo ad Edictum prouinciale.

QVacunque ratione [l] procurator [m] tuus à me [n] liberatus eſt, id tibi prodeſſe debet.

Qui poteſt in integrum reſtitui, non eſt idoneus defenſor: & reſtitutio principalis prodeſt fideiuſſori. Bartolus.

QVidus.] *CASVS.* Hæc lex cum ſuperiori continuatur: & eſt caſus talis: Cõſtitui duos procuratores, puta Titiũ & Seiũ: an Titius poſſit exigere ab illo? Dicitur quòd nõ, niſi ſpeciale habeat mandatũ: & ſi exigat, & alius excipiat quòd ſit procur. ſicut & ipſe, & ꝙ ipſe bene poſſet exigere ſi non eſſet procur. ſicut & ipſe: dicit quòd habens mandatum replicabit de ſpeciali mandato, dicens, tu bene exciperes ni. ſi haberem ſpeciale mandatum. Viuianus.

g *Non videtur.* ſed contra ſupra. l. proxi.

h ITaque. *Si non mihi.* verba ſunt exceptionis.

i *Mandatum eſt.* ſcilicet ſpecialiter. & ſic no. ſpeciale hoc caſu deſiderari mandatum: vt dixi plene ſupra eo. Pompo. in prin. Item no. quòd aliàs eſt non, in litera: aliàs non eſt, non: & ſunt verba hæc replicationis.

k IGnorantis. *Non debet.* niſi in tribus caſibus: quando ſcilicet eſt in rem ſuam: & quãdo ſpeciale habet mandatum: & quando generale, ſed habet liberam adminiſtrationẽ: vt infra de iureiu. l. iuſiurandum. ij. §. fi. &. l. ſeq. & ſupra de pact. l. reſcriptum. §. ſi. &. l. ſeq. quæ ſunt cõtra. Sed certe nec tunc quando generalem habet adminiſtrationem & liberam, poteſt donare: vt ſupra de pactis. l. contra iuris. §. ſi filius. ſed licet deteriorem facere nõ poteſt, tamen meliorem ſic: vt infra. l. proxi.

QVacunque.] *CASVS.* Quocunq; modo tuum procura. libero, hoc tibi proderit: hoc eſt videor te liberaſſe. Viuia.

l *Quacunque ratione.* ſiue ipſo iure, quod ſit multis modis: ſiue per exceptionem pacti vel aliam. aliud ſi non ratione, ſed contra rationem, vt per dolum vel metum vel ſimilẽs modos: quia non videtur hoc ei commiſſum: ſed vt bona fide faciat ſic, vt infra de condict. i. ade. l. ſi procurator. in prin. &. §. Celſus. in fin. ſed videtur quòd pactum non valet: quia tunc demum valet cũ principaliter ei prodeſt cui fit: vt ſupra de pac. l. fideiuſſoris. ibi, neque enim &c. quæ eſt cõtra. Sol. & hic intereſt procuratoris: quia mandati tenetur ſi non quæſiuit quod potuit: vt arg. C. ar. tu. l. quicquid.

m *Procurator.* ergo procuratorio nomine. *ADDITIO.* Bal. in. l. j. in fin. C. de ſen. & interlo. om. iudi. dicit iſtam glo. non eſſe alibi ad iſtud propoſitum quòd quando in ſententia dicitur, Cõdemno Titium procuratorem: perinde eſt ac ſi diceret procuratorio nomine. Bolog.

n *Mihi.* ſcilicet creditore tuo.

Minor.]*CASVS.* Dicit lex iſta quòd ſi minor vigintiquinque annis velit aliquem defendere, quòd non poteſt procur. eſſe nec defenſor: cum & ipſe minor & eius fideiuſſ. reſtitui poſsit. [*QVONIAM.*] Certum eſt quòd maritus in id quod facere poteſt, condemnatur: vt.j.ſo.ma. maritum. vnde pone: vir conſtituit procurat. ad ſuam defenſionē, cum actione de dote cōueniretur. ſol. mat. nunquid procur. condemnabitur in id quod facere poteſt vir? Et reſpon. quòd ſic. [*IS QVI.*] Cuiuſcunq; dignitatis ſit is qui defendit, ſatisdare debet iud. ſol. aliàs defendere nō videtur: vt in duabus ll. ſe. quæ continuātur cum iſta. Viuianus.

a *Minor exiſtat.* i. exiſtere velit: quod eſt cū intereſt eius, vt quia ſit obligat⁹. ſed certe imò hoc ipſo quòd implicatur: vt infra de mino. l. minoribus.

b *Poſsit.* quando eſt hoc quòd poteſt reſtitui, & quādo non? Reſpon. poteſt quādo ſine mandato, vt patet hic: quia dicit, defenſor non poteſt quādo habet mandatum: imò qui mādauit, ſibi imputet: vt.j. de mino. l. cum mādato. hoc nō placet: quia lex illa in negotiis loquitur: & hic nō habet legitimam perſonam: vt. C. qui legi. per. l.j. &.ij. & j. de leg. tut. l. fi. ſed dic quòd quādoq; etiā ſine mandato defendens non reſtituitur, vt ſi pro patre vel matre vel ſimilibus interueniat defenſor in ſubſidium: vt. ff. eo. l. fœminas. &.j. de tu. & ra. diſt. l.j. §. ſed nōnullos. & de admin. tu. cum plures. §. cum tutor. ibi, in primis. & de li. ho. exh. l. iij. §. ſed ſi mulier. his enim caſibus iure communi eſt vſus: vnde non reſtituitur: vt.j. de iureiur. nam poſtea. §. ſi minor. & C. de in integ. reſt. mi. l. non videtur. & C. eo. exigendi. in fi. Item quid ſi fideiuſſor animo donandi pro eo interueniat: an erit tunc idoneus? Reſpon. non: vt C. qui le. per. l.j. & ij.

aſſa gloſſ. ſing. ſaida Bald. & Angel.

Minor. 25. annis an poſsit eſſe procurat.

c *Non eſt.* Hic habes ergo quòd minor. xxv. an. non poteſt eſſe procurator: vt. C. eod. l. exigendi. in medio. l. Sed contra. inſtit. qui ma. non poſſ. §. eadē lege. & infra de manu. vin. l. ſi collactaneus. Sol. in illis. ll. ad negotia erat: hic ad iudicia prohibetur. nā & ſeruus ad negotia poteſt eſſe, ſed ad iudicia non: vt. ff. eo. ſeruum. Item contra. C. e. l. exigendi. in fin. Sol. ibi damnandus erat abſens: quia lis erat in eum conteſtata. hic non, ſecundum Irn. vt arg. ſupra eo. nō ſolum. §. fi. Sed quomodo ibi fuit admiſſus? aut enim quaſi procurator patrem defendere volebat, & tunc non debet admitti, quia perſonā nō habet legitimam: vt. C. ſi aduerſus iu. l. cum & minores. &. C. qui legit. perſo. lege ſecunda. Itē quia & ipſi & fideiuſſoribus ſuccurritur: vt hic dicitur: maxime ſecundum noſtram ſentētiam: qui dicimus procuratorem quandoque interuenientem debere damnari: vt. ff. e. l. qui proprio. in princ. diximus. aut allegando cauſas abſentiæ: & tunc quilibet debet admitti: vt. ff. e. ſeruum. §. publicè. dic ergo quòd ſpeciale fuit ibi vt pro parte admitteretur: quia in hoc caſu iure communi eſt vſus: vt hac lege modo notaur: & ſic nō reſtituitur ibi, maxime ne lex videatur homines decipere quæ facit eū admitti: vt ar. C. de his qui ve. æta. impe. l.j. Alij dicūt quòd ibi reſtituitur, vt hic, quod eſt falſum.

d *Succurritur.* imò videtur quòd licet ſibi ſuccurratur, fideiuſſores tamen teneantur: vt.j. de arbi. l. ſi pupillus. quæ eſt contra. Sol. ibi loquitur quando fideiuſſit in rem minoris: hic non. vel verius ibi non reſtituitur pupillus: quia nec tenebatur niſi naturaliter: & ideo fideiuſſoribus nō ſuccurritur: aliàs iuuaretur. Itē cōtra. C. de fideiuſ. mi. l.j. &.ij. j. reſpō. &.j. de mino. l. in cauſæ. j. in prin. Sol. P. dixit quòd hic fuit minor dolo inductus: quod nihil eſt: quia cum nec fuerit hic admiſſus, nō poteſt dici etiam de facto quòd fuit dolo inductus. vel ibi ſciebat ſe pro minori fideiubere: hic autē credebat eum eſſe maiorē. ſed hoc non valet: quia hoc caſu nō deberet fideiuſſori ſubueniri in necem creditoris: vt. d. l. in cauſæ. Alij dicunt hoc in iudiciis: ſed leges contrariæ in cōtractibus. & hoc non valet: quia idē debet eſſe vtrobiq;: vt. C. ſi tut. vel cu. inter. l. ij. Tu ergo dic: aut minore reſtituto datur in alium regreſſus: & tunc ſibi & fideiuſſori ſuccurritur: vt fuit hic. nā minore reſtituto remanet actio creditori contra debitorem ſuū quem defendere volebat minor. ſic & in minore qui hereditatē adiuit, & creditoribus hereditariis fideiuſſorē dedit. nam ſi reſtituitur & repudiet, reſeruatur actio in eum qui heres erit: & ideo fideiuſſori ſuccurritur: v.j. de admi. tut. l. ij. & de adquiren. hered. ſi pupillus. in fin. aut in aliū actio creditori nō ſeruatur, & tūc diſtinguitur an dolo aduerſarij inducitur minor: & tunc etiā fideiuſſori ſuccurratur nō vt minori, ſed vt ſua reſtitutio ſibi proſit: vt. C. de fideiuſ. mi. l. ij. ibi, verum &c. &.j. de except. l. exceptiones. ij. §. rei autem. imò & ſi minor non curaret reſtitui, fideiuſſor tamen iuuaretur: vt.j. de cōtra tabu. ſi poſt mortē. §. fin. aut non fecit dolū aduerſarius: & tunc fideiuſſor nō iuuatur: vt in cōtrariis legibus. Itē quid ſi ad agēdum minor cō ſtituitur procurator? Reſpon. idē: vt arg. C. qui le. per. l. ij. vel dic contra, quòd tunc nō poſsit reſtitui: & ſibi imputet qui eum cōſtituit: vt infra de mino. cum mandato. prima verior.

LI. VLPIANVS libro ſexagēſimo ad Edictum.

MInor vigintiquinque annis ſi defenſor exiſtat [a], ex quibus cauſis in integrū reſtitui poſsit, [b] defenſor idoneus non eſt: [c] quia & ipſi & fideiuſſoribus eius per in integrum reſtitutionē ſuccurritur [d]. Quoniam tamē defendere eſt eandē vicē quam reus ſubire [e]: defenſor mariti in amplius q̄ maritus facere poſsit [f], non eſt condemnandus. Is qui ſuſcepit defenſionē, etſi locupletiſsimus [g] eſt,

LII. PAVLVS libro quinquagēſimoſeptimo ad Edictum.

ET ſi conſularis ſit,

LIII. VLPIANVS libro ſexagenſimo ad Edictum.

NOn videt̄ defendere, niſi ſatiſdare [h] fuerit paratus.

LIIII. PAVLVS libro quinquagenſimo ad Edictum

NEque fœmina, [i] neque miles [k], neque qui reipublicæ cauſa abſuturus eſt, aut morbo perpetuo tenetur, aut magiſtratum initurus eſt, aut inuitus iudicium pati non poteſt [l], idoneus defenſor intellegitur.

Tutores qui in aliquo loco adminiſtrauerunt, eodem loco & defendi debent [m].

Vtilis præfertur directæ. Bar.

LV. VLPIANVS libro ſexagenſimoquinto ad Edictum.

PRocuratore in rē ſuam dato, præferendus non eſt dominus procuratoris in litē mo-

e *Quam reus ſubire.* Not. Qui eandem perſonam repræſentat, eadem habet & priuilegia: vt infra pro ſocio. l. verum. §.j. & de dam. inf. ff. l. qui bona. §. pen. & ſupra eo. ſed & hę. §. defendere. & infra ſol. ma. l. alia. Sed argu. contra infra de admini. tuto. l. ex pluribus. *ADDITIO.* Pro declaratione huius glo. cum dicitur quòd defenſor repræſentat per omnia vicem eius quem defendit: hoc intellige in defenſore voluntario. nam qui defendit ex neceſsitate, etiā ex ſua perſona poterit defenſionibus vti vt. l. idē nque. § generaliter. infra manda. cum concor. ſecūdum Bartolum.

f *Poſsit.* habita ratione ne egeat: vt infra de regulis iuris. l. in condemnatione. in principio.

g *Locupletiſsimus.* Hic eſt arg. contra. C. de epiſc. audiēn. l. de creationibus. § j.

h *Non videtur. Satiſdare.* ſcilicet iud. ſol. nemo enim alienæ litis &c. vt ſupra eo. l. qui proprio. §. qui alium. & inſtitu. de ſatiſda. §. fin. & infra de mino. quòd ſi de ſpeciali. in fin. & infra de iudi. recte. & infra rem ra. ha. l. actor. & infra de reg. iur. qui rem. ſecus in tutoribus & curatoribus: vt. C. de adminiſtra. tuto. l. fi. §. defenſionem.

i *Neque fœmina.* niſi in caſibus: vt ſupra eo. fœminas. & dic vt ſupra de ſtatu ho. l. in multis.

k *Miles.* ſcilicet armatæ militiæ, niſi in caſu: vt. C. eo. l. qui ſtipēdia. & in alio: vt. ff. e. filiuſfa. §. veterani. & idem dicitur in milite cœleſtis militiæ: vt in ſacerdote & clerico quolibet in ſacris ordinibus poſito: vt in authen. de ſan. epiſ. §. deo autem. ibi, aut procuratorem litis. & in glo. cauſis. col. ix. niſi in caſu ſimiliter vt. C. de epiſ. & cleri. l. placet. vel dic prædictum. §. alium loqui in ſpecialibus caſibus quos ibi ponit in textu.

l *Non poteſt.* quia eſt factus conſul, vel alterius [b] iuriſdictionis: vt ſupra de in ius vocan. l. ij. & ſupra de iuriſd. om. iu. l. fi. multo magis nec ille qui etſi vellet pati iudicium, non poſſet: vt illuſtris, & ſuperilluſtris: vt. C. eo. l. quicunque. & in authen. vt ab illuſtri. §. j. coll. v.

b Bald. hic dicit iſtam glo. ſing. ad hoc quòd defenſor nō poteſt aſſumi ſi ſit iuriſdictionis extranea. Bolog.

m *Debent.* cum enim ipſi debeant ibi reſpondere: vt infra de iud. heres. §. j. & defenſor ibi defendet: vt hic, & argu. ſupra eod. ſed & hę. §. non ſolum.

Procuratore.]*CASVS.* Habebam actionem quandam contra Seium: & illam ceſſi Titio: & cum conſtitui procura. in rem ſuam: poſtea quis noſtrum ſit præferendus: quæritur. Et reſpon. quòd procura. præfertur. Viuianus.

a *Suſcipiendam.* hoc verum eſt ſi litem conteſtatus eſt procurator: vel partem debiti accepit: vel denunciauit debitori ne ſolueret domino. aliàs dominus præferret, ſi vellet: vt. C. de nou. l. tertia. Item contra. huic. l. ſ. eod. l. ſi actor. Solu. ibi in procuratore rei: hic actoris. Item not. hic præferri eũ qui habet ius vtile, ei qui directũ habet: vt ſupra de pact. ſi cũ emptore. &. C. de noua. l. iij. & infra quib[a] mod. pig. vel hypo. ſolu. ſicut. §. ſecundo.

Ad rem.]CASVS. Aliquis conſtituit me procur. ad aliquam rem mobilem petendã. quæritur an poſsim agere ratione illius rei act. ad exhibendum. Et reſpon. q̃ ſic poſſum. Viuianus.

b *Ad rem mobilẽ.* bene dicit de mobili. nã pro immobili non poteſt agi ad exhibendũ: vt. C. quãdo & quibus quarta pars deb. l. ij. §. j. libro x.

amiſerit.

c *Recte aget.* cum ſit illius actionis præparatoria. cui ergo mandãtur ſequẽtia, & præcedentia videntur mãdata per quæ peruenitur ad ea: vt hic, & infra eo. l. ad legatum. & ſupra de iur. om. iu. l. ij. Sic ecõtra cui mandantur præcedentia, & ſequẽtia videntur mãdata: vt infra. l. prox. & ſupra eo. l. qui ꝓprio. §. item quæritur. &. C. eod. l. inuitus. & infra de condic. indebi. l. indebitum. in glo. videri.

Qui procuratorem.]CASVS. Te procur. conſtitui vt ſtatim ageres quandam cauſam quam habebam aduerſus Titium. quid tibi videor mãdaſſe: quæritur. Et reſpõ. q̃ cauſam agas: & ad finem & effectum perducas. Vel poteſt aliter poni exemplum: quia conſtitui te procur. vt litiges coram quodã iudice qui forte erat amicus meus: vnde ſperabam q̃ ſententia pro me daretur. finita eſt adminiſtratio illius iudicis, & alius ſucceſſit loco illius. nũquid videor tibi mãdaſſe vt corã iſto ſubſtituto agas? Et reſpõ. quòd ſic: quanquã ſit iſte primus intellectus: vnde ageres coram iſto ſubſtituto. [SI QVIS.] Litem tecum habebam: & conſtituiſti pro ea procura. qui procura. eſſe nõ poterat: quia forte erat miles: & aduerſus eum non excepi: ſed litẽ forte ſum conteſta. poſtea volo eum repellere, non poſſum. Viuian.

d *Peragere.* id eſt ad effectum ducere vſq; ad finem. Et eſt hæc ratio conuerſa ſuperioris legis: vt ibidem diximus. Sed nunquid qui delegat iudicem vt cognoſcat, definitionem committere videtur? Reſpon. non, vt arg. C. ad legem Corn. de fal. Lvbi. & pro hoc etiam poſſet induci. C. de iudi. authen. ad hæc.

e *Si quis omiſerit.* ſciens vel ignorans, non curo.

Exceptio procuratoria amplior eſt.

f *Procuratoriam.* hæc eſt duplex: vel quòd non ſit procurator: vt infra man. l. ſi fideiuſſor. j. §. quædam. vel quòd nõ poſsit eſſe vel fieri procurator: vt infra de proba. l. in excep. §. ſed & ſi procuratoriam. idem dicas ſi omiſerit petere cautionẽ de defendẽdo, & in qualibet ſimili idem: vt. C. de proba. l. exceptio. &. C. de excep. l. penul. & fin. ſed in prima quando non fuit procura. non habet locum hæc lex: vt. C. eod. l. licet.

Procurator.]CASVS. Si aliquem conſtitui procur. & cõceſsi liberam & generalem adminiſtrationem: procur. omnia poterit facere vt dominus. nouare enim poterit, & permutare, & ſoluere debita creditoribus. Viuianus.

g *Procurator.* ſed & his duabus legibus cõcor. j. de ſolu. l. quodlibet. ſed contradicit. j. e. procurator totorũ. &. l. mandato. & infra de iureiur. l. iuſiurãdum. ij. §. fin. &. l. ſequent. & ſupra de pactis. l. nam & nocere. &. j. de ſol. l. hoc iure. Solu. hoc verbum libera, quod hic ponitur, tollit illud cõtrarium. Item licet habeat liberam, nõ poteſt tamen donare: vt infra de dona. filiusfa. §. itẽ videamur. vel forte ibi non habet liberam.

uẽdã, vel pecuniã ſuſcipiẽdã[a]. Qui enim ſuo nomine vtiles actiones habet, rite eas intendit.

Cui committuntur ſequentia, videntur committi antecedentia. Bartolus.

LVI. IDEM libro ſexagenſimo-ſexto ad Edictum.

AD rem mobilem[b] petendã datus procurator, ad exhibendum recte aget.[c]

Procurator datus ad agendum, intelligitur ad litem perficiendam. Bar.

LVII. IDEM libro ſeptuagenſimoquarto ad Edictum.

QVi procuratorem dat vt conteſtim agat, is intelligendus eſt permittere procuratori & poſtea litem peragere.[d] Si quis remiſit[e]* exceptionem procuratoriam[f], non poterit ex pœnitentia eam opponere.

Procurator cum libera poteſt omnia facere quæ dominus facere poſſet: & etiam alienare ſi donationem non contineat. h. d. tex. cum glo.

LVIII. PAVLVS libro ſeptuagenſimoprimo ad Edictum.

PRocurator[g] cui generaliter libera adminiſtratio rerum commiſſa eſt, poteſt exigere: aliud pro alio permutare.

LIX. IDEM libro decimo ad Plautium.

SEd & id quoque[q] mandari videtur, vt ſoluat creditoribus.

Procurator generalis ſine libera non poteſt tranſigere.

LX. IDEM libro quarto Reſponſorum.

MAndato generali[h] nõ cõtiperi etiam trãſactionẽ[i] decidendi cauſa interpoſitam: & ideo ſi poſtea is qui mandauit, tranſactionem ratam non habuit[k]: non poſſe eum repelli ab actionibus exercendis[l].

In procuratorem ſimplicem non ſit executio iudicati ſecus in defenſorem. Bartol.

LXI. IDEM libro primo ad Plautium.*

PLautius† ait[m]: procuratorem[n] damnatum nõ debere conueniri, * niſi aut in rem ſuã[p] datus eſſet, aut obtuliſſet ſe, cum ſciret cautum[q] non eſſe: omnibus placuit. Idem erit

Mandato.]CASVS. Alicui puta Titio generalem adminiſtrationem conceſsi. nunquid poterit trãſigere? Et dicitur quòd non: & ſi tranſactio ſit, non tenebit. hæc vera ſunt niſi ratum habuero quod per eum geſtũ eſt qualitercunque. nam ſi nõ habui ratum: ſi agam, non repellar. Viuianus.

h *Mandato generali.* ſcilicet trãtum. & ſic nõ ob. ſupra eodẽ. l. procurator cui.

i *Tranſactionem.* nec pignoris remiſsionem: vt infra quibus modis pig. vel hypo. ſol. ſi cõſentit. §. j. Accurſius.

k *Nolebat.* alioquin contra: vt infra rem ra. l. ſi ſine. §. quod ſi procurator.

l *Exercendis.* vt hic, & C. eod. l. ſi procurator. &. C. de tranſac. l. tranſactionis. Sed quomodo non præiudicat: vt. C. de tranſac. l. præſes. Reſpon. hic forte non habebat generalẽ vel liberam: vel aliud in ꝓcuratore, & aliud in tutoribus & præſidibus & ſimilibus: vt dicta. l. præſes. qui habent liberam.

PLautius.] CASVS. Ad defendẽdũ bonis procur. datus ſuccubuit: an in bonis procur. executioni ſententia eſſet danda vel demandanda, inter partes erat quæſtio. Et reſpõ. quòd non: ſed in dominum ſit executio: niſi in tribus caſibus. Primus eſt quãdo procura. in rem ſuam eſt. Secundus, quãdo obtulit ſe defenſioni dicẽs ſibi fuiſſe mãdatum, & nõ erat. Tertius eſt, ſi in veritate nullum habuit mandatũ: tamen iſte defenſor ſatiſdedit: & ſic facias cõſtructionẽ. Plautius ait, ſcilicet hoc quod ſequitur. & incipias conſtructionem in fin. omnibus placuit, &c. Viuianus.

* *Quid ſibi velit inſcriptio ad Plautium, vide Ant. Aug. lib. 1. cap. 6.*

† *Bald. hic dicit iſtum tex. ſing. ad hoc quòd falſus procurator obligatur ex proceſſu per eũ agitato: cũque tamen nõ eſt ſtandũ, ſecundũ Bolo. hic.*

m *Plautius ait.* ſcilicet recitando quod ſequitur: quod omnibus placuit.

n *Procuratorem.* id eſt procurantem aliena negotia. large enim ponitur etiam pro eo qui mandatum non habet: vt patet per ſequentia. & ſic impropriè: vt. ſ. eod. l. j. & pro eo qui habet. Et ſic no. quòd verbum ſemel poſitum propriè & impropriè ponitur: vt ſupra de offi. proconſ. & lega. l. ij. in prin.

o *Conueniri.* ſcilicet actione in factum: ſed ex ſtipulatu ſic: vt ſupra eod. l. ſi procurator. §. fin. quæ eſt contra. ADDITIO. Tu dic ſecundum Barto. quòd ſententia non mandatur executioni contra procuratorem, ſed ex vigore promiſsionis factæ per eum de iudicato ſoluendo poterit conueniri & exigi, vt in contrario.

p *Niſi aut in rem ſuam.* ſed qualiter ex parte rei ſit procurator in rem ſuã? ex parte enim actoris cõſtat: vt. ſ. e. ſi quis in rem ſuã. ſed dic in reo ſic fieri, ſcilicet quòd vendam & cedam alicui hereditatem in qua ſunt creditores: vt infra de condic. inde. l. fin. §. Titius. Item in duplicibus iudiciis: vt ſi cedam alicui tale ius. nã cum ego eram actor & reus, videor hoc idem ceſsiſſe: vt infra de iudi. l. in tribus. Item pone exemplum vt infra de noxa. de illo. §. fin. &. l. ſeq. &. j. de peti. hered. ſed & ſi lege. §. item ſi rem. verſi. quid tamen. &. l. etiam. §. pe.

Procurator in rem ſuã ex parte rei dicitur.

q *Cautum.* id eſt mandatum ei non eſſe: ſed ipſe allegabat ſibi mandatum eſſe, & ſic mẽtiebatur: ſed in inferiori caſu idem erit etiam cum nõ allegabat, ſecundũ Ioan. Vel dic quòd primo hoc caſu fuit admiſſus ſine ſatiſdatione aſſeuerando ſatiſdatũ eſſe in alio caſu cum ſatiſdatione. Vel tertio hic cum dominus cauerat: ibi cum procurator. Sed hoc nõ placet: quia ſi dominus ſatiſdediſſet, ipſe cõueniretur ac ſi mandaſſet, vel ratum habuiſſet. Alij dicunt quòd habebat mãdatum non pro eo, tamen erat ſatiſdatum: vnde poterat defenſionẽ recuſare. Sed nec hoc placet, quia vt ſatiſdaret, videtur ei mandatum: vt ſupra eodem. l. ad rẽ mobilem. prima ergo & ſecunda verior eſt.

a *Idem erit obſeruandum.* vt cõueniatur ſicut in duobus præmiſſis caſibus: vt hic, & infra de mino. l. cum qui.

b *Defenſoris loco.* id eſt ſine mandato defendit. Quid ſi cũ mandato, ſed præſtita ſatiſdatione à ſet Reſpõ. dominum conueniri actione in factum: ſed procuratorem ex ſtipulatione: vt. j. de re iudi. l. iiij. in princ.

c *Obtulerit.* non allegando mandatum.

AD legatum.] *CASVS.* Rem aliquã mihi legaſti, & eã mihi petij tradi actione ex teſtamẽto. ſi heres tuus negauerit legatum, & tabulas teſtaméti exhibere noluerit: an poſſit procurator intẽdere interdictũ de tabul. exhib? dicitur quòd ſic: nec ei obſtabit exceptio quòd ei non fuerit mandatum. Viuia.

d *Ad legatũ.* Hic poſſum notare quod dixi ff. eo. l. ad rem. Itẽ not. hic quòd ſufficit fieri iuxta mãdatum, vel ſimile: vt. j. man. l. fin. §. fi. & infra ad Trebell. l. mulier. j. §. Sæuola.

PRocurator totorum.] *CASVS.* An poſſit procura. cui eſt cõceſſa totorum bonorũ adminiſtratio, ſeruos vel alias res alienare? non poteſt.

e *Procurator totorum.* ſecus ſi vniuerſorũ: vt infra de adqui. re. do. l. qua ratione. §. nihil. verſic. qua ratione. & in glo. libera. & inſtit. de re. di. §. vẽditæ. verſic. nihil. & ſupra eo. l. procurator cui. ſecundum M. quæ ſunt contra. ſed tu dic ſecundũ Io. quòd nõ eſt in hoc vis, ſed in hoc an non habeat liberam, vel ſpeciale de hoc mandatũ: vt tunc alienare nõ poſſit: vt hic, & ff. de offi. procu. Cæſt. l. j. §. j. & C. eo. l. procuratorem. & ſupra eo. l. mãdato. & l. ignorantis. & j. de pec. l. qui peculij. an habeat liberam: vt cũc poſſit, vt in dictis contrariis, & C. quod cum eo. ſi liberam. & infra de rei vin. ſi quis hac. §. fina. Accurſius.

Procurator an poſſit rẽ domini ſui alienare.

f *Speciali.* id eſt expreſſo. ſic. C. de neg. geſt. l. negotium. & ideo ſic dico quòd etſi non ſit ſpeciale, ſed generale: dum tamen habeat liberã, poteſt: vt modo dixi. Et quod dicit alienare, dic ſcilicet trãſferẽdo dominium: vt accipitur hoc verbum. C. de fun. do. l. j. ſed obligare poteſt etiã non habens liberam, ſi modo cõſueuit dominus talia facere, ſecundum Azo. vt infra de pigne. act. l. ſolutum. §. fi. & l. vel vniuerſorum. Accurſius.

Procurator domini obligare poteſt.

g *Corrumpi.* quæ poteſt diſtrahere: vt hic, & C. de admini. tu. l. ex quæ. in fi. & infra ad Trebell. mulier. j. §. ſed enim.

IS cuius.] *CASVS.* Conſtitui procuratorem, vt me in iudicio quo actor me voluit conuenire, defenderet. ante litem cõteſtatam an poſſum petere vt in me transferatur iudicium, quæritur. & reſpondetur quòd ſic, ante lit. conteſta. poſſum petere remoueri procur. & cauſa cognita. & ſubintelligas, maxime: quia idem eſt & ſine cauſæ cognitione: vt ſupra eodẽ, ante litem cõteſtatam. vbi de hoc notatur. Viuianus.

h *In præſentia.* id eſt coram iudice.

i *Cognita.* imò videtur etiam ſine cauſæ cognitione: vt ſupra e. l. ante litem conteſt. licet poſt litem cõteſt. exigatur cauſæ cognitio: vt. ff. e. l. poſt litem. & C. eo. l. procuratoribus. & l. nulla. Sed reſpon. hic ſubaudi maxime. Vel dic quòd etiam ante litem conteſt. inſpicitur aliqua cauſæ cognitio, ſcilicet an ſit in rẽ ſuã: vt ſupra. e. l. procuratore. ſed etiam vertitur tũc in cauſæ cognitione id quod eſt. C. de noua. l. iij. Item etiã ſi ſit ſimplex, inſpicitur an ille q remouere vult, & ipſe litigare, ſit illuſtris vel ſimilis qui per ſe nõ poſſet agere: vt. C. eo. l. quicunq;. vel ſi pupillus ſit. Item inſpicitur an ſe pro hoc in aliquo iudicio obligauerit: quia id abeſſe videtur: vt. j. titu. ij. ſi quis mandato. Accur.

SI procuratorem.] *CASVS.* Procurator meus agebat Mutinæ contra Seium, & petebat centum: Seius volebat vt procu. ſatiſdaret me ratum habiturũ quòd Bono. eſſem. an ab iſta ſatiſdatione procur. releuare poſſim, quæritur. & reſpon. quòd ſic. Item literas ad Titiũ miſi, & ei ſignificaui quòd talem ordinaueram procuratorem, & ad talem cauſam: & quod cũ eo actũ fuerit, ratũ habebo. vnde ſi poſtea procu. reuocare velim, & reuocem aduerſario & iudice ignorãtibus: nihilominus quod cũ eo geſtum eſt, ratum habendum erit à me domino. Viuianus.

Procurator de cuius mandato conſtat, nõ caret de rato. Item renocatio mandati qua in notitiam iudicii vel aduerſarii non peruenit, iudicium nullum non reddit. Bar.

LXV. IDEM libro ſingulari de Euremeticis.

SI procuratorem abſentem[k] dominus ſatiſdatione[l] releuare velit, literas ſuas ad aduerſarium[m] dirigere debebit, quibus ſignificet quem aduerſus eum procuratorẽ, & in qua cauſa fecerit: ratúmque[n] ſe habiturum, quod cum eo actũ ſit. hoc enim caſu literis eius adprobatis velut præſentis procuratorẽ interuenire intellegẽdum [o] eſt. Itaque & ſi poſtea mutata voluntate, [p] procuratorem eſſe noluerit, tamẽ iudicium quo quaſi procurator expertus eſt, ratum eſſe debet.

Electio facta per procuratorem ita conſumit ius eligendi, ſicut ſi facta eſſet per dominum. Bartolus.

LXVI. PAPINIANVS libro nono Quæſtionum.

SI is qui † Stichum vel Damã, [q] vtrum eorũ ipſe vellet, [r] ſtipulatus eſt (&) ratum habeat [q] alterum [r] procuratorio nomine Titius petit: facit vt res in iudicium deducta videatur: & ſtipulationem [s] conſumit. [t]

Procurator qui pro emiſſione promiſit, tenetur finito officio. Bartolus.

k *Si procuratorem abſentem.* dicitur abſens reſpectu domini qui abeſt ab eo.

l *Satiſdatione.* ſcilicet rem ra. habe. nam illam iudicatum ſol. nihilominus præſtat, etiam ſi milleſies cõſtet de mãdato: quinimmo etiam ſi in rem ſuam ſit procurator: vt. C. de ſatiſda. l. j. in fin. & ff. eo. l. ſeruum. §. fin.

m *Aduerſarium.* melius ſi ad iudicẽ: vt. j. rẽ ratã ha. l. ne ſatiſdatio.

n *Ratúmque.* hæc ſuperflua ſunt: nam præcedentia ſufficiunt.

o *Intelligendum.* literis ergo ſtatur: vt hic, & infra de conſti. pecu. l. quidam. &. C. de man. prin. l. j. & hoc verum quando fuerunt approbatæ: vt hic. ſed an approbatæ videãtur eo ipſo quòd ſigillatæ ſunt ſigillo domini? Aldri. dicit quòd non, niſi approbentur: vt hic. Alij econtra, ſcilicet vt credatur: ar. C. de epi. & cle. l. ſi qua per calumniã. & infra rem ratam ha. l. ne ſatiſdatio.

p *Mutata voluntate.* ante litẽ cõteſtatam: & intellige hoc ignorante aduerſario & iudice. nã ſi vtroq; ſciente, ſecus eſt: vt. j. iud. ſol. ſi ante. & j. de ſolu. cum quis. §. j. & l. vero procuratori. §. fina. arg. contra extra de procur. c. ex inſinuatione. Si autẽ ſciente altero tantum, ſi iudice, ipſo iure non valet ſententia: quia ſciens in non legitimã perſonam tulit ſententiam. ſi parte, ſcilicet actoris vel rei: quia iudex nihil de contingentibus omiſit, valet ſententia: ſed ope replicationis annihilatur ſi reus ſciens eſt abſolutus. ſi vero procurator actoris ſciuit, valet ſententia lata pro reo: vt hic: non contra eum, cum quo ad actorem per nõ legitimam perſonam fuit litigatum. Et hoc lite non cõteſtata: poſtea etiam domino inuito remanet procurator, niſi iuſta cauſa remoueatur: vt. ff. e. l. quæ omnia. ſed & ſi tunc patiatur ſe remoueri: idem erit quod dixi modo. ſ. ante litem conteſtatam.

SI is qui Stichum.] *CASVS.* Mihi Stichum aut Damam promiſiſti, ita vt eſſet electio mea. procur. meus petiit Stichũ. ſi petitionem illius ratam habeam, ſine dubio conſumpta eſt ſtipulatio quo ad Damam. Viuianus.

q *Ipſe vellet.* his ſcilicet verbis, quem voluero. vel etiam verbo, volam: & ideo non variatur hic talis caſu: quia lis erat cõteſtata: vt infra de verborum obliga. ſi quis ſtipulatus. in principio.

r *Alterum.* puta Stichum.

s *Stipulationem.* id eſt electionem ſibi ſtipulatione conceſſam. nam non licet ei poſtea variare, & Damam petere: ſicut ſi nec ipſemet egiſſet. & hoc dicit hic Ir.

t *Conſumit.* quantum ad priorem formam ex qua petere potuit

† *Bald. hic dicit iſtum text. ſing. ad hoc quòd electio per procuratorẽ facta valet: vno addito quod idẽ volunt Bart. hic idẽ in. l. ſi ita ſtipulatus fuero. de ver. obli. & Ful. in l. 1. qui admit. ad bo. poſ. Bolo.*

vtrum vellet.licet enim reus ante litem contestatã possit variare quotiens vult,vt infra de ver.oblig.l.eum qui certarum.§.fin.& est ratio vt ibi:nõ tamen est hoc in actore:vt dictum est.d.l.j.de verb.oblig.l.si quis stipulatus. Vel propriè pone stipulationem consumit,& hoc intelligas,scilicet exactione facta,non contest. lit. vt infra de,constit. pecu.l. item.§.fin. Vel dic, consumit, scilicet absoluto reo si stipulator habeat ratum.

Procurator.] CASVS. Hec lex & sequens quæ cõtinuatur cũ ista, loquitur de ꝓcur.ad negocia constituto.procur.ergo talis prædium meum vẽdidit,& de euictione cauit : postea defiit procur.esse:nũquid adhuc tenetur de euictione? & respon.quòd sic.

a *Procurator*. hac & seq.l.loquitur de procuratore ad negotia constituto.Accursius.

b *Non lesabitur*.sic & in administratore ciuitatis si quid officij tẽpore promisit animo nouãdi, & liberãdi rẽpublicam : vt infra de admi.re.ad ciui. perti. l.iij.§.in eum.sed secus si iudicũ pro alio subeat procurator: nisi in tribus casibus: vt supra eo.l. Plautius. & infra de re iudi.l. iiij. in prĩ. Et est ratio quare aliud in iudicio quàm in contractu:quia qui contrahit,solam intuetur personam venditoris:cum & rem alienam vendere possumus:vt infra de cõtrahen.empt.l.rem alienam.at in iudicio domini potius inspicitur persona.Itẽ in tutelis similiter secus.nã finito officio non tenetur tutor:vt.C.quãdo ex fac.tu.l.j. &.C.de admi. tu.l.cum quidã.& infra quando ex facto tu.vel cura.l.post mortẽ.& j.de euict.l.illud.§.j.quæ sunt contra.Et est ratio: quia illi ex necessitate suscipiunt officium:isti autem ex propria voluntate:vt.C.de nego.gest.tutori. Item tutor publica auctoritate,id est à lege suscipit officium:hic à priuato.

c *Recusat*.dominus etiã recte cõuenietur:vt infra de act.empt. l.Iulianus.§.si procurator. Accursius.

Quod procurator.] CASVS. Procuratorem ad negotia mea constitui,qui ex re mea aliquid stipulatus est. potero quidem hoc petere, velit nolit procurator iste meus:& est hic casus specialis in quo per liberam personam actio quæritur. Viuianus.

d *Ex re domini*.vt fructus & vsuras ex re domini,& quod dicit non refragante,ideo dicit,quia tunc nõ quæreret domino, licet secus in seruo:vt infra de verb.obli.l.seruus vetante.& j.de adqui.re.do.l.etiam inuitis.

e *Stipulatur*.scilicet ipsi domino vel sibi nomine domini dari.

f *Petere potest*.scilicet vtili actione:vt ẽ eo.in causæ.in fin. non directa,quæ per liberã personã quæri non potest:vt.C.per quas personas no.adqui.l.j.& hoc est verum generaliter secundũ M. quòd vtilis per procuratorem quæratur:sed tu dic esse regulare vt nec vtilis nec directa quæratur: sed fallit in casibus quos no. insti.de inuti. stipula.§.si quis alij.in glo. nihil . sed procurator cedere debet eam domino:vt.j.de adqui.pos.l. possessio.§. & si possessio.inter quæ specialia hoc est vnum,quando ex re domini,vt hic.& erit ratio:quia nihil apud eum remanere oportet: vt ẽ eo.l. qui proprio.§. procurator vt in cæteris. Alij intelligunt legem istam quando præsente domino stipulatur: vt.j.de verb. oblig.si procuratori præsentis. Alij dicunt circa iudicia specialia: vt supra si quis cau.l.si procurator.& secundum hanc die legem istam loqui in stipulatione iudicio sisti,vel iudi.sol.

Allio quãdoque per procuratorẽ domino qua ritur.

Paulus.] CASVS. Constitui te procuratorem in causa quam habebam aduersus Titiũ:timebã ne in propria persona mea adesse possem:sed hic respon. Pau.quòd adesse potero. Vinian.

g *Suscipiendam*.non solùm agendam.

LXVII. IDEM libro secundo Responsorum.

PRocurator[a] qui ꝓ euictione prædiorum quæ vendidit, fidem suam adstrinxit : etsi negotia gerere desierit, obligationis tamẽ onere prætoris auxilio non leuabitur[b].nam procurator qui pro domino vinculum obligationis suscepit, onus eius frustra recusat[c].

Ex re nostra quæritur nobis allio per alium.hoc dicit.

LXVIII. IDEM libro tertio Responsorum.

QVod procurator ex re domini[d], mandato non refragãte stipulatur[e], inuito procuratore dominus petere potest[f].

LXIX. PAVLVS libro tertio Responsorum.

PAulus respondit,etiam eum qui ad litem suscipiendam[g] procuratorem dedit,causæ suæ adesse non prohiberi[h].

Procurator in rem suam ex causa lucrativa debet dominum defendere.Bart.

LXX. SCAEVOLA libro primo Responsorum.

PAter filio suo pupillo tutorem dedit Sempronium creditorẽ[i] suum[k],is[l] administrata tutela[l] reliquit fratrem suum heredem:qui & ipse[m] decessit,& per fideicommissum nomẽ debitoris[n] Titio reliquit:eiq; mãdatæ sunt actiones ab heredibus[o]. quæro,cum tam tutelæ[p] actio,quàm pecuniæ creditæ[q], ex hereditate Sempronij[r] descẽdãt:an non aliter mãdata* actio ei[s] detur, quàm si defendat heredes[t],à quibus ei actiones mãdatæ sunt.Respondi,debere defendere[u].

LXXI. PAVLVS libro primo Sententiarum.

ABsens reus[x] causas absentiæ per procuratorem reddere potest[y].

Per liberam personam alio habita & ius habitum conseruatur.Bart.

LXXII. IDEM libro primo Manualium.

Pater filio.] CASVS. Titio decẽ debebam. decessi quodã filio meo impubere relicto:puta Gaio:cui Titiũ creditorẽ meũ dedi tutorẽ.Titius malè administrauit:& fact[a] est debitor pupilli in. l.& inde ita est debitor & creditor pupilli in. l. tutor decessit,& fratrem suũ heredem instituit. frater similiter decessit,& hoc quod sibi debebatur à pupillo ex persona fratris sui cui succesſerat, legauit Mæuio. Mæuius agit cõtra pupillum iam factũ adultum pro illis. l. dicit Gaius quòd ille tutor tutelam malè administrauit: vnde vult eum conuenire : & petit vt eum defendat. dicitur hic quòd Mæuius debet eũ defendere. Viui *Creditorem*. Quem adhuc hodie potest dare,cum fides approbetur à testatore, secundum Azo. vt instit. de satisda.in princip. Vel dic quòd non potest: vt diximus in authẽ.vt hi qui ob.se hab.perhi.res mi.§.j. col.vj. Item & in hoc est vis si dari non potest,an teneat datio.quidam quòd sic:sed cadit creditor à debito.alij quòd non cadit si sciat, quod est verius:vt in authen.vt hi qui ob.§.j.col.vj.

† *Iste textus quotidie allegatur secundũ Bald. quòd creditor potest esse tutor.*

* *mandati.*

h *Non prohiberi*.Dubium erat ex eo quòd non potest reuocare mandatum lit.cõtesta.vt supra eo.quæ omnia.tamen dicit quòd potest adesse,quia forte timet ne colludatur:vt.j.de inoffi.test.si suspecta.&.C.de liti.auth.nũc si heres.&.j.de appel.l.à sentẽtia.§.si heres.&.l.si proluſorio.& infra de pig.si superatus.

i *Creditorem*. scilicet tutor.

k *Is*. scilicet tutor.

l *Tutela*.male scilicet:ideoque cœpit teneri in centum.

m *Ipse*. scilicet heres.Accursius.

n *Debitoris*.scilicet pupilli,cuius debitor pater fuit.

o *Ab heredibus*.fratris tutoris.

p *Tutelæ*. directa scilicet in centum.

q *Creditæ*.in ducentis. Accursius.

r *Sempronii*.quia Sempronius fuit creditor in ducentis ex mutuo,& debitor ex tutela in centum.Accursius.

s *Mandati allio ei*. scilicet directa. sed si intendat vtilem quam suo nomine habet:vt. C.de lega.l.ex legato.an teneatur tũc defendere:Respon.vt diximus supra eo.si quis in rem.

t *Heredes*. fratres tutoris.

u *Debere defendere*.immo videtur ꝙ non:cum ex necessitate facta heredi sit cessa actio:vt ẽ eo.seruum.§.fin. &.l.seq.quæ sunt cõtra.Sol.hic ex lucrativo ti.in rem suã procurator factus fuit, ibi nõ. Vel hic ex liberalitate propria testãtis. ẽ autẽ ex necessitate,à qua liberalitas est remota:vt.j.de adimen. leg.l.rẽ legatã.

Absens reus.] CASVS. Eram absens.si cõueniar ab aliquo,poteris me defendere in causa ciuili passim:& causas absentiæ allegare in criminali:vt ẽ eo.seruum.§.publicè. Viuianus.

x *Absens reus*.id est accusatus vel conuentus ciuiliter.

y *Potest*. Vt causæ absentiæ tantùm allegentur.si autem velit defendere plene in ciuili,potest.in aliis dic vt supra eo.seruũ. §. publicè. Accursius.

Ex procuratorem.] CASVS. Credis tu quòd officium procuſemper consistat in adquirendo . aliquando enim retinetur ius nostrum per procuratorem.de hoc enim ponit exemplũ duplex:tenebaris mihi actione temporali.vnde cum illa tẽpore foret peritura:quia tempus illud iam fere erat elapsum intra quod debuerat intentari:procur.ac.illam monet, & item est cõtestatus:perpetuatur actio,& retinetur per procuratorẽ istũ.idem est si dum vicinus meus ædificaret,procurator meus nũciauit nouũ opus.nam & in isto casu ius pristinũ,hoc est ius quod mihi propter clandestinũ opus competeret:nunc vi denunciationis pinguius conseruatur:sed forma agendi mutatur.prius enim interdicto

dicto quod clam, nunc quod vi agẽdum eſt. ſimiliter per procu. conſeruatur. Viuianus.

a *Actiones.* adquirimus enim quandoque, vt diximus ſupra eo. l. quod procurator.

b *Conuenias.* vt redhibitoria, vel quãto minoris. & ſic per procuratorem poteſt fieri conteſtatio litis: vt ſupra eo. ſed etiam.

c *Vtile ſit.* id eſt vtiliter cõpetat ſeu efficaciter: directum tamen, vt hic, & l. j. de ope. no. nun. ſi procurator. nã & hoc caſu prohibitio oſtẽdit eũ facere vim: vt magis ex facto deliquentis quàm per liberam perſonam dicatur adquiri: vt infra quod vi aut clã. l. iij. in prin. & l. j. de vſur. l. ſi quis ſolutioni. §. mora. vel dic proprie vtile.

d *Nam & hic.* Reſpõdet taciteæ obiectioni: nõne mihi de nouo datur interdictum? & reſpondet q̃ licet forma agẽdi de nouo quæratur: tamẽ ipſum ius nũciandi prius habebam: vel eram etiã hic acturus quod vi aut clam: & ſic conſeruat quo ad genus: nõ quo ad ſpeciem: & forte etiã alio modo iure poterã prohibere, vt negatoria: & ſic ipſum ius etiã prius competebat.

PEr procuratorem non ſemper adquirimus actiones [a], ſed retinemus: veluti ſi reũ cõueniat [b] intra legitimum tempus, vel ſi prohibeat opus nouum fieri: vt interdictum nobis vtile ſit [c], *Quod vi aut clam*. nam & hic [d] priſtinũ ius nobis conſeruet.

Qui paratus eſt ſoluere, non cogitur iudicium ſuſcipere. Bar.

LXXIII. IDEM libro ſingulari de Officio adſeſſorum. B

SI reus [e] paratus ſit ante litem conteſtatam pecuniam ſoluere [f], procuratore agente [g] quid fieri oportet [h]? nam iniquum [i] eſt cogi eum iudiciũ accipere, propter quod [k] ſuſpectus videri poteſt, qui præſente domino non obtulit pecuniam. Quid ſi tunc facultatem pecuniæ non habuit [l]? nunquid cogi debeat iudicium accipere [m]? Quid enim ſi & famoſa [n] ſit actio? Sed hoc conſtat [o], vt ante litem cõteſtatam præſes [p] iubeat † in æde ſacra pecuniam deponi. hoc enim fit & in pupillaribus pecuniis [q]. Quòd ſi lis cõteſtata eſt: hoc omne [r] officio iudicis [ſ] dirimendum eſt.

† *Bal. in l. cõſtitutũ. in 2. colũ. C. quando & quando iud. repetas ibi tex. ſingu. ad hoc quòd ſolus index ordinarius poteſt abſoluere reum ab obſeruãtia iudicii. de quo vide plene in meis repetitis. Bol.*

LXXIIII. VLPIANVS libro quarto Opinionum.

NEc ciuitatis actor negotium publicum per procuratorem agere poteſt [t].

Ab eo qui profeſtatur aliquid nomine alieno, poteſt peti cautio de rato ſi præmiũ intereſſe cauere.

LXXV. IVLIANVS libro tertio Digeſtorum. C

QVi abſentem emptorem, eundémque poſſeſſorem fundi [u] defendebat, & iudicium nomine eius accipiebat, poſtulabat à venditore fundi vt ab eo defenderetur: vẽditor deſiderabat caueri ſibi, ratã rem emptorẽ habiturum. puto eum vẽditori de rato ſatisdare debere [x]: quia ſi fundum agenti reſtituerit, nihil prohibet dominum [y] rem petere, & cogi vẽditorem rurſus defendere [z].

Inopia rei non excuſat defenſorem qui ſatisdedit: ideo ſi non defendit, ſtipulatio committitur. b. d. hac lex not. quæ eſt ſubtilis & bona. Bartolus.

Conuenire non debet qui ſoluere paratus eſt.

a *Actiones.* adquirimus enim quandoque, vt diximus ſupra eo. l. quod procurator.

b *Conuenias.* vt redhibitoria, vel quãto minoris. & ſic per procuratorem poteſt fieri conteſtatio litis: vt ſupra eo. ſed etiam.

c *Vtile ſit.* id eſt vtiliter cõpetat ſeu efficaciter: directum tamen, vt hic, & l. j. de ope. no. nun. ſi procurator. nã & hoc caſu prohibitio oſtẽdit eũ facere vim: vt magis ex facto deliquentis quàm per liberam perſonam dicatur adquiri: vt infra quod vi aut clã. l. iij. in prin. & l. j. de vſur. l. ſi quis ſolutioni. §. mora. vel dic proprie vtile.

d *Nam & hic.* Reſpõdet taciteæ obiectioni: nõne mihi de nouo datur interdictum? & reſpondet q̃ licet forma agẽdi de nouo quæratur: tamẽ ipſum ius nũciandi prius habebam: vel eram etiã hic acturus quod vi aut clam: & ſic conſeruat quo ad genus: nõ quo ad ſpeciem: & forte etiã alio modo iure poterã prohibere, vt negatoria: & ſic ipſum ius etiã prius competebat.

SI reus] CASVS. Decem mihi debebat: cum illa. x. multotiens petiiſſem, & mihi non redderes: dixi tibi, defende te ſi poteris: quia volo ea mihi dari per ſententiam. nũquid compelletur iſte ſubire iudiciũ? videtur quòd ſic: quia doloſe facit, cum domino non reddidit. ſed duæ rationes faciũt in cõtrarium: quia poteſt eſſe quòd illo tempore eam nõ habebat. Item poteſt eſſe quòd ex famoſa actione petatur, & tandem condemnatus efficeretur infamis. dicit quòd debitor pecuniã debet offerre, conſignare, & deponere officio iudicis ante lit. conteſt. poſt lit. vero cõte. officio cuiuſlibet etiã delegati: & ſic liberabitur. quia ſic debitor pupillaris liberaret. vel dic aliter caſum vt in gl.

e *Si reus.* caſus. ratio pro vna parte, duæ pro alia: & poſtea ſol. dic ergo quòd dominus à debitore pecuniã petiit & tũc noluit ſoluere debitor. vnde per procuratorẽ nunc dominus eũ conuenit, & debitor eã offert, dicens ſe paratũ domino ſoluere: an nihilominus condemnetur? videtur q̃ ſic: quia debitor malitioſe feciſſe videtur cum primo nõ ſoluit. econtra videtur q̃ nõ: quia forte tunc pecuniã non habebat: & quia forte actio eſt famoſa: quibus duobus caſibus maxime eſſet iniquum eum condemnari. ſoluit ergo diſtinguẽdo: aut nõ eſt lis conteſt. & tunc tantũ ordinarius faciet fieri depoſitionem. aut eſt conteſt. & tunc etiam delegatus: cum dominus litis poſtea ſit factus delegatus.

f *Soluere.* ſ. domino, qui tamen primo ei noluerat ſoluere.

g *Agente.* id eſt agere volente.

h *Oportet.* ſcilicet quæritur. & reſpon. nam iniquũ &c. q. d. ſuſpectus eſt qui præſente domino pecuniam nõ obtulit. nam calumnioſe videtur faciſſe: ſed propter hoc quòd poteſt videri ſuſpectus, iniquum eſt eum cogi accipere iudicium. Vel dic ſecũdum Io. ſubaudiri etiã. q. d. nam iniquũ eſt etiam cogi eũ ſuſcipere iudiciũ qui præſente domino pecuniã nõ obtulit: propter quod. i. quia nõ obtulerat pecuniã, poterat videri ſuſpectus, forte quia falſos nummos daret. Et ſic not. iniquum eſſe eum cõueniri qui ſoluere vult: vt hic, & infra de iudi. ſi debitori. & infra iudi. ſol. ex iudicatum. & inſti. de perpe. & tempo. ac. §. ſi.

i *Iniquum.* ratio quare non ſit condemnandus.

k *Propter quod.* ſubaudi hoc quod &c. q. d. ratione allegata proxi. non eſt ergo æquum reum cogi: immo iniquum.

l *Non habuit.* quando dominus petebat. & allegat nunc pro debitore. Et not. quòd hac lege dicitur de procuratore litis, id eſt qui debebat agere tantũ cauſam, & ſic ei ſolui non poteſt: vt infra de ſo. l. hoc iure. & ſupra de pac. l. ſed ſi tãtum. in prin. qualiter ergo ſit obligatio, vt poſtea auctoritate iudicis fiat depoſitio quę debet præcedere ad hoc vt fiat depoſitio in æde ſacra: vt. C. de vſuris. l. acceptam? Reſpõ. hic nõ fit procuratori, ſed domino dicit ſe ſoluere velle.

m *Accipere.* q. d. non cogitur.

n *Famoſa.* vel ex maleficio, vel ex contractu: ſicut eſt mandatis ex qua volebat eũ per ſententiam infamare: vt ſupra de his qui not. infa. l. j. §. qui furti. & §. qui pro ſocio.

o *Sed hoc conſtat.* nũc ſoluit quæſtionem.

p *Præſes.* i. talis qui ſit ordinarius iudex. ſed lite conteſt. etiã delegatus: quia lit. cõte. dominus eſt litis: vt in authen. de exhi. & intro. re. §. ſi vero. col. v. & ar. j. de ædili. edic. l. ædiles. §. item ſciendum.

q *Pecuniis.* vt. C. de vſur. pupil. l. pupillus. & in aliis quibuſlibet: vt hic, & infra man. qui mutuam. §. j.

r *Omne.* ſ. oblatio, cõſignatio, & depoſitio, & in æde ſacra, & qualitercunq; procurator in litem non procedat in litigando.

ſ *Iudicis.* etiam delegati.

t *Poteſt.* non poteſt actor facere procuratorẽ, ſcilicet ante lit. cõteſt, ſed poſt ſic: vt. C. eo. l. neque tutores. Et eſt ratio: quia nõ ſunt domini, & procurator eſt qui aliena negotia &c. vt ſupra eo. l. j. idẽ ergo in epiſcopo, & quolibet prælato. Sed quidã decretiſtæ dicunt contra in epiſcopo: vt ar. v. q. iij. quia epiſcopus. & quia non oportet ſeruum dei litigare: vt. ij. q. vij c. ſicut. in fi.

NEc ciuitas actori.] CASVS. Actor ciuitatis ꝑcu. conſtituere non poteſt ante lit. conte. ſed poſt ſic.

u *Fundi.* ſcilicet empti.

x *Satisdare debere.* hæc ſatisdatio ratione fundi cõmitti non poteſt: quia in eo expedit venditori magis etiã ratum non haberi, quàm haberi: quia poteſt eſſe ſi ratum nõ habeat, & velit rẽ petere à poſſeſſore, quòd obtineat: & ſic non tenebitur vẽditor de euictione. Dic ergo quòd committitur ratione ſumptus in litẽ facti. nam habebit neceſſe hic venditor emptorem agentem interim defendere: ſicq; litibus & ſumptibus vexabitur. [a] Vel melius dic, domino, id eſt, emptore non habente ratum, tenebitur ad ſumptus litis: & ſic bene probatur per legem iſtam venditorem teneri in ſumptibus litis emptori de euictione agenti, quas fecerit dum ab eo res euincebatur. ſic &. C. de euict. l. j. & infra de lib. leg. l. petitor. & infra ſi ven. no. muli. in poſ. mi. l. dolo. §. ſi. Arg. cõtra. j. de verb. oblig. l. venditores. Vel dic quòd poteſt intereſſe eius ideo, ne ab eo qui euincit inquietetur, cui forte de rato aut de iudi. ſol. ſatisdedit de defendendo emptorẽ ſeu eius procuratorem. nam vtranque ſatisdationem exponit hoc caſu defenſor: vt ſupra eo. Pomponius. §. ij.

y *Dominum.* id eſt emptorem. & ad hoc infra de fideiuſ. l. ſi. & infra vt in poſſ. leg. l. ſi is à quo. §. ſi.

z *Defendere.* ſcilicet emptorem, etiam in agendo.

Titius.] CASVS. Procurator rei cauit iudi. ſol. deinde igne vel chaſmate perierũt omnia bona illius rei: vnde factũ eſt nõ ſoluendo: & procur. iudicium accipere recuſauit. Dicitur q̃ ex quo cauit pro domino, habendus erit loco domini, & defendere debet: nec proderit ei ſi nõ compellatur: quia fideiuſ. ab eo dati

[a] *Iſta eſt gl. not. ſecundũ Bal. quòd debent defendere, tenentur ſuis propriis expẽſis defendere: adde quòd etiam cum armis ſi opus eſt. Bolog.*

dati conuenientur:qui deinde à defenſore recuperabunt quidquid nomine eius perſoluerint. Viuianus.

a *Satisfecit.* ſcilicet iudi.ſol.

b *Domini loco.* ſcilicet eius qui deſiit eſſe ſoluendo in primis in eo quòd dominum liberat:cum in eo fiat conteſtatio animo nouandi: vt infra de in rem ver.ſi pro patre.in prin. Sicut ergo dominus qui nihil habet,eſt tutus exceptione non facta hac nouatione:vt infra de dolo. nam is. & C.de bo.auc.iu.poſ. l.ex cõtractu. ita & hic defenſor eſt tutus eadem exceptione, licet ſit perſonalis excep. & fideiuſſoribus nõ proſit: vt. ſ. eo. minor. §. quoniam. & infra pro ſocio. verum.§.j. & de re iud.l.ſi cum procuratore. & ſicut fideiuſſores rei non eſſent excuſati propter prædictam cauſam, ſcilicet quòd reus non ſit ſoluendo, vt inſti. de repli. §. fi. & infra de re iud.l.& ſi fideiuſſor.ita nec fideiuſſores huius defenſoris:vt hic dicitur. & ſic eſt contra ſupra eo.l. mutus.in fi. & l.non cogendum.§. Sabinus.vbi dicit fideiuſſoribus etiam ſuccurri.Sol.hic dicit parum proceſſe defenſori ſibi tãtùm ſuccurri: ideoque ſuccurretur etiã fideiuſſori: vt ibi, arg.C.de vſur. rei iud. l.h.§.fi.Item & quia licet alia videatur obligatio fideiuſſorum: tamen ipſius eſt propria: arg.ĩ.ad Vell.l. aliquando. & ſic hæc ſecundũ illas intelligitur.Hæc ſolutio eſt contra caſus poſitionẽ. Vel dic quòd c bona defenſoris cœperunt poſsideri, excuſatur: nec ſtipulatio cõmittitur,vt ibi.ſi vero bona domini, tũc ſecus: vt hic,ſcilicet vt fideiuſſores nó excuſentur:licet ipſe ſit:vt dixi in caſu.Alij dicunt d quòd ibi omnia bona rei cœperunt poſsideri:& ſic in totum factus eſt non ſoluẽdo: hic vero pro parte. Vel hic de rigore iuris:ibi de æquitate:quæ æquitas prævalet.

c *Præſtaturus.* præſtat tamen ſecundum quòd poſci caſum.

d *Eum.* ſcilicet defenſorem.

e *Accipere.* ſcilicet præciſe.

f *Conſecuturi ſint.* ſcilicet actione mandati. Et eſt hic argu. ad quæſtionẽ qua quæritur de fideiuſſore qui denũciauit creditori ne numeret,quia reus factus eſt non ſoluendo, vt nõ excuſetur: ſed ibi videtur valere denunciatio ante numerationem:nõ poſt: vt infra de fideiuſſo.l.ſi fideiuſſor.

a Bal. hic dicit iſtam glo.fore ſingu. ad hoc quòd impia hic habetur pro executione quando notoria eſt:hoc tamen ſcilicet quòd hoc eſt notoria quãdo maior populi pars ſcit. Bolo.

LXXVI. IDEM libro quinto ad Minicium.

TItius cum abſentem defenderet, ſatisdedit a: & prius quàm iudicium acciperet,deſiit reus ſoluendo eſſe : quam ob cauſam defenſor recuſabat iudicium in ſe reddi oportere. quæro an id ei concedi oporteat . Iulianus reſpondit, defenſor cum ſatisdedit, domini loco b habendus eſt:nec multum ei præſtaturus c eſt prætor, ſi eum d non coëgerit iudicium accipere e: cum ad fideiuſſores eius iri poſsit: & hi quidquid præſtiterint, à defenſore conſecuturi ſint. f

Qui exceptiones calumnioſas opponit, non videtur boni viri arbitratu defendere, & ideo ſtipulatio committitur. Bartolus.

LXXVII. PAVLVS libro quinquagẽſimoſeptimo ad Edictum.

OMnis qui defenditur g, boni viri arbitratu h defendendus eſt:

LXXVIII. APHRICANVS libro ſexto Quæſtionum.

ET ideo non poteſt videri boni arbitratu litem defendere is qui actorem fruſtrando efficiat ne ad exitum controuerſia deducatur i. Ad

g *Omnis qui defenditur.*] *CASVS.* Hæc.l.cum prin.l.ſeq. cõtinuatur. Et hoc dicit vſque ad finẽ huius titu.quòd defenſor boni viri arbitratu debet defendere.vnde ſi aduerſarij verbis detineat friuolis opponendo exceptiones.vt negotium finẽ ſortiri non poſsit:non recte defendet: vnde committitur ſtipulatio de defendendo.[*AD DVAS.*] Titium procuratorem conſtitui vt à Seio peteret Stichum & Damam.Titius agit nomine vniuſtantum:nunquid poterit repelli quòd agat contra formam mãdati?& dicitur quòd non poterit. Viuianus.

g *Omnis qui defenditur.* in actore & reo poteſt loqui.

h *Arbitratu.* id eſt iudicis boni:vt infra de verb.obliga.continuus.§.cum ſic & infra de leg.iij.fideicommiſſa.& infra qui. ex cau.in poſcatur.l.hoc autem §.recte. & ſupra eo.non cogẽdum.§.Sabinus.

i *Et ideo. Deducatur.* Et ſic committitur ſtipulatio quam fecit de defendendo:vt ſupra eo.l.ſeruum.§.penul. Et not. fruſtrantes puniri:vt hic, & infra qui.ex cau. ma.l. ſed & ad eos.& infra de ap.reci.l.eius qui.

k *Excluditur.* ſcilicet ab ea quam petit, quaſi videatur aliter petere,quàm ſit ei mandatum. Item nec ab illa:quia licet ſeparatim petere:vt hic,& infra commo.l.in commodato.§.fina.

QVOD CVIVSCVMQVE VNIVERSITATIS nomine,vel contra eam agatur b.

b Vide quæ notata ſunt. in.c. ci accepiſſem. extra de conſti.

Supra dictũ eſt de procura.generaliter:nunc ſpecialiter de eo qui nomine vniuerſitatis agit, ſine cõmuni, ſine conuentus: qui proprié actor vel ſyndicus dicitur: vt infra eo.l. 1.§. quibus.& ſupple hic de eo negocio quod cunſcunque vniuerſitatem &c.

Neque ſocietatem.] *CASVS.* Hæc lex dicit quòd nõ omnibus indiſtincte permiſſum eſt facere congregationẽ, vt ita conſtitutõe inter ſe ſocietatẽ,vel faciant collegium,vel corpus. huiuſmodi enim corpora vel collegia prohibentur,ſi non à lege fuerint permiſſa. præſumitur enim quòd potius fiant propter malum,quàm propter bonũ. & hoc in prima. In ſecũda dicit q quòd huiuſmodi corpora fieri prohibeantur :tamẽ quibuſdam permiſſum eſt ea habere,vt cõductoribus vectigalium. Itẽ aurifodinæ, & argẽtifodinæ, & ſimiles. Itẽ piſcatores & nauicularij.[*QVIBVS.*] Et ſtatim dicit:quidam ſunt quibus permiſſum eſt habere huiuſmodi corpora: quibuſdã nõ. hic dicit q illi quibus permittitur,poſſunt ordinare in cauſa cõmuni ſyndicum vel actorẽ,p quẽ res & negotia vniuerſitatis expediãtur:& poſſunt arcã cõ nunẽ habere. & hoc eſt in prima. In ſecunda dicit q ſi vniuerſitas cõuenta nõ defendatur,fiet miſsio in bonis illius collegij ex primo & ſecundo decreto. ſi nõ ordinauit ſyndicũ vel actorẽ,& nõ potuit defendere defenſor ciuitatis:qa forte impediat,vel vilis ſit:perinde haberetur ac ſi nullus eſſet ſyndicus conſtitutus vel actor. & hoc eſt in ſecũda. In tertia dicit q ſi actor vel ſyndicus præſens nõ fuerit, & aliquis obtulerit ſe defenſioni illius:nunquid valet defenſio? Dicitur q ſic:& poteſt ille vniuerſitatem defendere. Viuianus.

** ſocietãt.*

† Vide Inoc.in ca. ea noſcitur. de his quæ ſ.à prela. ſine cõ. cap.

l *Neque ſocietatem.* puta negotiatorũ vel profeſſorũ qui nõ ſimul cohabitant:vt.C.de iuriſdi.om.iudi.l.ſi.& hoc etiã patet ex definitione ſocietatis:quam dic vt inſti.de ſocie.in prin.

m *Collegium.* cum ſimul cohabitant : quod ſic dictum eſt, quia ſimul colliguntur.

Collegium vnde dicatur.

n *Corpus.* cum ſimul cohabitãt,vel nõ:vt.ĩ. ponentur exempla.

o *Coercetur.* quandoq; pœna exilij:vt.C.de monopo. & cõ. l.j. quandoq; vltimi ſupplicij:vt.C.de his qui ad Eccle.confu.l.denunciamus.vt.ĩ.de col. illi.l.j.in prin. &. l.ij.&. iij.in prin.&.ĩ. ad.l. Iuliam ma.l. j. &.C.de ſeditio. l.j.& .ij. & ad hoc infra ad l.Iuliam de vi pub.l. iij.in prin.&.§.eadẽ & ſuper his cognoſcit præfectus vrb.vt ſupra de off.c.præfec.vr.l.j.in §.

p *Admodum.* id eſt valde.

q *Vectigalium.* faciũt enim qñq; ſocietatẽ vt publica vectigalia cõducant.& trãſit etiã ad heredes hæc ſocietas:vt.ĩ. pro ſocio.l. adeo.in prin.Itẽ vt ſimul fodiãt aurũ & argentũ:vt ſubiicit. Ac.

r *Aliorum.* quæ multa ſunt, vt enumerantur infra de iure immu.l.fin.Item & congregatio cuiuſcunq; ciuitatis vel villæ vel caſtri:vt inſti.de re.di.§.ſingulorũ.vnde relinqui eis poteſt:vt.ĩ. ad Trebel.l.omnibus.& de lega.j.l.ſi heres iuſſus.§.vicis.Itẽ cõgregatio decurionum:vt.C.de na.lib.l.ſi quis.&.l.quoniam.Itẽ quælibet congregatio pro iuſtitia conſeruanda : vt ſcholarium Thuſcorum,vel vniuerſitatis totius: vt.C.de iuriſdict. om.iu.l. ſi.cum

ſi.cū enim definitioni iuſtitiæ,iuriſque præcepto ſeruiat,debet valere:vt inſti.de iuſti.& iur.in prin.&.§.iuris præcepta.qđ dic vt not.C.de iuriſdi.omnium iud.l.fi.Item cauſa religionis:vt.j. de colle.illici.l.j.§.ſed religionis.vnde poteſt tali collegio legari:vt.C.de ſa.ſan.eccle.l.j. alias autem relinqui aliquid nō poſſet:vt.C.de here.inſti. l.collegiū. Et quia certa collegia permittuntur, vt dictū eſt : patet regulariter ea prohibita:vt hic,&.j.de colle. illi.l.iij. §. in ſumma. ſed an ſocietas quinq; vel ſex ſcholarium in vno hoſpitio faciat ſyndicū vel actorem? videtur quòd ſic, ſi tamen cauſa ſit ſocietatis,cum licita ſit ſocietas: vt patet ex definitione ſocietatis.

a *Alterius.* quæ diximus,vt piſtorum,& ſimilium.

b *Ad exemplum.* not. quòd ius quod ſeruatur in republica, ſeruatur & in priuata:vt hic & .j.de peti.here. item veniunt.§. in priuatorum quoque.&.C. de peti.he.l.j. Accurſius.

c *Syndicum.* Differunt hæc tria ſyndic⁹,œconomus, & actor. nam œconomus tantùm ab epiſcopo conſtituitur, & in rebus Eccleſiaſticis:vt.C.de ſa.ſan.ecc. l.iubemus.ij.ſ prin. & de epi. & cle.l.omnes qui.§.& hoc nihilominus.at ſyndicus pro qualibet vniuerſitate:vt hic.& pro pluribus tātum:vt patet ex interpretatione nominis, cui deſeruire debemus:vt.C.de epiſ.& cle.l.decernimus.& de defen.ciui.l.defenſores.ij.ibi,nominis ſui tantùm officio fungantur.& in fi.ibi, vt id tantum &c.& in glo.fi. nam dicitur ſyndicus quaſi ſingulorū cauſas dicens:licet lex videatur ſyndicum ſimpliciter defenſorē appellare:vt infra de mu.& ho.l.munerum.§.defenſores.ſed dic defenſorem, ſcilicet vniuerſitatis alicuius. actor autē dicitur in vna cauſa tantum:licet ſyndicus ad omnes:vt.j.e.l.item.§. ſed ſi ita.verſi.ſed hodie.& infra de mu.& ho.l.fi.§. defenſores. Item actor etiam ab vno conſtituitur quandoque : vt inſti.de cura.in fi.& quandoque ab vniuerſitate:vt hic.

† *Bal. hic reputat iſtū tex.ſing. ad hoc quod procurator infirmitas nō impedit quò minus fiat miſſio in poſſeſſionem contra eū dominū. Bolog.*

d *Agi.* ſcilicet in iudiciis.

e *Fieri.* ſcilicet extra iudicia.

f *Poſſideri.* ſcilicet ex primo decreto.

g *Admoniti.* ipſa ergo vniuerſitas debet admoneri vt veniat ad ſui defenſionem.

h *Se inſſurum.* ex ſecundo decreto.

i *Proconſul.* i. prætor faciet vendi bona cōmunia illius vniuerſitatis quaſi ex ſecundo decreto:vt hic, &.C.de bo.aut.iu.poſſ.l. cum proponas.& infra ex qui. cau. ma.l.item ait prætor.§. hæc autē.&.l.ergo.& infra qui.ex cau.in poſſ.ea.l.Fulcinius.§.j.Sed cum pupillus non patiatur venditionem,licet poſſeſſionem patiatur:vt infra qui.ex cau.in poſ.ea.l.apud Iulianum. in prin.& §.j.&.§.fi. & vniuerſitas ſimilis ſit pupillo : ergo nec vniuerſitas debet pati venditionem. Reſpō.in hoc non eſt ſimilis.Sed quid ſi nihil habent cōmune,quid faciet creditor?Reſpon. cōpellentur facere collectam,vt aliquid habeant commune.nam qui poteſt facere vt poſsit &c.vt infra de reg.iur.l.qui poteſt.

k *Aut inhabilis.* not. quòd nihil refert vtrum aliquid non fiat, an eo modo fiat quo non debuit : vt hic,& infra de fideiuſſ.l.iij. & ſupra qui ſatiſd.cog.l.quotiens.& infra de re iudi.l.iiij.§. condemnatum.& infra de mu.& ho.l.vt gradatim.§.ſed & ſi. & inſti.de leg. ag.tu.§. quod autem.&.C.de cura.fur.l.fi.§.finautē. &.j.qui.ex cau.in poſ.ea.l.hoc autem.§.j.in fi.

l *Sicut in priuatorum.* ſed in priuatis permittitur cum ſatiſdatione:vt hic,& ſupra tit.j.ſi minor.§.fi.ergo & hic debet ſatiſdare: vt hic,& infra e.l.item.§.actor.& facit ad hūc.§.ſupra tit.j. ſer-

ff. Vetus.

rorū,qui & in prouinciis ſunt.

Collegia licita poſſunt habere bona, & agere & conuenire per ſuos ſyndicos & actores. Bal.

Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegij, ſocietatis, ſiue cuiuſq; alterius, [a] eorū nomine proprium eſt ad exemplum [b] reipublicæ habere res communes,arcam communem, & actorem ſiue ſyndicum: [c] per quem tāquā in republica quod communiter agi [d] fieriſque [e] oporteat,agatur fiat.

Si vniuerſitas non defendatur, contra eam ad primum & ſecundū decretum procedetur. Bartolm.

Quòd ſi nemo eos defendat: quod eorum cōmune erit,poſſideri: [f] & ſi admoniti [g] non excitentur ad ſui defenſionē, venire ſe iuſſurū [h] proconſul [i] ait. Et quidem non eſſe actorem vel ſyndicum tunc quoque intellegimus,cum is abſit, aut valetudine † impediatur, aut inhabilis [k] ſit ad agēndum . Et ſi extraneus defendere velit vniuerſitatē, permittit proconſul:

A uum.§.publice.& infra tit.j.l.ſoluendo.

Si municipes.] CASVS. Aliqua vniuerſitas conſtituit te actorem in cauſa aliqua.ſi ille quem conuenis,vel conuenire volebas nomine totius vniuerſitatis, vult te recōuenire:an omnes defendere tenearis,quæritur.& dicitur quòd non:ſed ipſam ciuitatē poteſ defendere:quia ſingulorum actor cōſtitutus non es, ſed vniuerſitatis. Viuia m *Haberi.* ſcilicet vt ſingulos defendere cōpellatur.quare nó pro ſingulis, ſed pro vniuerſitate cauebit : vt infra.e.l.ſicut.§. ſi qđ. & eſt hic ar.qđ in cauſa vniuerſitatis quilibet de vniuerſitate poſsit ferre teſtimonium. nō enim dicitur vniuerſitaté teſtificari, ſed ſingulos.Similiter eſt argu.quòd vaſallus vniuerſitatis non ſit ſingulorum.& pro his eſt.ſ. de re.di.l.intantum.§. j.&.ſ.de in ius voc.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.

Sicut in priuatis ſic in publicis. ſicut in priuatorū [l] defenſionibus obſeruatur : quia eo modo melior cōditio vniuerſitatis fit.

Actor vniuerſitatis non dicitur actor ſingulorum.hoc dicit.

II. VLPIANVS libro octauo ad Edictum.

SI municipes, vel aliqua vniuerſitas ad agendum det actorem:non erit dicēdum quaſi à pluribus datū ſic haberi. [m] Hic enim pro reipublica vel vniuerſitate interuenit : non pro ſingulis.

B

Siue mandato legis vel vniuerſitatis nemo poteſt experiri pro ipſa vniuerſitate. & dicitur habere mandatum ab ipſa vniuerſitate ille qui habet mādatum à maiori parte vniuerſitatis congregata: in qua congregatione requiruntur ad minus due partes omnium habentium vocem: & in iſtis duabus partibus connumeratur etiam ille qui eligitur: & vox patris prodeſt filio : & cōtra. Item vox fratris prodeſt fratri: niſi ſtatutum vel conſuetudo inter dicat.Io.d.Bal. vſque ad.§.ſi decuriones.in.l.item eorum.

III. IDEM libro nono ad Edictum.

NVlli † permittetur nomine ciuitatis vel curię [n] experiri, niſi ei cui lex [o] permit-

C

† *Cūcor.glo. ſup verbo, non inuenitur.in ca. extra de tranſla.epi.*

tes fuerit,& cum ordinauerit,tenet ordinatio: & ad hoc vt teneat,neceſſaria eſt præſentia duarum partium.Sed nunquid ille qui ordinatur,connumerabitur maiori?& reſpō.quòd ſic. Item ſi pater meus & ego ſumus de aliqua vniuerſitate, & tractetur de aliquo actore ordinando,ſimiliter ſuffragium patris,hoc eſt decretum,id eſt ſcriptura aliqua & cōſenſus patris mei poterit mihi valere,& econuerſo:item conſenſus eorum qui ſunt in eadem poteſtate,adinuicem.Idem eſt ſi de aliquo honore cōferēdo vel petendo publice tractatur: quia ſupradictorum ſuffragia ſi alij proderit adinuicem.[*SI DECVRIONES.*]Pone.Monachi alicuius Eccleſiæ volebant ſibi creare abbatem.vnde elegerunt tres monaches qui eligere deberēt:& ſtatim vt ille eſſet abbas,quem illi tres eligerent: erit actor vel abbas. Si vero vel maior pars ordinauit, vt ſi aliquam cauſam euenire contigerit, Titius exerceret: nonquid videtur recte ordinatus?& dicitur qđ non.Si actor poſtea prohibitus eſt agere, perinde eſt ac ſi ordinatus nō fuiſſet. [*ACTOR.*]Iſte.§.v. habet dicta. Primū eſt qđ

D actor nomine vniuerſitatis tenetur vniuerſitatem defendere ſi reconueniatur. Secundum eſt qđ actor nō debet cauere de rato. Tertiū eſt qđ cauet de rato ſi dubitetur fuerit actor nēcne.Quartum eſt qđ agat actor & defendat ac ſi eſſet procur. veruntamen ſi ex parte rei interueniat, & fuerit cōdemnatus, in bonis ipſius non mandabitur executio. Item ſi eo agente condemnatur aduerſarius,non dabitur ei actori actio iudicati: niſi fuerit conſtitutus procu.in rem ſuam.Idem iſti actori cōſtitui poteſt. [*EX IISDEM.*]Sicut procu. remoueri poteſt , ita & actor ex iiſdē cauſis.Item ſicut procurator ſi vniuerſitas agere velit,ordinare poterit actorem : ita poterit quis cōtra vniuerſitatem ordinare. Vel aliter dic hunc caſum. Siue vniuerſitas agat , ſiue aduerſus eam agatur:poterit ordinare ſyndicum vel actorem.[*IN DECVRIONIBVS.*] Omnes monachi ſancti Proculi receſſerunt ſucceſsiue : ita quòd nullus eſt hodie eorum qui fuerunt à centum annis retro:nunquid durat vniuerſitas?& reſpon. quòd ſic.Si vero vnus ſolus tantum remanſit, adhuc durat vniuerſitas.Viuianus.

n *Curia.* decurionum.Azo.

o *Lex.* id eſt conſuetudo. verbi gratia eſt forte conſuetudo vt agat antiquior:vt ar.infra de fide inſtru.l.fina.eſt enim cōſuetu-

Conſuetudo dat iuriſdictionem.

do altera lex: vt ſupra de leg.& ſenatuſcon.l.immo. Nam & dat iuriſdictionẽ: vt.C.de eman.li.l.j.& ſi.Vel dic lex permittit teſtati totius ciuitatis, cum non eſt qui experiatur nomine collegij alicuius quod eſt in ciuitate: vt ar.C.de epi.& cle.l.nulli.§. ſinautem perſonam.& infra eo.ciuitates.

a *Ordo.* ſcilicet decurionũ. erat enim quidã ordo in ciuitatibus prouidens ciuitati: vt eſt concilium, & hic habebat multa priuilegia: vt infra de verbo. ſigni.l.pupillus.§. decuriones.

b *Dedit.* auctoritate ſuperioris: vt C.de ſer. reipu.l.j. & de decu.l. ij.ſed ar.cõtra.ĩ.de tu. & cu.da.ab his.l.vbi.

c *Duæ partes.* duæ nãque partes ordinis in vrbe poſitæ totius curiæ inſtar exhibent: vt C.de decu.l. nominationum. li.x. ſecũdum Azo.& not.quòd non exigitur vt duæ partes cõſentiant in decurionem: ſed vt duæ partes affuerint: vt hic.ſed an cõſentientes debeant eſſe tot, ſcilicet vt ſit maior pars totius ordinis: an ſufficiat quòd maior pars conſentiat præſentium? quod eſt verius: ar.ĩ.de tu.& cu.da.ab his.l.vbi abſunt. ſecundum Azo. & ad idem poteſt induci infra de re.iur.l.aliud.§. refertur.&.C.de pręd. decurio.l.ij.ibi, totius vel maioris.& infra ad munic.l. quod maior.

†Suffragiũ, quod nẽ ſta bella ſolum ex ſcripto ferrebatur (vt credidit Accurſius) ſed etiã voce, quod erat ineptiſſimum ac magnificũm. Bud.in poſter. annot.

tit: aut lege ceſſante ordo [a] dedit, [b] cum duæ partes [c] adeſſent, aut amplius quàm duæ.

IIII. PAVLVS libro nono ad Edictum.

PLane vt duæ partes decurionum adfuerint: [d] is quoque quem decernent, numerari poteſt. [e]

V. VLPIANVS libro octauo ad Edictum.

ILlud notandum Pomponius ait, quòd & patris ſuffragiũ [f]†† filio proderit, & filij patri,

VI. PAVLVS libro nono ad Edictum.

ITem eorum, qui in eiuſdem poteſtate [g] ſunt. quaſi decurio enim hoc dedit, non quaſi [h] domeſtica perſona. quod & in honorum petitione [i] erit ſeruandum: niſi lex municipij vel perpetua [k] conſuetudo prohibeat.

Decuriones poſſunt eligere, & aliis electionem committere. hoc dicit. vel aliter: Quod ſit ab his qui habent auctoritatem à concilio: videtur fieri à concilio. hoc dicit.

Si decuriones decreuerunt actionem per eum mouendam, quẽ duumuiri [l] elegerint, is videtur ab ordine electꝰ: & ideo experiri poteſt. Parui enim refert, ipſe ordo elegerit, an is cui ordo negotium dedit. [m]

Secundum lect. quam teneo. h.d. Quod ſit præter formam commiſſionis, ipſo iure non valet. vel aliter ſecũdum aliam opinionem: Si actor conſtituatur ad lites futuras, ipſo iure non valet. h.d. Bart.

Sed ſi ita † decreuerint, [n] vt quæcunque incidiſſet [o] cõtrouerſia, eius petẽdæ negotium [p] Titius haberet: ipſo iure id decretum [q] nullius momenti eſſe: quia non poſſit videri, de ea re quæ adhuc in controuerſia nõ ſit, decreto datam perſecutionem. [r] Sed hodie hæc omnia [s] per ſyndicos [t] ſolẽt ſecundum locorum conſuetudinem explicari.

Non ſufficit alterum datum eſſe, ſi poſtea fuerit reuocatus.

Quid ſi actor datus, poſtea decreto decurionum prohibitus ſit? an exceptio ei noceat? Et puto ſic hoc accipiendum, vt ei permiſſa videatur, cui & permiſſa durat. [u]

Actor vniuerſitatis debet defendere: & de rato cauere ſi dubitatur de mãdato. B.

Actor vniuerſitatis ſi agat, compellitur etiam defendere: [x]

Suffragium quid ſit.

f *Illud notandum. Suffragium.* Suffragium dicitur illa ſcriptura quam quis facit cum de aliquo eligẽdo cõſentit. ſic ponitur ĩ.de le.& ſenatuſcon.de quibus.& intellige hoc quando ille qui vult prodeſſe, eſt de ordine decurionũ: vt.ĩ.l.proxi. diximus. ratio autem huius legis eſt, quia quod ad ius publicum attinet, patria poteſtas non curatur: vt.ĩ.ad Trebel.l.nã quod.&.ĩ. de iudi.l.in priuatis. Sed eſt arg.contra.ĩ.de iuriſdi.om.iudi.l. qui iuriſdictioni.&.C.de teſti.parentes.

g *Item eorũ. Poteſtate.* i. dicere, ſuffragiũ fratris pderit fratri. Ac.

h *Non quaſi.* arg.de tanquã: vt.ĩ.quod iuſſu.l.j.§.j.& dixi.ĩ. de adoptio.ſi paterfa.§.qui duos.in glo.j.

i *Petitione.* vt ſi quis publicè petierit honorem, patris ſuffragiũ ei prodeſt: priuatè vero nõ debet peti: quia incidit quis in legẽ Iuliam ambitus, vel ſimoniam: vt.ĩ.ad.l.Iul.ambi.l.j & infra de polli.l.j.§.ſi quis.nam & aliàs dicitur: Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat: vt.viij.q.j.c.qui epiſcoparum.

k *Vel perpetua.* vel pro id eſt, vel ꝓprie. & ſic not. hic conſuetudinẽ etiã ſpecialem vincere legẽ in eo loco in quo eſt: vt hic, & infra cõmunia prę.l.venditor. §.ſi conſtat.& infra de iure immu.l.ſemper.§. legem quoque &c. & ĩ. de ſepul. vio.l.iij.§. diuus. ſicut generalis generaliter: vt ſupra de le. & ſenatuſcon.l. de quibus.in fi.

Conſuetudo etiã ſpecialis in quando vincit legem.

†*Infrin. eſt ſupra al hoc quod ſalua conſuetudo.*

l *Duumuiri.* hi minorem gerebant honorẽ quàm decuriones: & forte erant municipales magiſtratus: vt.C. de iudi.l.fin. vel forte maiorem.

Duumuiri ſimpliciter, intelligitur ad ſortem, ſuum.a. in quo locum nouis temporibus habet.

m *Negotium dedit.* id eſt poteſtatem eligendi. & ſic no. quod quis per alium facit, ipſe facere videtur: vt hic, & infra de admi.tu. ita autẽ.§. geſsiſſe.&.C. vbi & apud quem.l.fi.§. fi.

n *Sed ſi ita decreuerint.* ſ. ipſi decuriones. vel ſi nullum ius ſpeciale in hoc aliud quàm in ꝓcuratore decreuerint, ſcilicet illi duũuiri de quibus proxime dixerat, & aliter quàm eſſet eis iniunctum.

o *Incidiſſet.* etiam in futurum.

p *Negotium.* id eſt neceſsitatem & ad agendum, & ad ſuſcipiendum, & ad excipiendum.

q *Decretum.* ſcilicet in quo ſi conſtituitur actor, non valet, vt ſubiicit, ad lites futuras. & ſic patet quòd in hoc differt mandatum iſtud de eligendo actorem, à mandato priuatorum: quia illud de lite futura fieri poteſt: vt ſupra tit.j.l.iij. quæ eſt contra: iſtud non, vt hic. & hęc eſt ratio: quia cum hic decretum ſit ſententia: ſententia autem non teneat niſi ſuper re certa: vt inſti. de act.§.curare. & infra de iudi.l. non quemadmodum. & infra de vſur.l.j.§.j. ſequitur tale mandatum de futura lite, vtpote incertum, nõ valere. Vel dic non referre: quia nõ ipſi decuriones decreuerũt, ſed quidã quibus pro præſente lite cõmiſerãt electionem actoris. & ſic aliud fecerũt quàm qđ eis mandatũ eſt. Acc.

r *Perſecutionem.* ſcilicet de iure.

ſ *Hæc omnia.* id eſt, lites quandocunque emergentes etiam in futurũ. nec enim ad vnam cauſam tantum eligũtur: vt diximus ſupra eo.l.j.§.quibus.

t *Per ſyndicos.* id eſt defenſores: vt infra de mu.& ho.l. manerũ. §.defenſores.

u *Durat.* nõ videtur factum niſi duret: vt hic, & infra de in rem ver.l.ſi pro patre.§.verſum. Item hoc intellige lite non cõteſt. quid ſi poſtea? Reſpõ. idem quod in procuratore dixi.ĩ. de procura.l.quæ omnia.arg.infra.§.proxi.

Falſũ quid ſuerit niſi dura.

x *Defendere.* ſcilicet vniuerſitatem, nõ ſingulos: vt.ĩ.eo.ſi municipes. ſecus autẽ eſt in eo qui populari actione agit: quia quaſi ſuo nomine agit: vt ſupra de procura.l.mutus.§.in popularibus. quæ eſt cõtra. Sed an epiſcopo liceat conſtituere actorem? & videtur quòd nõ: quia ipſe nec vniuerſitas, nec corpus, nec collegium eſt. Io. tamẽ dicit quòd ſic, cum decreto ſuperioris tamen, ſtatuere ad inſtar tutoris: vt.ĩ.de admi.tu.l. decreto. Iteꝝ quis de calũnia iurat? Reſpõ. actor vel ſyndicus, ſecundum Ioan. vt.C.de iura. calum.l.ij.§. quod obſeruari. licet Aldricus cõtradixerit. nã per hos vniuerſitas iurare videtur: vt.ĩ.de cõdi.& demon.l.municipibus.& ſi vnus ſit conſul, ſufficit eum iurare de calumnia.

Epiſcopus an poſſit conſtituere actorem.

Iurat.

De rato.

a *De rato.* ſcilicet cum certum eſt eum eſſe actorem generaliter conſtitutum: licet ad hanc rem ſpeciale non habeat mandatum. Sed an iudicatum ſolui debeat ſatiſdare? Videtur quòd ſic: quia vice procuratoris eſt: vt ſtatim ſubijcit: procurator autem etiam verus ſatiſdat: vt. C. de ſatiſda. l. j. Sed dic cõtra: quia non eſt per omnia ſicut procurator. nã procurator ſine iudice conſtituitur, actor vel œconom[a] nõ: vt inſti. de cur. §. fin. & C. de epiſ. & cle. l. omnes qui. §. hoc nihilominus. cum ergo hic ſicut & tutor publica auctoritate experitur, dicẽdum eſt neutrum ad hoc cogi: vt argu. C. de admi. tu. l. tutores debita. & l. fi. §. defenſionẽ. & infra rem ra. habe. l. actor. & hac etiam ratione de calũnia iurat hic actor: vt modo dixi.

b *Dubitatur.* idem eſt in tutore: vt infra de admi. tuto. vulgo. ſed illud poteſt ſic intelligi, vt tutor debeat ſatiſdare de rato ſub hac exceptione, ſi apparuerit eum nõ eſſe tutorẽ. ad hoc refertur quod ibi dicitur, æquum eſt aduerſarium nõ decipi: & hoc dic vt infra rem ra. ha. l. actor.

c *Fungitur.* in hoc q̃ neuter ante lit. conte. dat procuratorem, ſicut nec tuto. & quia ſic ſatiſdat de defendendo, & etiam de rato, vt procurator: non tamen ſimiles ſunt in ſacramento calumnię, vt modo diximus. item cum conſtet de decreto: licet non habet mandatum ſpeciale ad hanc rem, nõ cauet de rato: ſed de defendendo: vt infra rem ra. hab. l. actor. ſed in procuratore ſecus quãdoque: vt dixi. ff. tit. j. l. Pomponius. in prin.

d *Non datur.* nec in eum: ſicut nec in procuratorem: vt ſupra tit. j. Plautius.

e *In rem ſuam.* vt. d. l. Plautius. & l. ſi procurator.

f *Conſtitui.* vt. j. de conſti. pecu. l. eum qui. §. item tutori.

g *Procuratorem.* quæ cauſæ ſunt ſcilicet tam ante lit conte. quàm poſt litem: vt ſupra ti. j. l. filius. §. fi. & legibus ſeq. & l. ante lit. cõteſt. & l. poſt litem. & ll. ſeq. vſque ad l. quæ omnia.

h *Dari poteſt.* vt procurator: vt. ff. tit. j. l. filiusfa. §. ipſe quoq; & decurio etiã fieri poteſt: vt. C. de decu. l. filios in poteſtate. lib. x.

i *Sicut. Dedit.* in edicto quod non habemus.

k *Edicendum.* id eſt, edictum proponendum, quo edicto detur actio contra eos.

l *Publicum.* impropriè ponitur: vt. j. de verbo. ſignifi. l. eum qui vectigal. & j. qui. ex cau. ma. ſed & ſi per prætorem. §. fi.

m *Actionem.* ſ. neg. geſt. ſi ſine mandato fecit: vt. ff. e. l. j. in fi. ſi autem cũ mandato, habet mãdati: niſi ſalariũ fuerit ei pro hoc conſtitutũ: vt. j. mãda. idẽq;. §. idẽ Labeo. verſic. ſed & ſi advecturas.

n *Non debetur.* ſed quid ſi diſſoluatur vniuerſitas illa: nunquid quilibet de vniuerſitate poterit petere partẽ ſuam vt propriũ & priuatum debitum ſuam & hoc vides in illicitis collegiis: vt. j. de colle. illi. l. iij. hic ergo videtur multo magis. Sed quid, ſi vniuerſitas aliqua habeat nemus cõmune: & quis eorũ ſit aliàs nõ ſoluendo: nunquid creditores erũt mittendi in poſſeſſionem partis nemoris quæ quaſi videtur ad eũ ſpectare? nõ puto: quia nec nemus illud nec pars eius alicuius intelligitur: vt. j. de re. di. l. in tantũ. §. j. Itẽ quid ſi quilibet de vniuerſitate tibi intulit iniuriã, nunquid vniuerſitas dicetur hoc feciſſe, & poterit à te cõueniri? Videtur quòd non: quia nõ vt vniuerſitas, ſcilicet concilio habito, & campana ſonata, vel aliàs eis cõuocatis feciſſet: ſed quilibet ſuo motu. Econtra quòd ſic: quia vniuerſitas nil aliud eſt

non autem compellitur cauere de rato. [a] Sed interdum ſi de decreto dubitetur, [b] puto interponendam & de rato cautionem. Actor itaque iſte procuratoris partibus fungitur: [c] & iudicati actio ei ex edicto non datur, [d] niſi in rem ſuam [e] datus ſit: & conſtitui [f] ei poteſt. Ex iiſdem cauſis mutandi actoris poteſtas erit, ex quibus etiam procuratoris. [g] Actor etiã filiusfamilias dari poteſt. [h]

Sicut vniuerſitas poteſt agere: ita poteſt conueniri.

VII. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

SIcut municipum nomine actionem prætor dedit, [i] ita & aduerſus eos iuſtiſsimè edicendum [k] putauit. Sed & legato qui in negotium publicum [l] ſumptum fecit, puto dandam actionem [m] in municipes. Si quid vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur: [n] nec quod debet vniuerſitas, ſinguli debent.

Licet perſona mutentur, vniuerſitas tamen eadem remanet. item ſi vnus ſolus remanet: ius & nomen vniuerſitatis conſeruatur in illo. h. d.

In decurionibus vel aliis vniuerſitatibus nihil refert vtrũ omnes iidem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati [o] ſint. Sed ſi vniuerſitas ad vnum redit: magis admittitur poſſe eum conuenire, & conueniri: cum ius omnium in vnum reciderit, † & ſtet nomen vniuerſitatis [p].

Si non reperiantur res mobiles & immobiles: perueniur ad nomina debitorum. Bartolus.

VIII. IAVOLENVS libro quintodecimo ex Caſſio.

CIuitates † ſi per eos qui res earum adminiſtrant, non defenduntur, nec quicquam eſt corporale reipublicæ quod poſſidetur: per actiones debitorum ciuitatis, agentibus ſatiſfieri oportet. [q]

Contra ciuitatem vel municipium poteſt agi demſorio iudicio. Bal.

IX. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

SI tibi cum municipibus hereditas communis erit: familiæ erciſcundæ iudicium inter vos redditur. Idémque dicendum eſt in finium regundorum, & aquæ pluuiæ arcendæ iudicio. [r]

Facit ad hoc glo. ſuper verb. pauciores. ff. ca. 2. extra de poſtu. pre. quæſi. ad hoc allegat. hanc. l.

† *An ciuitates. Flo. ſed obeliſco præfixo.*

A

B

C

D

o *Immutati ſint.* vt infra de iudi. proponebatur.

p *Nomen vniuerſitatis.* ſic extat rei memoria, nec tamen res: vt eſt ar. j. de le. j. ſi grege. §. j. licet ergo vnus non ſit vniuerſitas, nec vniuerſi nec vniuerſus: retinetur tamen per eũ ius vniuerſitatis: licet p vnũ ab initio cõſtitui nõ poſſit vniuerſitas, ſed per tres: vt. j. de verb. ſigni. l. Neratius. Nomen vero ideo dicitur retineri, quia adhuc dicetur ſchola ſanctí Ambroſij ſuper ſtite vno ſolo. Sed nũquid ſyndicũ hic poterit vnus cõſtituere, cũ ſyndicus plurium cauſam dicat? Vel quid ſi duo ſunt? videtur quòd ſic, vt hic. Itẽ quid ſi nullus omnino remanſit? Rñ. Io. ſolutũ eſſe collegiũ: & res in nullius bonis ſunt, ſicut & hereditariæ: ſed tamen ſi poſtea auctoritate domini papæ, vel eius ad quẽ ſpectat cura eiuſdẽ collegij, inſtituatur aliquis in eodem collegio, iuris artificio fingitur iſtius fuiſſe: vt. ff. de re. di. l. j. §. id vero. & j. de reg. iur. omnia fere. & l. omnis heredi tas. licet quidã archiepiſcopus Moyſes ipſos parietes poſſidere dixerit etiã durante collegio: quod duriſsimũ eſt dicere, & contra legem videtur: vt infra ſi quis in te. li. eſſe iuſſ. l. j. §. Scæuola. Verũ tamẽ id eſſe videtur, vt nullo modo dicãtur eſſe vllius. ſab eo tempore quo ſolutum eſt collegium: ſed ipſo iure ſint fiſco vel papę quęſita: vt. j. de pu. & veſt l. cõmiſſa. & de iure fiſ. l. j. §. an bona. & l. imperatores. & hoc quãtum ad dominium: ſecus quantũ ad poſſeſſionem: vt. j. de adqui. poſ. l. cũ heres. poſſet tamẽ pro Moyſe allegari quòd plerũque dicitur Eccleſia ipſe locus parietibus circundatus, & etiam conſecratus: & aliàs dicitur Eccleſia ius habere, & poſſidere, & vindicare: vt. C. de ſacroſan. Eccle. l. iubemus. §. ſciẽtes. & §. ſane. verſic. ſi quãdo igitur. Vnde videtur quòd talis locus ſiue parietes poſſideant etiam durante collegio: & vindicent per prælatos tanquam quilibet priuatus per procuratorem vel colonum.

q *Oportet.* ſic eſt & in priuatis debitoribus: vt infra de re iudi. l. à diuo. §. in venditione.

r *Iudicio.* ſi in loco municipij opus fiat ex quo timeatur ne aquæ pluuialis noceat: aliter dicitur de loco publico: vt. j. de aqua pluuia. arcen. l. ſi in publico. de his autẽ gratia exempli poſuit: quia magis dubitabatur: idem tamen in omnibus aliis caſibus.

Ciuitates.]*C. ASV S.* Vniuerſitas ſancti Proculi debuit mihi x. volui eã cõuenire: null[e] extat defenſor: nec aliqua habet vnde mihi in poſ. miſſio fieri poteſt. dicitur quòd ſi vniuerſitas habet nomina, quòd in poſ. nominũ illorũ fiet miſſio. Viuianus.

Sibi tib.]*C. ASV S.* Habebam hereditatem communem cum aliquibus municipibus, vel cum aliqua ciuitate: quia ego & vniuerſitas inſtituti ſuimus. poteſt celebrari inter nos iudicium fami. erciſ.

Conſtitui.]*C. ASV S.* Vicin[e] alicuius vniuerſitatis ædificauit ex quo ædificio timebatur damnum illi vniuerſitati. poteſt ordinari actor ad noui operis nunciationem. Item ſi fuit relictũ vniuerſitati in diem vel ſub cõditione, poteſt actor ordinari ad interponendam cautionem vel ſtipulationem de legato præſtando adueniente die vel conditione. Item ad ſtipulationem damni infecti vel iudi. ſol. ſed in omnibus iſtis caſibus ſi vniuerſitas vel curia habeat ſeruũ, ille illas ſtipulationes interponere debet.

debet. Si vero ipſe actor ſtipulatus eſt ciuitati vel vniuerſitati, vtilem actionem ex illa ſtipulatione habebit ciuitas vel vniuerſitas. Viuianus.

a *Seruo potius.* ſi præſens ſit: vt ſupra titu. j. Pomponius. §. j. & l. mutus. §. ſi procurator agat.

b *Actori.* qui deſiit eſſe, vel eſt prohibit⁹, vt etiam eſt.

c *Vtilis.* id eſt exercitiũ vtilis quæſitæ ciuitati, vel ipſi adminiſtratori datur vtilis: ciuitas directã habet actionẽ.

DE NEGOTIIS geſtis.

Dictum eſt ſupra de negotiis geſtis ſingularis hominis vel vniuerſitatis ex mandato: nunc quando ſine mandato.

[*Hoc edictum.*] CASVS. Iuriſcõ. in prin. tractatum hunc commendat, dicens ꝙ maximam continet vtilitatem tam abſentium quàm præſentium. niſi enim aliqui eſſent qui abſentium negotia gererent, multotiens ſuſtinerent abſentiæ iacturam, eo quòd remanerent indefenſi: & ita res eorum ab aliquib⁹ puta creditoribus poſſiderentur: aliquando etiã venderẽtur. Item incidetent in pœnam quam ꝓmiſerunt, niſi aliquis eorum defenderetur: & etiam creditores venderent pignora. Viuianus.

x. PAVLVS libro primo Manualium.

CONſtitui poteſt actor etiã ad operis noui nũciationẽ, & ad ſtipulationes interponendas: veluti legatorum, damni infecti, iudicatum ſolui: quamuis ſeruo potius [a] ciuitatis caueri debeat. Sed & ſi actori [b] cautũ fuerit, vtilis [c] actio adminiſtratori rerum ciuitatis dabitur.

DE NEGOTIIS geſtis.

TITVLVS V.

Lex iſta ponit cauſas huius edicti. Bar.

1. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

HOc edictum [d] neceſſarium eſt: quoniam magna vtilitas abſentiũ [e] verſatur, ne indefenſi rerum poſſeſſionem, [f] aut venditionẽ patiantur, vel pignoris [g] diſtractionem, vel pœnæ committẽdæ actionem, [h] vel iniuria [i] rẽ ſuam amittant.

d *Hoc edictum.* quod eſt. j. eo. l. iij. j. reſpon.

e *Abſentium.* maxime. nã hæc cauſa fuit impulſiua: vt infra de act. & obli. l. ex maleficiis. §. ſi quis abſentis. & inſtit. de oblig. ex quaſi contract §. j. ſed tamẽ & inter præſentes datur, vt inter curatorem datum in teſtaméto, & adultum: vt. C. e. l. curatoris. Itẽ cuilibet etiam maiori præſenti ſi tamen ignoret quid agatur: aliàs ſcientia cum præſentia inducit tacitum mandatum, & agitur mãd. vt infra man. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. ex mandato. §. j. & l. qui fidem.

f *Poſſeſſionem.* poſſeſsio datur ex illo ti. j. qui. ex cau. i poſ. ea. ſed vẽditio fit ab alio q ſequitur de bo. aut. iu. poſ. vt ex ordine eorũ patet: vt dicũt quidã, qđ mihi non placet: imò vtrũque fit ex illo, qui. ex cau. in poſ. ea. primũ. ſ. de miſtione, fit per. l. ij. j. rñ. ſecundũ. ſ. de vẽditione, fit ꝓ aliud edictũ quod eſt in eo ti. qui. ex cau. in poſ. ea. l. Fulcinius. §. j. at ille tit. de bo. aut. iu. poſ. tractat de modo vẽdẽdi & adminiſtrãdi huiuſmodi bona ſic poſſeſſa. Et ſic fit hæc venditio ita demũ ſi latitauerit: vt. d. l. Fulcinius. §. ij. & j. ex qui. cau. ma. in inte. reſti. l. item. §. hæc autem.

g *Pignus.* ſcilicet conuentionalis, vt differat à præcedenti: & hæc venditio fit ex pacto vel ex lege: vt. C. de iure do. impe. l. ſi. §. j. & ij.

h *Actionem.* quam ſola conuentione pariuntur.

i *Vel iniuria.* id eſt per ſententiã iniurioſẽ latam per quam res abſentis alicui daretur: & hic ad defendendum venit. Vel dic [a] etiã ad agendũ venit. & dices iniuria. i. vſucapione vel præſcriptione, quæ eſt cõtra naturalem æquitatem qua dicitur neminẽ cũ alterius & c. vt. j. de cõdict. indebi. l. nã hoc natura. pro bono tamẽ publico eſt introducta: vt. j. de vſuca. l. j. vnde improprie dicitur iniuria: vt. j. de iniur. l. iniuriarũ §. j. Sed quomodo geſtor ſine mãdato contra præſcribentem agit? Rñ. fuit de illis qui ſine mãdato admittuntur: vt. i. eo ſi autem. Vel dic eum geſtorẽ debere petere ●ratorẽ bonis qui vſucapiones interpellet: vt. j. de mu. & ho. l. j. §. illud. in fi. §. arg. contra. C. e. tutori. Alij dicũt quod deberet dicere ſe habere mandatũ. & ſic re ſ ẽta dubia ſa- tider, & dominus habebit ratum. & ſic valet quod fi: per ẽũ: vt in ſ a de iudi. licet.

a *Bal. hic dicit iſtam ſuſſ. ſing. ad hoc qđ ex eo poſſit ceſſare lucro ai gen. ad iniuriam pecuniæ præſcriptionẽ: & iſtud ſibi dicit ſine ibi, vel dic eum geſtorem. Bolog.*

[*Si quis abſentis.*] CASVS. Ego geſſi negotia tua. ſi aliquid in tua negotia impendi, vel me alicui obligaui: licet hoc ignores, tamen habeo contra te nego. geſt. actio. vt hoc mihi reſtituas: & ego tibi teneor ſi male geſſi: quia hoc æquum eſt, & debeo reddere rationem.

k *Vltro citróque.* id eſt hincinde: vt inſtit. de ob. ex quaſi contract. §. j.

Inter gerentem, & eum cuius negotia gerantur, datur actio negotiorum geſtorum vtrique. Bartolus.

11. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale.

SI quis abſentis negotia geſſerit, licet ignorantis: tamen quidquid vtiliter in rẽ eius impenderit, vel etiam ipſe ſe in rẽ abſentis alicui obligauerit: habeat eo nomine actionem. Itaque eo caſu vltro citroq; [k] naſcitur actio, quæ appellatur negotiorum geſtorum. Et ſanè ſicut æquũ eſt, ipſum actus ſui rationem reddere, & eo nomine condemnari, quidquid vel non vt oportuit geſſit, vel ex his negotiis retinet: [l] ita ex diuerſo iuſtum eſt, ſi vtiliter geſſit, præſtari ei quidquid eo nomine vel abeſt ei, vel abſuturum eſt. [m]

Iſtud dictum habet duo capita. Primò loquitur de eo qui geſſit negotia viuentis. Secundò loquitur de eo qui geſſit negotia morientis. Bartolus.

111. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

l *Retinet.* ſic & in ꝓcuratore: vt ſupra titu. ij. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. & j. man. dolus.

m *Abſturum eſt.* quia id abeſſe videtur ei: vt infra eo. ſi quis mãdato. & ſibi proſpiciendũ eſt: vt hic, & intra pro ſocio. l. pro ſocio arbiter. ſecus in fideiuſſore qui non poteſt aliquid petere antequam ſoluat: niſi in caſibus: vt infra man. Lucius. bene dico ſecus: quia ab initio videtur mandatũ recepiſſe de ſoluẽdo: vt infra de cõdict. inde. l. indebitam. Ac.

An prætor.] CASVS.] Capita huius edicti ſunt duo. ſiue enim quis geſſit negotia alicui⁹ abſentis, dicit prætor ſe eo nomine daturum actionem: & iſtud eſt primum caput. ſiue geſſit quis negotia alicuius hereditatis vacantis, habebit hanc actionẽ: & iſtud eſt ſecundum caput.

[*HAEC VERBA.*] Hic vult exponere illa tria verba, ſi quis negotia alterius. planum eſt. [*PVPILLVS.*] Pupillus geſſit negotia alicuius. an iſta act. teneatur? & dicitur quòd ſic, in quãtum eſt locupletior. nũquid ſi non eſt locupletior factus, locum habet cõpenſatio: licet ratione naturalis obligationis conueniri nõ poſſit? & ſi in illo negotio aliqua de ſuo impẽdit, & illa petat pupillus: potero eum repellere ꝑ compenſationem: dicendo, tu petis decem quæ dicis te in negotiis meis impendiſſe: hoc eſt, ex geſtione illa. x. de bonis illis ad te peruenerũt: illa compenſes pro illis quæ debes. hoc verum eſt etiã ſi pupillus non eſt locupletior. [*ETSI FVRIOSI.*] Aliquis negotia furioſi geſſit: & ex hoc contra furioſum habet neg. geſt. actio. Itẽ curator ſi furioſi geſſit negotia: habet neg. geſt. actio. aduerſus furioſum. Vel dic vt in apparatu Accurſius. [*HAEC VERBA.*] Exponit Vlpianus ſecũdũ caput edicti prætoris in quo dicit ſe actio. daturum ſi quis geſſit negotia alicuius quæ fuerunt ſua cũ moreretur: & de illis negotiis fuit neceſſe edictũ proponere: quia illa negotia quæ geſta ſunt poſt mortem teſtatoris, ante tamen adnã hereditatem, neque ſunt defuncti, neque heredis: & tamen ſi quis geſſerit negotia hereditaria, ipſe obligatur hereditari, & hereditas ipſi, ſi aliquid impẽdit in hereditate. Itẽ fructꝰ & fœtus, & ea q̃ poſt mortẽ teſtatoris acceſſerũt, itẽ qđ ſerui adquiſierũt, venit in actio. neg. geſt. & datur his caſibus actio neg. geſt. ex interpretatione Vlpia. non ex verbis ſecundi capitis edicti. [*HAEC AVTEM ACTIO.*] Hic dicitur ꝙ act. neg. geſt. datur heredi, & in heredẽ. [*SI EXECVTOR.*] Ego contra te ad decẽ, & obtinui. iudex executorẽ dedit, qui miſit me in poſſeſſionẽ rei quæ valebat minus, puta. v. & res petita. v j. valebat. agam cõtra executorem act. neg. geſt. quia videtur dolo feciſſe. [*INTERDVM.*] Si tu geſſeris mea negotia q̃ nullus gerere volebat, hoc caſu tãtũ mihi de dolo teneris. [*HAC ACTIONE.*] Si ſpõte negotia mea geſiſti, habes neg. geſt. act. Itẽ ſi ex neceſſitate geſiſti. Item ſi credebat teneri ex neceſſitate, & nõ tenebaris: tu habes neg. geſt. act. iſtis omnib⁹ trib⁹ caſib⁹: ſi quãdo propoſuiſti gerere negotia, dum pergeres, mandauit aliquis mihi vt ea gererem, & geſi. & dicit quòd contra eum cuius negotia geſi, & cuius erant indemnitates, id eſt contra eum qui geri mandauit, habeo actionem, ſcilicet mandati, & neg. geſt. Item ſi propoſui gerere: & aliquis fideiuſſit de indemnitate mihi præſtãda ſi gererem, & geſi: duplicem habeo actionẽ.

An fide-

An fideiuſſor aliquam actionem habeat:dicitur quòd contra dominum habet neg.geſt.niſi animo donandi fideiuſſit.& hoc dicit cum.l.ſeq.quæ continuatur cum iſta. Viuianus.

a *Ait prætor.* ex hoc dicas q̃ hæc actio eſt prætoria: ſed quidã contradicunt:vt.j.commo.l.in commodato.§.ſicut.Sed ibi illa litera, ciuiles præſtationes &c.ad ſuperiora referturnon ad hãc actionem de qua ibi ſubiicit.

b *Alterius.*ſcilicet viuentis.

c *Geſſerit.* poſt mortem,& ante aditã hereditatem: vt.j.ea.l.§. hæc verba. & ſic duo dicit hoc edictum.

d *Sine quæ.* vt infra de conſti. pecu.l.j.§.j. & infra de verbo. ſignific.l.j.

e *Mulieres.* aliena negotia gerentes.

f *Non debitatur.* ſcilicet pro his quæ geſta ſunt ab eis extra iudicium,ſiue ſine mandato, vt hic,& infra.e.ſi filius.in fi. ſiue etiã cũ mãdato:vt infra de inſtito.actio. ſed & ſi qs. §.parui. & infra manda.idemq;.§.ſi cui. ſed in iudicio non poteſt: vt ſupra titu.ij. neque fœmina. niſi in caſib⁹: vt in.l. fœminis. ſuprà titu.ij.

g *Negotia.* id eſt hoc verbum negotia,quod eſt de verbis prætoris. Et not.hic quòd pluralis ſermo reducitur ad ſingularem:vt.j. de aſſig. lib.l.j.§. quãuis. &.j.de cõdi. & demõ. falſa.§.ſi.&.j.vi bono. rapto.l.ij.§.quòd ait prætor.&.C.quando di.le.ce.l.cumvxori. Arg.cõtra.j.de teſti.l.vbi.in fi.&.j.de pig.act. ſi neceſſarias.§. ſi annua.& facit pro prima parte.ĩ.ſi quis cau.ſi ſeru⁹.§. ſi pluriũ.

h *Alterius,inquit.* ſcilicet prætor.i.dixit.

i *Pupillus.*tria fecit hic pupill⁹,ſcilicet quinquagĩnta de pecunia domini cuius negotia gerebat,in rẽ ſuã vertit:& alia quinquagĩta ſua culpa amiſit:tertia quinquaginta de ſuo ꝓprio creditori domini ſoluit.de primis.l.reſtituẽdis dño tenetur:de aliis l.naturaliter tantũ tenetur:& ſic non poteſt cõueniri. ſi tamen agat ad tertia.l.patiť cõpẽſationẽ illorũ.l.naturaliter debitorũ.

k *Locupletior.* idem & ſi quid dolo fecerit:cum hæc duo paria ſint:vt.j.depoſiti.l.j.§.an in pupillum.& hæc ſunt vera etiam ſi ſine tutoris auctoritate geſſit:cum ex re veniat hoc negotium: vt.j.de act.& oblig.l.furioſus.

l *Agendo.* id eſt ſi ipſe agat contraria actione.Et ſic no.arg.q̃ multa conſequimur excipiendo,quæ non agendo.ſic.j. de compen.ſi cum filio.&.j.de condict.inde.ſi in area.

m *Ceſſit.* ſcilicet male amittendo culpa ſua.

n *Patitur.*quia naturaliter tenetur,licet cõueniri non poſſit: vt.j.de noua.l.j. in fi.&.j.quando di.le.ce.cum illud.§.j. patitur ergo compenſationem,vt quilibet maior,etiam eius in quo nõ eſt locupletior:vt infra de cõpen.l.etiam quod naturaliter.&.l. quæcũque.ſed licet ſit de iure communi, vt hic, tamen beneficio ætatis habet reſtitutionem vt ei compenſatio non opponatur:vel vt repetat ſi ſoluit etiã debitum naturale:vt.j.de cõdict. inde.l.interdum.&.C.ſi aduer.ſol.l.indebito.Itẽ hoc accipe in doli capace:aliàs nec naturaliter obligaretur ſi non eſſet locupletior:vt.j.de condict.inde.l.quod pupillus.

o *Et ſi furioſi.*quid ſi furioſus negotium geſſit forte in conſpectu inumbratæ quietis:non dico in dilucido interuallo:quia tunc omnia gerere poteſt:vt.C.qui teſt.fa.poſ.l.furioſum? Reſpõdent quidam non agi ex aliqua parte:vt.j.de re.iur.l. in negotiis.&.j. locati.qui ad certum. Tu dic contra:quia & quando alius agit eius negotia,& ipſe agit & cõuenitur vt hic,&.j.e.l. proxi.§.& infra de re.cre.l.& ſi a furioſo.& ſæpe extra id qd agitur,tacita naſcitur obligatio:vt.j.e.at qui natura.§.ſi libero.&.j. cõmo.ſi is qui.§.ſi libero. Quod aũt dicit dicta regula iuris,verũ eſt in veris cõtractibus:hic autẽ quaſi cõtractus eſt.Itẽ illud vbi exigitur expreſſus cõſenſus:hic autẽ tacit⁹. Sed argu. contra.j.eo. ſi ex duobus,ſcilicet vt idẽ in hoc negotio debeat dici quod in veris cõtractibus. Alij dant actionem in factum in dicto caſu. Agetur ergo cõtra eum in quantũ locupletior eſt. Ac.

Obligatio quandoque naſcitur ex eo quod agitur.

Et ſi furioſi.

B

p *Aduerſus eum.*ſcilicet furioſum. Vel dic geſtorem,vel geſtricẽ. & ſic ponitur autem pro ſed.

q *Hæc verba.* quę ſũt i ſecũdo verbo edicti.

r *Cum is moritur.*id eſt mortuus eſt: & ſic determinat verbum geſſerit. Vel dic proprie, vt determinet verbũ fuerint.

s *Negotia geſſit.* vt ꝓ tali negotio detur actio neg. geſt.ex ſecũdo capite edicti. & ſic eſt contra infra de reli.at ſi quis.§.Labeo.in eo quòd ibi dicit funerariam nõ habere locũ vbi alia datur:& ĩ videtur q̃ ſemper hæc locum habeat:ergo illa nũquam:& ſic cadit in abſurdum.Solu. hic loquitur de eo negotio quod viuo teſtatore potuit geri:pro quo detur hęc actio,ibi nõ. nam poteſt quis viuus funerari,& in eo impenſa fieri.Vel dic clarius:hic titu.in tribus caſibus locũ habet:quãdo ſunt negotia viuentis præſentialiter, vt in primo capite edicti.Item quãdo fuerunt viuentis,vel eſſe potuerunt:& tunc habet locum ſecundum.Item quãdo aliquid acceſſit dictis negotiis:vt part⁹ & ſimilia,vt adficitur p Vlpianum:vt infra proxi.paragrapho,ſed ſi quid &c.quorũ null⁹ poteſt funerariæ aptari:cum illud negotium ſit tantũ mortui. Sed contra,quia videtur fuiſſe viuẽtis:vt infra de religioſis.l.j. quæ eſt ſimiliter cõtraria huic legi.Sed illud quo ad ſeparationẽ impetrandã,vt hereditarius creditor dicatur,non vt actio hæc locum habeat ex primo capite:quaſi fuerit viuentis negotium.

t *Adiit.* hereditatem.imò videtur heredis:quia à tẽpore mortis videntur fuiſſe ſua:vt.j.de ſtipu.ſer.ſi ex re.§.ſi. &.j. de reg. iur.l.omnis hereditas.Sed dic quòd hic veritatem,non fictionẽ iuris conſiderauit.

u *Poſt mortem.* ante aditam hereditatem tamen.

x *His verbis.* ſcilicet edicti in ſecundo capite:& die,non continentur,ſcilicet expreſſẽ.

y *Accipi.* ex interpretatione.Accurſius.

z *Ex negotio.* id eſt non ex delicto.

a *Et in heredem.* aliter tamen quãdoque quam in defunctum: cum curator ex leui culpa teneatur:non heres eius:vt.C. de here.tu.l.j.&.C.arbi.eo.quidquid.

Curator de leui culpa tenetur.

b *Meo.* qui fui victor.

c *Actio.*ſ.de dolo.& ſic nõ ob.j.de euic.ſi pignora.quę eſt cõtra.ſed ſecũdũ hoc quid ad hunc titulum? R.ſi.quia de neg. geſt. dat.Vel dic,ibi datur de dolo.i.neg.geſt.nomine doli. Vel veri⁹ hic victori dat hæc actio,cuius negotiũ gerere ꝓpoſuit:ibi autẽ victo,cuius gerere nõ propoſuit:vt aperte litera illius.l.dicit.

d *Negotiis te meis.*ſ.deſertis quæ alius nõ erat geſtur⁹:& diſtingue hic,quia geſtor interdũ de dolo tãtũ tenetur,vt hic.& ſupple,etiã lata culpa:quę dolo cõparatur:vt.j.depoſi.l.quod Nerua.quãdoq; de leui:vt communiter:vt.C.eo.tutori.quandoque de leuiſſ.

Geſtor negotiorum de quibus tenetur.

Exceptio quandoque plus operatur quam actio.

Ipſe tutor. ſimp ad hoc allegat q̃ verba ſtatutorũ ſunt ſtricte & ꝓprie ſumẽda: nõ autem ficte ſeu impropria. Bal.

Qui gerit negotia deſerta, ſolum de dolo & lata culpa tenetur. Bart.

Hic iuriſconſultus incipit exponere ſecundum capua edicti: & breuiter hoc intendit: Statutum ſuper verbo non patitur ad illud quod ſecundum fictionem inducitur: niſi ſpecialiter exprimatur. Bartolus.

Hic expoſuit illa verba,*iudicium eo nomine dabo.*

C

D

It prætor: a *Si quis negotia alterius,* b *ſine quis negotia quæ cuiuſque cum is moritur fuerint, geſſerit:* c *iudicium eo nomine dabo.* Hæc verba, *Si quis,* ſic ſunt accipienda, *ſiue quæ.* d nam & mulieres e negotiorum geſtorum agere poſſe & conueniri nõ dubitatur. f *Negotia* g ſic accipe, ſiue vnum, ſiue plura. *Alterius*, inquit. h & hoc ad vtrunque ſexum refertur. Pupillus i ſanè ſi negotia geſſerit, poſt reſcriptum diui Pij etiam conueniri poteſt in id quod factus eſt locupletior. k agendo l autem compenſationem eius quod geſſit m patitur. n Et ſi furioſi o negotia geſſerim: competit mihi aduerſus eum p negotiorum geſtorum actio. Curatori autem furioſi vel furioſæ aduerſus eum eámve dãdam actionem Labeo ait.

Hæc verba, †† *ſine quis negotia quæ cuiuſque cum is moritur r fuerint, geſſerit*: ſignificant illud tempus, quo quis poſt mortem alicuius negotia geſſit. s de quo fuit neceſſarium edicere: quoniam neque teſtatoris iam defuncti, neque heredis qui nondum adiit, t negotium geſſiſſe videtur. Sed ſi quid acceſſit poſt mortem, u vtputa partus & fœtus & fructus,vel ſi quid ſerui adquiſierint: etſi his verbis x non continentur,pro adiecto tamen debent accipi. y

Hæc autem actio cum ex negotio z geſto oriatur:& heredi & in heredem a competit.

Si executor à prætore in negotio meo b datus dolum mihi fecerit:dabitur mihi aduerſus eum actio. c

Interdum in negotiorum geſtorum actione Labeo ſcribit dolum ſolúmodo verſari. Nam ſi affectione coactus, ne bona mea diſtrahantur, negotiis te meis d obtuleris:æquiſſimũ eſſe dolum duntaxat te præſtare.

†† *Ipſe tutor. ſimp ad hoc allegat q̃ verba ſtatutorũ ſunt ſtricte & ꝓprie ſumẽda: nõ autem ficte ſeu impropria. Bal.*

de leuiſſima: vt quando alius diligentiſſimus erat geſturus: vt. j. eo. ſi pupilli. §. videamus. & inſt. de oblig. ex quaſi cõtractu. §. j. in fi. quãdoque de caſu: vt in caſibus ſex poſitis. j. eo. ſi negotia.

a *Neceſſitate vrgente.* vt curator adulti: vt. C. eo. tutori. & curator furioſi, & ſimiliũ perſonarum: vt ſupra ea. l. §. curatori.

b *Vel neceſſitatis ſuſpicione.* pone exemplũ. j. eo. at qui natura. §. ſi libero homini. & j. eo. cum pater. & etiam in eo qui credebat ſe procuratorem cũ non eſſet. Sed an in eo qui ſe tutorem credit? Ir. & Azo idẽ, vt habeat locum negotiorum geſtorum actio: & eſt pro eo. C. qui da. tu. poſſ. l. militiæ armatæ. ſed poteſt dici contra ſecundum H. ſicut enim vbi eſt actio mandati, ceſſat iſta: vt inſti. de obli. quæ ex quaſi contract. §. j. & vbi eſt actio vera tutelæ, ſimiliter & hęc ceſſat: ita & vbi eſt alia actio. ſed i caſu tuo eſt actio protutelæ: vt infra de eo qui pro tu. l. j. ergo ceſſat iſta. nec ob. d. l. militiç. quia ibi non poteſt habere locũ hæc actio protutelæ cum miles non poſſit tutor eſſe. ibi enim poteſt habere locũ hęc actio protutelæ vbi quis eſt habilis: vt hic, &. j. de eo qui p tu. l. j. §. ſi quis quaſi. Acc.

quæ ſententia habet æquitatẽ.

Hac actio datur contra geſtorem etiam ex neceſſitate vera vel putatiua. Bart.

Hac actione tenetur non ſolum is qui ſponte & nulla neceſſitate cogente immiſcuit ſe negotiis alienis, & ea geſſit: verum & is qui aliqua neceſſitate vrguente [a] vel neceſſitatis ſuſpicione [b] geſſit.

Mandatum verum Titii vel putatiuum domini non impedit actionem negotiorum geſtorum contra dominum oriri. b. d.

B Apud Marcellum libro ſecũdo Digeſtorum quæritur, ſi cũ pposuiſſem [c] negotia Titij gerere, tu mihi mandaueris vt geram: an vtraque actione vti poſſim. Et ego puto vtrãque [d] locum habere: quemadmodum ipſe Marcellus ſcribit, ſi fideiuſſorem [e] accepero negotia geſturus. nam & hic dicit aduerſus vtrũque [f] eſſe actionem.

IIII. IDEM libro quadragẽſimo quinto ad Sabinum.

Sed videamus an fideiuſſor [g] hic habere aliquam actionem poſsit. & verum eſt negotiorum geſtorum eum agere poſſe, niſi donandi animo fideiuſſit.

Falſa opinio domini non impedit hanc actionem contra verum dominum. Bart.

I. IDEM libro decimo ad Edictum.

C ITem ſi cum putaui à te mihi mandatum, negotia geſſi: [h] & hic naſcitur negotiorum geſtorum actio, ceſſante mandati actione. Idem eſt etiam ſi pro te fideiuſſero, dum puto mihi à te mandatum eſſe. Sed & ſi cum putaui [i] Titij negotia eſſe, cum eſſent Sempronij, ea geſſi: ſolus Sempronius [k] mihi actione negotiorum geſtorum tenetur.

Actio competens contra eum ad quem ſpectat negotium cura & ſolicitudine non impedit oriri actionem contra eum ad quẽ negotium pertinet re ipſa. Bart.

i *Sed & ſi putaui.* recte hos coniungit: quia in vtroq; caſu plus valet veritas quàm falſa opinio.

k *Solus Sempronius.* niſi ad Titium cura & ſolicitudine vel alio modo pmeat: & ſic intelligitur infra eo. l. liberto. §. inter negotia. ſecũdum quoſdam. Et no. hic contra Io. pro eo quod dixi. ĩ. l. iij. ĩ fi. ſed ipſe reſpõdet: ſi tamen iſtius domini contẽplatione ſit geſtum hoc: aliàs non. vel ideo eſt, quia dominus neg. non habet actionem neg. geſt. aduerſus Titium: nec ei tenetur: quia nec ipſe geſſit p ſe, nec p alĩ: vnde eſt q mihi gerẽti debet tantùm teneri ver⁹ dominus, ſecũdũ Io. ſed hoc non placet: vt ibidem diximus. Itẽ no. ex tribus dictis huius legis quòd plus valet quod eſt in veritate, quàm quod in opinione. ſic infra ad le. Aquil. ſcientiam. §. pe. & infra de furt. l. vulgaris. §. ſed & is qui. verſi. ſi quis æ. &. §. ſe. in gloſ. ſit furtũ. &. C. plus va. quod agitur. p totũ. &. j. de ſeruo corrup. l. doli. §. j. arg. cõtra. j. de iniur. l. illud relatũ. in fi. [*ADDITIO.*] Aduerte hic q in actione quæ oritur ex prouidẽtia legis, ſi cut eſt vbicũque extra id quod agitur, naſcitur actio: plus veritas quàm opinio põderatur: & hoc in actibus licitis: ſed in delictis ſi quidem veritas excludit maleficium, põderabitur veritas: vt. l. fi. de crimine expila. here. & de furt. l. inter omnes. §. recte. Si vero opinio probabilis excludit maleficium, tunc plus põderatur opinio: vt in. d. §. recte. ſi autem non excludit maleficium, ſed attenuat vel reſtringit ſeu arctat, dic vt infra de iniur. l. eum qui nocentem. §. ſi nupta. &. l. fi. &. C. ad. l. Iuliam de vi. l. quoniã multa facinora. ſecundum Cy. & Bal.

C

Si pupilli.] CASVS. Geſiſti negotia alicuius pupilli cuius erã tutor: & cõtemplatione mei aliquid egiſti: quia nolebas vt tenerer act. tutelæ: vt quia incepi domũ ædificare, & nõ perficerem: dicitur quòd me habes obligatum neg. geſt. act. nam & pupillus tenetur in id quo factus eſt locupletior. [*ITEM SI.*] Ad neg. procu. conſtituiſti: & creditores tui infeſtabant procur. tuum nomine cuiuſdam debiti, dicentes velle ſe diſtrahere pignora eis obligata niſi eis ſoluat. ego contẽplatione tui mutuo ei pecuniam dedi. mihi act. neg. obligatus eris. procurator, ſi nõ ſtipulatus eram pecuniã mihi à procu. reddi, nõ erit obligatus mihi. [*SI QVIS.*] Pecuniã perferendam mihi, Titio tradidiſti.

D aduerſus eum habeo actio. neg. geſtorum: vt mihi illam pecuniã det. Si vero aliquis ad negotia mea gerẽda ſui lucri cauſa & nõ mei commodi acceſſerit: habeo contra eum act. nog. geſt. ſi vero aliqua impenderit, nõ repetet niſi quatenus fuerim factus locupletior. [*SI QVIS ITA.*] Titius credẽs gerere negotiũ meum, geſſit ꝓprium. nec mihi aduerſus eum, nec ei aduerſus me competit actio. Si vero credebat meum eſſe tantũ, cum & meum & ſuum erat: pro illa parte quæ ad me ſpectat, dabitur mihi act. pro alia non cõtra me. vnde ſi habeã negotium commune cum Titio, & mandaui tibi vt illud gereres, tu tanquam meum eſſet geſiſti ſciens in parte eſſe Titi: pro alia parte quæ Titij erat, habebis eũ obligatũ actio. neg. geſt. [*SI QVIS QVASI.*] Liberum hominem bona fide poſſidebam, quem credebã eſſe ſeruũ meum. negotia mea geſſit tanquã ſeruus. dabitur quidem nego. geſt. actio mihi cõtra eum, & ei contra me. [*SED SI ECO.*] Si geſſi negotia filij tui peculiaria vel ſerui: an tenear nego. geſt? Reſpõ. quòd ſi geſſi contemplatione tui: & tu mihi, & ego tibi tencor in ſolidũ. ſi filij tui: habeo patrum obligatum de peculio: nec diſtinguit crediderim eum ſui iuris: nec ne: quia ſemper eadẽ diſtinctio ſeruãda erit: vt ſi nomine patris, teneatur in ſolidũ: & ſi filij, de peculio, id eſt quatenus eſt in peculio. vnde ſi filij negotia geſſi, & cõtẽplatiõe filij, & pater habeat

ratum

a *Bal. dicit iſtam gloſſ. ad hoc quod fideiubẽs ſine mãdato ĩ caſibus no. ff. d. Lucius. ff. mandat. poteſt agere antequam ſoluat, vt principalis debitor eximat eũ ab obligatione ſi iſte bene geſſit negotia principalis, ſicut, ſi cum mandato fideiuſſiſſet. Bolo.*

ratum:nihil operatur ratihabitio:quia non tenetur niſi de peculio,id eſt quatenus locuples pater eſt vel dominus p peculiũ filij vel ſerui.ſi vero nihil ſit in peculio,quia tantũ debet dominо vel patri:dicit q tenebitur pater vel dominus quatenus peculiũ eſt locupletatũ,id eſt quatenus factus eſt pater vel domin locupletior ex parte ſerui vel filij interueniẽte geſtione mea. [*SED ET SI HOMINIS.*]Omnia hęc plana ſunt vſque ad.§. item quæritur.vbi dicit caſum: quia liberũ hominẽ poſsidebas aliquẽ qui bona duplicis generis habebat.nã habebat bona quæ ad eum pertinebãt, & etiã quæ ad te.geſſi bona quæ pertinebant ad te.cõtra te habeo act. Si vero quæ ad eũ:cõtra eum habeo act. & hoc qñ eum eſſe ſeruũ credebam. eadem diſſictio ſeruat ſi credebã eũ liberũ hominẽ. [*ITEM QUAERITUR.*] Gerens negotia tua petij a non debitore tuo,& exegi:quoniã credebam aliquid deberemihi tamẽ debebat:poſtea ratũ habuiſti. an detur tibi neg.geſt.act.cõtra me? Videtur quòd non:quia negotiũ tuũ non erat:quia nihil tibi debebatur:rati tamẽ habitione negotium fit tuum:& ei qui ſoluit,datur repetitio aduerſus te qui ratum habuiſti:vnde æquũ eſſe videtur dari act.contra me nego.geſt.[*IDEM AIT.*] Titius deceſsit qui habebat vnũ debitorem:& putabã te eſſe heredem Titij,cum Seius eſſet verus heres.geſſi negotia tua,& ab eo debitũ exegi:tamen poſtea ſciuiſti,& ratum habuiſti. Dicitur quòd ego tibi, & tu mihi eris obligatus actio.neg.geſt.nec ob.quia eſt aliãs negotiũ Seij:quia ratihabitio facit eſſe tuum negotium:veruntamẽ verus heres.ſ. Seius aget contra te peti.here.vt reſtituas debitũ quod habuiſti per tuã geſtionem. Sed quid? Pone quòd fulſi inſulam, credens te heredem,cum alius eſſet heres:nunquid ſi ratum habueris,me obligueris neg.geſt.act.quæritur. Et dicitur q non:nec ego te:quia iſtud negotium tuũ fieri nõ poteſt:quia alterius eſt ipſo geſto:ſed hoc caſu ver heres obligatur mihi geſtori [*VIDEAMVS.*] Si ad negotia mea gerẽda acceſsiſti: & quædam geſsiſti,& quædã neglexiſti:act.neg.geſt.mihi teneberis: & hoc eſt quia alius eſſet geſturus niſi tu geſsiſſes. Item ſi mihi.x.debebas,nec à te exegi:ſi debitum nõ fuit vſurariũ, incipit eſſe vſurariũ. veruntamen ſi tales eſſent debitores a quibus exigere nõ potuiſti,cum mãdatum nõ ſuſcepiſti:tractione illius debiti quod debebas,current decætero vſuræ:niſi fuerint remiſſæ:cum tantũ operetur mora cum officio iudicis in bonæ fi. iudi. quantum ſtipulatio in ſtricti iuris iudiciis. Si vero de cõunctis fuiſti, vnde ſine mãdato experiri potuiſti:niſi à debitoribus etiam extraneis exegeris,teneberis:quia de teipſo nõ eſt quæſtio quin teipſum debeas cõuenire.vnde ſi actio qua tenebaris,erat tempore peritura:ideo veniet ad actio.neg.geſt.& ſic ſit ppetua. Item ſi actio qua tenebaris, erat non trãſitura:efficietur tranſitura,& ſic tres pœnas patieris:quia teneris ad vſuras. Item quia actio tẽporalis ppetuatur. Item quia efficitur tranſitura quæ non erat. Itẽ geſſi negotia alicuius priuati vel alicuius ciuitatis petẽdo fundum,vel ancillã,confecutus ſum fructus maiores quàm debebãtur.totum ciuitati vel domino nego.geſt.act. reſtituere debeo. [*SI QUOCUNQUE.*] Geſsiſti negotia mea,& male.vnde tenebaris mihi in decẽ.ex alio latere ipẽdiſti.x.in negotio meo. egi directa act.ad.x.tu voluiſti cõpẽſare.iudex cõpẽſationẽ nõ admiſit,id eſt cognitioni ſuperſedit: & ita de ea non cognouit: ſed de principali.i.de neg.geſt.act.cognouit,& te mihi cõdẽnauit:nũquid poteris poſtea contrariũ inſtituere? Dicitur q ſic. ſi vero de cõpenſatione opponenda cognouit,& definiendo pronuntiauit cõpenſationi locum non eſſe:an potes contraria agere? Dicitur quòd non. Hoc dicit vſque ad.l.ſi ex duobus. Vi.

VI. IVLIANVS libro tertio Digeſtorum ſcribit:

SI pupilli tui negotia geſſero non mandatu tuo,[a] ſed ne tutelæ iudicio tenearis,negotiorum geſtorum te habebo obligatum:[b] ſed & pupillum, modò [c] ſi locupletior [d] fuerit factus.

Ex mutuo contractu cum procuratore contemplatione domini dominus tantum obligatur. Item obligato procuratorio non impedit actionem oriri contra dominum. hoc dicit.

Item ſi procuratori[e] tuo mutuam pecuniam dedero tui cõtemplatione,[f] vt creditorem tuum vel pignus tuũ liberet:[g] aduerſus te negotiorum geſtorum habebo actionem: aduerſus eum cum quo contraxi, nullam.[h] Quid tamen ſi à procuratore tuo ſtipulat[i] ſum? poteſt dici ſupereſſe mihi aduerſus te negotiorum geſtorum actionem: quia ex abundanti[k] hanc ſtipulationẽ interpoſui.

Mandatum factum ab alio mei cauſa, mihi actionem negotiorum geſtorum non tollit. Bartolus.

Si quis pecuniam vel aliam quandam rem ad me perferendam acceperit: quia meum negotium gſit, negotiorum geſtorum mihi actio aduerſus eũ competit.[l]

Qui gerit negotia animo depraedandi,

a *Non mandatu tuo.* ſi enim mandaſſes,mandati actio locũ haberet:vt.C.eo.l.ſi mandatum.

b *Obligatum.* ſcilicet in ſolidũ:quia tuum eſt negotium cura & ſolicitudine:& idem eſt ſi eras curator: idem & ſi procurator:cum in his ſit eadem ratio:vt infra eo.l. mandaſti.& arg. infra ad.l.Aquil. illud.

c *Modò.* id eſt ita demum.

d *Locupletior.* & ſic patet quòd ſi quid de geſtis periit etiam fortuito caſu,quòd ſit periculo gerentis,[a] ſicut & in aliis caſibus quos dicemus infra eo.ſi negotia.ſiue feci nomine tutoris tantum,vt hic. ſiue nomine pupilli,& contemplatione eius: vt. C. eo.l.ij. Et plene dic: quia aut impendit hic geſtor in rem neceſſariam pupilli:& tũc tenetur in ſolidũ pupillus, quemcũque exitũ res habuerit, dummodo vtiliter ſit cœptum: vt.j.eo.ſed an vltro.§. j.&.j.de ſol. in pupillo.§.plane &.j. de mino.l.verũ.§.ſciendum. verſi.itẽ non reſtituit. an vtiliter:& tũc obtinet qđ hic dicit, & inſpicitur tẽpus litis cõteſt.vt.j.e.litis.in prin. &.j. de ſolu.l. in pupillo.in prin. ſi autem voluptariæ, permittitur auferre: vt infra man.l.idẽque.§. Idem Labeo ait.non autem agit:vt infra eo.l. ex duobus.quæ autem ſint neceſſariæ vel vtiles vel aliç,habes.j. de verborum ſignifi.l.impenſæ.

a Facit gl. in cap. ſi cõpridem. ſupra verbo, effectus. in fin. extra de executionibus.

e *Item ſi procuratori.* & ita habebat mandatum:vt ſupra de procu.l.j.j.reſpon.

f *Contemplatione.* ſed ſi ſui,ipſe certi condictione tenetur: vt C.ſi cer.peta.l.eum qui.

g *Liberet.* proprie quo ad pignus:improprie quo ad creditorem.ſic &.j.de offi.proconſul.l.ij.

h *Nullam.* quia nolui eum mihi obligari:vt arg.j.ſi cer.peta.l. non omnis.& arg.infra communi diui.l.in hoc iudicium.

i *Stipulatus ſum.* poſt numerationem.

k *Quæ ex abundanti.* in vitium ſonat,vt non teneatur ſecundum quoſdam:vt arg.ſupra de pact.l.iuriſgentium.§.ſed ſi fraudandi.ſed tu dic contra ſecundum quoſdam:vt arg.infra de inſtit.act.l.in eum.in fi.j.reſpon.nam hic abundantia ponitur pro cautela:vt infra de here.inſtitu.l.j.§.qui neque. &.C.de teſta.l. teſtamentum.in fi. Et vt plenè ſcias, dicas quòd qui accepit in vtilitatem alterius:aut habet mandatum à domino,aut non habet. ſi habet:aut ad certum hominem,aut non.& ſi ad certum, aut vt nuntius,& tunc dominus tenetur ex eo contractu ac ſi ipſe contraxiſſet:vt infra quod iuſſu.l.fin.& infra quod cum eo.l. fi.& infra de conſtitu.pecu.l.qui autem.§.fi.&.C.quod cum eo. l.ſi ex contractu.aut vt procurator:vt vade ad illum, & accipe decem nomine meo.& tunc tenetur procurator ex cõtractu, & dominus contraria mandati:vt.C. manda.l. ſi literas. ſi non ad certum hominem:tunc aut qui mutuauit,hoc fecit contemplatione domini tantum:& tunc ipſe ſolus tenetur actione neg. geſt.aut procuratoris & domini: & tunc vterque tenetur: vt hic,& in principio.§.& in fin. Item tenetur dominus vtili inſtitoria:vt.C.de inſtit.act.l.ſi mutuam.aut contemplatione procuratoris tantum: & tunc ipſe ſolus: vt.C.ſi cer. peta.l. eum qui. ſi vero non erat procurator,ſed neg.geſtor, aut qui dedit fecit contemplatione domini negotiorum,& tunc tenetur dominus ſi vtiliter cœptum fuit:quia pecunia erat neceſſaria,licet fuerit amiſſa:vt.j.eo.ſiue hereditaria.&.l.ſed an vltro.§.j.& etiam ſic eſt in actione de in rem verſo:quæ huic comparatur:vt infra de in rem ver.l.iij.§.j.&.§.vnde. ſi contemplatione accipientis:tũc tenetur ipſe tantum,non dominus: niſi ratum habeat,vel in rem ſuam vertat:vel cum in eo,id eſt in eam rem in quam accepit,procuratorem conſtituat: vt.C. quod cum eo.l. ei qui.in fi. & infra ſi cer.pet.l.eũ.&.C.ſi tu.vel cu.inter.l. pe. & de inſtitu.l.ſi mutuã.ſi autem contemplatione vtriuſque,tenetur vterq;vt dixi in eo qui habet mandatum:vt hic,& infra eo.liberto.j.rñ. ĩ caſu tamẽ & ſi expreſſum nõ inꝛueniat mãdatum,datur inſtitoria vtilis:vt infra quod cũ eo.l.ſi. in rectore ciuitatis vel prælato Eccleſiæ vel tutore dic eos teneri tãtũ,niſi pecunia fuerit in vtilitatẽ ciuitatis vel Eccleſiæ vel minoris verſa:vt.j.ſi cer.pe.ciuitas.&.C.de ſacroſan.Eccle. authẽ. hoc ius. &.C.quando ex fa.tu.vel cura.l.ſi in rem.

l *Competit.* hoc concedunt quidã ſi mei contemplatione fecit, id eſt rem

i.rem perferẽdam accepit. Sed potest dici quòd semper mei cõ- templatione feciſſe videatur, cum cauſa cõmodi mei fecit: vt.j. proxi.§.ſi tamen id faciat ſciens. alioquin contradicimus ſecundum Io. vt in bona fide & mala fide ædificante datur etiam mihi actio furti: & furtiua condictio competeret ſi eſſet à me miſſus: vt.j. de fur.l. eum qui.

§. ſi epiſtola. & illi qui miſit, datur mãdati: vt infra manda.ſi vero.§. ſi mihi. ver. dedi. & etiã furti: vt.C.de furt ſi is cui.

a *Non mei cõtẽplatione.* i.cõmodo, vt ſtatim dicit ſecundum Io.

b *Suum eum potius.* id eſt ad ſuam vtilitatem ſecundum Ioan.

c *Actionem.* collige hic ſecũdum M. quod malæ fidei poſſeſſor etiam ſi ſuo nomine expenſas fecit, habeat nõ ſolum retentionem: vt j. de pe. here. plane. in fi. ſed etiam actionem: vt hic, quia nemo debet locupletari &c. vt j. de condict. inde. l. nã hoc natura. Ioan. contra. & B. & dicit intereſſe an nomine domini impendit: vt tũc repetat, vt hic: an ſuo nomine, vt tunc nõ: vt.j. de condict. inde. ſi in area. in fin. &.j. de do. ma. excep. Paulus. &.j. ad.l. Aquil. ſi ſeruus. ij. §. ſi oliuã. & ar. eſt ad hanc diſtinctionem. j. cõmuni diui. l. in hoc iudicium. §. diuerſum. &.j. mãda. creditor. & expone literã hic ſecundum Ioan. vt hic ſcripſi. & hoc quando in faciẽdo expẽdit nomine ſuo. ſi autẽ in reficiendo, iudicis officium imploratur etiam ſi eſt malæ fidei, pro neceſſariis tantũ: vtilibus permittitur auferre: vt.C. de rei vin. l. domum. Accur.

d *Quaſi meum.* ſ. ſciens: vt congruat ſequens exemplum ſecundũ Ioan. tũ contra, vt ibi dices. Accurſius.

e *Ex vtroque.* i. ex nullo latere naſcitur aliqua. nam in nullo caſu naſcitur actio ex vtroque latere.

f *Tenebitur.* act. neg. geſt. & ego ei.

g *Sciens.* ergo ſi ignorans, nec tu ſibi, nec ipſe tibi tenetur, ſecũdum Io. vt dixi. ĩ. eo. l. iij. in fin. ſed ſecundum nos idem ſi ignorans. & hic ſubaudi maxime.

h *Negotiorum geſtorum.* vt hic, &.j. eod. liberro. §. inter. ſed certe imò actio videtur eſſe in factum inter mandãtem & te, etſi hoc deficiat: vt.j. manda. ſi mandauero. ij §. ſi curator. quæ eſt cõtra. Sol. hic in rem ipſam quę erat abſentis, impendit: ibi non. Itẽ hic erat negotiũ domini reipſa: ibi ratihabitione. Alij tamẽ diuinãt quo ibi cõtẽplatione tantũ mandantis geſsit: hic etiam gratia dñi. & hoc videt colligi ex. l. cõtraria. Ar. tamẽ cõtra. C. e. ſi mãdatũ.

i *Actio.* vt hic, &.j. eo. at qui natura. §. ſi libero. &. l. ſi liber homo. & hoc caſu de leui culpa non tenetur, vt puto: arg. contra. j. de adqui. re. domi. l. homo liber. §. j.

k *Sed ſi ego filii tui.* magis tamen poſſunt dici patris vel domini: vt.j. de mino. l. denique. §. ſed vtrum. ibi, nec eo mouetur. &c.

l *Tu mihi tenearis.* in ſolidum, & ego tibi.

m *Amicitia.* ſcilicet tam adepta quàm etiam adquirẽda, vt ſubiicit: vel eorum cõtempla. &c. ſed tali caſu videtur quod nõ repetatur quod impenditur: vt infra eod. is qui amicitia. quæ eſt cõtra. Sed ibi eſt amicitia charitatiua, vt patris ad filium: vbi nõ repetit. hic autem vt amici qui non vult negotia alterius deperire: vt.ĩ. e. l. j. & facit ad hunc. §. j. de in rem ver. l. ſeruus. §. cum Sticho. &.j. ad Vell. ſi fideiuſſores.

Alioquin nẽg. geſt. tenetur: ipſe tamen agere non poteſt niſi quatenus dominus locupletior factus eſt. Bartolus.

Sed & ſi quis negotia mea geſſit non mei contemplatione, [a] ſed ſui lucri cauſa: Labeo ſcripſit ſuum eum potius [b] quàm meum negotium geſsiſſe. Qui enim deprædandi cauſa accedit: ſuo lucro, nõ meo commodo ſtudet. ſed nihilo minus immo magis & is tenebitur negotiorum geſtorum actione. Ipſe tamen ſi circa res meas aliquid impenderit: non in id quod ei abeſt, quia improbè ad negotia mea acceſsit, ſed in quod ego locupletior factus ſum, habet contra me actionem. [c]

Quatenus negotium ſpectat ad gerentẽ, actio iſta non oritur: ſed inquantum ſpectat ad alium, oritur.

Si quis ita ſimpliciter verſatus eſt, vt ſuum negotium in ſuis bonis quaſi meum [d] geſſerit, nulla ex vtroque [e] latere naſcitur actio: quia nec fides bona hoc patiatur. Quòd ſi & ſuum & meum quaſi meum geſſerit, in meum tenebitur. [f] Nam & ſi cui mandauero vt meum negotium gerat, quod mihi tecum erat commune: dicendum eſſe Labeo ait, ſi & tuum geſsit ſciens, [g] negotiorum geſtorũ [h] *Dantaxat.* quomodo eſt hoc negotium patris vel domini? Reſpon. reipſa. cur ergo non inſolidum tenetur: vt ſupra. e. item ſi. §. ſi. in fi. & poteſt dici ſecundũ Io. quòd hic nõ loquitur de negotio peculiari quod reipſa domino quæritur, ſed extrinſecus: puta emit res à ſeruo. Alij dicũt quòd ĩ. in. l. itẽ. loquitur quãdo nullo modo ſpectãt ad eum cuius contemplatione gerũtur. ſed hic aliquo modo ſpectant ad filium vel ſeruum. Tu dic apertius: vbi aliquo modo poſsũ habere obligatũ eũ cuius nomine gero: eũ cuius res eſt, ſuo nomine nõ conuenio: [a] vt dixi. ĩ. ea. l. §. ſi Titij. ſed filiũ vel ſeruum inſolidum naturaliter mihi obligo: & eadẽ obligatiõe patrem de peculio nomine filij, non ſuo: & eidem eſt in domino & ſeruo. ſed vbi nullo modo poſsũ obligare eũ cui nomine gero, quia nullo modo ſpectat ad eum: dominũ rei. conuenio: vt in. d. l. ſupra eodem, item ſi. §. fin.

a Bene accepit. ſ. poteſt cõtemplatione quandam actionem ne ſubaltera, ſicut eſt actio de peculio de eadem eſt in domino & ſeruo: vt hic ſecundum Bald.

o *Idémque.* ſ. vt detur act. neg. geſt. de peculio ſi eorum cõtemplatione geſsi.

p *Nec ſi.* Bene dixi dñm de peculio tantũ teneri: qa nõ tenetur niſi de peculio etiãvbi ratũhabuerit. Azo. vel ſecundum Ir. cõtinua. peculiare negotiũ nõ vtique ſic patris eſt, vt inſolidũ teneatur. nã nec ita vt ratum habere poſsit: vt infra de in rem ver. ſi res. in fine. &. l. ſeq. Itẽ proba ſimilitudinem per aliã l. eiuſdem tit. l. quòd ſi ſeruus. §. in rem. ibi, & generaliter &c. & quod ſubiicit hic, non neceſſarium: ſubaudi, maxime, ſecundum Azo. vt infra de in rem ver. quod ſeruus in hoc. Vel ideo dicit non neceſſarium: quia ſi neceſſarium, inſolidum dominus teneretur quaſi de in rem ver. ſiue inſtar inſtitoriæ: vt.C. quod cum eo. l. ei qui. Vel tertio ideo dicit non neceſſarium: quia ſi neceſſarium, cum vtiliter eſſet geſtũ, cogeretur habere ratum etiam non ſuo nomine geſtum: vt infra eod. Pomponius. & ſic inſolidum teneretur.

q *Filio tuo.* contemplatione eius.

r *Nihil agitur.* vt inſolidũ tenearis. & ſic no. q ratihabitio nõ reconciliat alieno nomine geſtũ: vt hic, &.j. de calum. l. ij. in fi. &.j. de preca. ſi ſeruus. niſi in caſibus: vt.j. e. l. ſi. &.C. de his qui à nõ do. l. j. Sed videtur quòd propter ratihabitionẽ inſolidum condemnandus eſt vel actione quod iuſſu, vel de in rem ver. vt j. quod iuſſu. l. j. §. ſi ratum. &.j. de in rem ver. ſi res. §. penul. quæ ſunt cõtra. Sol. illud locum habet cum dominus cõtractum ſerui ratum habet: ſecus vero cum contractũ alterius pro ſeruo cõtrahẽtis ratum habet: vt hic. b Item no. quòd ſicut negotiũ non meo nomine geſtum ratum habere non poſſum vt ob hoc conueniar inſolidum, vt dictũ eſt: ita nec habeo ratum vt agere poſsim. Quid ergo ſi rem meã tuo nomine vendidiſti, & ego ratum habeam vt te cõueniam neg. geſtorem meam amitto: vt.C. de rei vin. l. mater. Item precium exigere nõ poſſum. quid ergo faciã? Rñ. ſi quidem ratum habeam quòd vendideris nomine meo, & vendidiſti nomine tuo: nõ nocet mihi cõtra poſsidentem. ſi autem ratum habeam quòd vendidiſti tuo nomine, non habiturus ratum ſi ſcirem me precium petere non poſſe: tunc doli replicatione iuuabor contra poſsidentem: arg. ĩ. de pact. ſi cum te.

b Dic aliter vt per Dy. in ca. ratã. de reg. iur. lib. 6.

s *Pomponius ſcribit.* approbando quod dictum eſt: & adiiciendo quod ſequitur. ſed cui fiet hæc adiectio quæ ſequitur: an ei qui habuit

habuit ratum:an ſemper?Reſpon.quando habuit ratum.

a *Factus ſit.* Eſt ergo hic caſus vbi in actione de peculio nõ deducitur quod dño debetur.ſic.ĩ.de pecul.l.j.§.ſi cũ impubere.& ĩ.de alea.l.6.aliàs generaliter detrahit de peculio:vt.ĩ. de pecu. ſed ſi damnum. Vel dic quòd dñs nõ de peculio,ſed directa ſuo nomine inquãtũ fact⁹ eſt locupletior,tenetur: quaſi reipſa geſtũ negotiũ ſuum ſit, non peculiare,quia nullum erat peculium: cũ plus patri vel domino debeatur: & ſic non ob. quòd alieno nomine, quia res ipſa erat patris vel domini.

b *Sequi debent.* ex re vel ex opera: ſed ex hac diſtinctione nulla videtur colligi differẽtia:ſed Io.dicit hãc eſſe differentiã: quia vbi putaui ſeruũ, nomine rerum quæ poſſeſſorẽ ſequuntur,ago directa actione,non de peculio,inquantum ſ.locupletior eſt:vt ſupra p. ti.§.ſed vbi ſciui liberum,non niſi de peculio. vnde poſſeſſoris debitum deduceretur: qd nõ placet:niſi vt eſt diſtinctum ſupra ea.l. §.ſed ſi ego. Azo. & facit pro hoc hæc litera: ſed &.nam non aduerſatur.

c *Actionem.* directam, vel de peculio: vt eſt diſtinctum ſupra.§.ſed ſi ego.

d *Non tecum.* Etiã de peculio: quia nõ ex re vel ex opera, etiam ſi nomine domini geſſi.

e *Sed cum ipſo.* Hæc omnia vera ſunt ſi hoc caſu tantũ vbi non cõtemplatione poſſeſſoris geſtum ſit negotiũ. hic contradicit ſuperiori proti.glo.

f *Te ſequuntur.* ex re tua,vel opera eius:vt.ĩ.de adquiren.re.domi.l.adquiritur.§.de his.

g *Occideretur.* ſiue iuſte ſiue iniuſte occidebatur: quia potuit & iure occidi.ſic.ĩ.quod me.cau.l.iſti quidem.

Veritas plꝰ operatur quam opinio.

h *Sempronium.* plus ergo facit veritas,quàm opinio.ſic &.ĩ.eod. ſed an vltro.§.fin. ſed nonne ab eo cui dedi,repetam,quia turpiter accepit:vt infra de condic.ob tur.cau.l.j.Reſpon.non:quia meo nomine non dedi.alius enim videtur dediſſe cuius nomine dedi:niſi nõ habeat ratum:vt.C.ſi cer.pe.l.ſi abſentis.Azo.Item qualiter dicetur hoc negotium Sempronij? Reſpõ.ratihabitione.ſed ſi hoc eſt,qualiter ergo ratum habere poteſt:cum non ſit ſuo nomine geſtum?Reſpõ.immo & ſuo nomine geri potuit:licet Titius putaretur dñs:vt in bonę fidei poſ.hereditatis dicitur ĩ.eo.l.quæ vtiliter.§. Titius.vel non habet ratum.ſed cum ſit geſtum ad ſuam vtilitatem,perinde habetur ac ſi ratum haberetur. & hoc eſt quod dicit Scæuo. p rato debet haberi:vt.ĩ.e.l.Pomponius. Hæc bona ſolu.eſt. Vel dic in ſubſidium,ne res mihi pereat,tenetur Sempronius:quia Titius ratum non habet:ſecundũ Azo.Et ad euidentiam huius.§.& ſeq.diſtingue ſic,cũ quis gerit negotium quod poſſibile eſt eſſe alterius ratihabitione:licet nõ fuerit.ſ.re vera:aut geſtor gerit nomine ſuo,aut alterius.ſi ſuo, non poteſt agi: cum ratum haberi non poſſit negotium non ſuo nomine geſtum:vt.ĩ.ea.l.§.ſed ſi ego. niſi in ſubſidium re perẽpta vel preſcripta:vt ſi rem tuam meo nomine ex lucrativa cauſa mihi quæſitã vendam:vt.ĩ.e.l.ſi.&.C.de re.ali. non ali.l.j.&.ĩ.ſi cer. pet. ſi & me. ſed M. dicebat qꝫ licet eſſet ad rem regreſſus, tamẽ agi poſſet hac actione pro precio:vt.C.de rei vin.l.mater.

dominóve debetur: & in patrẽ dandam actionem in quantum locupletior ex mea adminiſtratione factus ſit.a

Contra eum ad quem ſpectat verè negotium,competit hæc actio, non inſpecta falſa opinione gerentis. Bartolus.

Sed ſi hominis liberi,qui tibi bona fide ſeruiebat, negotia geſſero:ſi quidem putans tuum eſſe ſeruum geſſi, Pomponius ſcribit,earũ rerum peculiarium cauſa,quæ te ſequi debent, b tecum mihi fore negotiorum geſtorum actionem: c earum verò rerum quæ ipſum ſequuntur, non tecum, d ſed cum ipſo. e Sed ſi liberum ſciui:earum quidem rerum quæ eum ſequũtur, habebo aduerſus eum actionẽ: earum vero rerum quæ te ſequuntur, f aduerſus te.

Expenſa facta ne res pereat, repetitur ab eo ad quem res ſpectat, nõ inſpecta falſa opinione gerentis. Bartolus.

Si Titij ſeruum putans, qui erat Sempronij, dedero pecuniam,ne occideretur: g vt Pomponius ait, habebo negotiorũ geſtorum aduerſus Sempronium h actionem.

Si negotium geritur nomine eius ad quẽ non ſpectat,ex eius ratihabitione negotium dicitur pertinere ad eum:& hæc actione tenetur ſi ſibi aliquid ex ratihabitione quæritur.aliàs ſecus.hoc dicit vſque ad.§. videamus.

Item quæritur apud Pedium libro ſeptimo, ſi Titium quaſi

A ſed illud cũ prædicta determinatione intelligitur. bene dixi ex lucratiua:aliàs ad precium nullo modo teneor:vt inſt.de leg.§. ſi res aliena.ſi alterius:ſi quidẽ domini ad quem pertinebat,agitur ſi ratum habet:aliàs non niſi vtiliter eſſet geſtum.tunc enim pro rato debet haberi:vt.ĩ.eo. Pomponius.ſi vero nomine alterius qui non erat dominus, geſſerit: ſi non habet ratum, agi non poteſt.ſi habet: ſi quidẽ ex ſua ratihabitione nihil poteſt ei queri,non tenetur: vt hic, & infra ea.l.§. quid ergo ſiquit.ſi vero ei queri poteſt,tenetur: vt.ĩ. §. proxi. itẽ quæritur. & infra eo. fideiuſſor. §.fi.&.ĩ.e.l.§.ſi quis pecuniam. ſi autem quoquo modo habeo obligatum cum cuius nomine gero, vt filiũ vel ſeruum:tunc dominus & pater etiã ratum habens tenetur de peculio tantùm:vt.ĩ.ea.l.§. ſed ſi ego.

i *Extra iudicium.* Hoc ideo dixit,vt locũ haberẽt ſequẽtia de cõdic.inde. nã aliter qui ratum habet,nõ tenetur condic. inde. vt.ĩ. man. ſi fideiuſſor.j.§. in omnibus. Itẽ ideo, quia non poteſt agere in iudicio: vt infra ea. l.§.videamus.

k *Debitor tuus non eſſet.* hoc faciebat dubitationem.

l *Sed ratihabitio.* nunc reſpondet.

m *Eum.* id eſt te. & mutat perſonas.

n *Repetitio.* id eſt condictio indebiti: vt hic, & infra de fur. ſi vendidero.§.ſi Titius. Ac.

o *Sed tui contemplatione.* ergo ſi nõ eſſet tuo nomine geſtum, non poſſes facere tuum ratihabitionem:vt hic,& ſupra ea.l.§.ſed ſi ego.

p *Cui.* ſcilicet Titio.

q *Conuenero.* extra ius.

r *Mox.* id eſt poſtquam ſciuiſti,quodam ſpatio nec minimo nec maximo interueniente : vt.ĩ.rem ra.habe.l. quo enim.in.§.j.& de ſol.l.ratum.& l.diſpenſatorem.in fin.

ſ *Negotiorum geſtorum.* immo mandati:cum ratihabitio mandato comparetur:vt infra de regu.iur.l.ſemper qui non prohibet. quæ eſt cõtra.Solu.hic ratum habet negotium geſtum ab abſente,ibi à præſente:& ideo nego.geſt.agitur in primo caſu : in ſecundo non,ſed mandati,ſecundum Io. vel ibi mandaueras mihi vt gererem, quod non ſuſcepi, ideoque indignabaris, & tunc geſſi, & tu ratum habuiſti. & ideo propter primum mandatum agitur mandati: ſecundum B. Alij dicunt ibi ſpeciale in fideiuſſione quæ fit in iudicio ſiſti : ſicut & alia multa in iudiciis ſunt ſpecialia:vt.ĩ.ſi quis cautio. & ſi poſt tres. Itẽ vnde naſcitur hæc actio neg. geſt? Reſpon.ex ratihabitione, nõ priſtina exactione: ſecus in actione pro ſocio,& tutelæ: quæ ex veteri contractu oriuntur,vel quaſi demum finita tutela vel ſocietate:ſicut ex cõtractu do vt des,demum ſecuta traditione oritur actio: vt.C.de rerum permu.l.ex placito.

Negotiorũ geſtorum actio vnde oritur.

t *Aliquem.* oppoſitio. Azo.

u *Sed ratihabitio.* reſponſio oppoſitionis Accurſiur.

x *Hereditas.* i.hæc pecunia petitione hereditatis,ſi modo contendas te heredem,vel pro poſſeſſore poſſideas : vt hic,& infra de peti.here.l.quòd ſi in diem.§.j.& ĩ.ſi pars here.peta.l.fina.in fin.& agit Seius verus heres petitione hereditatis.

Reipſa

a *Reipſa.* id eſt in veritate,quæ non vitiatur erroribus geſtorum:vt.ſ. de offic. præſi.l.illicitas.§.veritas. ſed ſuperiori caſu quaſi mihi exacta eſt pecunia:neque ita videtur factum creditoris cui debebatur.

b *Ipſo geſtu.* id eſt ipſa geſtione.& hoc eſt qđ ſupra dixit reipſa.

Et not. hic ꝙ quatuor modis dicitur negotiũ alienum:cura & ſollicitudine: itẽ reipſa:itẽ ratihabitione: itẽ ipſo geſtu. Cura & ſollicitudine,vt ſi illud negotium geſſeris quod ad me pertinet, quia ſum tutor vel curator vel procurator: & hoc caſu teneor ſi mei contẽplatione feciſti:ſed verus dominus indiſtincte:vt.ſ.e.l.iij.§.hac actiõe.&.l. ſi pupilli. in prin.Item re ipſa:vt cũ in rẽ meã aliquid impenderis, vel neceſſario vel vtiliter aliquid facis:& hic teneor ſiue geſſiſti nomine meo: ſiue alteri⁹ ad quẽ nullo modo pertinet:vt.ſ. eo. item ſi cum.§. fi. & l.ſi pupilli.§.ſi quis ita.

Negotium alienũ quatuor modis dicitur.

ſit locupletat⁹,& alterius re ipſa [a] geſtũ negotiũ ſit:nec poſsit quod alij adquiſitũ eſt ipſo geſtu, [b] hoc tuũ negotium videri.

Ceſſet tenetur de neglectis ſi alius erat geſturus:item ſi à ſe non exigit: ſecus ſi non exigit ab alio:niſi eſſet de illis perſonis quæ poſſunt agere ſine mandato.h.d.cum.l. ſeq. & principio ſeq. vſque ad.§.item ſi fundũ. Bartolus.

Videamus in perſona eius qui negotia adminiſtrat,ſi quædam geſsit, quædam non:contemplatione tamẽ eius alius ad hæc non acceſsit: & ſi vir diligens (quod ab eo exigimus [c]) etiam ea geſturus fuit: an dici debeat negotiorum geſtorum eum teneri & [d] propter ea quę non geſsit:quod puto verius. [e]

Certe ſi quid à ſe exigere debuit,procul dubio hoc ei imputabitur. [f] Quanquam enim hoc ei imputari non poſsit,cur alios debitores non conuenerit, quoniam conueniendi eos iudicio facultatem nõ habuit, [g] qui nullam actionem intendere potuit, tamen à ſemetipſo cur non exegerit, ei imputabitur. B Et ſi forte non fuerit vſurariũ [h] debitum,incipit eſſe vſurariũ: [i] vt diuus Pius Flauio Longino reſcripſit:niſi forte, [k] inquit, vſuras ei remiſerat: [l]

VII. PAVLVS libro nono ad Edictum.

QVia tantundem [m] in bonæ fidei iudiciis officiũ iudicis debet eſſe ei damnoſum: vt infra quemad.teſt. ape. ſed ſi quis ex ſignatoribus. Item ar.pro hoc infra man.ſi remunerandi.§.apud Iulianum.

C *Non habuit.* tria no. Primo an extra iudicium tẽtare debuit? arg.quòd ſic infra de admini.tut.l.tutor qui repertoriũ.§.pe.& infra de pe.he.ſed & ſi lege.§.quod ait. Alij vero vt Bul. dicunt quòd debet petere curatorem bonis:vt ar.infra de mu. & ho.l. j.§.ſi.hoc non placet. Tu dic quòd nec tentare tenetur niſi eſſet dubium de mandato.nec enim bonam fidem prohibetur adgnoſcere:vt infra de admini.tu.l.quoties.§.ſicut.Secundo not. quòd nõ debemus adſtringere quem ad id qđ nõ poteſt:vt hic, &.C.de anna.exce.l.j.in fi.& infra de vſur.cum quidam.§.ſi pupillo.in fin. Ar.cõtra.ſupra ſi quis cau.l.ij.§.pe.ſed ibi ſe arctauerat. Item ar.contra infra commo.l.in rebus. & infra eo. ſiue. ſed ibi culpa præceſſerat caſum. Tertio no.hic quòd nemo ſine actione experitur:vt hic,& infra de admini.tu.quotiens.§.item ſi temporali.&.l.tutores qui.in princ.& infra de pe.her.ſi quid. §.ſicut.verſi.illud.Sed arg.contra in eo.ti.ſed & ſi lege.§. quod autem ait.ſed ibi erat de cognatis:vt infra.l. proxi. & ſupra de procu.l.ſed & hæ.vel ibi mandatum habebat à vero herede.Vel dic quòd adhuc erat heres, licet ſciret inofficioſum teſtamentum,vel aliàs rumpendum teſtamentum: vt quia mortem defuncti non vindicat:vt.C.de his qui.vt indig.l.j. In caſu tamen etiã ſine actione quis experitur:vt.C.ſi p vim vel alio modo.l.j.

Quis nõ debet adſtringi ad id quod non poteſt.

Nemo ſine actione experitur.

D h *Vſurarium.* vt quia erat ex mutuo.

i *Vſurarium.* ab eo die quo ſoluere ſibi debuit: vt infra eo.l. qui ſine.&.l.diuortio.& hæc vera ſunt ſi domin⁹ ſolitus eſt fœnerare:non aliàs:vt ar.infra de vſur.qui ſemiſſes.§.fi.vel verius quòd omnino teneatur quaſi pecuniam domini verterit in vtilitatem ſuam:vt infra de pigne.actio.quamuis.§.fi.Vel dic vſurarium petendum modo per act.neg.geſt.in quam conuertitur prima actio.& ſic in ſequentibus.

k *Forte.* abundat forte:vt.j.de ari.bi.l.ſi duo.in prin.

l *Remiſerat.* huic geſtori antequã gereret. quæ vſuræ primò p ſtipulationem debitæ fuerunt.ex qua remiſsione colligitur vt etiam futuri temporis vel iure actionis vel offi.iu.non voluerit dominus negotiorum currere vſuras.Sed ar.cõtra.ĩ.de tranſac. l.qui cum tutoribus. Vel dic quòd non erant debitæ per ſtipulationem,& remiſit.ſed quomodo quod nõdum eſt debitum,remittitur?Reſpõ.improprie dicitur pro pacto facto vt non curãt,& ipſo iure impeditur curſus futurarũ:vt.j.de ver.ob.cũ ſtipulat⁹ ſim mihi à Proculo.quia dixit dñs: ſi cõtigerit te gerere negotia mea,nolo ꝙ tenearis ad vſuras, licet à te non exegeris.

m *Quia tantundem.* Bene dico vſuras deberi quaſi ex mora: quia tantundem &c.vt hic,&.j.depoſiti.l.Lucius Titi⁹ Sempronio.&.j.lo.& cõduc.l.quęro.circa prin.& inſti.de ob.ex cõſenſu,in fi.Eſt enim hæc actio bonę fidei:vt inſti. de act.§.actionũ.quandoq; tamẽ nõ ſimili modo tales iudicãtur vſuræ,cũ per officium debitæ petitio tollatur,ſi non petãtur:vt C.depoſi.

Ceſſet an de gerendis teneatur.

Concur. in ca. duũ. cũ glo. ſuper verbo, reprobare. in me. extra de elec.

a *Bal.nõ. ex hac glo. ꝙ poſſumus per noſtros nuncios vocabula rationes debita quæ non repetuntur.*

C.depoſi.l.iiij.ſed nõ ſic ſi per ſtipula.debeantur: vt infra de eo quod cer.lo.l.centum.

a *Valet.* ſcilicet circa vſuras propter moram.

b *In ſtipulatione.* & in contractibus ſtricti iuris.

c *Eam.* ſcilicet vſuræ.

d *Sed autem. Non exigebatur.* quia erat de coniunctis: vt.ĩ. de procu. ſed & hę. &.l. Pomponi⁹.in fin. &.j. de pac.do.l.ob res.§.ſi. & diximus.ĩ.c.l. ſi pupilli.in fin.& no.quòd ſicut huic imputat̃,ſic illi cui ſit mandatum,ſi poſtea non vult cauere de defendẽdo:quia tenetur mandati:vt ar. ĩ. de procu.l. ad rem. &.l.ad legatum.

e *Facile.* alioquin ei imputari nõ poſſet:vt arg.ĩfra de bo.lib. qui cum maior.§.ſed ſi minor.paupertas em̃ poteſt excuſare: vt infra mãd. ſi procuratorem. §.ſi ignorantes.

f *Indubitatũ eſt.* id eſt certũ eſt quòd, ei imputari debet quod à ſe non exegit.Azo. **teneatur.*

g *Erit obligatus.* ante enim cœpit teneri hac actione, quàm finiretur prima: quandoque tamen hoc fallit:vt infra eo.l.diuortio.§.ſed nec redhibitoriæ.

h *Idem erit dicendum.* vt perpetuetur actio contra heredes.

i *Tenetur.* puta pœnali:vt in maleficiis:vt inſt.de perpe.& temp. ac.§.non autem.

k *Item ſi fundum.* per obreptionem, forte dicẽs me habere mandatum,cum non haberẽ.

l *Oportuit.* errore,vel iudicis iniuria. Azo.

m *Non potuerim.* quia non habebam mandatum:vt.ĩ.in eo.ti.ſi pupilli.in fi.& etiam quia pro parte indebitè petebam.Et ſic no.geſtorem omnia debere reddere, quæ ſcilicet vt geſtor habuit.ſecus ſi aliàs:vt in procuratore dicim⁹:vt diximus ſupra de procu.qui proprio.§.procurator vt in cæteris.

n *A iudice.* vel quia noluit:vel quia non fuit petitum.

o *Reprobata.* per definitiuã ſententiam:alioquin contra: quia non omnis vox iudicis, iudicati continet auctoritatem &c. vt C.de ſen.& inter.l.ex ſtipulatione.

p *Quaſi.* expreſſiuum eſt veritatis.

q *Non poſſe.* ſcilicet efficaciter.

r *Opponenda eſt.* agenti contrario iudicio.Et not. quòd hui⁹.§. diſtinctio approbatur:vt infra de compen.l. quod in diem.§. ſi rationem.&.ĩ.de contraria & vti.act.tut.l.j.§.quid ergo.&.ĩ.de doli excep.l.apud.§.item quęritur.& ar.ĩ.de arb.l.quid tamẽ.in prin.& inſti.de inuti.ſti.§.quotiẽs.Sed videtur reprobari:vt.C. ſi aduer.rem iu.l.j.quę eſt cõtra.vbi dicit quòd nõ remanet petitio niſi iure ætatis,& tamen non fuit prohibita.ſed dic, immo fuit prohibita:in parte enim condemnauit:in alia abſoluit. aliàs non valeret ſententia:vt.ĩ.de rec.arbi.dicere.

Si ex duobus.]*CASVS.* Duo habebant rem communem:volente me gerere negotia ipſorum,alter mihi ꝓhibuit:an ſi iure illa communi adminiſtrauero,prohibentis facto non prohibẽs libereturꝰVidetur quòd ſic:quia eo exacto alter eo quòd ſocius eſt adſtringitur.ſed ſoluit in contrarium: quia ſi vno ꝓhibente

ff. Vetus.

dicio valet,[a] quantum in ſtipulatione [b] nominatim eius [c] rei facta interrogatio.

VIII. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

SI autem is fuit qui negotia adminiſtrauit, à quo mandatum non exigebatur:[d] poſſe ei imputari cur oblata de rato cautione eum non conuenit,ſi modò facile [e] ei fuerit ſatisdare. Certè in ſua perſona indubitatum eſt. [f] Et ideo ſi ex cauſa fuit obligatus quæ certo tempore finiebatur,& tempore liberatus eſt:nihilo minus negotiorum geſtorum actione erit obligatus.[g] Idem erit dicendum [h] & in ea cauſa ex qua heres non tenetur: [i] * vt Marcellus ſcribit.

Geſtor tenetur totum reddere quod ad ſe peruenit.

Item ſi fundum [k] tuũ vel ciuitatis per obreptionem petiero,negotium tuum vel ciuitatis gerens, & ampliores quàm oportuit [l] fructus fuero conſecutus: debebo hoc ipſum tibi vel reipublicę pręſtare,licet petere non potuerim. [m]

Sententia lata ſuper exceptione inducit exceptionem rei iudicatæ ſi illud poſtea per modum actionis proponitur. Bart.

Si quocũque modo ratio cõpẽſationis habita nõ eſt à iudice,[n] poteſt contrario iudicio agi.Quòd ſi poſt examinationẽ reprobatæ [o] fuerint compenſationes,verius eſt quaſi [p] re iudicata amplius agi cõtrario iudicio nõ poſſe:[q] quia exceptio rei iudicatæ opponenda eſt.[r]

Prohibitio impedit hanc actionem oriri contra prohibentem ſocium:non contra alĩ non prohibentem.b.d.

Iulianus libro tertio tractat,ſi ex duob' ſociis [s] alter me prohibuerit adminiſtrare,alter r õ: an aduerſus eum qui non prohibuit,habeam negotiorum geſtorum actionẽ. mouetur [t] eo, ꝙ ſi data fuerit aduerſus eum [u] actio:neceſſe erit & eum pertingi,* [x] qui vetuit.Sed & illud eſſe iniquum,eum qui non prohibuit, alieno facto [y] liberari: cum[&]ſi [z] mutuam pecuniam alteri ex ſociis prohibente ſocio dediſſem, vtique eum obligarem. [a] Et puto ſecũdum Iulianum debere dici ſupereſſe contra eum qui non prohibuit, negotiorũ geſtorum actionem: ita tamen, vt is qui prohibuit, ex nulla parte [b] neque per ſocium,neque ꝑ * ipſum aliquid damni ſentiat.

Diffiſilis lex eſt iſta,& hoc dicit ſecundum glo.& communiter omnes. Vbi negotium geſtoris ratũ habui,actio tollitur præterquam ratione doli, ſecundum Pomp. ſed ſecundũ Scæuolam & Vlpianũ durat ratione doli culpæ & reb quorum.b.d. cum principio legis ſequentis. diuiſionem & caſum ponit glo.quã legit iſtã legem per ſaltum. Ponuntur hic tria dicta Pomp.ſ.dictũ, exceptio:& ratio dicti.primum in prin.l. vſque ad ver. videndum. ſecundũ in verſi. ſed ſuperius.vſque ad verſi. Scæuola. tertiũ in verſi. ſed ea dictũ. vſq; ad verſi. & quẽadmodum. Cætera ſunt dicta Scæuolæ & Vlp.ſup-eluidentis Pompo.vt in glo. legas igitur primo omnia dicta Pomp. poſtea dicta aliorum ſecundum glo. Bart.

A alteri mutuũ detur,nihilo minus accipiens tenetur:ita & hic:& ita in non prohibentem danda erit actio:& ſic tenetur qui non prohibuit,quòd in nullo priuatur qui prohibuit.

f *Si ex duobus ſociis.* alicuius negotiationis:qui ſocietatem cõſenſu fecerunt.vel dic quòd inciderunt in eam,quod quandoque euenit:vt inſti. de obl.quæ ex quaſi contractu.§.item ſi inter. in text.& glo.j.nam in ſociis omnium bonorũ non videtur habere locum hæc lex.

t *Mouetur.* ſcilicet Iulian⁹ de ſeipſo loquẽs. ſic infra ſo.ma.ſi vero. ſic in euangelio beati Ioannis.

u *Eum.* ſcilicet qui non prohibuerit.

x *Perſtringi.* ſcilicet iure ſocietatis. **perſtringi*

y *Alieno facto.* ſcilicet prohibentis. & dic facto,ſcilicet tali. nam ſæpe alieno facto quis liberatur:vt infra eo. ſoluendo. & infra de ſolu.l. ſi debitor tuus. &.l.ſolutionem. & infra de conſtituta pecu.l.vtrum. & hoc cũ ſcit me adminiſtrare. quòd ſi ignorarer, ꝓhibitio ſocij vnius alium liberaret, ſecundum quoſdam. *Alieno facto quãdoque quis liberatur.*

z *Cõ & ſi.* probat per ſimile. ** per ſeipſum.*

B

C

a *Obligarem.* ergo & hic obligetur.

b *Ex nulla parte.* qz nullo modo conueniturꝑpro parte vna dimidia indiuiſa,quã habet in re adminiſtrata, nec à geſtore,nec à ſocio.ſed ſi ſocius conueniatur pro ſua dimidia, & ſatisfaciat geſtori:nõne à ſocio repetere poterit dimidiã huius dimidiæ, cũ hic vtiq; pariter profeceritꝰnam nec prohibuit nec prohibere potuit niſi pro parte vna dimidia?Reſpon. non, vt hic dicit.Item quia qui directo non tenetur,nec per obliquum debet teneri:vt.C.de vſur.rei iu.l.ſi.Item quia ꝓhibitio habetur ꝓ eo ac ſi pro ſua parte ſoluiſſet:vt.C.eo.l.ſi.& infra man.l. ſi pro te.ſed tunc in nullo poſſet conueniri,nec ergo nunc. Itẽ iam vnius negligentia alteri noceret:quod eſſe nõ debet:vt.C. depoſiti.l.fin.Item facit huic.l.infra de here.inſti.l.pater. & infra de exerci.ſi tamen.§.planè.& .ĩ. ad Mace. ſed Iulianus §.j. Sed arg.contra.C.de duo.re.l.ſi. *ADDITIO.* Tu dic quòd aliud eſt in iſta ꝓhibitione quæ habet vim particularis ſolutionis,& aliud in pacto, ſecundum Bartolum hic. *Negligẽtia vnius alteri nocere nõ debet.*

D

Pomponius.]*CASVS* in hac lege cum ſequen. talis eſt:domũ meam fulſiſti:ſeruum meum curaſti:& ita negotium meum geſſiſti:& male,ſine mandato:ego autem cum ſciui,habui ratũ. quæritur an detur mihi neg.geſt.act? Dicit Põpo.quòd neg.geſ. act.tollitur.q.d.non potes agere neg. geſt. act. ſecundum Põpo. ꝓ approbationem neg.geſt.propter ratihabitionem.& eſt iſtud primum dictum.Secũdum eſt quod excipit à primo dicto. dicit enim Pomp.hoc verũ eſt niſi dolus geſtoris interuenit. Tertiũ dictum eſt quòd allegat rationẽ primi dicti.ſ.quòd ex quo fictũ geſtoris ſemel ratũ habuero:nõ potero venire cõtra: & ſic ſunt tria dicta Pompo.quæ colligas ſic:Negotiũ meũ geſſiſti,& male:ſi ego ratum habuero,decætero nõ cõueniã te act.neg. geſt. Et hoc eſt verum ſi dolum non cõmiſeris.reprobare enim non

e poſſum

poſſum quod ſemel approbaui. Sed Scæuola dicit act. non tollit: quia pone nos eſſe in illo inſtanti quo negotium erat geſtum: nõ tamen adhuc fuit ratũ habitum: quæro an nata fuit illa actio, an non? Si non de hoc loquimur hic, conſtat quòd nata fuit. ſi ergo nata fuit, qualiter nuda voluntate tollitur? nõ ergo tollitur, ſed remanet poſt ratihabitionẽ actio: multo fortius debet hic remanere actio. Itẽ eſto quòd nõ remanet actio poſt ratihabitionem: qualiter à geſtore recuperabo quod de meo ad eũ puenit: & qualiter recuperabit quod de ſuo in meo impendit? videtur q̃ non vllo modo. Cõcludit ergo Scæuola quinto loco q̃ remaneat actio neg. geſt.

12. SCAEVOLA libro primo Quæſtionum.

POmponius ſcribit, [a] ſi negotium à te quamuis male geſtũ probauero, [b] negotiorũ tamen geſtorũ te mihi nõ teneri. Vidẽdum ergo, ne in dubio hoc, an ratũ habeam: actio negotiorum geſtorum pendeat. [c] Nam quomodo cũ ſemel cœperit, nuda volũtate [d] tolletur? Sed ſuperius [e] ita verũ ſe putare, [f] ſi dolus malus à te abſit. [g] Scæuola, immò puto & ſi comprobem, adhuc negotiorũ geſtorum actionem eſſe: [h] ſed cò [i] dictum te mihi non teneri, quòd reprobare nõ poſsim ſemel probatũ [k] †. Et quẽadmodum [l] quod vtiliter geſtũ eſt, tam directa quàm contraria. nam directa domino datur: contraria geſtori poſt ratihabitionem, niſi ſpecialiter ſit actum vt neuter contra alium actionem haberet: vt in princ. l. ſeq. quæ continuatur cum iſta. [IS AVTEM.] Ponit regulam quandam, & exceptionem ad regulã, quæ talis eſt: Ad hoc q̃ aliquis habeat neg. geſt. ac. & ea teneatur, ſufficit quòd vtiliter incepit gerere, etiã ſi ad effectũ non perduxerit. vnde ſi domum ædificauit vel fulſit, vel ſeruũ curauit: licet poſtea perierit, & ſic non habuerit effectum: hoc eſt ad vtilitatem domini: vel dic non habuit effectum, hoc eſt cum vtiliter ſit cœptum, & vtiliter geſtum, non tamen fuit conſummatum. & hoc ſine culpa gerentis: nihilo minus tenetur neg. geſt. act. Aliqui autem dicebant hæc fallere in caſu: puta domum incipiebas mihi ædificare: & ſic vtiliter impẽdiſti: ſi incepiſti domum, & tam amplam feciſti, quòd ſi omnia quæ haberẽ diſtraherem, ſumptus quos feciſti, tibi refundere nõ poſſem: in iſto caſu fallit regula: quia vtiliter fuit cœptũ: inutiliter cõpletum. & tunc nõ habet locũ neg. geſt. act. Sed oppoſitio illa falſa eſt: quia non fuit hic vtiliter inchoatũ: vnde mirandum non eſt ſi actio non detur. vnde ſi incepi domum ædificare quæ non expediebat domino: tunc non habeo actionem. Viuianus.

a *Pomponius ſcribit.* Tria dixit Pompo. ſ. poſitionẽ, & exceptionẽ, & poſitionis rationem. Item. v. Scæuo. primo an ſit in pendẽti. ſecundo vbi aperte reprobat dictum primum Pomp. tertio reprobat per ſimile. quarto per ratiocinationẽ indirectam. quinto cõcludit contradictionẽ oppoſitam primo dicto Pomp. Dic ergo quòd quidam geſſit mea negotia ſine mandato, quæ erant mea reipſa: vt ſeruum curauit, vel ſimilia. poſtea ego ſciens male geſtum, habui tamen ratũ vel intra me, vel cũ amicis meis: quæritur, an tollatur actio neg. geſt. dicit Pompo. quòd tollitur, niſi doloſe geſſerit. Et hoc ideo, quia non poſſum reprobare ſemel probatum. Scæuo. contradicit: aut actio nata erat antequam haberem ratum: aut non. ſi non erat nata: ergo naſcetur ſi non habuero ratum. ſed ſi ratum habuero, non naſcetur. ſic ergo ꝓbatur quòd ex volũtate naſceretur: quod eſſet incõueniens: & hoc capitulum non proſequitur hic. ſi vero erat nata, igitur non tollitur nuda voluntate. nam quomodo &c. remanet ergo ſi comprobem. prætera ſi cõpellor coram iudice habere ratum quod vtiliter geſtũ eſt: & tamen remanet actio: ita & cum ſponte habeo ratũ, debet remanere. Item ſi non remaneret, quomodo repetã à geſtore cuius factũ approbaui quod à debitore meo exegi? Itẽ ſi vendidit rem meã, & ecõtra ipſe qua actione aget cõtra me? Concludo ergo quòd hæc habeat locũ & mihi domino cõtra gerentẽ, & econtra gerenti cõtra me pro ſumptibus: quã poteſt intẽtare & antequã cõueniatur directa: vt. ĩ. l. pri. in prin.

Quod approbo, non reprobo.

b *Probauero.* in corde meo, vel tractatu habito cũ vicinis meis ſuper hoc, non cũ gerẽte negotia: & hoc caſu dicit Põponius eũ habere exceptionem: niſi doloſe geſſerit: quod primum reprehendit Scæuola. nam omnis ratihabitio etiam quę non fit tractatu habito cum geſtore, prodeſt ad obligandum geſtorem: quod eſt neceſſe in eo negotio quod eſt meũ ratihabitione: & ſic intellige quod dicitur infra ita omne quod ab ipſo probatum eſt &c. & idẽ puto in liberando eo quẽ voluit geſtor liberare exigendo à debitore meo, vel quid ſimile faciendo: quia eius factũ lex fingit eſſe meum cum approbo, etiam cum geſtore non tractando. idẽ in adquiſitione dico, vt ponitur infra eo. ſi ego. Sed in ipſo geſtore liberãdo pactũ eſt neceſſarium: & hoc eſt quod dicitur ĩ. eo. l. proxi. niſi ſpecialiter &c. nec enim in eo liberãdo factũ alterius interuenit, quod lex fingat meum approbando ſine pacto ſecundum Azo. & ſic reprehenditur tantũ in eo quod culpa geſtũ eſt. Alij vt Io. dicunt probari tractatu habito etiam cum geſtore: & ſecundum hoc reprehenditur Pompo. in tribus. Primo, quia ſi culpa geſtuſſet geſtor, ipſo iure dicebat Pomp. p huiuſmodi tractarũ liberari geſtorem: quod eſt falſum: imò per exceptionẽ: vt infra. l. proxi. item quòd nimis generaliter eſt locutus. debuit enim diſtinguere, ſciam vel non malè geſtũ: & de ſimili reprehẽditur aliquis: vt. ĩ. ad le. Rho. de iac. l. fina. §. j. &. §. fi. &. ĩ. de mino. l. Papinianus. Itẽ in eo quòd de dolo nõ excepit: & ſecũdum hoc illa verba, ſed ſuperi[a] &c. ſunt Scæuolę. Sed pone: vẽdidit rem meã pro decem, quæ valebat. xv. poſtea cum ſciui, ratũ habui: an poſsim agere? Rñ. ſecundũ quoſdam, aut ago per verbum ſcilicet, ago quia geſsit: quod poſſum: & petam x. aut p ad: uerbium, id eſt quia malè geſsit: & ſic peto. xv. & tunc non poſſum. Alij diſtinguunt: aut habui ratum per verbum ſcilicet quia geſsit: & tunc ago per verbum aut per aduerbium vel æquipollens: vt quia malè geſsit, vel quia ſic geſsit: & tunc non ago per aduerbium: quod poteſt eſſe verum ſi inter præſentes, & animo liberandi: nõ aliàs: vt. ĩ. l. proxi. in abſentia [a] quocũque modo & animo etiam remittendi non valet. in præſentia autem aut neſcio malè geſtũ, & non video remittere ratum habẽdo quãtumcunque habeam animum remittendi. ſecus ſi ſciam: quia tũc refert per verbum, vel per aduerbium: vt dictum eſt.

† *Facit ad hoc c. cum Viatorem. ex gl. ſuper verbo, admiſerant. extra de elect.*

a *Bal. dicit ſic gl. ſing. ad hoc quod ſint remiſſa facta ab ignorãte nõ valet, ſed nec ab eo qui dubitat: vt in l. manifeſtiſſimi. §. ſed cũ quæreba. ĩ. cum ibi not. C. de fur. Bolog.*

c *Pendeat.* quod erit ſi velis dicere quòd ſi ratũ habes, non naſcitur: ſi non, tunc naſcitur: quod eſt abſurdum: quia ſic ex voluntate vnius partis ratũ naſceretur: quod eſſe non debet: vt infra de arbi. non diſtinguemus. §. illud. neceſſe ergo habet dicere Pomp. quòd nõ pendeat, ſed ſit nata: & ſi eſt nata, non poterit dici quòd tollatur ratihabitione: quia ſic nulla tollitur ſecundũ Io. vel econtra neceſſe habet dicere quòd pendeat, & nõ ſit nata: nam ſi eſt nata, quomodo &c. & ſi hoc ſentiat Pompo. quòd nõ ſit nata, erit dicta abſurditas, q̃ ex voluntate tantũ vnius partis naſcatur. Sed nonne pendet ante geſtionẽ ex voluntate vnius, ſcilicet gerentis ſi bene vel malè gerat? ſed quare eſt abſurdum eã pendere? immo conueniens: & quòd ex voluntate tantũ vnius tollatur vel detur. & ſic in duobus eſt contra infra de ſol. l. diſpenſatorem. in fin. Sed quod ibi dicit eam ſublatam, dic id eſt non habet locũ. Item pro hoc quòd pendeat, eſt. ĩ. c. ſi pupilli. §. item quæritur. &. l. prædicta, diſpenſatorem. ſed ibi in alio genere negotij dicit, ſcilicet quãdo eſt meũ ratihabitione, hic autem re ipſa. vel ibi pendet, vt poſt ratihabitionem naſcatur: hic econtra vt per ratihabitionẽ tollatur. hoc ergo modo non pendet: & hoc eodẽ modo loquitur lex diſpenſatorẽ, quæ in duobus caſibus eſt contra. *ADDITIO.* Tu dic ſecundũ Barto. poſt Io. quòd ibi non volebat geſtor cogere ad ratum habendum.

d *Nuda voluntate.* vnius tantũ. Azo. ſed hoc fallit in actione iniuriarũ: vt inſtitut. de iniur. §. fin. & infra de iniur. l. non ſolũ. §. j. Item in illis quæ tolluntur ipſo iure per pactum: vt arg. ſupra de pact. l. ſi tibi. §. quædam. Vel dic, ibi non fuit nuda, ſcilicet ex vna parte tantũ: hic ex vna tantũ. item pro hoc infra de ſuc. edi. l. j. §. decretalis.

e *Sed ſuperius.* Hic eſt exceptio.

f *Si putare.* dicit Pompo. Azo.

g *Abſit.* Not. in generali remiſſione dolũ non contineri. ſic &. ĩ. de libe. le. l. Aurelio. §. Gaius. &. l. ſi quis ratione. & adiicias hic. ĩ. ſed eò dictũ &c.

Dolum generalis remiſſione nõ extimetur.

h *Actionem eſſe.* ſi quid reſidet de negotio penes geſtorẽ, vel etiam malè geſsit.

i *Sed eo.* id eſt ea ratione, ſcilicet dixit Põponius te mihi nõ teneri.

k *Semel probatum.* Not. variare [b] nõ licet reprobando ꝓbata, & ecõtra. ſic. ĩ. loca. l. ea lege. in fin. & in glo. fin. in fi. &. ĩ. de adul. ſi vxor. in §. & infra ſo. ma. cum mulier. & arg. C. de re. cre. l. ſi quis. & argu. C. de non nume. pec. l. generaliter. Sed econtra eſt in medico ſemel approbato, qui poteſt reprobari: vt infra de n. u. & ho. vt gradatim. §. reprobari. Sed ſpeciale eſt propter hominum ſanitatem: idem eſt de grãmaticis & oratoribus: vt. C. de profeſ. & me. l. grãmaticos libro decimo. Itẽ & poteſt quis reducere vxorẽ quam ſemel reprobauit: vt infra ad legem Iuliam de. adult. ſi vxor §. penul.

b *Concor. in c. nullis. ſi ſcripturã. extra de accu. text. in ca. no. horrendus. 32. q. 5. §. text. in ca. veniens. extra de fil. preſby.*

l *Et quemadmodum.* verba Scæuolæ.

necesse est apud iudicem pro rato haberi:[a] ita omne quod ab ipso probatum est.[b] Cæterum[c] si vbi[d] probaui non est negotiorum actio: quid fiet si à debitore meo exegerit,& ꝓbauerim,quemadmodum recipiam?[e] Item si vendiderit?[f] ipse denique si quid impendit, quemadmodum recipiet? nam vtique mandatum[g] non est. Erit igitur[h] & post ratihabitionẽ negotiorum gestorũ actio.

x. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

SEd an vltro mihi[i] tribuitur actio sumptuũ, quos feci?[k] & puto cõpetere,nisi specialiter[l] id actũ est,[m] vt neuter aduersus alterũ habeat actionem.

Sufficit negotium vtiliter esse gestum respectu domini:licet effectum vtilem non habuerit.

Is autem qui negotiorum gestorum agit,[n] non solùm si effectum habuit negotiũ quod gessit, actione ista vtetur: sed sufficit si vtiliter gessit,[o] etsi effectum[p] non habuit[q] negotium.Et ideo si insulam fulsit,[r] vel seruum ægrum[s] curauit: etiam si insula exusta[t] est,vel seruus obiit,aget negotiorum gestorum:idque & Labeo probat. sed vt Celsus refert, Proculus apud eum[u] notat non semper debere dari.Quid enim si eam insulam fulsit,quam domin' quasi impar[x] sumptui dereliquerit,vel quam sibi necessariam nõ putauit? Onerauit,[y] inquit,dominum,secundũ Labeonis sentẽtiam: cum vnicuique liceat & damni infecti nomine rem derelinquere.[z] Sed istam sententiam[a] Celsus[b] eleganter deridet. Is enim[c] negotiorũ gestorũ (inquit[d]) habet actionem, qui vtiliter negotia gessit.[e] Non autem vtiliter negotia gerit,qui rem non necessariã,vel quæ oneratura est patrẽfamilias,adgreditur.[f] Iuxta hoc est & quod Iulianus scribit,eum qui insulam fulsit, vel seruum ægrotũ curauit,habere negotiorũ gestorum actionẽ,si vtiliter[g] hoc faceret,[h] licet euẽtus[i] non sit secutus. Ego quæro,quid si putauit se vtiliter facere,sed patrifamilias non expediebat?[†] Dico hunc non habiturum[k] negotiorum gestorũ actionem, vt[l] enim euentum non spectamus,[m] debet vtiliter esse cœptum.[n]

Gestor tenetur de dolo & culpa:item de casu si negotia insolita inchoauit. & damnum in vno,compensatur cum lucro in alio. Bartolus.

a *Haberi.* & tamen hic potest agi secundũ Azo.ita ergo omnẽ &c.& sic est argu.à pari.Et nota quòd hoc intelligunt quidã in aliis generibus negotiorum,vt compellatur habere ratũ:non in eo quod est meum ratihabitione.nam tunc agitur ad factum: & fit cõdemnatio ad interesse:vt ifra de re iudi.l.si quis ab.§.fi. non autem præcise cogitur habere ratũ:vt.j. de solu.l. dispẽsatorẽ. Sed hoc.ſ. in aliis generibus corã iudice faciam eum habere ratũ præcise:vt hic:& postea agam act.neg. gest. & hęc cõpulsio fiet vel per act.neg.gest.vel officio iudicis. Sed quid si est absens? ideo dic secundũ quod Io. ſtatim dicit:qui dicit etiã in eo negotio quod ratihabitione meum est, habere locũ hic: & in l. dispensatorẽ. noluit gestor cogi vel haberi pro coacto. & quod dicit necesse est ꝓ rato haberi,id est pro eo debet haberi ac si ratũ haberet. & ꝙ habeatur pro eo ac si ratum habeat, probo:nam si rem tuam pro magno pretio vẽdidi,quæ parum valebat,& meliorẽ tibi emi viliori pretio:nonne ad sumptus quos feci agã? Respõ. sic,vt arg. supra eo. si pupilli.§. si Titij seruum.& sic non cogor. sed si dicas quòd cogor habere ratum,est contra quod legitur.j. de regu.iur.l.id quod. Sed respõ. cogor quãtum ad gerentem vt sibi teneat.nõ autem in præiudicium repetendi rem meam:& sic gestor conuenietur me:ego non ipsum:sed rem vindicabo,quasi esset mea.si vero ratũ habeã sponte:tunc tenetur mihi gestor,& non possum rem vindicare:& hoc si nomine meo gessisti quod erat meum,vel poterat esse meum ratihabitione.secus si non:vt quia alienum debitorem meo nomine exegisti.nam tunc si sponte ratum habeam, agitur contra me:non aliàs:vt supra eo.si pupilli.§. item quæritur.sed eo casu cum rem vindico ab emptore,& ipse de euic. agit contra venditorem ad duplum:nunquid à me hoc duplum recuperabit venditor idemque gestor?Respon.non:vt infra eo. si quis negotia.

b *Probatum est.* scilicet debet haberi ratum,& tamen remanet actio.

c *Cæterum.* concesso quòd non agatur,sequitur inconueniens.

d *Vbi.* id est postquam.

e *Recipiam.* si non per act.neg.gest.nullo modo agit.mandati enim non agit.nam vtique &c.& sic cũ aliena iactura locupletatur:quod esse nõ debet:vt infra de regu.iur.l.iure naturæ.Sed nonne etiam secundum Pomponium hoc casu datur actio neg. gest.qui excipit dolum in secundo suo dicto.nam hic eoipso ꝙ non restituit,videtur dolo facere:vt infra manda.si ꝓcuratorẽ.§.dolo.& infra depositi.l.j.in fin.Sed respon.ipse intellexerat de dolo commisso in administratione:non de hoc quod postea cõmittitur. Vel dic quòd illa verba,sed superius &c. sunt verba Scæuolæ, & non Pompo.secundum Io.

f *Vendiderit.* scilicet rem meam forte pro decem.

g *Mandatum.* de quo magis videtur.Sed contra.j.de reg.iur,l. semper.Sol.vt.j.eo.si pupilli.§.idem ait.

h *Erit igitur.* infert Scæuola ex supradictis cõtra dictũ Põpo.

i *Sed an vltro mihi.* scilicet gestori.mutat enim personas.similis mutatio est.C.de transac.si pro fundo.in fi.

k *Quos feci.* in supradicto negotio.videbatur enim forte non dari cõtraria nisi directa intẽdatur:sed cõtra est,vt hic subiicit, & infra commo.l.in commodato.§.j.

l *Specialiter.* id est expresiè.

m *Id actum est.* tunc cum ratum habet.Io.

n *Agit.* scilicet contraria quę datur gestori:vt instit.de ob. quæ quasi ex contra.§.j.

o *Vtiliter gessit.* id est gerere inchoauit.

p *Effectum.* id est cõplementum.vel dic effectum perseuerantiæ.

q *Non habuit.* No.c. *Euẽtus non* euentum nõ inspicit: vt *inspicitur.* infra manda.l.qui mutuam.§. fi. & infra de in rem ver.l.si seru' in rem.in princ.&.C.eo. si seruum.& j.de contra.& vti.ac.tut.l.quid ergo.§.sufficit.

r *Insulam fulsit.* Quæ est necessaria impensa: vt infra de verb. signi. l.impensæ.Accursius.

s *Ægrum.* domino vtilem. & hæc similiter est necessaria.

t *Exusta.* non culpa gestoris:vt.j.eo.l.siue.

u *Apud eũ.* ſ. Labeonẽ.& dic notat reprehẽdendo, scilicet Labeonem,& male.

x *Impar.* aliàs imparem.& aliàs impar.

y *Onerauit.* Et oneratus erat si teneretur. † *Facit nĩ. nihil ad hanc rem Aulus Gellius li. Noctiũ Atticarũ.i.c. 13*

z *Derelinquere.* ſ.si nõ vult cauere postulãti: vt infra de damno infecto.l. prætor.§. hoc edictum.multo magis ergo cum de dãno nullus conqueritur: & sic sumpum recusabit.

a *Sententiam.* scilicet Proculi qui dixit non semper dari actionem,etiam si vtiliter est cœptum negotiũ. nã in præmissis casibus non fuit vtiliter cœptum negotium.

b *Celsus.* refrænans Labeonem.

c *Is enim.* scilicet demum.

d *Inquit.* scilicet Celsus.Io.

e *Gessit.* id est gerere inchoauit.sed quid si illud solũ vult repetere in quo dominus est par?Rñ.potest:vt arg.infra de pig.ac. l.si seruos.in fin.& infra de rei vindi.l.in fundo.Azo.

f *Adgreditur.* & ideo male excipit Proculus.Azo.

g *Si vtiliter.* ita demum.

h *Faceret.* id est facere cœperit.

i *Euentum.* vt infra de pe.here.l.plane.in fin. sed hoc fallit in casibus:vt infra.l.proxi.dicetur.

k *Non habiturum.* non attenta etiã sua opinione:vt supra eo.l. si pupilli.§.si Titij.& infra eo.l. atquin.§.si libero.& .j. de fur. l.qui re sibi commodata.§.commodati.Accursius.

l *Vt.* pro quamuis.

m *Non spectamus.* scilicet semper. Accursius.

n *Captũ.* Vnde Boethius. At vero is nostris malis cumulus accedit,quòd æstimatio plurimorũ non rerum merita sed fortunæ tantũ spectat euentum:eaque tantum iudicat esse prouisa, quæ felicitas commendauit. Accursius. *Boethius.*

Negotia.] CASVS. Les'ista tria habet dicta. Primo ponit regulam,quę talis est:quòd omnes qui aliena negotia gerũt, præstant dolum & latam culpam.Secundum dictũ est Proculi, quòd aliquãdo tenetur gestor de casu fortuito:vt si gesserit negotium insolitũ,scilicet emendi seruos nouicios:& inde damnum sequitur:damnum sequitur gerentem, lucrum dominum neg. Tertium dictum est,quòd si negotium tale fuerit vt partim cõflat lucrum,& partim damnum:dominus negotiorum

debet compenſare lucrum cum damno. Viuianus.

a *Si negotia.* ſcilicet omnia. vnde de gerẽdis tenetur. Azo. item non erãt deſerta: quia tunc de ſolo dolo: vt ſupra eo.l.iij.§.interdum. Accurſius. *ADDITIO.* Dic ſecundum Barto. quòd ibi erant negotia deſerta: & ideo dic vt ibi dicit glo.

b *Culpam.* Etiam leuem. & hoc regulare: vt hic, & C. eo.l. tutori. leuiſsimã autẽ quãdoque: vt ſi dominus erat diligẽtiſsimus, vel alius diligẽtiſsimus erat geſturus: vt .ĩ. eo. ſi pupilli.§.fi. Accurſius.

Negotiorũ tria ſunt genera.

c *Sit ſolitum.* Tria ſunt genera negotiorũ, inſolitum, cõſuetum, deſertum: vt diximus ſupra. e.l.iij.§.pe. Itẽ nota hic ſex caſus in quibus geſtor negotiorũ tenetur de caſu. Primo ſi geſſit negotia pupilli: vt ſupra eo. ſi pupilli, in princ. Secundo ſi acceſſit animo deprædandi: vt ſupra eo. ſi pupilli.§.ſed & ſi quis. Tertio ſi ad noua negotia: vt hac.l. Quarto ſi caſum in ſe ſpecialiter recepit: vt. C. eo.l. negotiũ. Quinto ſi culpa præceſſerit caſum: vt infra eo.l. ſiue. Sexto ſi fuit in mora: vt infra de leg.j. cum res. in fine. Et his omnib' caſibus non ſufficit vtiliter eſſe cœptũ, niſi ſequatur euẽtus. aliàs ſic: vt ſupra.l. proxi. in fine. Item no. hic argumẽtum, quòd ſi de inſolito tenetur, ergo de ſolito non tenetur de caſu: vt infra de pigne. actio.l. vel vniuerſorum. Et ſic eſt argumẽtum ad quæſtionẽ pro eo qui dimiſit equum in paſcuis, vbi dominus dimittere conſueuit: arg. contra infra de reb. eo.l.j.§.j.

Negotia geſtor in ſex caſibus tenetur de caſu.

** quod.*

** cõpenſare*

d *Nouicios.* ſeruos ſcilicet qui non vno anno ſeruierunt: vt infra de publi.l.fin.§.quotiens. & concor. cum hoc infra de ædil. edic.l.fin.

e *Incundo.* quam dominus conſueuit: vt emendo vaſa vitrea.

f *Ex eare.* id eſt adminiſtratione.

g *Lucrum.* ſed cum iſta ſint domini ratihabitione: nonne quædam approbare, & quædam reprobare poterit? Reſpõ. non, vt .ĩ. de vſur.l. Gaius. Item no. ex hac litera cum precedenti, quòd in vna re damnum & lucrum contingere poteſt: puta vt inſulæ cuius pars periit, alia vero bene vendita eſt: quod cum ſit, non cõpenſatur lucrum vnius rei cum damno eiuſdem. nam in diuerſis tantũ ſit compenſatio: vt patet .ĩ. proxi. reſpon. Contra enim videbatur. ſ. quòd ſemper vbi eſſet lucrũ, & onus: vt. C. de cadu. tol. §. ne autem. &. §. p ſecundo. Vel poteſt dici quòd præcedẽtia loquuntur cum in eadem re lucrum tantũ, & in nullo damnum: vel tantũ damnum, in nullo lucrum contingit. hic autem quando vtrũque. & hoc eſt, quòd ſi in quibuſdam &c. ſit ergo compenſatio hoc caſu lucri & damni. Sed in ſocietate non ita. ibi enim lucro ſtudere neceſſe eſt ſecũdum Iren. nec enim ibi fit compenſatio: vt .ĩ. pro ſoc. de illo. &. l. & ideo quæ ſunt contra. Sed huic ſolu. eſt ar. cõtra .ĩ. e. ſi ex duobus. Dic ergo hic loqui, quòd ſi in quibuſdam &c. cum non culpa geſtoris damnum cõtingit: licet male fecit quòd ad nouũ negotium acceſſit. ibi autem culpa ſocij accidit. Azo. vel ſecundum R. hic in vno grauatur geſtor: quia præſtat caſum: & ſic in alio releuatur: vt .ĩ. de iniur. l. eum qui. Item quid ſi ſolita & inſolita fecit, & in ſolita dãnum, & in inſolita lucrũ fecit? Reſpon. non compenſatur: vt arg. .ĩ. pro ſoc. l. de illo. in fin. *ADDITIO.* Dic ſecundũ Bar. quòd ibi lucrum nõ cõpenſatur cum damno emergente ex culpa geſtorum: ſed compenſatur cum damno ex caſu emergente. & ita loquitur hic. & iſtud eſt verum ſecundum eundem Bar.

Lucrum & damnum in vna re contingere poſſunt.

Soluere ſibipſi quis poteſt.

SVccessori.] *CASVS.* Capti ab hoſtibus negotia geſſi, & deceſſit apud hoſtes. nũquid ſucceſſor habebit neg. geſt. actionẽ? Dicit quòd ſic. [*SED ET SI.*] Si vero filiifa. militis negotium geſſi, qui herede inſtituto deceſſit: an heres habeat nego. geſto. ac? dicitur quòd ſic. Tertio dicit quòd ſiue quis gerat negotiũ viuentis, ſiue non viuentis, vt eſt hereditas defuncti, ſemper ſufficit vtiliter cœptũ fuiſſe negotium. Vi.

h *Succeſſori eius.* ſcilicet defuncti. Azo.

† *Nota curatorem dari hereditati*

i *Fuerunt.* ſed nũc nõ ſunt: vt .ĩ. e. l. iij.§. hæc *iacenti.* cõverba. quæ eſt contra. *cor. & bene*

k *Erit.* vt .ĩ. eo. at *facit text.* qui.§. fina. &. l. ſeq. & hoc propter fictionẽ. l. Cor. quę fingit eũ mortuum liberum. *in c. ſi quis inſtituatur. ff. de bere. inſt. Itẽ da-*

l *Teſtamento.* aliter *tur curator* eũ nõ habet heredẽ: vt .ĩ. de caſt. pecu. l.ij. *bonis abſen-* tum: *vt infra* ſed tunc daretur patri. *quibus mo.*

m *Actio.* heredi filij, *l. ab hoſtibus. & cõ-* & in heredem. *cor. .ĩ. de cu-*

n *Geſtum.* vt ſupra eo. titu. l. ſed an vltro. *ratore. l. cuius bonis.* in fin.

o *Mortuorũ.* licet par ſit effectus in vtriuſq; negotij geſtione: diſpar tamẽ exitus in horum actuum ſuſpẽtione: vt .ĩ. commu. præ. l. fin. in fi. Et nota quòd hic & .ĩ. l. proxi. tractatur de negotiis mortuorum.

DEbitor.] *CASVS.* Debebas mihi. l. ex cauſa mutui. deceſſiſti Titio herede inſtituto. geſſi negotia hereditatis: quia forte fui dat' curator bonis, & impendi decem in hereditate. Item vendidi quaſdam res, & redegi quandam quantitatem pecuniæ ex illa vẽditione, puta cẽtum quæ in burſa poſui, & in arca repoſui pecuniam: poſtea ſurrepta eſt. ad quẽ pertineat, quæritur: an ad me, an ad heredẽ. Item an illa quæ defuncto mutuaueram, & illa decem quæ impẽdi, ab herede poſim petere? diſtinguitur. aut habui iuſtã cauſam cuſtodiendi pecuniã illam: aut non. Si non habui iuſtã cauſam, periculum ad me ptinebit. in culpa enim fui quòd non ſatisfeci mihi & aliis creditoribus: ſed tamẽ illa decem quæ mihi ex geſtione debebãtur, compenſabuntur, & non detrahẽtur decẽ quæ mihi ex illa geſtione debentur. vnde heredi debeo ſoluere: & poſtea repetam, ſcilicet à te quæ mihi à defuncto debebãtur ante geſtionem. ſi vero iuſtam habui cauſam, ad heredem pertinebit, non ad me. Viuianus.

p *Quinquaginta.* actione ſtricti iuris.

q *Curationem.* vt quia datus fui curator bonis.

r *Sine culpa mea.* adhibita in perditione: non dicas adhibita in depoſitione: quia hoc poſtea diſtinguitur.

ſ *Quandoque.* id eſt quandocunque.

t *Seponendorum.* id eſt deponendorum.

u *Mihi.* Not. ipſum ſibi ſoluere: vt infra de adminiſt. tut. quotiens.§. ſicut.

x *Sexaginta.* quæ debebant mihi adhibitis decẽ quæ impẽderã.

y *Retenturum.* ſcilicet me iure cõpẽſationis: quæ ipſo iure habebat locũ, cum ex officio vel iudicio bonæ fidei mihi debebantur, ſcilicet neg. geſt. ſed in aliis quinquaginta nõ, niſi oppoſita doli mali exceptione. vnde ſi nõ fuit hic oppoſita, remanet actio in quinquaginta: ſed hodie vbique fit ipſo iure compenſatio: vt inſtitu. de ac.§. in bonæ. Accurſius.

z *In publicum.* non ſoluto vectigali. Accurſius.

Debita

traiecticiæ pecuniæ augeretur, aut ex compromiſſo committeretur: non ſolùm decem quæ in hereditaria negotia impenderim, ſed etiam quinquaginta quæ mihi debita ſunt, [a] ab herede me conſequi poſſe.

Hæc alibi datur de peculio, & de in rẽ verſo.

XIIII. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

SI filiusfamilias negotia geſſiſſe proponatur, [b] æquiſimũ erit in patrẽ quoque actionem dari: ſiue peculium habet, ſiue in rem patris ſui vertit. [c] & ſi ancilla, ſimili modo.

Notabilis lex eſt, & breuiter hoc intendit: vbi ex parte domini mutatur conditio quantum ad actionem dandam cõtra eum quia ab initio contra eum non eſt nata, ſed rei vindicatione pro præſenti poſſeſſione. Itẽ videtur cõtra infra de admini. tuto. l. tutorem qui tutelam. nam ſecundum varietatẽ ſtatus ſit ibi condẽnatio in perſonam tutoris. Sed reſpon. hic loquitur cum contingit variatio circa ſtatũ eius cuius negotium geritur. ibi autem facta eſt circa eum qui gerit: & ita non eſt contra. Et eodem modo reſpon. ad id quod eſt infra de tut. & ra. diſtr. ſi filius. Item eodem modo poteſt reſponderi ei quod dicitur infra pro ſo. ſi id. §. ſi filius. [a] *quia ibi vterque erat gerens, licet vterque dominus. vel aliud in ſocietate quæ vtriuſq; conſenſu contrahitur. aliud in hac gestione quæ ignorãte domino quaſi contrahitur. vel ſi ſubtiliter inſpiciatur, non eſt contra. ſpectatur enim in ſocietate initiũ: qa ſicut ab initio filiusfamilias ex ſocietate obligatur in ſolidum, ita & factus ſui iuris. Et ſecundum hãc lectura videtur quædã emergere iniquitas. ſi enim ſerui negotia peculiaria gerere cœpero, & perſeuerauero eo facto libero: pro his quæ geſta ſunt & impenſa eo facto libero, neque dominum cõueniam: quia in rebus eius non impenderim: neque ſeruum, inſpecto initio, quo obligari ciuiliter non potuit: ſicque locupletabitur cum aliena iactura: quod eſſe non debet: vt infra de condictione indebi. nam hoc natura. H. quandoque reſpondit. eſſe imputandũ geſtori cur pſeuerauerit. Sed nõne poteſt eſſe quòd neſciuerit eũ manumiſſum? vtique. & ſic reprobari videtur prima poſitio. Vt autẽ omnis contrarietas ſoluatur, & iniquitas amoueatur, poteſt dici hãc ſolam eſſe differentiam inter primum & ſecundum caſum, quòd in primo quando acceſſit quaſi multa geſturus, actio eſt vna & ſola pro omni gestione: & vnus eſt quaſi contractus: & ea quæ dabitur in dominum, dabitur in ſeruum eius factum liberum: quæ actio eſt ambulatoria, ſicut & aliæ multæ: vt infra ſoluto matrimonio. l. ſi ſocer. j. reſpon. & de dam. infect. l. ſi quis miſſum. §. ſecũdo. & de vſufructu. l. ſed & ſi quis. §. ſi operas. Vel dic etiam ſecundum hanc lecturam durare actionem in dominum pro primo tempore. pro ſecundo in ſeruum factum liberum dabitur actio: & ſecundum varietatem ſtatus agitur. ſed in illo caſu, ſcilicet vltimo huius. l. duæ ſunt actiones. Dicas ergo in initio cuiuſcunque temporis: ſcilicet quo mutatur ſtatus eius cuius negotia geruntur, conditionem domini negotiorum ſpectandam. Vel ſi velis defendere primam lecturam, reſpondebis ſecundum Azo. dominum poſſe conueniri pro eo quod ſit etiam ſeruo manumiſſo: quia debet ei imputari quòd peculium non retinuerit: vt infra de tribut. quod in heredem. §. ſi ſeruo. & infra quando actio de peculio eſt annalis. l. prima. §. item heres. &. §. an ergo. &. §. Pegaſus. ſed hoc videtur falſum. & reprobant quidam primam poſitionem: quia ſi geſtor perſeuerauerit per annum poſt manumiſſionem, ergo poſt non aget. Sed hoc nõ valet: quia computatur annus ex quo cœpit agi poſſe: vel à fine adminiſtrationis: vt infra quando actio de peculio eſt an. l. prima. §. j. at antequam impendam, agere nõ poſſum: vel ante finem adminiſtrationis. Sed argu. contra inducitur infra de tutel. & ra. diſtrahẽ. l. ſi filiusfamilias. ij. ſed illa eſt pro me in fine. Patet ergo ex prædictis quòd ſecundum primum caſum ponitur in negotiis geſtis, id eſt in actione negotiorum geſtorum danda vel denegãda: quod eſt in ſerui perſona, vel in eius cõdemnatione: quod eſt in perſona impuberis vel filiifamilias, vt vniformiter fiat. ſecundum aliam dic, id eſt in actione nego. geſto. moderanda ſi quæratur ſit vna perſona, vel plures. Tertij dicunt inſpici initium duplex. vnum de geſtis in pupillari ætate: aliud in adulta ætate etiam in primo caſu. l. & pro ſecundo in ſolidum: & ſic in aliis. & ſecundum hoc dices in initio cuiuſcunque temporis, ſcilicet quo mutatur ſtatus eius cui' negotia geruntur, conditionem domini negotiorum ſpectandam. Sed etiam non eſſet differentia inter primũ caſum huius. l. & ſecundum.*

Tu dic ſi. cũdũ Bart. q ibi adnumſtratio ſicbatur ve lentate vtriuſque: vt ibi patet hoc alterius tantum.

XV. PAVLVS libro nono ad Edictum.

POmponius [d] libro vicenſimoſexto in negotiis geſtis initio cuiuſque temporis conditionem ſpectandam ait. quid enim (inquit) ſi pupilli negotia cœperim gerere, & inter moras pubes factus ſit? vel ſerui, aut filiifamilias, & interea liber aut paterfamilias effectus ſit? Hoc & ego verius eſſe didici:

Notabilis lex eſt, & breuiter hoc intendit: vbi ex parte domini mutatur conditio quantum ad actionem dandam cõtra eum quia ab initio contra eum non eſt nata, ſed rei vindicatione pro præſenti poſſeſſione. Itẽ videtur cõtra infra de admini. tuto. l. tutorem qui tutelam. nam ſecundum varietatẽ ſtatus ſit ibi condẽnatio in perſonam tutoris. Sed reſpon. hic loquitur cum contingit variatio circa ſtatũ eius cuius negotium geritur. ibi autem facta eſt circa eum qui gerit: & ita non eſt contra. Et eodem modo reſpon. ad id quod eſt infra de tut. & ra. diſtr. ſi filius. Item eodem modo poteſt reſponderi ei quod dicitur infra pro ſo. ſi id. §. ſi filius. [a] *quia ibi vterque erat gerens, licet vterque dominus. vel aliud in ſocietate quæ vtriuſq; conſenſu contrahitur. aliud in hac gestione quæ ignorãte domino quaſi contrahitur. vel ſi ſubtiliter inſpiciatur, non eſt contra. ſpectatur enim in ſocietate initiũ: qa ſicut ab initio filiusfamilias ex ſocietate obligatur in ſolidum, ita & factus ſui iuris. Et ſecundum hãc lectura videtur quædã emergere iniquitas. ſi enim ſerui negotia peculiaria gerere cœpero, & perſeuerauero eo facto libero: pro his quæ geſta ſunt & impenſa eo facto libero, neque dominum cõueniam: quia in rebus eius non impenderim: neque ſeruum, inſpecto initio, quo obligari ciuiliter non potuit: ſicque locupletabitur cum aliena iactura: quod eſſe non debet: vt infra de condictione indebi. nam hoc natura. H. quandoque reſpondit. eſſe imputandũ geſtori cur pſeuerauerit. Sed nõne poteſt eſſe quòd neſciuerit eũ manumiſſum? vtique. & ſic reprobari videtur prima poſitio. Vt autẽ omnis contrarietas ſoluatur, & iniquitas amoueatur, poteſt dici hãc ſolam eſſe differentiam inter primum & ſecundum caſum, quòd in primo quando acceſſit quaſi multa geſturus, actio eſt vna & ſola pro omni gestione: & vnus eſt quaſi contractus: & ea quæ dabitur in dominum, dabitur in ſeruum eius factum liberum: quæ actio eſt ambulatoria, ſicut & aliæ multæ: vt infra ſoluto matrimonio. l. ſi ſocer. j. reſpon. & de dam. infect. l. ſi quis miſſum. §. ſecũdo. & de vſufructu. l. ſed & ſi quis. §. ſi operas. Vel dic etiam ſecundum hanc lecturam durare actionem in dominum pro primo tempore. pro ſecundo in ſeruum factum liberum dabitur actio: & ſecundum varietatem ſtatus agitur. ſed in illo caſu, ſcilicet vltimo huius. l. duæ ſunt actiones. Dicas ergo in initio cuiuſcunque temporis: ſcilicet quo mutatur ſtatus eius cuius negotia geruntur, conditionem domini negotiorum ſpectandam. Vel ſi velis defendere primam lecturam, reſpondebis ſecundum Azo. dominum poſſe conueniri pro eo quod ſit etiam ſeruo manumiſſo: quia debet ei imputari quòd peculium non retinuerit: vt infra de tribut. quod in heredem. §. ſi ſeruo. & infra quando actio de peculio eſt annalis. l. prima. §. item heres. &. §. an ergo. &. §. Pegaſus. ſed hoc videtur falſum. & reprobant quidam primam poſitionem: quia ſi geſtor perſeuerauerit per annum poſt manumiſſionem, ergo poſt non aget. Sed hoc nõ valet: quia computatur annus ex quo cœpit agi poſſe: vel à fine adminiſtrationis: vt infra quando actio de peculio eſt an. l. prima. §. j. at antequam impendam, agere nõ poſſum: vel ante finem adminiſtrationis. Sed argu. contra inducitur infra de tutel. & ra. diſtrahẽ. l. ſi filiusfamilias. ij. ſed illa eſt pro me in fine. Patet ergo ex prædictis quòd ſecundum primum caſum ponitur in negotiis geſtis, id eſt in actione negotiorum geſtorum danda vel denegãda: quod eſt in ſerui perſona, vel in eius cõdemnatione: quod eſt in perſona impuberis vel filiifamilias, vt vniformiter fiat. ſecundum aliam dic, id eſt in actione nego. geſto. moderanda ſi quæratur ſit vna perſona, vel plures. Tertij dicunt inſpici initium duplex. vnum de geſtis in pupillari ætate: aliud in adulta ætate etiam in primo caſu. l. & pro ſecundo in ſolidum: & ſic in aliis. & ſecundum hoc dices in initio cuiuſcunque temporis, ſcilicet quo mutatur ſtatus eius cui' negotia geruntur, conditionem domini negotiorum ſpectandam. Sed etiam non eſſet differentia inter primũ caſum huius. l. & ſecundum.*

Tu dic ſi. cũdũ Bart. q ibi adnumſtratio ſicbatur ve lentate vtriuſque: vt ibi patet hoc alterius tantum.

a *Debita ſunt.* à defuncto. Itẽ de perditis non tenetur, cum ſine culpa perierunt: vt ſupra eadem. l. in principio. Accurſius.

Si filiusfamilias.]CASVS. Negotia alicui' filiusfamilias geſſit. pater de peculio tenebitur: & etiam filius tenebitur. Item ſi ancilla aliqua geſſit negotia, dominus tenebitur de peculio.

b *Proponatur.* ſcilicet econuerſo: vt. ſi. eo. ſi pupilli. §. ſed ſi ego.

c *Vertit.* Item ſi nec vertit, nec habet ſi peculio agi poteſt de peculio: nam tenet hæc actio, licet nil ſit in peculio: vt infra de pecu. quæſitum. in prin.

Pomponi'.]CASVS. Lex iſta de tribus pſonis tractat de quib' multæ leges in corpore iuris tractãt, ſcilicet de ſeruo, de filiofam. & de pupillo. Dic ergo, geſſi negotia alicuius pupilli, vel ſerui, vel filiifami. per vnum annum: & poſtea adoleuit pupillus: ſeru' factus eſt liber: filiusfamilias fact' eſt ſui iuris. ſi pſeuerẽ in adminiſtratione ſiue in geſtione, & poſtea geram vel perſeuerem iam conditione eorum mutata: qualiter & ꝓ quo tẽpore facienda ſit condẽnatio, quæritur. Dicit Põponius quòd id tempus eſt ſpectandum, quo incepi gerere. vnde ratione vltimi anni conuenietur ac ſi adhuc eſſet pupillus, id eſt cõuenietur adultus factus, cum locupletior adultus eſt, de eo quod geſtum eſt in adulta ætatẽ: & filiusfamilias factus eſt, ac ſi eſſet in poteſtate adhuc: & ita cõuenietur inquãtum facere poteſt, de eo quod geſſit eo tempore in quo factus eſt ſui iuris. ſeru' in nullo tenetur de eo quod geſtũ eſt in ſeruitute. Et eſt ratio: quia ſeruus de ante geſtis non tenetur, & ea quæ poſtea geſta ſunt, cum ſint cõnexa, eadẽ reputantur per legem iſtam. illud verum quãdo acceſſi vt omnia geſturus negotia gererem. Sed pone quòd acceſſi ad vnum negotium gerẽdum, ita: dum erat in pupillari ætate pupillus, in poteſtatẽ filiusfamilias, cum in poteſtate dominica ſeruus, tunc negotium geſſi. deinde finita pupillari ætate, deinde filio emancipato, vel ſeruo manumiſſo geſſi aliud. hic formare debet condemnationem pro parte cuiuſlibet geſtionis: quia filius tenetur ꝓ adminiſtratione facta tempore patriæ poteſtatis, inquãtum locupletior factus eſt: pro alia vero in ſolidũ tenebitur: & ſic de ſeruo vel pupillo ſecũdum qualitatem perſonarum. plura enim videtur hoc caſu negotia. Idẽ eſt in quolibet alio: quia ſi acceſſit vt vnum tantum negotium gereret, quo cõpleto gerat aliud: plures ſunt contractus. & hoc dicit cum. l. ſequenti.

d *Pomponius.* quidã ita ponũt caſum, in initio ſcilicet geſtionis eo animo inchoatæ, vt plura negotia conſummaret, conditionem domini neg. geſt. ſpectandam ait, vt vniformiter condemnetur ꝓ tota adminiſtratione cuiuſque temporis. i. totius. ſi ergo pupillus fuit adultus factus, vel filius factus paterfamilias, vel ſeru' liber factus, quorum negotia cœpi gerere eo tempore quo hic ſeru' vel filiusfamilias, vel hic pupilius erat, licet in adminiſtratione perſeuerem poſtquã conditio eorum eſt mutata, tamẽ non fiet condemnatio niſi eo modo quo fieret conditione eorũ non mutata. vnde euenit vt adult' de eo quod geſtũ eſt in adulta ætate, non teneatur niſi inquantum locupletior eſt. ſeruus de eo quod geſtum eſt in libertate, nullo modo teneat. filiusfamilias paterfamilias factus de eo nõ teneatur quod geſtum eſt eo tẽpore quo ipſe ſui iuris factus eſt, niſi inquãtum facere poteſt: & hoc niſi acceſſero quaſi vnum geſturus negotiũ, poſtea autẽ mutata cõditione acceſſero quaſi geſturus aliud. hic enim pro qualitate pſonarum & actio formatur, ſcilicet de peculio in dominũ pro priori negotio, vel inquantum locupletior eſt pupillus, vel inquantũ facere poteſt qui ſui iuris eſt factus. ſeruus vero nullo modo tenetur de eo quod geſtũ eſt antequã mutet cõditionẽ. & in hoc differt ab aliis. & condemnatio moderatur in pſona adulti & patrisfamilias facti pro priori negotio. pro ſecundo vero tenetur in ſolidũ. Sed ei quod de ſeruo diximus, videtur contra. infra depoſiti. l. prima. §. ſi apud. Reſpõ. ibi conuenitur ꝓ re depoſita ſeruus, non tamen actione ex eo contractu:

†No.quòd alienũ debitum quis non poteſt exigere ſine creditoris voluntate. vnde cõmiſſa perſona non poteſt exigere, quam bene agere: vt ꝓ Bal.hic,& in.l.ſin autem.ĩ.co. cõtr. quod not.in.l. cũ maritus. C. de ſol.

a *Sed iſtius.* reſpondet obiectioni.

b *Accepit.* Argu.pro quæſtione quòd tutor pecuniam quam accepit pro copulanda pupilla,non teneatur reſtituere.

c *Licentia.* id eſt propter licentiam.

d *Maximis.* id eſt centeſimis. & ex hoc patet quòd ſola oblatio facit ceſſare pœnã vt in eam quis non incidat, ſicut vſuram quæ nondum cœpit currere, cum hic vſuram appellet pœnam: vt.ĩ. de arb.Celſus.&.C.de vſur.l.ſi per te.Itẽ no.quòd punitur qui illicite vtitur permiſſis.ſic &.C.de Iudæ.l.Iudæi.

Oblatio ſola pœnã ceſſare facit.

Illicite ꝑmiſſu pœna punitur.

e *Facere vſuram.* & ſic non maximarum vſurarum. Accur.

Soluendo.] CASVS. Si creditori tuo pro te ſoluero, licet inuito & ignorante, tamen libero te.ſecus eſt ſi inuito te à debitore tuo exegero:quia nõ poſſũ.& eſt ratio,naturalis &c. Vi.

f *Liberat.* vnde reperit per actionem nego.geſto. quia ſuum eſt negotium ipſo geſtu. Accurſius.

Inuito liberationi beneficiũ confertur.

g *Eum.* Not.inuito beneficium confertur liberationis: vt hic, &.ĩ.de ſolu.l.ſolutionem.&.l.ſi ꝓ me.&.ĩ.de exer.l.j.§.pe.in fi. §.&.ĩ.de noua.l.ſi Stichum.in fi. & arg.ĩ.tit.j.l.j.in fine. Sed cõtra.ĩ.de regu.iur.l.inuito.Solu. ibi directo prohibetur: hic per obliquum cõceditur:ar.ĩ.de adqui.re.do.l.etiã.& de ver.oblig. ſeruus vetante.vel ibi in beneficio,id eſt in priuilegio loquitur quod affert gaudium capienti.cõſtat autem quòd inuitus nemo gaudet:vt in.x.col.tit.quid ſit feu.cap.j.Item cõtra.C.de iu.delibe.l.nec emere.&.ĩ.de bono.poſſ.l.iij.§.inuito.&.ĩ.de dona.l. hoc iure.§.nõ poteſt.So.ibi directo conferri non poteſt:hic per mediam perſonam confertur: vel tractatur ibi de aliquo dominio rei vel rerũ adquirendo, hic autem de liberatione adquirẽda:quod eſt facile:vt argu.ĩ.de act.& oblig.l.Arrianus.

h *Exigere.* id eſt ab inuito extorquere pecuniam. hoc enim innuit: verbum exigere:vt infra de leg.iij.fideicommiſſa.§.ſi rem. petere vero alius poteſt quandoque vt coniuncta perſona:vt ſupra de procurat. ſed & hæ.j.reſpon. quæ eſt contra. Sed primum, ſcilicet exigere, fallit ratione officiorum: vt.C.de admi.

diuis principibus. Sed iſtius[a] diuerſa cauſa eſt, qui non ſibi ſumpſit ex adminiſtratione nũmos, ſed ab amico accepit, [b] & ante negotiorum adminiſtrationem. Nam illi de quibus cõſtitutum eſt, cum gratuitam, certe integram & abſtinentem omni lucro præſtare fidem deberent: licentia[c] qua videntur abuti, maximis[d] vſuris vice cuiuſdam pœnæ ſubiiciuntur: hic bona ratione accepit ab alio mutuum: & vſuris, *quia non ſoluit, non quia ex negotiis quæ gerebat, ad ſe pecuniam tranſtulit, condemnandus eſt. Multum autem refert, incipiat nunc debitum, an ante nomen fuerit debitoris: quod ſatis eſt ex non vſurario facere vſurarium.[e]

Inuitum & ignorantem poſſumus liberare:non autem actionem ei auferre.

XXXIX. GAIVS libro tertio de verborum Obligationibus.

SOluendo quiſque pro alio licet inuito & ignorante, liberat[f] eum.[g] Quod autem alicui debetur, alius ſine voluntate † eius non poteſt iure exigere. [h] Naturalis enim ſimul & ciuilis ratio ſuaſit, alienam cõditionem meliorem quidem etiam ignorantis & inuiti nos facere poſſe: deteriorem non poſſe.[i]

Quod in re communi quis facit non ex neceſſitate communionis, venit in actione negotiorum geſtorum. Bartolus.

XL. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

SI communes ædes[k] tecum habeam, & pro tua parte damni infecti vicino cauero:dicendum eſt,quod præſtitero,[l] negotiorum geſtorum actione potius[m] quàm communi diuidundo iudicio poſſe me petere: quia[n] potui partem meã ita defendere,vt ſocij partem defendere[o] non cogerer.

Seruus non eſt in peculio ſuiipſius, ſed eſt res domini: & ideo quod impenditur circa eum, inſolidum non de peculio repetitur. Bartolus.

XLI. IDEM libro trigẽſimo ad Edictum.

QVi ſeruum meũ me ignorante vel abſente in noxali cauſa defenderit,[p] negotiorum geſtorum inſolidum mecum, non de peculio[q] aget.

Mandatum ſerui non impedit hanc actionem contra dominum: licet poſſit etiam ex perſona ſerui concurrere.h.d.

XLII. IDEM libro trigenſimo ſecundo ad Edictum.

i *Non poſſe.* ratio ciuilis ſuaſit nõ fieri deteriorem: vt.C.de ſolu.l. inuito. Naturalis item,de regu.iur.l.iure naturæ.

Si communes.] CASVS. Habebam tecum domum communẽ,quę minabatur ruinam.voluit ſibi vicin⁹ caueri de dam. infect. pro tua parte caui dãni infecti: & nomine cautionis decẽ impendit:quia datum fuit dãnum. quæritur an repetam quod impẽdi? Dicitur ꝙ act.nego. geſt. nõ communi diuidundo: quia ꝓ parte mea potui tantum cauiſſe: vnde cum pro tua parte ſponte caui, merito teneberis act.neg. geſto. non communi diuidundo. Viuianus.

k *Si communes ædes.* ruinoſas.

l *Præſtitero.* ex cautione.

m *Potius.* electiuè & non comparatiuè ponitur: vt patet per rationem quæ ſequitur:

n *Quia.* ratio quare neg.geſt.non communi diui.agatur.

o *Defendere.* ſcilicet cauendo.

Qui ſeruum.] CASVS. Seruus meus fecit alicui damnũ:vnde eius nomine conuenichar & noxaliter vt ſeruum meũ darem pro noxa, vel rẽſarcirem damnum. me abſente Titius eum defendit,& damnum reſarciit.qua act.cõueniet me? Diciſquòd act.neg.geſt.non de peculio. Viuianus.

p *Defenderit.* & emendarit damnum.

q *Non de peculio.* hoc autem intellige ſi vtilius fuit reſarcire maleficium,quàm noxę dare mancipium:vt.ĩ.de peti.here.l.vtiles. &.ĩ. de bo. auctо. iudi.poſ.prætor ait.§. his verbis. Sed cur de peculio non agitur.vt.ĩ.eo.ſi pupilli.§.ſed ſi ego? Reſpon. quia non eſt dicendum quòd eſt peculiare negotium quod eſt geſtũ: quia nemo eſt in peculio ſuiipſius: vt.ĩ.de pecu.depoſui.§. Stichus.& infra de pecu.leg.l.Stichus.in fi.

Nemo eſt in peculio ſuiipſius.

Si ſerui.] CASVS. Cum aberam, rogatu ſerui mei negotia mea geſiſti.ſi cõtemplatione mei feciſti:ego tibi, & tu mihi

erimus

erimus obligati act.nego.geſt.inſolidum. Si vero tibi dicerem, vel tu ad mandatum illius geſsiſti, habebis act.mandati aduerſus me de peculio, vel de in rem verſo. Viuianus.

a *Negotiorum geſtorum.* inſolidum, non de peculio: ſed cum verbum habile ad mãdatum interuenit, ſcilicet admonitio & rogatus, deberet dari mandati: vt infra man.l.j. & inſtit. de obliga. ex quaſi cõtract. in prin. quæ ſunt contra. Solu. ſecundum P.& R. refert an admonitio fiat à ſeruo, & tunc nõ faciet mãdatum: vt hic. an à libero, & tũc fiet vt in contrariis. Vel dic quòd hic fuit admonitio, & rogatus ex qua nulla naſcitur obligatio: quia non fuit facta admonitio animo obligãdi: ſed cõſilij dandi ſic: vt infra man.l.idémq;.§. ſi cui. verſic. ſi quis ea.&.C. eo. ſi negotium. & infra de dolo. ſeruꝰ tuus. Accurſius.

b *Si vero quaſi mandatum.* ſequens eius fidem.

c *Agere.* ſcilicet actione mandati, cum hac adiectiõe de peculio, vel de in rem verſo: vt infra de pecul.l.iij.§. cui congruit.

CVm pecuniã.] C A S V S. Creditori tuo te non mandante ſolui: mihi contra te act.nego. geſto. dabitur ad repetẽdũ quod ſolui: quia liberationem conſecutus es. & hoc verum niſi tua interfuerit pecuniã non ſolui: vel quia erat debita in diem, nec dies venit. vel quia potuiſti tibi conſulere per executionẽ vel cõpenſationem. Item pone quòd cum quidam pupilli patrem nõ haberent, ego ductus amicitia & paterna affectione tanquã pater eis tutores petij à iudice dari: & quoſdam datos tanquam ſuſpectos remoueri. ſi aliquid impẽdi, an repetere poſsim p act.nego. geſt? Dicitur quòd non. h.d.cum.l.ſequen.

d *Compoſit.* vt infra eo. quæ vtiliter.§.fi.&.l.fin.in fi.& ſupra eo. ſoluendo.

e *Niſi.* non excipit à proximo, ſed à ſuperiori dicto &c.

f *Interfuit.* tribus modis potuit intereſſe. Primo quia dies ſoluendi nondum venerat. vnde nõ aget nunc, ſed demum die veniente: vt infra man.ſi mandauero.j. reſpon. Secundo, vt quia debitor retentione poterat vti. nam in multis caſibus retentionem habemus, in quibus petitionem non habemus: vt infra de condict.inde.l ex quibus.&.l.ſi in area.in fi. Tertio, vt ſi econtra naturaliter ſibi creditor teneatur cui poterat cõpenſationẽ obiicere: vt infra de compen.l.etiam. & in his duobus caſibus nullo tempore aget geſtor, cum non vtiliter etiam inchoauerit: vt ſupra eod.l. ſed an vltro.§.j.& infra man.l.ſi mandauero. in prin. vel ſi alius erat donaturus: vt.C.eo.l.ij.

g *Iſ qui amicitia.* Aliàs eſt.l.ſi quis.

h *Nullam.* Not. nõ agit qui pro paterna gerit amicitia: vt hic,& C.eo.ſi paterno.& ſupra eo.l.ex duobus.§. fin. ſed contra ſupra eo.ſi pupilli.§. ſed ſi ego. Sol. hic non geſsit cõtemplatione amicitiæ, ſcilicet ſimpliciter: ſed amicitia paterna, id eſt ea affectione qua pater gerit filij negotia, ſcilicet pietate ſemper præſumpta. poteſt etiam pietatis motus diſtingui & miſericordiæ: vt.j. de religio.& ſumpt.fune.l.at ſi quis.§. ſed interdum.

QVæ vtiliter.] C A S V S. Vt ad honores ad quos gradatim peruenitur, promouereris, ſumptus feci. an per actio.

SI ſerui mei rogatu negotia mea ſuſceperis: ſi duntaxat admonitus à ſeruo meo id feceris, erit inter nos negotiorum geſtorum [a] actio. Si verò quaſi mãdatu ſerui: [b] etiam de peculio, & de in rem verſo agere [c] te poſſe reſponſum eſt.

Qui gerit negotium alterius, ipſe geſta habet hanc actionem. Bartolus.

XLIII. LABEO libro ſexto Poſteriorum Epitomatorum à Iauoleno.

CVm pecuniam eius nomine ſolueres qui tibi nihil mandauerat: negotiorum geſtorum actio tibi competit, [d] cum ea ſolutione debitor à creditore liberatus ſit: niſi [e] ſi quid debitoris interfuit [f] eam pecuniam non ſolui.

Factum in actione paterna, non venit in hac actione. Bartolus.

XLIIII. VLPIANVS libro ſexto Diſputationum.

IS qui amicitia [g] ductus paterna, pupillis tutorem petierit, vel ſuſpectos tutores poſtulauit: nullam [h] aduerſus eos habet actionem ſecundum diui Seueri conſtitutionem.

Expenſa in honoribus facta, hac actione repetuntur. Bartolus.

XLV. IDEM libro quarto Opinionum.

QVæ vtiliter in negotia alicuius erogantur, in quibus eſt etiam ſumptꝰ [i] honeſte ad honores [k] per gradus pertinentes [l] factus: actione negotiorum geſtorum peti poſſunt.

Factus liber non tenetur ex ante geſtis. Bartolus.

Qui pure [m] teſtaméto libertatem acceperunt, actus quem viuẽtibus dominis adminiſtrauerunt, rationem reddere non compelluntur.

In negotio quod eſt alterius ipſe geſtus, tenetur ille ad quem vere pertinet, licet cõtemplatione alterius geſtum ſit. Bart.

Titius pecuniam [†] creditoribus hereditariis ſoluit, exiſtimans ſororem ſuam defuncto heredem teſtamento extitiſſe. quamuis animo gerendi ſororis negotia id feciſſet, veritate tamen filiorum defuncti qui ſui heredes patri ſublato teſtamento erant, geſsiſſet: quia æquum eſt in damno eum nõ verſari, [n] actione negotiorum geſtorum id eum petere placuit.

Qui contemplatione procuratoris gerit negotium quod ſpectat ad dominum, ſolum vigore mandati contra dominum actionem non habet: ſecus ſi contemplatione domini geſſerit. Bartolus.

XLVI. AFRICANVS libro ſeptimo Quæſtionum.

MAndaſti filio meo vt tibi fundum emeret: quod cum cognouiſſem, ipſe eum tibi emi. puto referre qua mente nego.geſto.repetere poſsim? Dicitur quòd ſic. [QVI PVRE.] Seruus meus negotia mea me viuente adminiſtrauit: deceſsi: & libertatem ei pure in teſtamento reliqui. Dicitur hic quòd nõ tenetur reddere rationem adminiſtrationis quam geſsit me viuente, ſiue liber factus ſit, ſiue non. [TITIVS.] Titius fecit teſtamentum, & ſororé ſuam inſtituit heredem. ego credens eam heredẽ, ſolui creditoribꝰ hereditariis. poſtea teſtamento rupto per querelam inofficioſi, venerunt filij defuncti ad ſucceſsionem paternã ab inteſtato. an quod ſolui, repetere poſsim à filiis teſtatoris per act. nego.geſto. quæritur. Et dicitur quòd ſic, licet animo gerendi negotia ſororis geſsi ſiue ſolui: cum veritate inſpecta fuerint negotia filiorum defuncti. Viuianus.

† *Bal. hic dicit iſtum tex. eſſe ſingu. ad hoc quòd filius præteritꝰ à patre minꝰ legitima, ita dicitur ſuus heres patri, ac ſi nullum cõditũ eſſet teſtamẽtum. & iſte text. hoc probat optime. Bo. leg. a iſta gle. ſecundum Bal. inuĩcta tex. eſt arg. contra notios doctos res qui procurant ſe dẽ ordinaria inconſtituenti habere.*

i *Sumptus.* factus honeſtè.

k *Ad honores.* id eſt propter honores.

l *Pertinẽtes.* id eſt obueniẽtes per gradus ſiue gradatim: repetitur: vt hic dicit. honores enim per gradus deferũtur: veluti de minoribus ad maiores: [a] vt infra de mu. & honor. l.vt gradatim.&.l.honor municipalis.§. gerendorum. Alioquin caſum videtur appetere, qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradib' per abrupta quærit aſcenſum: vt in decre. diſt. xlviij.c. ſicut neophytus. Sed quomodo honeſte fiũt tales ſumptus? Reſpon. olim emebãtur honores ſecundum quoſdam: ſed hodie eſt contra: vt infra ad.l.Iul. ambi.l.j. Vel dic quòd palam etiam hodie poſſunt peti: vt infra de polli.l.j.§.j. Aliæ autem expenſæ ſecundum conſuetudinem fiunt, de quibus indubitabiliter hic poteſt intelligi: vt in authẽ. vt iu.li. fine quoquo ſuffra.§. hæc autẽ omnia. colla.ij.& authen. ſcriptum eſt exemplar. colla.ij. & de ſan.epiſco.§. ſi quis autem epiſcoporũ. verſi. pro conſuetudinibus. colla.ix. & infra de peti.here.l.fin.& infra pro ſoc.l. ſi ſocietatem vniuerſarum.§. fin. &.C.de proxi.ſa.ſcrin.l.vnicuique.lib.xij. Sed quid ſi ſimoniace dedi pro aliquo, & habet ratum: vel eius mandato dedi: an habeam actionem? Reſpon. nõ: vt infra man.l.ſi remunerandi.§. ſi paſſus. verſi. rei.&.l.ſi vero non re.§. ſi adoleſcens. Sed argu. contra infra de in rem verſo.l.iij.§. necnon.

Simoniace dans pro aliquo, non repetit.

m *Qui pure.* ſecus ſi ſub cõditione reddendarum rationum legetur libertas: vt infra de condi. & demon.l.ſi cui libertas.&.l. cum ſeruus. ſed videtur quòd ſi non apponatur hæc cõditio, tamen rationẽ reddere teneatur: vt.C.de peti.here.l.ſi.§.pe. quæ eſt contra. Sol. ibi ſpeciale eſt contra ſeruum: quia pro eo aliud eadem lege inducitur, ſcilicet vt ex falſo teſtamento ſit liber. Vel hic directam, ibi fideicommiſſariam accepit libertatem. Vel hæc per illam corrigitur. ſed prima verior eſt.

n *Non verſari.* alias nõ morari. & ſupple, cum melius alia actio competere non poſſet. alioquin mala eſt ratio: ſecundum eam pro omni damno competeret hæc actio: & ita concurreret cum actione.l.Aquil. quod eſt falſum. Azo. ſimilis lectura ſupra eo.l.fideiuſſor.in fi. Item no. hic quod indebitum ſolutum quo ad ſoluentem, ſed illi debitum cui ſoluitur, non repetitur ab eo cui eſt ſolutum: vt hic,& infra de condic.inde.l.repetitio.& ſupra eod. cum pecuniam. & infra de iudi.l. de qua re.§. fin. &

infra ad Vell.quanquam.in fi & infra de pig.act.ſolutum.§.ſolutam.verſi.vnde.Sed contra.ĩ.de condict.inde. ſi pœnæ cauſa. §.j.Sol.hic ſoluit nomine hereditario, ibi nomine proprio, & ideo repetit indebitum.licet enim hic contemplatione eius qui nõ erat heres,ſoluit:nomine tamen hereditario ſoluit.ſic & bo. fi.poſ. licet ſui cõtemplatiõe ſemper ſoluat, tamen quandoq; ſuo, quandoq; hereditario ſoluit nomine:vt.ĩ.de pe.here.quod ſi poſſeſſor.&.l.ſi quid poſſeſſor.ſed & ſi hic ſoluiſſet nomine ſororis, & heres ratũ haberet: nõ ipſo iure,ſed per exceptionẽ liberatur: vt.ĩ. de peti.here. q; ſi poſſeſſor.&.l.ſi quid poſſeſſor. & hoc ſecũdum Azo.ſed Bul.& Io. aliter legem iſtã intelligunt.nam dicũt eã habere locũ cuiuſcunq; nomine ſit ſolutum:vt plene dixi.ĩ.e.ſi pupilli.§. quid ergo inquit. vel dic, aut ſuo nomine:& tũc cõtraria. aut hereditario: vt.ĩ.l.fin. aut nomine tertij: & tunc eſt idẽ quod hic.

Mandaſti.] CASVS. Filio meo mandaſti vt fundũ vel rem aliquam tibi emeret. ego hæc ſciẽs emi. dicitur quòd refert an emerim cõtẽplatione tui: quia forte ſciui illum fundum tibi fore neceſſariũ:& erit locus act.neg.geſt.& tu teneberis mihi,& ego tibi inſolidũ. Si vero emi ne filius qui mandatũ ſuſcepit de emẽdo,mãdati teneretur ex perſona ſua,habeo act. mãdati cõtra te: & tu aduerſus me habebis de peculio. ſi vero alicui extraneo vt emeret mãdaſti,& cõtemplatione ſui emi,ne iudicio mãdati teneretur:habes aduerſus illũ extraneum neg.geſt.act. & ipſe aduerſus te mandati:& econtra hęc ſunt vera ſi filio meo mandaſti vt *p* te fideiuberet.nã diſtingue vt.ĩ.cuius cõtẽplatione geſsi.

a *Aut Titio.*cuidam extraneo.Accurſius.

b *Mandati.*per filium mihi quæſita.

c *Albanum.*mandati.

d *De peculio.*i.mandati de peculio. imò inſolidum debet teneri pater:vt & tunc quando tutelam filij quia erat tutor agnouit:vt j.de tute.l.ſi filius.quę eſt cõtra.Sol.pater de peculio ex filij perſona tenetur:vt hic.& nihilominus ex ſua tenetur inſolidum,vt fideiuſſor:quia ratũ videbitur habuiſſe:vt ibi,& infra quod iuſſu.l.j.§.ſi ratum.&.ĩ.ad munici.l.ij.vel ſpeciale eſt ibi fauore pupillorum:vt videatur agnoſcere tutelam datiuam. nõ autem ſic in teſtamentaria:vt.ĩ.de admi.tu.l.Lucius Titius.Vel hic proteſtatus eſt contra,id eſt,quod nollet habere ratum mandatum in præiudicium ſui.vel ſi nõ eſſet proteſtatus:ſi tamẽ ob hoc principaliter gerebat,vt ſibi obliget filium,non vt habeat ratum,tenetur de peculio tantum,vt hic.ſed ibi non filium obligari ſibi, ſed factũ filij ratum haberi volebat.Vel verius dic,hic geſsit pater,vt nec ipſe per filium,vel filius qui mãdatum ſuſceperat, teneretur.ibi econtra vt teneretur.Vel hic vt extrane' geſsit quod filius erat facturus,ad inſtar domini fideiubentis pro ſeruo: qui nõ tenetur ob hoc quod iuſſu:cũ aliud ſit iubere &c. vt.ĩ.quod iuſſu.l.j.§.ſed & ſi.ver.quid ergo. Sed ad quid pater de peculio cõuenitur? Reſpon. ſi interſit domini negotiorum potius emi à filio, quã à patre: quia cautius emiſſet.idem ſi dicatur filius cõmiſiſſe culpam, vel ego pater. nam ſi quid culpabiliter pro filio geſsi filio rã habẽte(quod poteſt, quia ſuum eſt negotiũ cura & ſollicitudine)& ſuo nomine geſsi:ipſe videtur culpam cõmiſiſſe quã ego cõmiſi: & ideo ex eius perſona de peculio teneor: vt hic dicit. ſi vero ratũ nõ habeat male geſtum à me, tunc nec ipſe tenetur ſi nõ fuit in culpa, ex eo quod non geſsit: nec ego. ſed ſi dolo feci ego pater,inſolidum teneor: vt.ĩ.cõmo.l.iij.§. ſi filio. ſecũdum Azo. bene geſtum autem à me ratum habere cõemerim.Nam ſi propter ea quæ tibi neceſſaria eſſe ſcirem, & te eius voluntatis eſſe, vt emptum habere velles: agemus inter nos negotiorum geſtorum, ſicut ageremus ſi aut nullum omnino mandatum interceſſiſſet, aut Titio[a] mandaſſes, & ego, quia per me commodius negotium poſsim conficere, emiſſem. Si verò propterea emerim,ne filius mandati iudicio teneatur: magis eſt vt ex perſona eius & ego tecum mãdati[b] agere poſsim, & tu mecum actionem[c] habeas de peculio: [d] quia & ſi Titius[e] id mandatum ſuſcepiſſet,& ne eo nomine teneretur, ego emiſsẽ: agerem cum Titio negotiorum geſtorum, & ille tecum & tu cum illo mandati. Idem eſt & ſi filio meo mandaueris vt pro te fideiuberet: & ego[f] pro te fideiuſſerim. Si proponatur te Titio mandaſſe vt pro te fideiuberet: méque,[g] quòd is aliqua de cauſa impediretur[h] quo minus fideiuberet,[i] liberãdæ fidei eius cauſa fideiuſsiſſe: negotiorum geſtorum mihi competit actio.[k]

Inter actionem propoſitam cum ſolennitate vel ſine, non eſt differentia. hoc dicit ſecundum vnam lectu. & nullum contrarium habet. Secundo legitur vt dicas, inter actionem directam & vtilem non eſt differentia in effectu.hoc dicit.

XLVII.PAVLVS libro primo Sententiarum.

ACtio[l] negotiorum geſtorũ illi datur,cuius intereſt hoc iudicio experiri. Nec refert,directa[m] quis an vtili[n] actione agat vel conueniatur: quia in extraordinariis iudiciis, vbi cõceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua[o] eſt,maxime[p] cum vtraque actio eiuſdem poteſtatis eſt,cũdémque habet effectum.

Qui habet actionem pro alio,ad eius petitionem debitorem cogitur liberare. Bart.

XLVIII.PAPINIANVS libro tertio Quæſtionum.

Ignorante.] CASVS. Soror mea contrarit matrimonium cum Titio:& dotem dedi:& ſtipulatus ſum dotẽ ſororis meæ mihi reddi.ſi ſoror mea velit vt ſibi actio cedatur vt maritus liberetur:poterit hoc conſequi per neg.geſt.actionem.Viuianus.

A pellitur filius:vt.ĩ.eo.l.Pomponius. cum eius ſit negotium cura & ſollicitudine:vt dixi.ſic.ĩ.eo.l.ſi pupilli.in prin.

e *Quia & ſi Titius.*ſcilicet extraneus.Azo.

f *Et ego pro te fideiuſſerim.*nam diſtinguitur:vt.ĩ.cuius contemplatione fideiuſsi:& ſic etiam intelligitur infra man.ſi vero non re.§. ſi filio. prædicta autẽ probat ad inſtar extranei:quia ſi proponatur &c.

g *Méque.* ſcilicet proponatur.

h *Impediretur.* ſcilicet culpa ſua: vel voluntaria cauſa. nam ſi caſu, non tenetur mandati: nec dicetur p me fideiuſſorẽ liberari.Azo.

i *Fideiuſsiſſe.*cum ſuſcepiſſet Titius mãdatum fideiubendi: aliàs non teneretur Titius. Azo.

k *Actio.*aduerſus Titium tantum, ſecundũ quoſdam. Alij dicunt quòd cõtra vtrunque: ſe malè dicunt omnes: quia hoc eſt recipiendum cum diſtinctione quam.ĩ.proxi.fecit, ſcilicet cuius contemplatione fideiuſsit.

Actio.] CASVS. Regulariter dat act.neg.geſto. ei cuius intereſt: non refert agat quis directa vel vtili.formulæ enim ſublatæ ſunt hodie. Item eundem effectum habet vtilis vt directa.q. d.inter ſolennẽ & nõ ſolennem nõ eſt differentia: quia eundem habent effectũ. Vel aliter dic hunc caſum: quia nõ eſt differẽtia inter directam & vtilem:quia tantũ per vnam quantũ per aliam cõſequitur:quia directa datur ſpõte gerẽti:& vtilis datur gerẽti ex neceſsitate.& ſic duobus modis ponitur caſus huius.l. Viuia.

l *Actio.* duobus modis pone caſum. Primo,quia inter directã id eſt ſolennem,& vtilem.i.quæ ſine ſolennitate datur, non eſt hodie differentia: vt ſupra de origine iur.l.ij.§. omnium.&.C. de formu.l.j.&.ij. nam omnes hodie extra ordinem iuris, id eſt extra antiquam ſolennitatẽ proponũtur: vt hic dicit.& inſti.de interdict.§.fi. Secundo dicas quòd non eſt differentia inter directam,id eſt eam quæ venit ex verbis legis & mente:& vtilem, id eſt eam quæ venit tantũ ex mente,& datur ex verbis & mente ſpontaneo geſtori: vt ſupra eod.l.j.& inſti. de oblig. quæ ex quaſi contra. in prin. ex mente tantum,vt illi qui ex neceſsitate gerit,vel ex neceſsitatis ſuſpicione:vt ſupra eo.l.iij.§.hac actione.&.C.eo.l.curatoris.Sed certe imò inter talem vtilem & directam refert: quia qui putat ſe tutorem vel curatorem,etiã de gerendis tenetur: vt infra de admini. tuto.l.tutores.§.curator. verſi.qui ſe.&.§.tutor.ſecus in geſtore:vt.C.eod.l.tutori.& ſupra eod.l.iij.§.interdum. Item heres curatoris non tenetur niſi de dolo & lata culpa defuncti,niſi lite conteſtata:vt.C.de here. tu.l.j.ſecus in herede geſtoris:vt.ĩ.eo.l iij.§.hoc autem. Reſpõderi poteſt quòd tantum conſequitur quis per vnam quantum per aliam quando competit: non tamen dico quòd totiens vna quotiens alia detur.Sed prima poſitio verior eſt.

Actio mandati geſtorum negotiorum & directa differunt.

m *Directa.*id eſt ſolenni.

n *Vtili.*id eſt non ſolenni.

o *Superuacua.*per tit.de formulis.C.ſecundũ primã poſitionẽ.

p *Maxime.* hæc dictio maxime, ſecundum vtrãque poſitionem abundat.ſic.C.de ma.teſt.l.fi.§.ij.aliàs enim innueret quòd aliquando vtraque non haberet eundem effectum, quod eſſet falſum. Vel dic quòd non abundat: vt dicas, ſuperuacua eſt maxime &c.id eſt illa maxima & potiſſima ratione,quia vtraq; actio &c.& ſic aduerbium maxime,conuertitur in nomen.

a *Ignorante.* non tantum sciente. Azo.
b *Stipulatus.* scilicet nomine sororis.
c *Vt virum liberaret.* quia remittere ei vult. idē si velit sibi cedi actionem: vt infra man. l. idémque. §. si cui. & idem si alio quocunque modo mutaret obligationem: vt infra de iure do. l. mulier. §. fin.

Item.] CASVS. Vēdidi tibi seruum meum, qui seruus secum portauit rē meā. rem illam alij vendidisti: postea res illa periit: agam aduersus te neg. gest. act. ad pretiū quod ex re mea percepisti. Sed pone, credebam me heredē in testamento: tu eras institutus: vnde legata in testamento relicta de meo soluit habeo contra te act. neg. ges. quia per solutionē es liberatus. & sic ponit duos casus secundū Io. Sed Azo dicit quòd hæc. l. ponebat tres casus. Primus est quādo res periit. Secundus est quādo res est vsucapta. Tertius quando alius soluit legata. Sed secūdum positionem Azo. qui dicit rem furtiuam vsucapi, ob. infra de vsuca. l. sequit. §. quod autem. sed secundum positionem Io. in ver. ait, vbi dicit quòd res furtiua non potest vsucapi: sed ipse dicit quòd nō erat furtiua, sed aliter apud ipsum emptorem erat vel fuit. Viuianus.

*quandoquidem.

† *De hac materia vide Arthi. 1. q. 1. ca. §.*

IGnorante [a] quoque sorore si frater negotium eius gerēs dotem à viro stipulatus [b] sit: iudicio negotiorum gestorum vt virum liberaret, [c] iure conuenitur.

Negotium non mee nomine gestū in subsidium re perempta vel præscripta possum habere ratum vt mihi hec actio concedatur. Bartolus.

XLIX. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

SI rem quam seruus vēditus subripuisset à mevenditore, emptor vendiderit, [d] eáque in rerū natura esse desierit: de pretio [e] negotiorum gestorū actio mihi [f] danda sit: vt dari deberet si negotiū quod tuum esse existimares, cum esset meum, [g] gessisses: sicut ex contrario [h] in me tibi daretur, si cum hereditatē quæ ad me pertinet, tuam putares, res tuas, pprias legatas soluisses: [i] quandoque [k] de ea solutione liberarer. [l]

DE CALVMNIATORIBVS. †

d *Vendiderit.* suo nomine, & putās eam esse peculiarem: & ideo suam, quia seruus fuerat vēditus sibi cum peculio. Azo. Et pone casum duobus modis. Primo vt sint tantummodo duo responsa in lege ista. Secundo quòd sint tria: vt statim dices exponendo literam.
e *De pretio.* rei à seruo surreptæ: & ab emptore venditæ.
f *Mihi.* ratum habenti in subsidium re perempta, non aliter secundum Bul. vt diximus. ff. eo. l. si pupilli. §. sed si ego. Est & alia ratio necessaria, quæ adest: quia iste emptor habet pretium eius rei venditæ ex causa lucratiua: vt infra si cer. pet. si eum seruum. & quod sequitur, vt dari &c. incipit secundum casum.
g *Cum esset meum.* credebas ergo tuum, quod erat meum ipso gestu: vt quia creditori meo solucbas: vt statim ponit exemplū: sicut econtrario &c. secundum Io. Aliter enim si esset meum negotium vel ratihabitione, vel ipsa re, vel cura & sollicitudine, & tu fecisti tuo nomine, nō datur actio: vt diximus secundum Bul. vt. ff. eo. l. si pupilli. §. quid ergo inquit Pedius. dabitur ergo hoc casu cōtraria: sed & dari potest directa propter non exactā cautionem à legatariis: vt infra ad. l. Fal. dolo. Sed tu dicas secundū Azo. quòd sunt tres casus. Primus si vendidisti rem meam, & ea desiuit esse in rerum natura, vsq; illuc, vt dari &c. Secūdus quādo est præscripta vel vsucapta: quod pro eodē est, ac si naturaliter desiisset, vsq; illuc, sicut econtrario &c. & C. de rebus alie. nō alie. l. j. & vtroque prędictorum casuum est meum negotium ratihabitione, & dabitur mihi domino actio. Tertius, quādo est meum ipso gestu, & datur contra me. Accursius.
h *Sicut ex econtrario.* exemplificatiue secundum Io. sed similitudinariè secundum Azo.
i *Soluisses.* scilicet nomine hereditario, secus si suo. & sic nō ob. infra communi diui. l. in hoc iudicium. & de hoc plene diximus supra eo. si pupilli. §. item quæritur. in distinctione quæ dicit de quatuor modis quibus est alienum negotium.
k *Quandoque.* pro quia. Accursius.
l *Liberarer.* cū tamen hoc statueris in animo secundum Ir. B. & Io. Tu dic per exceptionem, & statim cum hereditario nomine soluerit: vt dixi. & eodē modo intelligitur supra eo. l. quæ vtiliter. §. fi. Vel ibi nomine tertij, hic nomine veri debitoris.

DE CALVMNIATORIBVS.

ff. Vetus.

A *Dictum est supra de negotiis gestis nostris ab aliis bona fide: nunc quādo in iudicio ad nostrā lasionem & per calumniam, audi. Et nota quòd in duobus casibus tantum loquitur hic titulus, scilicet quando accepit pecuniam vt faceret quis negotium per calumniam: & quando vt non faceret: vt infra eo. l. 1. in princi.*

TITVLVS VI.

Primo ponit mentem edicti. secundo incipit exponere. Secūda ibi, hoc autem. Bartolus.

I. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

IN eum [m] qui vt calumnię causa negotium faceret vel nō faceret, [n] pecuniā accepisse dicetur, intra annum in quadruplum [o] eius pecuniæ quam accepisse dicetur, post annum [p] simpli in factum actio competit. [q]

B

Hic exponit verbum, negotium. & breuiter hoc dicit. Negotium intelligitur siue in causa ciuili, siue in criminali, siue priuata, siue publica. Bartolus.

Hoc autem iudicium nō solùm in pecuniariis causis, sed & ad publica crimina [r] pertinere Pomponius scribit: maxime cum & lege repetundarum teneatur, qui ob negotium [s] faciendum aut nō faciendum per calumniam, pecuniam accepit. Qui autem accepit pecuniā accepta transegerit, non erit locus huic edicto. nam hoc casu non tenetur dans nec accipiens: & valet transactio. & hoc intelligunt quidam quando aduersarius cum procuratore aduersarij transegit: puta quādo calumnioſe dominus incepit agere vel accusare: procurator vero eius bona fide ꝓsequitur. [PECVNIAM.] Qualiter quis videatur pecuniam accepisse, dicitur hic & in. ll. sequen. vsque ad. §. illud. [ILLVD.] Dedi Titio pecuniam vt Seio faceret negotium, id est vt Seium per calumniam accusaret. dicitur hic quòd ego non repetam: Seius autem qui accusari debebat, repetere poterit. Si vero Titio pecuniam dedisti vt me per calumniam accusaret, & ego aliam pecuniam dedero Titio prædicto vt me non accusaret: duas habeo actiones in factum in quadruplum: vnam ex donatione mea: aliam ex donatione tua. hoc dicit vsque ad. l. hæc actio. Viuianus.

C

m *In eum.* nisi sit parens, vel patronus, vel similis: vt infra de obsequiis. l. parēs. puto tamen eos hoc casu teneri actione in factū generali: quę datur in subsidium: quę in multis articulis admittitur: vt infra de præscrip. ver. quotiēs. & C. de fac. san. eccl. sanc. imus. ne lucrentur huiusmodi personæ iniquæ: vt. j. de dolo. l. nō debet. in fin. & l. sequen. & C. de dolo. si superstite. & C. de iur. do. l. j. sed an in hoc casu hæc subsidiaria datur in quadruplum? potest dici quòd sic: vt. j. de fur. l. si quis vxori. §. j. licet marito in vxorem pœnalis non detur: vt. C. rerum amo. l. ij.

D

n *Non faceret.* cum facere vellet. Sed an [a] qui dedit vt faceret, teneatur simili pœna? Respon. tenetur: vt argu. C. de episco. & cle. l. si quenquam. in fi. & C. de pœna iudi. authen. nouo iure. & infra ea. l. §. sed & constitutio.
o *In quadruplum.* an totum sit pœna vel non, dic vt infra eo. l. in heredem. §. fin.
p *Annum.* vtilem: vt infra eo. l. annus.
q *Competit.* ei qui dedit vt non fieret: & ei ob cuius malum vel bonū fuit datum, vt infra eo. l. & generaliter. §. illud. & l. si quis ab alio. Sed an hæc actio infamet? Quidam quòd sic: vt diximus supra de infa. l. j. Accursius.
r *Crimina.* si quis accipiat ob ea instituenda vel nō instituenda.
s *Ob negotium* criminale, vel forsan pecuniarium: vt infra ad. l. Iul. repetū. l. antepe. circa prin. ibi, iudiciúmve capitis, pecuniæve &c. sed B. cōtra. Et not. quòd hic tenetur quinq; modis. Primo hoc edicto. Secūdo. l. Iul. repe. vt hic: quæ imponit pœnam extraordi-

a *No. glo. secundum Bal. quòd pœna statuta contra aliquid accipientes per barataria videtur etiam habere locum cōtra diuites, concor. & facit. l. 1. de cupressis. li. 10. C.*

extraordi. vt.ĩ.ad.l.Iul.repetũ.l.lex Iulia.§.hodie. Tertio tenetur crimine falſi: quod pœnã deportationis vel vltimi ſupplicij cõtinet: vt infra ad.l.Corne.de fal.l.j.reſpon.&.§.fin. Quarto tenetur de crimine concuſſionis: vt.ĩ.de concuſ.l.ſi. & his quatuor modis tenetur qui pecuniam vel ſimile accepit: vt.ĩ.eod.& generaliter. ſed in alio differũt: quia lex Cor. & Iul.repet.nõ diſtinguunt, faciebas per calumniam vel nõ faciebas: ſed ſatis eſt quòd accepiſti. At hoc edicto & crimine cõcuſſionis ita demũ teneris ſi ita accepiſti vt negotium calumnioſè inſtituas vel non inſtituas. Quinto tenetur lege Rẽmia. ſed hæc ob aliã cauſam punit, ſcilicet quòd crimen inchoatum non proſequitur & punitur ad ſimilitudinẽ ſupplicij vel extraordinariè: vt.ĩ. ad Turpil.l.j.in princi.& C.de accu.l.ſi.in prin. Sed an vna via per aliam tollatur? Reſpon. hoc edictũ per alia nõ: vt.C. quãdo ci.ac.cri. præ.l.j.repetund. vero & de falſis inuicem tollũtur: vt infra de accuſenatus. lex Rẽmia per aliam nõ tollitur: quia ex alio facto datur: vt infra de accu. libellorum.§. ſed & ſi aliud. Itẽ hoc edictum pœnã venire facit ad burſam actoris: alia ad fiſci. Accurſius.

a *Tenetur.* facit.ĩ. de pac.l. iuriſgentium.§. ſed ſi fraudãdi. &.ĩ.de pecu.l.ſumma.§.pen.

b *Noſtri.* ſcilicet Antenini: quæ eſt.C. de pœna iudi.qui male iudi.l.j.

c *Aduerſario.* non principali, ſed eius procuratori vel aduocato, qui & aduerſarij dici poſſunt: & tenentur domino cauſæ hoc edicto cuius ſunt procuratores: quia pecuniam acceperũt vt eis facerent negotium per calumniam, id eſt vt paterentur ſe vinci. & hic qui dedit punitur: vt ſubiicit.

Aduocatus & procurator aduerſarii dicuntur.

d *Dare.* & per conſequens eis accipere Accurſius.

e *Litem perire.* niſi ille qui dedit, confeſſus fuit. tunc enim in euentum litis meretur veniam. in auth. vt liti. iu.§.ij.col.ix.& cõtinua ſequentia his: nam &c.q.d. ſine dubio lis perit vbi per calumniam facta eſt cõtentio litis, id eſt receſſum eſt à lite per corruptelam: vt.ĩ.proxi.§.nam & ſi nõ per calumniam ſit facta, adhuc dubiũ eſt.& hoc eſt, nam &c. & die caſum ſic: dominus lit. calũnioſe inſtituit: & poſtea procuratorẽ ordinauit, qui procurator tranſegit habens liberam adminiſtrationem: vt ſupra de procu.l.procurator cui generaliter. vel ſpeciale mandatum: vt ſupra de pac.l.reſcriptum.§.fi. aliàs enim nõ poſſet tranſigere. valet quidem hęc tranſactio potius inſpecta bona fide procuratoris quàm mala domini: vt infra de cõtrahen.emp.in huiuſmodi. & de ædil.edic.l.cum mancipium. & ſic aduerſarius exponetur vt ſupra, ſcilicet procurator aduerſarij. Sed quid ſi ipſe dominus litis tranſegerit? Dic quòd valet ſemper tranſactio niſi in caſu, quando ſcilicet actor calumnioſè agit. quo caſu nõ valet. & poteſt dici hoc edictum habere tunc locum: vt infra de cõdic. indebi.l.in ſumma.§. i. ſecus ſi nulla dicatur ideo quia de tali crimine nõ licet tranſigi: vt.C.de cõtrahen.& cõmit.ſtip.l.ſi quidem. in fi. tunc enim non cadit in hoc edictum. Et vt plene ſcias quando locum habeat hoc edictum vt pereat lis: diſtingue, an dedi procuratori, vel tutori, vel aduocato aduerſarij an ipſi aduerſario. primo caſu litem perdo: vt hic, & infra de iur.fiſc.l.in fiſci. &.l.eius qui.j.reſpõ. idem ſi dedi iudici vt pro me iudicet. niam ſiue ante iudicium ſiue poſt iudicium acceptum, tenetur.a

Qui corrumpit iudicem vel aduerſariũ, litem perdere debet. ſecus ſi bona fide tranſigit. Bartolus.

Sed & conſtitutio imperatoris noſtri b quæ ſcripta eſt ad Caſsium Sabinum, prohibuit iudici vel aduerſario c in publicis vel priuatis vel fiſcalibus cauſis pecuniã dare: d & ex hac cauſa litem perire e iuſsit. Nam tractari poteſt, ſi aduerſarius f non per calumniam tranſigendi animo accepit, an conſtitutio ceſſat: & puto ceſſare, ſicuti hoc quoque iudicium. neque enim tranſactionibus eſt interdictum: ſed ſordidis concuſſionibus.

Pecuniam accipere dicitur quocunque modo burſale cõmodum conſequatur. Bart.

Pecuniam autẽ accepiſſe dicemus, etiam ſi aliquid pro pecunia g acceptum.

II. PAVLVS libro decimo ad Edictum.

QVinetiam ſi quis obligatione liberatus h ſit, poteſt videri cepiſſe. Idémque ſi gratuita pecunia vtenda data i ſit: aut minoris locata vẽditáve res ſit. Nec refert, ipſe pecuniam acceperit, an alij dari iuſſerit, vel acceptum ſuo nomine ratum habuerit.

III. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

ET generaliter idem erit ſi quid omnino cõpẽdij ſenſit propter hoc, ſiue ab aduerſario, ſiue ab alio quocunque.

Punitur affectus, licet non ſequatur effectus: quando lex ſolum affectum ſine effectu conſiderat. Bartolus.

Si igitur † accepit vt negotium faceret: ſiue fecit, k ſiue nõ fecit: l & qui accepit ne faceret: & ſi fecit, tenetur. m Hoc edicto tenetur etiam is qui depectus n eſt. Depectus autẽ dicitur turpiter pactus.

Si turpitudo verſatur etiã ex parte dantis: ei non competit repetitio, ſed ſolum ei in cuius præiudicium datum eſt. Bartolus.

Illud erit notandum, quòd qui dedit pecuniam vt negotiũ quis pateretur, non habebit ipſe repetitionem. turpiter enim fecit. o ſed ei dabitur petitio* propter quem datum eſt vt calumnia ei fiat. Quare ſi quis & à te pecuniam accipit vt mihi negotium faceret: & à me, ne mihi faceret: duobus p iudiciis mihi tenebitur.

Duobus modis legitur in glo. primo quòd ſat hoc edictum.

A Idem dico & ſi ſimpliciter dedi vt pronuntiet. licet M contradixerit: vt infra de condic. ob tur. cau. l.ij.§. fin. Sed & actio de dolo ad damna & ad expenſas cõtra me datur domino ſi procurator non eſt ſoluendo: vt infra de dolo.l.& eleganter.§.pen. in duobus tamen caſibus litem non perdo. primus ſi ſponte fui cõfeſſus: vt.C. de pœna iudi. in authen. nouo. alius quando domini voluntate trãſegiſſem. in ſecũdo caſu quãdo ipſi aduerſario, ſemper valet tranſactio: vt per totũ titu. de tranſact. in. C.&. ff. niſi in caſu: vt infra de cõdic. inde. in ſumma. ĩ prin. & hoc ſi cauſa erat pecuniaria. ſi vero criminalis, & poterat tranſigi, vt quia ingerit pœnam ſanguinis, valet tranſactio quantũ

† *Ludo. Ro. in ſua ſing. ad accuſatum: vt infra fo. 2. ſing. de bo. eorum. l.j. ſed iam. 328. i. accuſator incidit in ſũ text. re. Turpil. & maxime ſi putat ſingu. innocens erat accuſatus, nec probatum eſt adhuc quod index qui crimen in eo. ſi vero recepit pecuniã vt ba. edicto: quia peccata ratarus, punocentiũ &c. vt infra de iniur. eum qui. in prin. incidit tamen in Turpil. vt.C. de adul. l.ſerui. Item non incidit in Turpil. ſi innocens erat, ſi tamen crimen fuit probatum: vt infra ad Turpil.l.j §. incidit. ſi vero tranſigi nõ poterat, vt quia crimen erat capitale: nec ingerit, ſcilicet ſanguinis pœnam: vt.C. de tranſact.l.tranſigere. accuſatus habetur pro confeſſo: vt infra de præuari.l.ſi. & ceſſ.*

ſi punitetur. Vera ba. rataria eſt quãdo aliquid datur iudici ne men fuit probatum: vt fiat iuſtitia. Bolog. repetitio.

f *Aduerſarius.* id eſt procurator aduerſarij.

g *Pro pecunia.* large enim dicitur pecunia: vt infra de verb. ſig. l.iiij.&.C. de conſti. pecu. l.ij. in fi. Accurſius.

Pecunia verbũ largè ſumitur.

h QVinetiam. *Liberatus ſit.* vt infra de regu. iur. l.ſi quis obligatione. & dic per acceptilationem: vt differat à ſequẽti. l.§. hoc edicto. Accurſius.

i *Vtẽda data.* nam interfurium remiſiſſe videtur. & ſic eſt argu. cõtra magiſtros. ad quod facit infra de leg.j. ſi ſeruus le.§. fi.

k ET generaliter. *Siue fecit.* ſcilicet calumnioſè.

D l *Siue non fecit.* Et ſic punitur propoſitum, licet non ſequatur effectus: vt ſupra de poſtu. l.j.§. item ſenatuſcõſulto. in glo. ſiue non. & ſupra quod quiſque iur. l.iij. in prin. ſed arg. contra ĩ. de his qui no. infa. l. qui autem.

m *Tenetur.* & ſic not. quòd qui accepit, ſemper tenetur ſiue per condict. ob tur. cau. ſiue ob cauſam, ſiue per hoc edictum: ſed non ſemper agit qui dedit: vt infra eo.§. fina. Accur.

n *Depectus.* Sed qualiter hic in quadruplum tenetur? R. reſpon. bene: vt infra eo. ſi quis ab alio. in fin. j. reſpõ. nam recepiſſe videtur: vt infra de his quæ in frau. cre. l.j. in fine.

o *Turpiter enim fecit.* & ita in pari cauſa potior eſt &c. vt infra l. in heredem.§. fin. Sed quid ſi dedero quid ſub hac diſiunctione vt ſibi non fieret, aut illi fieret negotium per calumniam: aut ſub hac coniunctione vt ſibi nõ fiat, & vt alij fiat? Reſpon. vt diximus in ſimili infra de condic. ob tur. cau. l. vbi autem.

p *Duobus iudiciis.* i. duabus actionibus in factum.

Hæc actio.] CASVS. Dedi tibi pecuniam ne me per calumniam accuſares. me defuncto heres meus non agit hac actione neq; ad quadruplum neque ad ſimplum ſecũdum quoſdam: ſed tamen poterit agere condictione ob turpem cauſam. vel poteſt intelligi vt heres non agat hac ac. ſcilicet in factum

ex hoc

ex hoc edicto ad quadruplum: ſed ad ſimplum agat tantũ. & ſic duobus modis ponitur hic caſus. Item datur contra heredem in ſimplum, ſcilicet in id quod ad eũ peruenit: vt in.l.ſeq. Vi.

a *Hæc actio.* Duobus modis poteſt legi hæc lex. Primo vt hæc actio in factum non detur: heredi etiam in ſimplum. & quod dicit repetere poteſt, ſcilicet per cõdictionem ob turpem cauſam. & qđ dicit quia &c. melior ratio videtur, quia ad vindictam tãtũ dari videtur: vt in actione iniuriarũ. ſimilis ratio eſt quòd ideo vna nõ detur: quia alia datur: vt infra vi bo. rapt. l.ij.§.vlt. in fin. Secundo dicas (quod eſt verius) quòd hæc regula quę eſt in principio, reſtringitur per ſubſequens: vt & aliàs infra de adqui. poſſi. is qui. & qđ dicit in fine, repetere poteſt: ſcilicet actione in factũ ex hoc edicto. Et ſecundũ hoc quęrit ſi turpitudo verſet ex parte dãtis? Reſpon. non datur danti nec eius heredi condictio ob turpem cauſam: vt infra proxi. §. fin. nec ex hoc edicto: vt ſupra.l.prox.§.fina. ſed an dabitur heredi eius ob cuius malũ datio facta fuit? Reſpon. cõdictio ob turpẽ cauſam non: quia vt condictio talis vel ſimilis detur, oportet aliquid geri ab eo cui datur: vt infra de condict. inde. ſi in area. in princip. quod hic non fuit. die ergo actionem in factum dari ex hoc edicto heredi etiã in quadruplum intra annum: nec dicas quòd ſit ad vindictam. cum enim ideo detur quod ad eum peruenit, non poteſt dici ad ſolam vindictam dari.

Hæc actio competit ad ſimplum quando cõperit condictio ob turpem cauſam. iſta lex. non eſt vera: vt infra.l.proxi.§.fi. ſecundũ aliam.h.d. Hæc actio non datur heredi niſi ad ſimplum. Bartolus.

1111. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale.

HAec actio [a] heredi [b] quidem non competit: quia ſufficere ei debet quòd eã pecuniam quam defunctus dedit, repetere poteſt: [c]

Hæc actio datur contra heredem quatenus ad eum peruenit. Bartolus.

V. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

IN heredem autem competit in id quod ad eum peruenit. Nam eſt conſtitutum, turpia lucra heredibus quoque extorqueri, licet crimina extinguantur: [d] † vt puta ob falſum, vel iudici ob gratioſam ſententiam datum, & heredi extorquebitur, [e] & ſi quid aliud ſcelere quæſitum.

† *Cicer. ser. in l. Gam. ff. ad ſena-tuſcon. Sola.*

Hæc actio quantum ad ſimplum cõcurrit cum condictione ob turpem cauſam: & vna per aliam tollitur. Bartolus.

Sed etiam præter hanc actionem [f] condictio [g] competit, ſi ſola turpitudo accipiẽtis [h] verſetur. nam ſi & dantis, [i] melior cauſa erit poſſidentis. Quare ſi fuerit condictũ, [k] vtrum tollatur [l] hæc actio: an verò in triplum danda ſit [m] an exemplo furis & in quadruplum actionem damus, & condictionem? Sed puto ſufficere alterutram actionem. Vbi autem condictio competit, [m] ibi nõ eſt neceſſe poſt annum [n] dare in factum actionem.

Annus in hac actione computatur à tempore ſcientia. Bartolus.

VI. GAIVS libro quarto ad ad Edictum Prouinciale.

ANnus autem in perſonam quidem eius qui dedit pecuniam ne ſecum ageretur, [o] ex eo tempore cedit ex quo dedit: ſi modò poteſtas ei fieret experiundi. In illius verò perſonã, cum quo vt agatur, alius pecuniam dedit: dubitari poteſt, vtrum ex die datæ pecunię numerari debeat: an potius ex quo cognouit [p] datã eſſe: quia qui neſcit, † is videtur experiũdi poteſtatem non habere. Et verius eſt ex eo annum numerari, ex quo cognouit.

Hæc actio competit danti non turpiter, & ei etiam ob cuius negotium datum eſt, licet ipſe non dederit. Bartolus.

† *Vide text. facit ad ſta tutũ de no-uationi vt infra cum certũ tempus. & ad ſtatutum de ſpacio vi male-ficia intra certum tempus denũ-tiet. de quo ff. Baldus.*

a *Tudic ſe-cundũ Bar.* *quòd tolla-tur in totũ: v.l.i.§. in tutela. de in. & ra. diſtra.*

b *Heredi.* dantis vt non fiat calumnia. Accurſius.

c *Poteſt.* ſcilicet actione in factum ex hoc edicto.

IN heredem.] CASVS. Iſta actio datur in heredem inquãtum ad eum peruenit: quia in perſona heredis crimen extinctum eſt. [SED ETIAM.] Volebas me per calumniam accuſare, dedi tibi pecuniã ne hoc faceres: vel alius dedit vt me accuſares. habeo act. in factum ex hoc edicto. Item condic. ob tur. cau. Si vero vna actione actum fuerit, an alia tollatur: dicitur quòd vna vel altera ſufficit agi: tamen hoc intelligas vt circa literam notatum eſt. Viuianus.

d *Extinguantur.* merte ſcilicet: vt. C. ſi reus vel ac. mor. fuerit. l. j. ij. & iij.

e *Extorquebitur.* vt hic, & infra quod metus cauſa. l. quod autem. & l. quod diximus §. fin. vnde Cato: Nemo diu gaudet ſub iniquo iudice vincens. Sed cui dabitur? Quidam ſiſco: vt infra de iure fiſ. Lucius. puto tamen magis alteri partiſ: ſubaudi, ſi nõ verſetur turpitudo ex parte dãtis. M. vt ſupra. l. & generaliter. §. illud & arg. contra. infra de litigi. l. fin.

f *Præter hanc actionem.* ſcilicet in factum ex hoc edicto.

g *Condictio.* ſcilicet ob tur. cauſam.

h *Accipientis.* vt ſi dedi ne mihi faceres negotium per calumniam: vt infra de condic. ob tur. cau. l. j.

i *Dantis.* veluti ſi fuerit datum iudici vt male iudicet, vel aduerſarij procuratori: vt ſupra eo. l. j. §. penul.

k *Condictum.* id eſt repetitũ per condictionẽ ob turpẽ cauſam.

l *Vtrum tollatur.* caute nota tres quæſtiones, an in totum quadruplum tollatur, vel ratione ſimpli, vel in nihilum hæc actio in factũ per condictionem ob turpem cauſam. ad quos confuſè reſponder dicens ſufficere alterutram. quod expone, id eſt alterã. & hoc ſcilicet quãtum ad rei perſecutionem: ſed in pœna durat

ff. Vetus.

A actio: vt arg. infra de fur. ſi pignore. §. cum furti. & ſic eſt reſpõſum ei quod innuit in ſecunda, & nõ in tertia quæſtione: nec ei quod innuit in prima. Azo. Alij dicunt vnam prorſus per aliam tolli. [a] licet enim vna ad rem, altera ad pœnam detur, tamen eſt vna ordinaria, altera extraordinaria: & ideo tolli videtur: vt infra nau. cau. ſta. l. iij. §. nouiſſime. & infra quod me. cau. l. metũ. iij. §. licet. & ſic reſpõ. ei quod innuit in prima: nõ ad id quod innuit in ſecunda & tertia. Sed prima verior eſt. Item nunquid totũ quadruplũ eſt pœna: an ineſt rei perſecutio, vt in actione quod me. cauſa? Quidam dicunt totum eſſe pœnã, vt in actione furti: vt infra eo. ſi quis ab alio. in fi. j. reſpon. &. §. item ſi filius. in fi. §. cui opinioni illud ſolũ obſtat, quia poſt annum datur in ſimplũ: t quod videtur eſſe rei perſecutio, & quadruplo inſit intra annũ: vt infra quod me. cau. ſi eũ. §. j. in princip. Sed dices tũc quòd illud ſimplum ſit pœna tempore minorata. Alij dicunt (quod eſt verius) quòd nõ eſt totũ quadruplũ pœna. & quod dicitur in. d. l. infra ſi quis ab alio. verum eſt quòd vnus in quadruplum agit: alter in ſimplũ. qui tamẽ priꝰ exegerit, claudit alij viam agendi ratione ſimpli: vt arg. C. de condict. fur. l. j. Secundam approbo. vel diſtingue an agat vna perſona: vt hic, an diuerſæ: vt infra ſi quis ab alio. arg. infra de condic. inde. l. Iulianus. in fi.

a *Tudic ſecundũ Bar.* *quòd tollatur in totũ: v.l.i.§. in tutela. de in. & ra. diſtra.*

m *Vbi autem condictio competit.* vt quande dedi ne mihi fieret negotium per calumniam. Accurſius.

n *Poſt annum.* ſed intra annũ forte datur in triplũ ſecũdũ Azo.

ANnus.] CASVS Dedi tibi decem ne mihi negotium facias per calumniã. vnde habeo act. in factum vſque ad annum, nunc quæritur ex quo tempore currat annus. Et dicit quòd à tempore dationis currit annus iſte. hoc eſt verum quando ego dedi ne mihi negotium facias per calumniam. Si autem aliquis dedit tibi pecuniam ne mihi negotium facias, currit annus à tẽpore ſcientiæ. Viuianus.

o *Agere.* ſcilicet calumnioſe: aliàs valeret tranſactio: vt dixi ſupra eo. l. j. §. ſed & conſtitutio.

p *Cognouit.* erit ergo hic annus à principio ſui vtilis, ad ſui progreſſum cõtinuus: ſicut & in biduo vel triduo dato olim ad appel. vt infra quando appel. ſit. l. j. §. dies. ſed in ædil. actio. cõtradico: quia lex dicit ſimpliciter vtile tempus eſſe: vt infra de ædil. edict. ſciendum. j. §. fin. &. l. cum ſex. vnde dico ſemper vtile, licet quidam contradicant.

SI quis.] CASVS. Titius dedit tibi pecuniam ne mihi negotium facias, id eſt ne me per calum. accuſes. ſi Titius fuit meꝰ procurator, vel meo mãdato facit: mihi dabitur repetitio. ſi nullum horum interuenit, Titius repetit quod dedit, & ego agam in quadruplum. [SI VT.] Dedi tibi. s. vt Titũ filium fam. accuſares. dicitur hic quòd patri Titij dãtur act. in factũ in te. Item dicit quòd ſi Titius filius fami. accipiat pecuniam vt alij negotium faciat: ipſe filius fam. tenetur. Item ſi dedit alicui hiſtoꝛ. ne mihi faciat negotium: ille qui dedit repetet quẽd dedit: & ego agam in quadruplum. [CVM PVBLICANVS.] Titius erat publicanus, quia tributa vel pedagia colligebat. quidã ruſticus ſoluit tributa, Titius accepta mancipia in cauſam pignoris detinebat. ſi Titius accipiat aliquid vt ruſtico reddat mancipia, tenetur iſte Titius hoc edicto.

p iiij *Facias.*

Datũ cauſa pietatis, quandoque repetitur

VII. PAVLVS libro decimo ad Edictum.

SI quis ab alio acceperit pecuniam,ne mihi negotiũ faciat:[a] ſi quidem mãdatu meo [b] datum eſt vel à procuratore meo omnium rerum, vel ab eo qui negotium meum gerere volebat,& ratum habui: ego dediſſe intellegor.Si autem non mandatu meo alius ei licet miſericordiæ cauſa dederit ne fiat,neque ratum habui:[c] tunc & ipſum repetere,[d] & me [e] in quadruplum [f] agere poſſe. Si vt filioſamilias negotium fieret, acceptũ eſt:& patri [g] actio danda eſt. Itẽ ſi filiusfamilias pecuniam acceperit vt faceret negotium, vel non faceret,[h] in ipſum iudicium dabitur.& ſi alius non meo mandatu [i] ei dederit ne fiat:[k] tunc etiam ipſum repetere,& me in quadruplum agere poſſe.[l] Cum publicanus [m] mancipia [n] retineret,dataque ei pecunia [o] eſſet, quæ non deberetur:& ipſe ex hac parte edicti [p] in factum actione tenetur.

Qui accipit pecuniã vt deſiſtat ab accuſatione calumnioſa,crimine non probato hac actione tenetur. Bartolus.

VIII. VLPIANVS libro quarto Opinionum.

SI ab eo qui innocens [q] fuit, ſub ſpecie criminis alicuius quod in eo probatum [r] non eſt, pecuniam acceptam is [ſ] cuius de ea re notio eſt, edoctus fuerit [t] id quod illicitè extortum eſt,ſecundum edicti [t] formam quod de his eſt qui pecuniam vt negotium facerent aut non facerent, accepiſſe dicerentur, reſtitui iubeat: & ei qui id commiſit, pro modo delicti pœnã irroget.[u]

Separatorũ ſeparata debet eſſe ratio. Bar.

IX. PAPINIANVS libro ſecundo de Adulteriis.

DE ſeruo [x] qui accuſatur, ſi poſtuletur, quæſtio habetur:quo abſoluto, in duplum [y] pretium accuſator domino dãnatur.[z] Sed & citra [a] pretij æſtimationem quæritur de calũnia eius.ſeparatum [b] eſt etenim calũniæ [c] crimẽ à damno quod in ſeruo propter quæſtionem domino datum eſt,

Digeſtorũ
ſeu Pandectarum liber quartus.
DE IN INTEGRVM reſtitutionibus.
TITVLVS I.

Iſta lex non indiget ſummario: poteſtamen dicere breuiter quòd laſis qualitercũque ſubueniatur,manifeſtè pertinet ad publicam vtilitatem. Bartolus.

I. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

VTilitas huius tituli [d] non eget cõmendatione. ipſe enim ſe oſtẽdit.[e] Nã ſub hoc titulo [f] plurifariam [g] prætor hominibus vel lapſis,[h] vel

[t] *Edicti.* poſiti ſupra eo.l.j.

[u] *Irroget.* extra ordinem,ſcilicet de crimine concuſſionis,vt infra de cõcuſ.l.fi.vel repetund.vel etiã ordinariã:vt dixi.ſ.e.l.j.§.j.

De ſeruo.]CAIVS. Accuſabam te de aliquo crimine, & petebam ſeruum torqueri:qui tort[o] fuit & deterioratus: poſtea fuit abſolutus.ages tu dominus ſerui cõtra me, quia teneor ac.ad duplũ nomine ſerui. Itẽ nihilo min[us] ꝓpter calumniã ero puniẽd[us].

[x] *De ſeruo.* ſcilicet eius qui &c. & ſic dicũt dominum accuſatũ. & ſecũdum hoc aliud in adulterio:quia tũc ſimplum tantũ præſtatur: vt.j.de adulte.ſi poſtulauerit.in princ.&.§.ſi reus. Tu dic nil ſubaudiri,& aut ſeru[s] accuſatur,aut extrane[us],aut dominus. Primo caſu emẽdatur in duplũ ab eo qui petiit torqueri calumnioſe: vt hic, & infra de adul.ſi poſtulauerit.§.fin. &.C. eo. dominis.ſecundo caſu fit æſtimatio, & media pars emendatur ab accuſatore,& alia ab accuſato: vt infra eo.tit. de adul.ſi poſtulauerit.in prin.tertio caſu, quãdo eſt accuſati vel patris,debet publicari poſt torturam tantùm: & domino in ſimplum emẽdari.& poteſt hoc dici in omni crimine verum:vt.d.l.ſi poſtulauerit. §. iubet. &.§. idem.&.§.ſi reus.&.C.de adul.l.iij.in fin. Accurſius.

[y] *In duplum.* ſcilicet deterioris.

[z] *Damnatur.* cõdictione ex lege:vt.j.de adul.quod ex his.& ſic facit p quandã ſimilitudinẽ ad hũc tit.vel dic actione in factum.

[a] *Sed & citra.* id eſt præter:vt.j.de pigne.act.l.j.in fi.

[b] *Separatum.* No.ſic.C.de dona.inter vi.& vxo.l.ſi maritus.j.

[c] *Calumnia.* quod eſt extra ordinarium,vel ordinarium ad ſimilitudinem ſupplicij.C.de accu.l.fi.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS.

Dictum eſt ſupra de nego.geſt.ab alio qualiter rata habere cogamur:nunc qualiter à nobiſipſis etiam geſta rata habere non cogamur: ſed reſcindere petimus. Accurſius.

d *Vtilitas huius tituli.* id eſt huius edicti: quod non habemus quo ad verba.

e *Oſtendit.* vnde ab alio oſtendi neceſſe non eſt: vt.C.quãdo & qui.quarta pars.l.ij. in medio.l.

f *Sub hoc titulo.*ſ gñali.vt enim gallina cõgregat pullos ſuos ſub alis:ſic hic ti.cõphẽdit ſequẽtes vſq; ad ti.de arb.Alij dicũt,ſub hoc.i.poſt hũc.fic.j.ſi cer. pe.l.j. &.j.de interd.l.ij.§.recuperãdę.nõ eſt vis:quia i idẽ recidit.Ac.

g *Pluriſariã.*i.plurib[us] modis.nã quãdoq; iure actio.vt.j.ti.j.& j.tit.ij.quandoq; iudicis officio:vt.j.de mino.l.ꝙ ſi minor.§.fi.

h *Lapſis.* ſui facilitate.

a *Faciat.* ſcilicet calumnioſe.

b *Meo.* ſcilicet ſpeciali:vt differat à ſequenti caſu.

c *Ratum habui.* neque potui:quia non eſt meo nomine geſtũ.

d *Repetere.* quod dedit,vel cõdicti.ob turpẽ cauſam:vel certi condic.vel act.in factum:vel etiam ex hoc edicto: arg.ſ.eo.& generaliter.in fi. Et ſic not.mirabile quòd repetitur datũ cauſa pietatis: vt hic,&. C. de nup.l.patrem. hoc aũt ideo,quia verſatur delictum accipientis.Vel dic miſericordia fuit quo ad me ꝓ cuius vtilitate dabat:non quo ad eum cui dabatur.

e *Et me.*ob cui[us] bonũ datio facta eſt.Ac.

f *In quadruplum.* ſcilicet intra annum:nam poſt annum nullo modo agã,cum totũ quadruplũ ſit pœna: licet quidam contra: vt dixi.ſ.eo.l. in heredẽ.§. fin. Vel dic vt ibi no. Sed hæc pœna an ſit hodie correcta pauth. C.de pœna iudi.auth. nouo iure.vbi alia pœna imponitur? Reſpõ. nõ:quia illa pœna præſtatur fiſco:hæc autem priuato: nec eſt cautũ illa lege vt hæc actio tollat: vt.j.de obligation. & act.l. quotiẽs. & C.de ſepul.vio.l.iij. & infra de incen. rui. nau. quo naufragiſi.§. ſi.ſecundum Ir. Poteſt etiã dici vt ibi loquatur cum ibi datum eſt iudici tantum:hic cum priuato tantum. quod nõ placet:quia hic titulus generaliter dicit, cuicumque detur:vnde prima verior eſt.Itẽ eſt contra.inſti. de act. §.omnes.Sed hic nulli datur vltra quadruplum actio.

g *Etiã patri.* quo ad exercitium. eſt tamen actio filij quo ad dominium etiam iure veteri:vt infra de act.& obli.l.in factum. Accurſius.

h *Vel non faceret.* calumnioſe ſemper intelligas. Accurſius.

i *Et ſi alius non mandatu meo.* aliàs nomine meo,aliàs non mãdato meo. Accurſius.

k *Ne fiat.* ſupple:& ego non habui ratum,aliàs ego ſolus agerem:vt ſupra in prin.huius.l.prout habes nomine meo. ſecundum aliam idem quo ad quadruplum:vt ſupra quia nec ratum habere potui.

l *Poſſe.* hic eſt arg.quòd totum quadruplum ſit pœna.

m *Cum publicanus.* Publicanus eſt qui publico fruitur:vt infra de pu.l.j.§.j.

n *Mancipia.* ſcilicet alicuius qui bene ſoluerat tributum.

o *Pecunia eſt.* ſcilicet ob mancipia reſtituenda. calũniari enim videtur iniquè retinendo,ſecundũ Ir.& videtur ſpeciale in publicano vt hoc edictũ tali caſu teneatur.nõ ita forte in ſimilib[us] ſed habet locum cõdic.ob tur.cau.vt.C.de cõdic.ob tur. cau.l. fi.&.ſ.de cõdic.ob tur.cau.l.fi.& hoc quando ſponte fuit data.ſi autem per vim,habet locum edictũ de publi.in duplum. & hoc nihilo minus:vt infra de pub.l.j.§.j. Alij dicunt hic ex hac parte edicti,ſcilicet de publi.ſed tunc non faceret ad titulum iſtum.

p *Edicti.* poſiti ſupra eo.l.j. Accurſius.

q *Si ab eo qui innocens.* ſed ſi nocens,non punitur pœna de qua dicitur in fin.huius.l.quia peccata nocentium &c.vt infra de iniur.l.eum qui.in princip. ſed in Turpil.incidit: vt infra ad Turpil.l.j.§.j. Accurſius.

r *Probatum.* nam & ſi probatum eſt,ſi innocens eſt, non punitur:vt.j.ad Turpil.l.j.§.incidit.& ſic duob[us] caſibus nõ punitur.

ſ *Is.* ſcilicet.

a *Circumſcriptis.* aduerſarij dolo. Accurſius.
b *Metu.* de quo habes. j. tit. j.
c *Calliditate.* de qua habes. j. titu. ij.
d *Ætate.* & de hoc eſt. j. de mino.
e *Abſentia.* de qua eſt. j. ex qui. cau. ma. Et nota quòd abſentia

Abſentia dat reſtitutionẽ in integrum.

† *Circũſcripto adoleſcentem lege Laeria puniebatur. Cic. 3. offic.*

mea vel aduerſarij dat mihi reſtitutionẽ, ſed dolus tantũ aduerſarij non meus dat mihi in integrũ reſtitutionem. Accurſius.

circunſcriptis [a] † ſubuenit: ſiue metu, [b] ſiue calliditate, [c] ſiue ætate, [d] ſiue abſentia [e] inciderunt in captionem,

11. PAVLVS libro primo Sententiarum.

SIue per ſtatus [f] mutationẽ, aut iuſtum errorem. [g]

Reſtitutio conceditur cognito quòd cauſa ex qua petitur, ſit iuſta & vera. Bart.

111. MODESTINVS libro octauo Pandectarum.

OMnes in integrum reſtitutiones cauſa cognita [h] à prætore [i] promittuntur: ſcilicet vt iuſtitiã earum cauſarum examinet, an verę ſint, [k] quarũ nomine ſingulis ſubuenit.

In his quæ contra ius commune conceduntur, de minimis non curatur. Item minimum dicitur ſecundum magnitudinem rei. Bartolus.

1111. CALLISTRATVS libro primo Edicti monitorij.

SCio illud à quibuſdam obſeruatũ, ne propter ſatis minimam rẽ, [l] vel ſummam, [m] ſi [n] maiori rei [o] vel ſummæ præiudicetur, audiatur is qui in integrum reſtitui poſtulat.

Non videtur rem perdidiſſe qui ad eam poteſt reſtitui.

V. PAVLVS libro ſeptimo ad Edictum.

NEmo videtur re excluſus, quem prætor in integrum ſe reſtituturum polliceatur. [p]

Beneficium reſtitutionis tranſit ad heredes & cæteros ſucceſſores vniuerſales. Bart.

VI. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum.

NOn ſolũ [q] minoris, verùm eorum quoque qui reipublicæ cauſa abſuerunt, itẽ omnium qui ipſi potuerunt reſtitui in integrũ, ſucceſſores in integrũ reſtitui poſſunt. & ita ſæpiſſime eſt conſtitutum. Siue igitur heres ſit, [r] ſiue is cui hereditas reſtituta eſt, [s] ſiue filiifamilias militis [t] ſucceſſor, in integrum reſtitui poterit. Proinde & ſi minor in ſeruitutem redigatur, [u] vel ancilla fiat, [x] dominis eorum dabitur non vltra tempus ſtatutum [y] in integrum reſtitutio. Sed & ſi forte hic minor [z] erat captus in hereditate quam adierit: Iulianus libro ſeptimodecimo * Digeſtorum ſcribit, abſtinendi facultatem dominum poſſe habere [a] non ſolùm ætatis beneficio, verùm & ſi ætas [b] non patrocinetur: quia non [c] apiſcendę hereditatis gratia legum

Adquirere non dicitur cui cito auferri poteſt.

lib. 13.

ingratitudinem libertum redigit in ſeruitutem.

h *Omnes. Cognita.* in qua exigitur præſentia vtriuſque partis: & alia quæ habes. j. de mino. in cauſæ. j. §. cauſa.
i *Aprætore.* hodie etiam à delegato: vt. C. vbi & apud quẽ. l. ſi.
k *Vera ſint.* ſed nunquid poteſt eſſe vera, & tamẽ nõ iuſta: vt ſi facto velit reſtitui: vt. j. de mino. l. verum. §. ſciendũ. verſi. itẽ nõ reſtituetur. & l. q ſi. §. non ſemper. & j. de iureiu. nã poſtea. §. ſi minor. quare dic ſecundũ Io. veræ, id eſt iuſtæ. ſic inſtit. qui manu. non poſ. §. ſemel. & j. de lega. j. ſi fideiuſſor. §. memin. ſſe.

Cic.] CASVS. Vendidi minori plures res, vt frumentum, vinum, & oleum: & in vna parte ſpeciei fuit deceptus. nõ propter hoc reſtituetur, cum aliis ſpeciebus per hoc præiudicetur: quia ſcilicet petere poſſum vt à toto contractu recedatur: cum vnam ſpeciem ſine alia non vendidiſſem.

l *Rem.* id eſt ſpeciem.

Mutari nõ debet aliquid ꝓpter paruã rem.

m *Summam.* id eſt quantitatem. Et ſic no. propter paruam rem non debere aliquid mutari: vt hic, & j. de contrahen. emp. l. res. & j. ti. j. l. v. & j. de dolo. ſi oleũ. in ſi. Argu. cõtra j. de dam. infec. ſi proprietarius. in ſi. j. reſpon. ADDITIO. Pro ſolu. huius contrarij dic ſecundum Bart. hic, quòd in his quæ conceduntur ſecundum ius commune, curatur de minimis: ſecus in his quæ contra ius commune ex ſpeciali priuilegio permittuntur: vt hic.
n *Si maiori.* vt ſi vendidi minori plura & certo pretio, & ipſe in minima quantitate pretij vel minima ſpecie dicit ſe deceptũ, & in ea parte reſtitui petit. ego enim econtra poſſum petere vt à toto contractu recedatur, cum minori pretio totaliter nõ dediſſem, vel vnam rem ſine alia non vendidiſſem: vt arg. j. de in diem addic. quòd ſi vno. & de ædil. edic. cum eiuſdẽ. & j. de minori. tutor. §. j. & C. ſi aduer. tranſac. l. j. & ij. ne ergo maiori rei fiat præiudicium, non poteſt reſtitui. ſecus autem dicam ſi ſeparari eſſent contractus: vt. j. de mino. l. etiam. j. §. j.
o *Maiori rei.* ſubaudi maximæ.

NEmo.] CASVS Minor læſus eſt in contractu quem fecit, quia vendidit rem aliquam forte, & tradidit eam emptori. quia poteſt reſtitui: non videtur eam vendidiſſe & tradidiſſe.

A p *Pollicetur.* dando ſibi actionem, vel quod tantũ valeat: vt. j. de regulis iur. l. qui actionẽ. & infra ti. j. metũ. iij. §. volenti. ecõtra nõ dicit ille adquirere cui cito auferri poteſt: vt. j. de adqui. poſ. l. non videtur. Et no. quòd ratione huius ficti dominij dicitur quis cõtra tale fictum dominiũ præſcribere: vt. C. quod me. cau. l. ſi vi vel metu.

NOn ſolum.] CASVS. Hæc. l. ponit regulã quę talis eſt, quòd omnes qui ſunt in tali cauſa vbi reſtitui poſſunt, poſſunt & eorũ heredes. vnde ſi minor alicui ſucceſſit ex teſtamẽto, vel ab inteſtato: & ſit in ea cauſa vt reſtitui debeat, & decedat qui ei ſucceſſit, erit reſtituendus. Idem eſt ſi ei ſit hereditas reſtituta p Trebel. idem ſi fuerit filiifamil. vel militis ſucceſſor. nam & in iſtis caſibus reſtituitur heres. Idẽ in aliis caſibus quos enumerat in litera in ſi. vbi dicit quòd quãdo reſtituitur dominus vel pater ex generali clauſula, vel ex ſua perſona: & non ex filij vel ſerui cui ſucceſſit: quia ſi habui libertũ minorẽ qui fuit læſus in aliquo cõtractu: ſi poſtea redigã eũ in ſeruitutem, ego potero reſtitui: & ſi iſte libertus minor vel ſeruus adiuit hereditatẽ, ego dominus potero reſtitui vt illã hereditatẽ dimittã ego nõ ſolũ ꝓpter ætatẽ, ſed beneficio legis q̃ propter

q *Non ſolum.* regulã ponit quam probat per quinque exempla lex iſta: & ꝓbatur etiam hæc regula. j. de mino. l. minor. §. fin. & l. ſeq. & l. ij. §. pen. & C. de tẽpo. in integ. reſti. l. ij. & iij. & iiij. & l. ea quæ. §. ſi quando. & ꝓpter hoc dicit hæc litera, & ita eſt ſæpiſ. & c. In caſu tamen fallit hęc regula, quando defunctus qui poterat reſtitui, deceſſit vltimo momẽto quo ius ſuũ expirauit. & hoc eſt quod Io. dixit, oppono de punctto. Item & vbi nõ poterat defunctus reſtitui ratione perſonæ: vt contra patrem vel patronum: nec heres poterit: vt. C. qui & aduer. quos. l. fin.
r *Heres ſit.* ex teſtamento, vel ab inteſtato.
ſ *Reſtituta eſt.* qui eſt loco heredis. reſtituam dico per Trebel. vt inſti. de fideicom. her. §. reſtituta.
t *Siue filiifami. militis.* facto teſtamento: aliàs ſucceſſorem non habet: vt infra de caſtrẽ. pec. l. ij. putarem tamen & tunc patrem poſſe reſtitui: vt arg. j. proxi. reſpon. & j. de mino. l. iij. §. Põponius. nam in caſtrẽſi etiam ſine patris voluntate poterat contrahere, & decipi: vt infra ad Macedo. l. ij. ſecus ſi voluntate patris vel domini contrahat ſeruus vel filius accipiendo mutuum, & decipiatur: vt infra de mino. l. iij. §. fi. & l. ſeq.
u *Redigatur.* ex cauſa ingratitudinis: qui tamen erat in libertate quando fuit deceptus.
x *Fiat.* de nouo: quia vendat ſe ad pretium participandum: vt infra de mino. ſi ex cauſa. §. Papi. Accurſius.
y *Tempus ſtatutum.* olim vtilis annus: vt infra de mino. l. minor xxv. an. §. fi. hodie quadriennium: vt C. de tempo. in integrum reſt. l. ſuperuacuam. & C. de repudi. here. l. fi.
z *Hic minor.* in ſeruitutem redactus. Accurſius.
a *Habere.* ex generali clauſula, ſi qua alia iuſta mihi &c. vt. j. ex quibus cauſis ma. l. j. in fi. ſed hæc & alia fuit iuſta cauſa.
b *Si ætas.* ſua, vel redacti: vt infra de ſeparatio. l. penul. §. fin.
c *Quia non.* tacitæ obiectioni reſpondet: quaſi videretur agno uiſſe hereditatem reuocando in ſeruitutem, nunc reſpondet nõ eſſe verum: quia &c.

Beneficio.

a *Beneficio.* id est reuocatur in seruitutem per ingratitudinem.
b *Vindictæ.* scilicet principaliter.

DIVVS IVSTINIANVS. Quidam citatus erat coram iudice nō cōparuit. iudex eum condemnauit. sedente tamen adhuc iudice pro tribunali venit, & dicit se paratum respondere. an sit audiendus, quæritur. Et respon. quòd sic. fingit enim. l. quòd ideo in iudicio nō comparuit, quia præconē non audiuit: & si audisset, venisset. & plures sunt causæ in quibus potest quis restitui quàm supradictæ. l.j. &.ij. & qa aliquo casu danda erit actio de dolo: vnde æquū est vt restitui possit potius quàm ad act. de dolo descendatur.

c *Rem.* id est causam. damnauerat enim eum prætor vt contumacē.
d *Etsi.* i. quamuis.
e *Ex solēnibus.* id est ex sententia solenniter lata. Et no. regulam vt hic, & infra de regu. iur. l. & si nihil. &. C. de sum. Tri. l. iij. in princ. nisi vbi æquitas &c. vt subiicit hic, & infra de instit. habebat. in fi. j. respon. & infra quando act. de pe. est an. in. l. quæsitum. & infra quæsen. sine appel. l. j. j. respon. &. §. j.
f *Respondit.* id est non venit. sic infra de mino. Papinianus. ibi, nec dixit. secundum vltimum sensum.
g *More.* id est solēniter, in scriptis scilicet, vt. C. de senten. ex breuicu. re. l. fi.
h *Confestim.* si autem non ita cito rediret, ita demum restituatur si probet dolum aduersarij: vt infra de iudi. fi prætor. nisi necessaria & probabili causa fuit absens: vt dices infra. l. fi. &. d. l. si prætor. in fi.
i *Existimari.* id est præsumi, & sic est præsumptio contra præsumptionē primā qua præsumitur contumax propter editorum citationem: vt. j. de re iudi. l. contumacia. §. contumax. secunda ideo, quia cito venit. quid ergo si cōstet quòd bene audiuit vocē præconis, & dixit forte ꝙ ad iudicium non venirem? Respon. nō est locus præsumptioni: quia in incertis &c. vt. j. de verb. obl. cominus. §. cum ita. in fi. §. in glo. nullus. secundum Azo. sic ergo in ficto contumace hic dicit. [a] Quidam tamen (vt Io.) adhuc eum admittunt per. l. istā, quasi non recipiatur probatio in contrarium ex quo cito venit. quod facit, quia videtur tempore cōgruo venisse: cum ea quæ incontinēti &c. vt infra si cer. pe. l. lecta. §. dicebam. in gl. j. nec prima stare potest: quia communi iure appellatur fictè contumax, scilicet qui nō fuit inuētus: siue fuit, & nihil dixit: vt infra de iudi. & post. §. fi. sed ad quid restituetur? Respon. ad totam causam: quod plus est.
k *Parum.* id est non.
l *Nec.* in genere loquitur vsque ad finem: non tamen in casu præmisso.
m *Intra has.* respondet tacitæ obiectioni, quasi non videantur plures species restitutionis nisi quæ continentur. ff. eo. l. j. &. ij.
n *Oportebit.* quandoque: non semper vel in omni causa, vel cōtra Fu, vel qualibet re. Accursius.
o *Soleat.* scilicet per fraudem.
p *Restituere.* Sed ad quid fiet restitutio? Ioā. dicit ad appellandum. & in vero cōtumace intelligit hanc legem. Sed Azo ad totam causam. Et intelligit hoc etiam in ficto. nam appellare etiam iure communi potest, cum lex ista fingat eum non contumacem. Contra Ioā. est quia sit iniquum ad appellandum tantùm restitui si cōtingat quòd forte dolo aduersarij abfuit. nam potest hoc euenire: vt hic dicit. Contra Azo. est, quia ille de quo magis videtur, vt absens probabili & necessaria causa, nō tamen restituitur nisi ad appellādum: vt. j. l. fin. sed ibi fuit defensus. Quare tu distinguas an dolo aduersarij abfuit, & tūc ad totam causam. an nō, & tunc ad appellandum tantum vere contumax, sed ficte ad totam causam. Sed nūquid hoc casu cum dico eum restitui ad appellandū, erit petenda restitutio, & danda intra decem dies, vt intra eosdem possit appellare? videtur quòd sic: vt. j. rem ra. ha. l. bonorum. dic tamen contra. nam statim intra. x. dies debet petere: & licet vsque ad quadriennii fere duret antequā sibi detur, non nocet. vltra enim durare non potest: vt. C. de tempo. in integ. rest. l. fin. & ea data poterit appellari: quia in petēdo nō fuit negligēs: vt. j. de mino. l. intra. &. C. de tēpo. in integ. rest. l. petēdæ.
q *Famosam.* de dolo.
r *Ad quā.* scilicet de dolo. nā alię famosę bene cōpetunt cū aliis. Ac.
s *Remedio.* scilicet alio: vt. j. de dolo. l. j. in fin. &. l. ij. in prin.
t *Inter minores. Defensi sunt.* aliàs nullū esset iudicium: vt. C. si aduer. rem iudi. l. cum & minores. &. j. de re iudi. l. acta. §. fi.
u *Contra rempu.* & sic multo magis inter priuatos: vt. j. de pet. here. item veniūt. § ait senatus. versi. in priuatorū.
x *Cognita.* nam cōtra sententiam latam pro libertate nō restituitur. C. si aduer. li. l. fi. Item cōtra patrem [b] vel patronum: vt. C. qui & aduer. quos. l. fi. & nihilominus tutores vel curatores possunt conueniri: vt. C. si tu. vel cu. inter. l. etiam. ij. Accursius.
y *Defensi.* indefensi autem in integrum restituuntur ad totam causam: vt. C. ex qui. cau. ma. l. j. &. C. de procu. l. quia absente.
z *Appellare.* si incipiant causam restitutionis intra decem dies ex quo cognouerunt cōputandos: vt. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. & finiatur intra quadriēniū: vt no. ff. l. proxi. Et quia diuersis modis subuenitur ratione diuersarum absentiarū: ideo dic. v. esse genera absentię. prima probabilis & necessaria: vt militiæ. secunda probabilis tantum, vt studiorum. tertia necessaria tantū: vt in relegato. quarta voluntaria sine contumacia: vt mercator, vel alius non contumax, quinta vt per contumaciam. In prima ergo si fuit legitimè defensus, restituitur ad appellandū: vt hic. si nō legitime defensus, vel nullo modo defensus, restituitur ad eremodiciū, id est ad totam causam: vt. C. de procu. l. quia absente. &. j. de iudi. si prætor. in fin. &. j. ex quibus cau. ma. l. ab hostibus. j. respon. &. C. quibus ex causis ma. l. j. &. C. quomodo & quando iud. l. pe. Sed contra. j. de re iudi. contra pupillū. Sol. vt ibi. In secunda, scilicet vbi probabilli tantum, legitime defensus ad nihilum: vt. j. qui ex cau. ma. l. necnon. &. j. quādo app. sit. l. j. § fi. non legitime defensus, vel nullo modo defensus, ad appellandum auditur suo iure, non per restitutionem: vt. C. quomodo & quando iud. l. ab eo. vbi nullum potuit relinquere procuratorem: vel reliquit, & est defunctus, & tunc in totū restituitur, vt colligitur in dicta. l. necnon. In tertia vero, vbi scilicet necessaria tantum, causa etiam cognita subuenitur: vt si procuratorem nō potuit relinquere, vel reliquit, sed mortuus est: vt. j. quibus ex causis ma. sed & si per. §. j. in fin. l. &. j. de mino. Papinianus. & sic videtur idem in his duobus. Vel dic quòd differunt: vt no. in. l. necnon. & in. l. sed & si per prætorem. §. aduersus. qui est. j. §. In quarta, vbi nō contumaciter, sed voluntarie abest, nec dicitur

beneficio [a] vsi sunt, sed vindictæ [b] gratia.

Hæc lex est singularis, in cuius lec. nostri glossato. variant. ideo primo ponam casus secundum Io. postea ponam secundum Azo. secundum Io. hoc dicit. Verum contumax venicns iudici sedenti pro tribunali restituitur ad appellandum. Idem si absuerit dolo aduersarii: vel absque sui culpa. hoc dicit secundum Io. qua quidem lectu. non videtur mihi vera. Transeamus igitur ad lec. Azo. quam puto veram secundum quam breuiter hoc intendit: Contumax fictus veniens iudici sedenti pro tribunali restituitur ad totam causam. idem si dolo aduersarii, vel absque sui culpa abfuerit. Bart.

VII. MARCELLVS libro tertio Digestorum.

DIuus Antoninus Marcio Auito prætori de succurrendo ei qui absens rem [c] amiserat, in hanc sententiam rescripsit: Etsi [d] nihil facilè mutandum est ex solennibus [e]: tamen vbi æquitas euidens poscit, subueniendum est. Itaque si citatus non respondit [f], & ob hoc more [g] pronuntiatum est, confestim [h] autem pro tribunali te sedente adiit: existimari [i] potest, non sua culpa, sed parum [k] exaudita voce præconis defuisse: ideoque restitui potest. Nec [l] intra has [m] solùm species consistet huius generis auxilium.

etenim deceptis sine culpa sua, maxime si fraus ab aduersario interuenerit, succurri oportebit [n]: cum etiam de dolo malo actio competere soleat [o]. Et boni prætoris est potius restituere [p] litem, vt & ratio & æquitas postulabit: quàm actionem famosam [q] cōstituere: ad quam [r] tunc demum descendēdum est, cum remedio [s] locus esse non potest.

Minores etiam legitimè defensi restituūtur ad totam causam. Absentes vero ex necessaria & probabili causa legitime defensi restituuntur ad appellandum. Bar.

VIII. MACER libro secundo de Appellationibus

INter minores vigintiquinq; annis, & eos qui reipublicæ causa absunt, hoc interest, quòd minores annis etiam qui per tutores curatorésve suos defensi sunt [t], nihilo minus in integrum contra rempublicam [u] restituūtur, cognita [x] scilicet causa. Ei verò qui reipublicæ causa absit, cæteris quoque qui in eadem causa habentur, si per procuratores suos defensi [y] sunt, hactenus in integrū restitutione subueniri solet, vt appellare [z] his permittatur.

Verisimile est omnes alias actiones prius motas fuisse, quàm ad famosam actionē perueniatur. Cic. pro Quintio.

a Impropriè loquitur: quia loquitur in personaliter citato, qui nihil dixit: vt infra. l. proxi. nam iste est in cōtumacia vera, sed tacita: tamē vt latur ista cōtumacia per cōparitionē inceminēti fallā: & ita loquitur lex nostra secundum Bar. hic. Fictus contumax appellare potest.

b Bal. not. istā glo. ad hoc quòd minor potest restitui aduersus pa triam: licet non possit restitui aduersus parē tem vel patronū. tamē in ista gl. parū diuersa subtiliter hoc non dicit: vt hic in interpreta. Bal.

dicitur reſtitui: quia nec lædi per ſententiam poteſt: vt. ĩ. de re iud. l. de vnoquoq;. In quinta, ſcilicet vbi cõtumaciter, ſi eſt ficte contumax, auditur appellans: vt infra de iudi. & poſt. in fin. ſi vere contumax, non auditur appellans: vt in authen. de iudi. §. audient. col. vj. niſi veniat ſedente iudice pro tribunali: vt ſupra. l. proxi. Verum contumacem dico qui aperte dicit ſe non venturum: ad quem ſufficit vna nuntiatio: vt infra qui. ex cau. in poſ. ea. l. Fulcinius. §. fi. fictũ vero illum qui inuenitur & dixit ſe venturum: vel dixit nihil, non tamen venit: ad quẽ debet nuntiari: vt infra de re iudi. cõtumacit. §. contumax. nec ob. ĩ. de app. ex conſenſu. §. cum. vt ibi not. Si autem non inuenitur, dicunt quidam non poſſe fieri contumacem etiã ficte: vt infra quæ ſen. ſine ap. l. j. §. item. Tu contra dicas. ſufficit enim ſi denuntietur ad domum: vt argu. C. de an. excep. l. penul. in fine. & infra de dam. infect. l. iiij. §. abeſſe. *ADDITIO.* Pro ſolu. dic vt ibi per Dy. & adde quòd no. in regula præſumitur. in Mercu. vbi de iſta citatione ad domum diffuſe tractatur, & ibi ponitur veritas ſecundum Baldum.

* De eo quod met. cau.

QVOD METVS* CAVSA geſtum erit.

TITVLVS II.

Quod metus cauſa geſtum eſt, non habetur ratum. & ponit definitionem metus, & definitionem violentiæ. hoc dicit vſque ad. l. ſi. Bartolus.

I. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

AIt prætor: *Quod metus cauſa*[a] *geſtũ erit, ratum non habebo*[b]. Olim[c] ita edicebatur: *Quod vi metúsve cauſa.* Vis enim fiebat mentio propter neceſsitatem impoſitam contrariã voluntati[d]: metus, inſtantis vel futuri periculi[e] cauſa mentis trepidatione. ſed poſtea[f] detracta eſt vis mentio, ideo, quia quodcunque vi atroci[g] fit, id metu quoque fieri videatur.

II. PAVLVS libro primo Sententiarum.

VIs autẽ eſt maioris rei impetus, qui repelli nõ poteſt.[h]

III. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum

COntinet igitur hæc clauſula[i] & vim, & metũ: & ſi quis vi compulſus aliquid fecit, per hoc edictum reſtituitur.

Præter in hac. l. intelligitur de vi iniuſte illata. Bartolus.

Sed vim accipimus atrocẽ[k], & eã quæ aduerſus bonos mores fiat: non eam quam magiſtratus rectè intulit, ſcilicet iure licito[l], & iure honoris quem ſuſtinet.[m] Cæterum ſi per iniuriam quid fecit populi Romani magiſtratus, vel prouinciæ præſes: Pomponius ſcribit hoc edictum locum habere[n]: ſi fortè, inquit, mortis aut verberum terrore pecuniam alicui extorſerit.

IIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

EGo puto etiam ſeruitutis[o] timorem, ſimiliúmque admittendum.†

Metus intelligitur qui cadit in conſtantem virum, vt mortis, vel cruciatus corporis, vel ſeruitutis, vel pudicitiæ: ſecus ſi alterius leuis vexationis vel infamiæ. Bart.

V. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

METum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorẽ, ſed maioris[p] malitatis.*

VI. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

METum autẽ non vani hominis, ſed qui meritò & in homine conſtantiſsimo[q] * cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus.

VII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

NEc timorem infamiæ[r] hoc edicto contineri Pedius dicit libro ſeptimo, neque alicuius vexationis[ſ] timorem per hoc edictum reſtitui.[t] Proinde[u] ſi quis meticuloſus rẽ nullam fruſtra timuerit, per hoc edictum non reſtituitur: quoniam neq; vi neque metus cauſa iuſte alicui facit, punietur per hoc edictum. Leges ſequen. claræ ſunt.

i *Et ac clauſula.* ſcilicet quod metus cauſa.

k *Atrocem.* in qua ineſt dolus: vt. ĩ. de vi & vi ar. l. j. §. atrocem.

l *Iure licito.* nam iuris executio non habet iniuriam: vt. j. de iniur. l. iniuriarum. §. j. & facit. ĩ. ad. l. Aquil. quẽ admodũ. §. magiſtrat⁹, & ĩ. de aqua plur. ar. l. quod principis.

m *Suſtinet.* no. honoré on⁹ habere. ſic inſti. de iur. na. §. ſed quod prĩ.

n *Locum habere.* conuenitur tamẽ finito officio, nõ priusquã ſit de illis qui nõ poſſunt vocari in ius: vt. ĩ. de iniur. l. nec magiſtratib⁹. & ĩ. de in ius vocan. l. ij. Ac.

† *In hac & ſequitia reſſa Ariſtot. lib. 3. Ethic. cap. 6. 7. & 8. vbi copioſe diſſerit quæ in rerũ metus admittẽdus, vel non.*

o *Ego puto. Seruitutis.* vt ſi ego incluſus timeã ne ſeruer in perpetuis vinculis: vel ne ſeruiã in perpetuũ vt ſclauus. vel dic vt. ĩ. eo. iſti quidem. §. ſi is.

p *Metum. Sed maioris.* id eſt magni, vt verberum vel cruciatus corporis: vt C. de tranſact. interpoſitas. non vilis: vt ſupra titu. ĩ. l. ſcio.

* *ſeue, ſæuæ mitatis.*

q *Metum. Conſtantiſſimo.* ad quod facit. ĩ. ex quibus cauſis ma. l. ij. §. fi. & infra de re. iur. l. vani timoris. & infra de re iudi. ſi quis ab.

* *hominem cõſtantiſſimum.*

r *Nec timorẽ.*] CASVS. Dicebas q malam cantionẽ de me cãtares niſi de meo tibi darẽ. dedi vel promiſi. nõ eſt locus huic edicto. idem eſt ſi fruſtra timueris. [PROINDE.] In furto vel in adulterio ex deprehenſus, & ne interficeris, promiſiſti. locus eſt huic edicto: quia nõ habebitur ratum. iuſtus enim fuit metus: potuiſti enim interfici ſiue iuſte ſiue iniuſte. ſi vero timuiſti ne te pro. x. proderet. i. ne te manifeſtaret iudici, loc⁹ erit huic edicto ſi dediſti aliquid. Lex ſequẽs dicit q illi ſupradicti qui aliquid accipiãt p cõperto ſtupro, incidũt in. l. Iul. de adul. & non conſideratur potuiſſet accuſari vel interfici dãs vel promittẽs, néene, quia timore cõpulſus dedit. [SI IS.] Mouebã Sticho quæſtionẽ, petendo cũ in ſeruituté, cum eſſet in poſſ. ſeruitutis: & quidã puta Titius habebat inſtrumenta ſtatus iſtius Stichi: ſi Stichus iſte dedit aliquid Titio ne inſtrumẽta interuertat, iuſtus eſt metus. Item dicit q ſi aliquis dedit ne patiatur ſtuprũ, iuſtus eſt metus: & loc⁹ eſt huic edicto. hæc vera ſunt ſiue quis dedit prõ ſe ne ſtuprum patiatur, ſiue pro liberis ſuis.

s *Vexationis.* ſcilicet talis.

t *Reſtitui.* ſcilicet dicimus aliquẽ, licet alio modo reſtituatur. & ſic nota quòd quandoq; quis ex ſententia & verbis huius edicti punitur: vt. ĩ. e. l. cõtinet. in fi. & C. de trãſact. interpoſitas. quãdoque ex ſententia tantum: vt. ĩ. e. iſti. §. pe. & §. fi. quandoq; per conſtitutionẽ: vt. C. eo. de his quæ. vi me. ve cau. ſi per impreſſionẽ. & ĩ. de contrahen. emp. non licet. quandoq; per reſponſa prudentũ: vt infra e. l. fi. & ĩ. qua. re. ac. nõ da. l. j. §. quæ onerandæ. in. fi. & j. de var. cog. l. medicus.

u *Proinde.* dixit. ĩ. quãdo directo timebatur metus: nunc quando per quoddam medium: puta per adulterium.

Recte

a *Recte ſcribit.* Imò videtur non recte: quia non debet dari repetitio: vt. j. de cõdic. ob tur. cau. idem & ſi. quæ eſt contra. Sed hoc intellige per act. quod met. cau. & ſic accipe ſequentia. non autẽ per condic. ob tur. cau. vt ibi. Sed quare diuerſum? Rñ. quia prætor tãtum præſentem cauſam inſpicit. i. metum: vt. j. e. iſti. iuſ ciuile etiã præteritũ. i. ſtuprum: & ſic denegat repetitionẽ. Et hæc ratio eſt: quia ibi debet eſſe plus mũdus q̃ alij obiicit turpitudiné: hic non ſic à parte obiicit turpitudinẽ. Et ſic non opponitur exceptio rei iud. agẽti hac actione, licet perdiderit in cõditione: vt. j. de excep. rei iudi. l. de eadẽ. & l. cum quæritur. Ac.

b *Vel.* pro id eſt.

c *Adulterum.* non licet omnẽ adulterũ marito occidere: ſed ſilẽ hominẽ tantũm: patri vero omnem: vt. j. de adul. l. marito. & l. nec in ea. ibi, ideo autẽ. & in gl. omnẽ. & l. quod ait. Item nec omnẽ furẽ niſi ſe telo defendat, vt ſubiicit. & infra ad l. Aquil. itaq;. & l. ſed & ſi. & j. ad l. Corn. de ſica. l. furem.

Marito non licet omnem adulterum occidere.

d *Non iure.* ſufficit ergo vel de facto vel de iure timere. ſic. j. quod vi aut clam. prohibere. § fi. Sed arg. cõtra. C. eo. l. accuſatiõis. & j. de pec. l. eo tẽpore.

* *qui quid pro.*

e *Sed & ſi ne prædatur.* id eſt oſtendatur.

f *Quæ diximus.* vel non iure. & ſic no. argu. quòd non refert an aliquid fiat: an id per quod peruenitur ad id: vt infra de mino. ſi filius. & j. ad Treb. facta. § fin. & infra de tut. & curat. da. ab his. l. ſcire oportet. arg. contra. ẽ. de pact. ſi vnus. §. illud. & negotio. geſto. l. atquin. in prin. & §. j. & l. eum actum.

§ I *Sti quidem & in legem Iuliam.* ſcilicet de adult. vt. j. de mino. l. auxilium. § j. & C. ad. l. Iu. de adul. ſerui.

h *Reſtituant.* ſcilicet accepta, & hoc per actionem quod met. cauſa, non per condictionem: vt diximus. ẽ. l. proxi.

i *Malo more.* ſecus in pecunia per patronum à liberta accepta: vt infra eo. ſi mulier. j. reſpon. quæ eſt contra: quia iſte qui pretium pro cõperto ſtupro accepit, deliquit. nam incidit in. l. Iul. vnde etiam ab eo pecunia reuocatur. at ibi patronus de iure accepit. nam & eam poterat reuocare in ſeruitutem. Accurſius.

Seruitus eſt ſimilis morti.

k *Metu.* ſeruitus enim eſt ſimilis morti: vt. j. de condi. & demõ. l. intercidit. in fi. Sed quid in alio inſtrumento pretioſarum rerũ? forte dic nõ idem: quia nec mors, nec quaſi, vel cruciatus corporis interuenit: quod eſt neceſſe: vt. C. de tranſact. interpoſitas. *ADDITIO.* Moderni dicũt q̃ ſi inſtrumentũ cõtinet quãtitatẽ omnium bonorũ vel maioris partis, q̃ idẽ eſt ſicut quãdo infertur timor mortis vel pœnæ capitalis: vt inſt. de excu. tu. §. itẽ propter. & in. l. fi. C. de reuo. dona. cum ſimi. ſecundum Baldum.

Si iam in ſeruitutem. hic duo dixit Pla. primo quòd ita demum habeat locum hic. § ſi incõtinenti reuocetur in ſeruitutẽ: vt hic, & j. l. proxi. in prin. Secũdo quòd alias probationes nõ habeat: vt hic ſubiicit, & arg. j. de fur. l. qui tabulas. §. Apocha. ibi, ſed nihil &c. Io. cõtra in vtroq;. & in primo hic ſubaudit, maxime. & eſt pro eo. ẽ. eo. l. j. in. § fina. ibi, metus eſt inſtantis vel futuri &c. in ſecundo exponit non poſſum, id eſt poſsibile nõ eſt poſſe. nam ſufficit periculum poſſe euenire: vt. ẽ. l. proxi. in fin. Item facit infra ad legem Aquil. l. in lege. Et nor. q̃ quidã intelligunt hũc. § quãdo eſt in poſſ. ſeruitutis. ſecus ſi in poſſ. libertatis: quia tunc probationis onus aduerſario incumbit. idem tamen puto vtrobique propter generalitatem iſtius. §.

m *Seu mulier.* hoc intelligit in nouo edicto Pla. quando præcedentia ad venerẽ parata ſunt, vt lectus & cooperta. & hoc propter hoc quod eſt infra. l. proxi. in principio, ad quod facit. C. de adul. l. quæ adulterium. idem puto ſecundum Io. etiam ſi ſit futurum periculum: vt ſupra e. l. j. §. fi. Sed quid ſi compulſus iuraui dare decem, & timore periurij dedit videtur habere locum hæc actio. nam vt hic datur propter timorem infamiæ, quæ iuris habet effectum, & repetitur: ita ibi. Sed contra dic vt. C. eod. l. ij. &. xv. q. vj. ca. auctoritatem. retractatur enim à lege iuramentum: vt. C. de leg. & con. l. non dubium. in fine. hic autem præſens erat metus.

A

geſtum eſt malo more l: & prætor non reſpicit an adulter ſit qui dedit: ſed hoc ſolùm, quòd hic accipit metu mortis illato.

Si is accipiat pecuniam, qui inſtrumenta ſtatus mei interuerſurus eſt niſi dem, non dubitatur quin maximo metu k cõpellat: vtique ſi iã in ſeruitutẽ l petor, & illis inſtrumẽtis perditis liber pronũtiari nõ poſſum.

B

Quòd ſi dederit ne ſtuprum patiatur vir ſeu mulier m, hoc edictum locum habet: cum viris bonis iſte metus maior quàm mortis eſſe debeat. Hæc quæ diximus ad edictum pertinere, nihil intereſt in ſe quis veritus ſit, an in liberis ſuis: cum pro affectu parentes magis n in liberis terreantur.

In hac adiectione debet probari metus periculi inſtantis, non ſufficiat in futuro. Bartolus.

II. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

n *Magis.* quã in ſe ſcilicet, vel etiam magis quàm ipſi filij. facit inſtitu. de noxa. §. ſed veteres. verſi. quis enim patiatur. Et not. quòd pater pl⁹ diligit filiũ q̃ ſipſum. Illud cõſtat q̃ diligit plus pater filiũ, quã filiꝰ patrẽ diligit: vt. j. vnde *ipſum.* libe. ſcripto. in fi. & j. de inofficio. teſta. nõ & ſi. in principio, & eſt ratio: quia eſſe ſine perſeuerãtia plus in patre per filiũ, quam in filio per patrẽ inuenitur. & hoc eſt naturale q̃ res plus perſeueraturas q̃ plus diligit.

Pater plus filiũ quam ſeipſum.

M *Etiam.*]*CASVS.* Ad hoc vt ſit locus huic edicto, oportet quòd in veritate metus ſit illatus, & in præſenti: illatus dico interueniente actu alterius extrinſeco: quia ſuſpicio metus inferẽdi nõ inducit hoc edictum: non vt teneatur vt in futurum. vnde pone: Dum eram in vinea mea, videbam homines armatos tranſeuntes per viam: & C fugi. non habet locum hoc edictum, nec interdictum vnde vi. nõ enim videor vi deiectus. ſed ſi in vineam meam intrauerint, & me quærebant, & per aliam partem fugi: locum habet hoc edictum. [*IDEM AIT.*] Si vi in ſolo meo ædificaſti, quia me inuito te permiſi ædificare, cum multos homines tecum armatos haberes, hoc edicto & interdicto vnde vi potero experiri contra te. Item ſi per metum poſſeſſionem rei meæ tradidero, locus erit huic edicto. [*ANIMADVERTENDVM.*] Si ſingularis homo mihi infert metum: habeo contra eum actionem ex hoc edicto. nam & ſi corpus vel collegium mihi metum intuliſſet, locus erit huic edicto. [*SED LICET.*] Si aliquid accipiam vt euadas vel liberem te de vi vel poteſtate hoſtium: non poteris repetere quod mihi dediſti: quia edicto nõ teneor. hæc vera ſunt, niſi faciã vt detinearis. Sed pone quòd cõpuliſti me per metum vt ſeruum manumitterem, vel ædificium deſtruerem. his caſibus agam contra te inferentẽ metum ac. quod me. cau. Sed quod prætor dixerat ſe non habiturum ratum quod per metum geſtum eſt: qualiter illud ſit intelligendũ quæritur. & diſtinguitur: aut res imperfecta eſt, quia per metum facta fuit promiſſio, ſed non erat ſubſecuta traditio: D aut fuit perfecta ſubſecuta traditione. in iſto caſu dabitur ac. & excep. in primo caſu ſola exceptio: ſed male. vnde Vlpia. dicit quòd audiuit iſtam de facto agitari corã imperatore inter Cãpanos, & dicit: erat quidam cui vim intulerunt, & promiſſionem quandam extorſerunt: vnde dixit imperator metum paſſum habere hanc actio. & excep. vnde ſiue ſit res tradita, id eſt ſiue ſit perfecta ſiue non, habet hanc acti. & except. [*VOLENTI.*] Si rem corporalem puta librum mihi abſtuliſti per metum, dabitur mihi contra te actio in rem. vel ſi compuliſti me per metũ vt te per acceptilationem liberarem: dabitur mihi perſonalis actio, vt quia metus cauſa actum eſt, acceptilatione non ob. qui ergo metum intulit, rem reſtituere, & de dolo repromittere debet, & ita metum paſſus habet in rem acti. ſi tamen agit actio. quod met. cauſa, & conſecutus eſt quadruplum: non aget poſtea act. in rem vel contra. [*EX HOC.*] Si me compuliſti rem per metum tibi tradere: erit mihi reſtituẽda, & de dolo repromittes, ſcilicet quòd res metu ablata, non ſit deteriorata. Item ſi per metum te per accep. liberaui ab obligatione in diẽ vel conditionali, debes te in priſtinam obligationem reponere, aliàs ipſum debitum ſoluere. ſi hoc non feceris, vel non ſoluas: in quadruplum condemnaberis. Item ſi per metum compuliſti

puliſti me vt tibi aliquid promitterẽ: debes me per acceptilationẽ liberare. Item ſi vſusfructus vel ſeruitus per metum eſt amiſſa: metũ paſſo erit reſtituẽda. [CVM AVTEM.] Hæc actio in rem ſcripta eſt, & tamen eſt perſonalis, id eſt coërcet illum ad quem emolumentum peruenit ex metu illato. ſi ergo accepiſti mutuam pecuniam a creditore: & pro te fideiuſſi, & ego pèr metum compuli te vt te, imò me (quia me liberato tu es liberatus) liberares, non dabitur ſecundũ Iul. actio aduerſus te vt te reponas in obligationẽ priſtinã, ſed contra fideiuſſorem tamẽ fideiuſſor nõ reponat principalẽ cauſam priſtinam, dicebat dari act. in eũ in quadruplũ. veri[p] tamẽ eſt, vt dicit Marcell[p], obligationẽ reſtitutam in principalẽ cauſam in fideiuſſ. idẽ eſt econtra ſi debitor principalis metum intulit, vt vterque liberetur: quia in vtrũque datur reſtitutio, & hoc dixit proxi. l. [SI METV.] Idem dicit iſte §. qđ dicit in prin. huius. l. & nihil addit niſi quòd quãdo debitor p metũ quẽ intulit creditori, liberatus eſt deberet reponere pignora priorẽ obligationem, & etiã ſi fideiuſſ. vt. ſ. in prĩ. huius. l.

† Nã quid metus dabit eſſe ratum, & tale quid in ſtatu ſuo verũ dari act. in eũ in quadruplũ. veri[p] tamẽ eſt, vt dicit Marcell[p], obligationẽ reſtitutam in principalẽ cauſam in fideiuſſ. idẽ eſt econtra ſi debitor principalis metum intulit, vt vterque liberetur: quia in vtrũque datur reſtitutio, & hoc dixit proxi. l. [SI METV.] Idem dicit iſte §. qđ dicit in prin. huius. l. & nihil addit niſi quòd quãdo debitor p metũ quẽ intulit creditori, liberatus eſt deberet reponere pignora priorẽ obligationem, & etiã ſi fideiuſſ. vt. ſ. in prĩ. huius. l.

Interpoſitas. C. de tranſact. in. l. non opus. §. quo mem. ff. de iniur. C. in l. 1. de reſtitut. vend. C. concer. text. in cõtrar. extra de. C. de dilectus. ff. quod met. cauſ. in. c. cum nobis. de elect.

[3] METum autem præſentẽ [a] accipere debemus, non ſuſpicionem [b] inferendi eius. & ita Pomponius libro vicẽſimo octauo ſcribit. Ait enim metum illatum accipiendum, id eſt ſi illatus eſt timor † ab aliquo.

Denique [c] tractat, ſi fundum meũ dereliquero audito quòd quis cũ armis [d] veniret, an huic edicto locus ſit. & refert Labeonem exiſtimare edicto locum non eſſe: & *vnde vi* interdictum ceſſare: quoniam non videor [e] vi deiectus, qui deiici non expectaui, ſed profugi [f]. Aliter atque ſi poſtea quàm armati ingreſſi ſunt, [g] tunc diſceſſi [h]. huic enim edicto locum facere.

Et ac actio concurrit cum interdicto quod vi aut clam. Bartolus.

Idem ait & ſi forte adhibita manu in meo ſolo per vim [i] ædifices: & interdictum *quod vi aut clam*, & hoc edictum [k] locũ habere: ſcilicet quoniam metu patior id te facere. Sed & ſi per vim [l] tibi poſſeſſionẽ tradidero: dicit Pomponius hoc * edicto locum eſſe. [m]

Contra vniuerſitatem metum inferentem habet locum hoc edictum. hoc dicit. vel ſic: Siue violentia inferatur à priuato, ſiue ab vniuerſitate vel collegio: habet locum hac actio. Bartolus.

Animaduertẽdũ autẽ, quòd prætor hoc edicto generaliter [n] & in rem [o] loquitur: nec adiicit à quo [p] geſtũ. & ideo ſiue ſingularis ſit perſona quæ metum intulit, vel populus, vel curia, [q] vel collegium, [r] † vel corpus, huic edicto locus erit.

Licet mihi accipere pecuniam vt te à violentia illata per alium liberẽm. Bart.

Sed licet vim factam à quocunque prætor complectatur, elegãter tamen Pomponius ait, ſi quo magis te de vi hoſtium, vel latronum, vel populi tuerer vel liberarem, aliquid à te accepero, vel te obligauero: non debere me hoc edicto teneri: [t] niſi ipſe [t] hanc tibi vim ſummiſi. [u] cæterum ſi alienus ſum * à vi [x], teneri me non debere. ego enim operæ potius meæ [y] mercedem accepiſſe videor. Idẽ Pomponius ſcribit quoſdã benè putare, etiam ſerui manumiſſionem [z], vel ædificij depoſitionem, quam quis coactus fecit, ad reſtitutionem huius edicti porrigendam eſſe.

Ex hoc edicto in rebus ſeruorum negotiis perfectis oritur actio & exceptio. Bart.

Sed quod prætor ait, ratũ ſe nõ habiturũ: quatenus [a] accipiẽdũ eſt, videam[a]. Et quidẽ aut imperfecta res eſt, licet met[p] interuenerit: vt puta ſtipulationem [b] numeratio non eſt ſecuta: aut perfecta, ſi poſt ſtipulationem & ratia lex dicit, quid enim &c. ſupple, facile.

† *Vide Iaſon. extra de iuſtic. c. dilectus. 2.*

* *ſi alius vim ſumiſit.*

a *Præſentem.* etiã pro futuro periculo: vt. ſ. e. l. j. §. fin. quæ eſt cõtra.

b *Suſpicionem.* No. ſuſpicionem nil operari: vt hic, & C. eo. l. metũ. Sed ar. contra. ĩ. de adqui. poſſ. ſi id qđ. §. fi. & ĩ. de dona. l. j. & ĩ. loc. & con. l. habitatores.

c *Denique.* de preſenti metu & non præſenti dicitur per exempla.

d *Cum armis veniret.* qui alio tendebat.

e *Non videor.* imò videor: vt infra de vſuca. non ſolum. §. ſi dominus. quæ eſt cõtra. So. hic alio tẽdebant: ibi ad locũ veniebãt. Vel dic quòd videtur vi deiici quantũ ad amittendã poſſeſſionẽ, quia amittit, vt ibi: nõ quantũ ad hoc edictũ vt habeat locũ, & ſic vtrobiq; alio tendebãt. porro ſi vere illo tẽdebant, non tamen intrauerũt, habet locũ interdictum vnde vi: vt. ĩ. de vi & vi ar. l. j. §. idẽ Labeo. ſi autẽ aliò, non: vt hic, & ĩ. de vi & vi arm. l. iij. §. ſi quis autem viſis. & hoc ſi nõ habuerunt animum deiiciẽdi illũ, vt ibi dicitur: niſi poſtmodũ mutato propoſito intrauerint: vt ibidẽ ſubiicit. Et his caſibus nõ eſt res vitioſa quantũ ad vſuca. niſi in vltimo, quãdo. ſ. mutato propoſito intrauerũt. nam & poſſeſſio amittitur, & interdictũ vnde vi locũ habet: & eſt res vitioſa. At hoc edictũ habet locũ tunc cum armatis ingreſſis per vim cõpulſiuũ patior eos poſſidere, & quaſi ſola vita contentus alia eis dimitto: [a] vt. ĩ. proxi. §. idẽ ait & c. quæ patiẽtia quodammodo pro traditione eſt: vt inſti. de re. di. §. vẽditæ. verſi. nihil. Et no. quòd hoc edictũ non concurrit cum interdicto vnde vi: ſed cum interdicto quod vi aut clam ſic: vt. ĩ. proxi. §. idem ait. & ſic no. quòd quandoq; amittitur poſſeſſio, nec locum habet interdicto ſi, nec res eſt vitioſa: quandoq; amittitur poſſeſſio, & datur interdictum, nec eſt res vitioſa: quandoque illa tria concurrunt: quandoque datur hoc edictum.

[a] *Et ſic etiã ſeruus poteſt poſſidere, ſed vbi ſimplex poſſeſſio, ad ſuũ vſucapionẽ: habet locũ vnde vi. & ipſa eſt mẽs Ioan. Glo. ſecun. Bal.*

f *Profugi.* id eſt ante fugi.

g *Ingreſſi ſunt* ſcilicet mutato propoſito: vel à principio hoc animo venerunt.

h *Diſceſſi.* ſcilicet volẽs timore. aliàs ſi nolens deiicior: locum habet interdictum vnde vi.

i *Per vim.* compulſiuam.

k *Edictum.* quia patiendo coactus tradere videor coactè: vt modo dixi.

l *Per vim.* compulſiuam.

m *Edicto locum eſſe.* vt hic, & infra eod. ſi mulier. §. qui poſſeſſionem.

n *Generaliter.* quantũ ad res corporales & incorporales.

o *Et in rem.* quantũ ad conuentos & poſſidẽtes rem illam in qua metus eſt admiſſus.

p *A quo.* hoc quantũ ad delinquentes. nec enim dicit: ſi quis metu &c. ſed quòd geſtum erit &c. & ideo &c. vt ſubiicit.

q *Curia.* decurionũ.

r *Vel collegium.* monachorum, & expone hæc vocabula vt dixi ſupra quod cuiuſque vniuer. l. j. ſed ſi poteſt aliqua vniuerſitas cõmittere metum, vt hic: ergo & dolum: vt infra eo. ſi cum excep. §. eũ. Sed contra. ĩ. de do. ſed ſi ex dolo. in prin. Sol. hic ſeru[p] vniuerſitatis fecit: vt. ĩ. de adqui. poſſ. l. j. in fin. &. l. ſequẽ. vel dic nõ tota, ſed pars, ſcilicet maior: qđ perinde erit ac ſi tota: vt. ĩ. de regu. iur. l. aliud. §. refertur. Vel dic quòd illi committunt qui regũt vniuerſitatem, quibus & talia videntur mandata: vt infra de vi & vi ar. l. ſi vi me. & infra ad munici. l. Lucius. §. imperatores. Vel dic (quod verius puto) quòd vniuerſitas dolum & metum committit: vt hic dicit. & quod contra-

t *Ipſe.* ſubaudi, ego.

u *Summiſi.* id eſt te capi fecero.

x *Alienus ſum à vi.* id eſt non te cepi.

y *Operæ potius meæ.* æquum eſt enim vt ſi habes bonum propter me, vt & ego habeam propter te, vt hic, & infra de condic. obtur. cau. l. idem. §. fi. & infra ad. l. Rho. de iac. l. ij. §. æquiſſimum. & infra de dona. ſi pater. §. ſi quis. Sed cum quilibet teneatur actione iſta, ad quem peruenit commodum ex metu: vt infra eo. ſi cum. §. aliquando. quare hic non tenetur? Reſpon. hoc quia huic dationi proxima cauſa eſt beneficium ſiue ſeruitium quod fecit ob hoc quod dedit: aliàs autem proxima cauſa traditionis factæ meticuloſo eſt metus.

z *Serui manumiſſionem.* nota tres caſus: quia aut fui ego dominus ab extraneo cõpulſus manumittere, & tũc obtinet qđ hic dicit: aut à populo, aut ab ipſo ſeruo. & his duobus caſibus nõ valet libertas, & ideo nõ eſt locus reſtitutioni: vt. ĩ. qui & à q ma. li. non ſi. l. ille ſeruus. & l. ſi priuatus. ſecus ſi ſeruũ per metũ mihi auferas, & manumittas: quia nõ valet libertas: ſed vindico vtili in rẽ: vt. ĩ. qui. ad li. procla. nõ li. l. ij. Sed in noſtro caſu contra quẽ reſtituitur dominus? quidã cõtra ſeruũ, vt in ſeruitutẽ redigatur: quaſi hæc ſit magna cauſa: vt. ĩ. de mino. ſi ex cauſa. §. fi. & l. ſeq. tu dic ſecundũ Io. cõtra inferentẽ metum, & ad intereſſe. nam libertatẽ reuocare nõ poteſt: vt. ĩ. de dolo, & eleganter. in principio. & dicta. l. ſi ex cauſa. §. aduerſus.

a *Quatenus.* id eſt qualiter.

b *Stipulationem.* per metum extortam.

Facta

numeratio facta eſt,[a] aut per metum accepto debitor liberatus eſt,vel quid ſimile contigerit, quod negotium perficeret: & Pomponius ſcribit,[b] in negotiis quidem perfectis & exceptionem interdũ, & actionem cõpetere: † in imperfectis autem ſolam exceptionẽ. Sed ex facto ſcio,[c] cum Campani metu cuidã illato extorſiſſent cautionem pollicitationis,[d] reſcriptum eſſe ab imperatore noſtro,poſſe eum à prætore in integrum [e] reſtitutionem poſtulare,& prætorem me aſſidente interlocutũ eſſe,† vt ſiue actione vellet aduerſus Campanos experiri, eſſe propoſitam: ſiue exceptione [f] aduerſus petẽtes, non deeſſe exceptionẽ. Ex qua conſtitutione [g] colligitur,[h] vt ſiue perfecta, ſiue imperfecta [i] res ſit:& actio & exceptio det.

Difficilis eſt,& legitur tribus modis. ſecundum veram lec. hoc intendit: Metum paſſo datur vtilis ex hoc edicto ipſo iure:& per actionem ex hoc edicto reſtituitur directa. Bart.

Volenti autem datur & in rem actio,[k] & in perſonam,reſciſſa acceptilatione,vel alia liberatione.[l]

Metum inferens tenetur reſtituere,& de dolo cauere.hoc dicit.Vel ſic: Qui reſtituit rem,per hanc actionem cogitur cauere de dolo. Bart.

Iulianus libro tertio Digeſtorum putat eum cui res metus cauſa tradita eſt,non ſolùm reddere,verũ & de dolo [m] repromittere debere.

Perſecutoria tollitur per panalẽ quando ineſt rei perſecutio.hoc dicit.Vel ſic: Actio in rem tollitur per panalem,& econuerſo: quia in pœnali continetur rei perſecutio.

Licet tamen in rem [n] actionem dãdam exiſtimemus, quia res in bonis eſt eius [o] qui vim paſſus eſt: verùm non ſine ratione dicetur,ſi in quadruplum quis egerit,ſiniri [p] in rem actionem:vel contra.

Per hanc actionem debet res in priſtinum ſtatũ reſtitui;aliàs contumax in quadruplum condemnabitur. b.d. Vel ſic: Per hanc actionem fit reſtitutio in priſtinum ſtatum:& ad reſtituendum inferens metum compellitur.

o *Nam is.Propter inopiam.* niſi nomen ſit venditum quale ſit: vt infra de euict.l.antepe.§.fi. Et nor.de exceptione paupertatis: ſic.ĵ.de mu.& ho.l.cura extruendi.§.j.Accurſius.

Idem & Pomponius libro vicenſimo octauo.& adiicit, & ſi ſtipulatione [a] tutus ſit quis, eum actionem de dolo habere non poſſe: vtputa ſi de dolo [b] ſtipulatum ſit. Idem Pomponius ait & ſi actionem in nos dari non oporteat, veluti ſi ſtipulatio tam turpis [c] dolo malo facta ſit, vt nemo daturus ſit ex ea actionem, non debere laborare vt habeam de dolo malo actionem: cum nemo ſit aduerſus me daturus actionem.

Et qui eſt tutus ipſo iure, vel per in integrum reſtitutionem,non cõpetit hæc actio. Item ad excludendam hanc actionem ſufficit aliam ſemel competiſſe, niſi in ea amittenda quis dolum paſſus fuerit. Bartolus.

Idem Pomponius refert Labeonem exiſtimare, etiã ſi quis in integrum reſtitui poſsit, [d] nõ debere ei hanc actionem competere. & ſi alia actio [e] tempore finita ſit, hanc competere non debere: ſibi imputaturo eo qui agere ſupерſedit : niſi in hoc quoque dolus malus admiſſus ſit,vt tempus exiret.

Si actio qua primo competebat, facto partis eſt ſublata, actio de dolo non competit. Bartolus.

Si quis cum actionem ciuilem haberet, vel honorariam in ſtipulatum [f] deductam, acceptilatione vel alio modo [g] ſuſtulerit:de dolo experiri nõ poterit:quoniam habuit aliã actionem:niſi in amittenda actione [h] dolum malum paſſus eſt.

Si per aliam actionem contra aliũ idoneum competentem poteſt eſſe conſultum, ceſſat actio de dolo.hoc dicit. vel ſic : Actio competens aduerſus vnum impedit actionẽ de dolo aduerſus alium:ſi tamen ille eſt ſoluendo. Bartolus.

Non ſolùm autem ſi aduerſus eum ſit alia actio aduerſus quem de dolo quæritur,

II. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

B VEl ab eo res ſeruari poterit,

III. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

NOn habet hoc edictũ locum : verùm etiam ſi aduerſus alium

IIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

SIt actio , vel ſi ab alio [i] res mihi ſeruari poteſt.

V. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

IDeoq; ſi quis pupillus à Titio, [k] tutore auctore conludẽte circunſcriptus ſit: non debere eum de dolo actionẽ adC uerſus Titium habere: cum habeat [l] tutelæ actionem, per quã conſequatur quod ſua interſit. Planè ſi tutor [m] ſoluendo non ſit,dicẽdum erit de dolo actionem [n] dari ei.

VI. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

NAm is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam [o] aduerſarij inanis actio eſt.

D ET *eleganter.*] CASVS Caſus in hac.l.(quæ cum ſuperioribus cõcordat)eſt talis:Dicit prætor in princ.huius tit. quòd ita demum de dolo datur actio,ſi alia non competat. Pompo.ſic intelligit illud : vt ſic demum detur, ſi res alio modo ad dolum paſſum non poteſt peruenire,id eſt ſi nullo alio iure poteſt ſeruare ſuam indemnitatem . cui dicto videtur contra.quod dicit Iul. quia pone quòd minor.xxv.an.ſeruum habuerit:ſeruus iſte induxit minorem dolo vt eum vẽderet cum peculio,& eũ vendidit.emptor hunc ſeruum manumiſit.dixit Iul. in hoc caſu act. de dolo dandam eſſe in manumiſſum: quia ſi fuerit dolus incidens,& emptor illum commiſerit, videtur act. poſſe agi ex illo contractu : puta ex vendito,ne deciperet.q.d.ex quo dicto Iulia. colligitur quòd poſsit agi contra emptorem actio. ex vendito: vt ſic vbi alia datur actio,& de dolo. Item videbatur quod poſſet reſtitui.dicit quòd iſtæ opi.non ſunt contra Pompo.quia dicit ſic intelligi cum in nullo emptor dolo fuit incidente, nec cauſam dante contractui.& ſic non ob. ei prima regula, nec ſecunda qua dicebatur actio de dolo dari quandoque . ſed illud non eſt verum.non enim poteſt reſtitui contra manumiſſum.vnde verum eſt dictum Pompo.ſiue popularis ſiue pœnalis actio detur:nunquam doli detur.[NON SOLVM.] Certum eſt quòd de dolo non datur act. cum alia ſupereſt. ſi vero dubitatur,

a *Iſta exceptio eſt facti,non iuris: ſecundũ Bal.*

biratur,ſuperſit alia vel non:nunquid de dolo dabitur? Dicebat Labeo eam dari in tali caſu. Debebas mihi ſeruum vel fundum. ſeruum manumiſiſti vel venenaſti, vel ſeruitutem fundo impoſuiſti.indiſtincte ſecundum Labeonem dabitur de dolo actio. ſed hoc falſum eſt: quia ſi interpoſita eſt ſtipul. dolum malũ abeſſe,agetur ex ſtipu.ſi non fuerit interpoſita, actione ex eo cõtractu: puta ex empto ſi emit:vel ex conducto ſi conduxit. ſi vero ſtipulatus fuerim à te ſeruum, & eum tradendo manumiſiſti:ſine dubio hic agetur de dolo. [*SI SERVVM.*] Habebam in ſeruo nudũ vſum.tu proprietarius cum illum poſſideres, occidiſti:teneberis mihi.l.Aquil.vtili actione, quæ daretur mihi directa ſi eſſem dominus:& ad exhibẽdum: & ideo non datur de dolo act.Item ſi ſeruum mihi legatum tu heres occidiſti ante aditam hereditatem: poſtea adiuiſti:non habeo aduerſus te act. de dolo,nec act.l. Aquil. ſed habeo act. ex teſtamento contra te. [*SI QVADRVPES.*] Equum tuum Titius per frænum tenebat,dimiſit hunc vt mihi damnũ daret:& equus tuus cum curreret,mihi damnum dedit in equis meis vel aliis animalibus:tenetur Titius de dolo: ſi neque ſis ſoluendo,neque equum pro noxa dediſti:aliter contra Titium de dolo non agam. [*ITEM LABEO.*] Ligaui ſeruum meum ne fugeret,tu illum diſſoluiſti vt fugeret:& ille ſeruus fugit.ſi hoc miſericordia non feciſti,teneberis furti: ſed ſi miſericordia,teneberis act.in factum. [*SERVVS.*] Seruum habebam,& tractabatur vt ego hunc ſeruum manumitterem: & debebat iſte ſeruus dare decem,& dedit mihi quendam expromiſſorem qui illa decem mihi promiſit pro ſeruo:& conuenit inter nos,id eſt,me & expromiſſorem vt eo facto libero,ille manumiſſus mihi promitteret liberare expromiſſorem.eo facto libero dicit expromiſſor, quòd liberatur. manumiſſus non vult in ſe ſuſcipere obligationem.dicit Pompo.quòd datur mihi manumittenti in illum manumiſſum act.de dolo:ac ſi iam euaneſceret actio ex ſtipu.& hoc ſecundum Pompo. ſed non eſt verum,niſi ſicut ſubiicit:ſi autem &c. Si autem ego nolo recipere manumiſſum,non habeo actionem de dolo: ſed repellar excepti. ab ipſo expromiſſore. Vlpianus dicit quèd hoc videtur falſum:quia primo caſu habeo act. contra expromiſſorem: & ideo non videtur de dolo danda. Et ſi quis volens Pompo. excuſare,dicat quòd expromiſſor hanc excepti. habet,non bene dicet:quia illud locum habet quando manumiſſus vult in ſe ſuſcipere ob. & ego nolo. vnde ſi paratus ſit manumiſſus recipere, verum eſt quod dixit Pompo. aliter ſi non vult,nec patitur in ſe transferri obl.manet antiqua actio contra expromiſ.& actio de dolo datur expromiſſ. contra manumiſſ. in manumiſſum actio de dolo mihi dabitur in ſubſidium ſi expromiſſ. non eſt ſoluendo. [*SI DOLO.*] Si procurator mei actoris patiatur aduerſarium contra quem agit nomine meo,abſolui dolo aduerſarij corruptus: vtrum in aduerſarium actio de dolo detur? Diſtinguitur hic. aut ille contra quem procura. ipſe agebat,eſt paratus ſuſcipere iudicium non ob. except. rei iudi. ſi colluſio fuerit probata,& non datur in eũ actio de dolo. aut non eſt paratus:& tunc tenetur de dolo, ſi procura.non eſt ſoluendo:quia ſi eſſet ſoluendo,prius conueniretur. [*IDEM POMPONIVS.*] Si dixiſti eum idoneum, & hoc non feciſti, ſed ei mutuaſti, non teneris de dolo. ſed ſi fraudem commiſeris, vt quia accepiſti pecuniam ab illo vt eum laudares: tunc enim teneris de dolo:vt in.l. ſequen. quæ continuatur cum iſta.

Dolus tertii contractum non vitiat. ſed ſi dolus contrahentis dedit cauſam contractui bona fidei, illum reddit ipſo iure nullum. ſecus ſi incidit in contractum.b.d.Primò ponit dictum Pompo. ſecundò ponit diſtinctiones Iuliani quod videtur illi contradicere. tertiò ſoluit iſtam cõtrarietatem. quartò ex prædictis ponit duas concluſiones. ſecunda ibi,Nec videtur.tertia ibi.Hoc enim.quarta ibi,ſecundum. Bartolus.

VII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

ET elegãter Põponius hæc verba,*Si alia actio non ſit*, ſic excipit,[a] quaſi res alio modo ei ad quem ea res pertinet,ſalua eſſe nõ poterit. Nec videtur huic ſentẽtiæ aduerſari [b] quod Iulianus libro quarto ſcribit:ſi minor annis vigintiquinq; cõſilio [c] ſerui circũſcriptus [d] eum vendidit cum peculio,emptórque eum manumiſit,dãdam in manumiſſum de dolo [e] actionem. Hoc [f] enim ſic accipimus,carere dolo [g] emptorem, vt ex empto [h] teneri non poſſit: aut nullam [i] eſſe venditionem, [k] ſi in hoc ipſo [l] vt venderet circũſcriptus eſt.& quòd dolus in manumiſſum.

c *Conſilio.* ſcilicet doloſo.

d *Circumſcriptus.* vt pro minori pretio daret.

e *De dolo actionem.* non vt reuocet cum in ſeruitutem:quia cõtra libertatem non datur reſtitutio: ſed vt reſarciatur damnum præſtando pretiũ ſerui. & ſic intelligitur.C. ſi aduer. lib.l. ij. & . iij. Sed qualiter ex dolo in contractu commiſſo in ſeruitutem tenetur liber factus: vt ſupra nego. §. Scæuola. &. C. an ſeruus ex ſuo facto.l. j.Reſpon. hic deliquit extra contractum:quia non ipſe contraxit,ſed alius ibi contraxit, & in contractu deliquit. Item quare ex delicto in ſeruitute facto domino tenetur: vt. C. de noxa.l.j. & . C. an ſeruus ex ſuo facto.l.fin?Reſpon. hic deliquit contra dominum vt libertatem conſequeretur:ibi ad aliud:vt argum.C.an ſeruus ex ſuo facto.l. promiſſæ. Vel dic quòd iſte dolus videtur collatus in tempus libertatis:vt argum.infra de do.inter vi.& vxo.l. quia in hoc. Accurſius.

Reſtitutio nõ datur cõtra libertatem.

Seruꝰ liber fallꝰ an teneatur de dolo in ſeruitute commiſſo.

f *Hoc.* ſcilicet dictum Iuliani.

g *Carere dolo.* incidenti vel principali.

h *Ex empto.* id eſt ex vendito: vt infra de actio. empti.l. veteres.

i *Nullam.* ex parte non committentis dolum:quia non tenetur ſi non vult.ſi vero qui committit,teneri poteſt ſi deceptus vult: vt.C.de tranſact.l.tranſactione.

k *Venditionem.* ſcilicet dicimus.

l *Si in hoc ipſo.* & tunc appellamus dolum dãtem cauſam contractui. Et dic ſecundum quoſdam circumſcriptus à ſeruo. & ſic colligunt argum. quòd alterius dolus emptorem lædit,ideo quia ipſa res quæ venditur,dolum commiſerit: vt argum. ſupra quod me.cau.l.metum.iij.§.cum autem. Alij dicunt quòd priori caſu ſeruus tantum dolum incidentem commiſit, hic autem quando emptor doli particeps fuit:aliàs dolus alterius alteri nõ obeſſet:vt infra de except. do. ſi procurator. & infra de pecu. ſumma.§.ſi dolo.verſic.emptor.niſi quaſi idem reputetur,vt procurator & tutor & actor:vt infra eo. ſed ſi ex dolo. & infra de ædil.edic.l.ædiles.in princ.vel defuncti qui nocet heredi,vel geſtoris negotiorum quem ratum habemus:vt inſtitu.de vſuca. §.diuina.& infra de reg.iur.hoc iure.§.fin. Tu dic circumſcriptum ſcilicet ab emptore tantum.vbi enim incidit dolus in cõtractu,tenet quidem contractus,ſed agitur contra emptorem,ſi ipſe dolo fecit,ex vendito.ſi vero non ille,ſed quidã tertius dolũ adhibuit,ille tertius tenetur de dolo: vt hic dicitur in dicto Iul.à ſimili ergo cum dolus dedit cauſam contractui: ſi quidem ipſe emptor adhibuerit,nullus eſt cõtractus.ſi autem tertius,tenet contractus:ſed agitur de dolo cõtra doloſum. & ſic intellige quod hic dicitur. Et ſecundũ hoc dolus proxenetæ vel alterius tertij nõ vitiat contractum:licet quidam contra ex hoc reſpon.vt prædixi.Manifeſte ergo probatur quòd manumiſſus nõ tenetur de dolo:ſiue incidentem,ſiue principalem dolum cõmiſit emptor tantum.Sed vbi vterque commiſit principaliter, quare excuſatur ſeruus,vt hic innuitur:cum plures hac actione teneri poſſunt:vt infra eo.ſi plures?Reſpõ.quia in primo & citius contra eum cum quo contraxit,quàm contra alium debet dari ei auxilium:vt infra ea.l.§.ſi dolo malo & ſic nullo modo tenetur ſeruus manumiſſus.Sed arg.contra infra loca.cũ in plures.§.veſtimenta. b & ſecundum hoc actio de dolo. Vel verius quando principalem dolum committunt,vterque tenetur eodem ordine,vt prius conueniatur emptor:& eo exiſtente non ſoluendo etiam manumiſſus:vt infra ea.l.§.ſi quadrupes. &.§.ſi dolo.ſed ſecus vbi incidentem,vt hic dicitur:quia ſolus emptor tenetur ex vendito.Itẽ ad quid datur de dolo vbi cõtractus nõ tenet ipſo iure?Reſpõ.vt quatenus de facto proceſſit venditio, traditio reuocetur,ſi vult ille qui fuit dolo inductus.vnde Iul. præceſſit venditio,vt infirma ſequatur traditio, vt infirmanda per actionem de dolo.Sed nõne habet locũ condictio indebiti? Reſpon.ſit ita:ſed ipſa eſt generalis quantum ad indebita repetenda.Vel dic quòd non habet locum:quia retentio cõpetebat per

a No.quòd actionum nomine omne remedium cõtinetur. cõcor. & facit infra de aleato.l. §.quod autem. & infra eo.l.cũ à te.in fi.

a *Excipit.* id eſt excepta ſic expoſuit quaſi &c.& ſic nomine actionis quodlibet auxilium comprehendit.

b *Aduerſus.* inducebatur dictum Iul. contra prædicta: quia videbatur in caſu Iul. conſuli minori vendenti duplici alia via. vna contra emptorem ex vendito ad decipiendum.alia reſtitutione per in integrum contra manumiſſum. Sed certe illæ duę viæ locum nõ habent.nam emptor non tenetur: quia non fuit in aliquo dolo. Item nec contra manumiſſum reſtitutio locum habet vt reuocetur in ſeruitutem:ergo bene dixit Iulia. dari de

Dic ſecũdum Bald. quod ibi junctobliga. ſi ex diuerſis fit cauſis tenetur ſic non obſtat.

per odioſam exceptionem: vnde nõ habet locum repetitio: vt. j. de condict. inde. pœnæ. & l. qui exceptioné. & ſic agitur de dolo. ſi autem velit remanere contractum, poteſt agere actione ex eo contractu ne decipiatur: vt. C. de reſcin. ven. l. ſi dolo. & j. de iur. do. ſi res æſtimata. §. j. & tunc actor omnia debet complere emptori, ac ſi cõtract⁹ tenuiſſet: vt. j. de contrahen. emp. l. ſi in emptione. §. item ſi. & j. ſi cer. pe. l. cum fund⁹. §. ſeruũ. Et vt plene ſcias die quòd aut talis dolus dat cauſam contractui bonæ fi. & tũc ſerua 'qd modo dixi. aut ſtricti iuris, & tum valet: ſed excipitur: vt. C. de inuti. ſtip. dolo. ſi autem eſt incidẽs in contractu bonæ fidei, agitur ex eo [a] cõtractu. in cõtractu ſtricti iuris actio de dolo neceſſaria eſt: vt infra ea. l. §. non ſolũ. in fi. §. & infra de act. emp. l. Iulianus. §. ſi venditor. & §. per contrariũ. ſi autem extra cõtractum: tunc ſi cadit in ſpeciale nomen maleficij, ex eo agitur, vt furti & ſimilium: vt infra proxi. §. ſecũdũ quæ &c. ſi non, tunc agitur de dolo: vt in multis exemplis: vt infra ea. l. §. ſeruus pactionis. & l. cum quis. & in aliis.

[a] *Et non actiuus de dolo, ſecundum Bal.*

[a] *In integrum reſtitutionem.* ſcilicet contra manumiſſum. nam &c. vt hic, niſi ex cauſa à principe impetretur: vt infra de mi. ſi ex cauſa. §. fin. & l. ſequen. aduerſus emptorem autem conſtat quòd non: quia non decepit. Sed cur denegatur in integrum reſtitutio cõtra emptorem, adhibeat dolum vel non, ſi minor ſui facilitate minori pretio vendidit: vel ſi minor in hoc ipſo quòd vendidit, decipitur ſui facilitate: vt ifra de iur. do. l. ſi res. j. §. j. & ſi detur, cur de dolo actio datur contra manumiſſum? Reſpõ. forte talis erat perſona, contra quam reſtitui non poterat: vt. C. qui & aduer. quos. l. fin. Itẽ quid ſi emptor dolo me induxit, an teneat manumiſſio? Reſpon. non: vt. j. qui. ad li. procla. nõ li. l. ij. ſi hoc velim: vt arg. C. de his qui à non do. ma. l. j. vel ibi per vim: vnde retinuit dominium: vt. ff. tit. j l. metum. iij. §. volenti.

b *Locum habere.* Item nõne rei vin. locũ habet cum dolus dedit cauſam contractui? Reſpon. non: quia ex inutili [b] contractu tranſit dominium: vt hic colligitur, & not. C. de vſufruc. l. j. Sed nõne vtilis in rem datur: vt in metu: vt. ff. tit. j. metum. d. §. volenti? Reſpon. non: quia non daretur de dolo.

[b] *Bal. hic dicit ipſam rei not. ad hoc quòd dominũ tráſferatur ex cõtractu inutili ſecus tráſferetur ipſa poſſeſſio: vt in l. §. ſi traſlatæ ad pu. pef. & ibi Bart. & alibi ad quæ me remitto. Bo leg.*

c *Secundum quæ.* id eſt ſecundum prædictas regulas. & eſt concluſio ad præmiſſa.

d *Eius.* ſcilicet minoris vendentis: vt loquatur hic in præmiſſo caſu. & pone exemplum in actione furti, quæ mihi datur in eos qui ſurripuerunt res meas, quę malè cuſtodiebantur à ſeruo manumiſſo. vel dic quòd mutet caſum.

e *Si popularis.* vt in facti cõ de effuſis: & de albo corrupto per dolum: vt ſupra de iur. om. iudi. l. ſi quis id. Accurſius.

f *Si dubitetur.* ſcilicet de iure, cum iam de facto conſtiterit.

g *Fundum.* ſcilicet debebat ex aliqua prædictarum cauſarum.

h *Ex ſtipulatu actio.* mouet enim eum forte quia negatione res ſit dubia: vt. C. qui. ad li. procla. non li. l. iij. vel hoc quia res etiã certa in dubium reuocatur propter ſolicitam quæſtionem: vt in authen. de tab. §. primo, in fi. § colla. iiij. ſed male, vt ſubiicit: vt ſupra eo. l. ij. j. reſpon. &. j. de arbi. ita demum.

i *In ex empto quidẽ.* i. in cõtractu ex quo datur actio ex empto. & idem dico in quolibet alio cõtractu bonæ fidei: vt hic, &. j. e. ſi quis affirmauerit. j. reſ. &. j. de act. emp. l. Iulianus. § ſi vẽditor.

k *De dolo.* reprobatis exẽplis & regula Labeonis quæ eſt, ſi dubiũ eſt de alia, quòd hęc detur: reprobata videtur: quaſi dubiũ eſſe non poſſit an alia ſit actio: cum ius ſit finitum: vt. j. de iur. & fac. ignoran. l. ij. Vel dic regulam veram ſecundum Io. arg. j. co. A ſeruus. §. fin. Sed quare in dubio de dolo datur tũmò præſcriptis verbis debet dari: vt. j. de eſti. ac. l. j. & infra de præſcrip. verb. l. j. &. ij. &. l. quotiens? Reſpon. illud obtinet cum dubium eſſet in quam cõtractus ſpeciem cadit. ſed hic conſtat hoc. Sed dubitatur an propter dolum adhibitum hæc vel alia actio detur. Item nõne videtur prima actio de ſtipulatu dari, & ideo de dolo denegari: vt. j. commo. l. iij. §. ſi reddita. &. j. de ſol. l. etiam. quæ ſunt contra? Ad hoc diſtingue vt ſi eſt cõtractus bonæ fidei: quocũq; modo male præſtetur, adhuc poteſt agi prima: vt in. d. l. cõmo. & infra depoſiti. l. j. §. ſi res. idẽ eſt in legatis & fideicommiſſis: vt infra de leg. ij l. Mæuius. §. j. quia intũr bonæ fidei tenẽtur fideicommiſſa & legata: vt. C. in quibus cauſis in integ. reſtitu. nõ eſt neceſſ. l. in minorum. Si autem ex contractu ſtricti iuris: tunc ſi aliquid iuri rei deeſt, prima agitur actione, ſiue pars rei ſit præſtanda, ſiue aliquid acceſſorium: vt. d. l. de ſol. l. etiam. ſi autẽ tota eſt præſtita, ſed male, tũc liberatur à prima: vt hic, &. C. ad exhi. l. exhibitionis. ſed quia in dolo fuit, de dolo tenetur. & ſecundum hoc intelligitur infra de ſol. qui ſibi. §. fin. quia quod ibi dicitur non liberari qui tradidit vulneratum, verum eſt ab actione de dolo. ſi autem nullo modo eſt tradita, ſed interiit res apud promiſſorẽ: ſi culpa ſua, tenetur: vt. j. de ver. oblig. l. mora. in fi. & l. ſi ſeruum. in prin. ſi ſine culpa ſua, liberatur eius interitu: vt eo. tit. de verbo. oblig. ſi ex legati. ſi autem tradidit, ſed alij obligatam vel quoquo modo obnoxiã, tunc prima agitur: vt. j. de ſolu. qui hominem. &. l. cum quis. §. qui hominem. &. l. qui decem. §. qui hominem. & de le. j. l. non quocũque. Et ſic rem peto quandoque, & rem habeo: vt ex præmiſſis patet. Itẽ patet ex præmiſſis q̃ refert an in re debita aliquid deeſt: vt quia pars religioſa eſt: vt. j. de le. ij. Mæuius. §. in fundo. vel obligata: & tunc prima. an vero pars integra tradatur, & alia nullo modo: & tũc liberatur à prima, p parte ſoluta: pro alia remanet obligatus prima actione: vt. j. de ſol. ſi ſtipulatus. ſi autẽ tota præſtita, ſed male, tũc de dolo agitur: vt dictum eſt. Vel ſi vis breuiter pertranſire, die ſemp agi prima quantũ ad rem vel eius æſtimationẽ: ſed quantũ ad cætera dãna, agitur de dolo: vt hic, &. j. e. cũ quis. nec ob. prędictis. C. ad exhi. l. exhibitionis. quia ibi nõ erat obligatus care, ſed exhibere vt habeatur experiũdi copia: vt. j. ad exhi. l. ij. ſi ergo rem exhibet licet deteriorem: quia facit experiundi copiam, liberatur ab actione ad exhibendum: vt ibi dicitur. Item ecõtra videtur nulla dari. nã talem accipiẽdo, totum remiſiſſe videtur: vt infra de eo quod cer. lo. l. fin. in fi. &. ff. ſi quis cau. l. ij. j. reſpõ. Quidam dicũt quòd hic ignorãs accepit. vel dic quòd illud in pœnis obtinet: hic autem nõ eſt pœna reſpectu agentis. Itẽ oppono, quia forte ſoluta officium ceſſare videtur circa intereſſe: vt. C. depoſi. l. iiij. Sed dic quòd hic duæ fuerunt actiones ad diuerſa competentes: vt arg. infra de eo quod cer. loco. l. centum. Quæro ergo an cogatur rem recipere ſine pretio deteriorationis? Quida non. tu dic quòd ſic: cum ex diuerſis cauſis ſit debitor. ideoque & hæc erit bona ratio quare non videatur remittere intereſſe recipiendo rem. Accurſius.

l *Athoni.* ſcilicet vtili: vt. j. de vſufru. l. locum. §. fin. & ad legẽ Aquil. l. item Mela. §. fi. &. l. ſequen.

m *Accidit.* tenetur vtraque, ſi &c. vel ponitur ſi, cõtinuatiue, & refertur ad id tantũ quod dictum eſt de actione ad exhibendum: qua ita demum tenetur ſi poſſideat, vel ſi dolo deſiit poſſidere: vt infra ad exhiben. Iulianus. in prin.

n *Factus ſit legatarius.* ſed nonne ſtatim à morte eius ſit: vt. j. de pecu. l.

Rem habet quandoque eam petis.

pecu.l.ſed ſi damnũ.§.præterea.in fi.&.j.de fur.à Titio.ſed dic, veritate inſpecta non eſt eius ſtatim:vt hic,&.j.de leg.j.ſi tibi.§. cum ſeruus.ſed iuris fictione ſic,vt in contrariũ,& infra ſi cer. pe.proinde.

a *Quocunque tempore.* id eſt ſiue ante aditam hereditatem,ſiue poſt.ſed ſi poſt,etiã le. Aquil.agitur,cũ ſit domin⁹ legatarius.ſed licet detur ex teſtamento ratione prioris tẽporis,tamen & de dolo dari videt: vt.j.quimo.vſufru.amit.l. repeti.in fi.quæ eſt contra.Sol.hic loquitur cũ purè quid legatum eſt. ſi vero ſub cõditione, de dolo datur ante euentũ cõditionis,cum nondum cõpetat actio ex teſtamẽto.vel ibi loquitur in duobus caſibus tantũ,vt ibi dices. vel ibi meliorãdo rem: hic prorſus deſtruẽdo.

b *Dederit.* laſciuia,vel ſeruore. ſed ſi ab alio concitata non aliàs factura, vel ſi naturaliter, non tenetur dñs: vt infra ſi quadru.pau. feciſ.dica.l.j.§.ſed & ſi canis.verſi. & generaliter.&.§.in beſtiis.

c *Soluiẽdo.* id eſt ſi neque quadrupedem habuit,neque dolo deſiit habere:vt infra de ver. ſig. quos nos.§. locuples. Accurſius. * *Quintus Mucius.*

d *Debere de dolo.* immo videtur danda Aquil.vel in factũ:vt infra ad leg. Aquil. item Mela.§. itẽ & cum eoquę eſt contra.Sol.hic dolus fuit in omittendo, & ſic dicas caſum. ibi in committendo:vt ar.j.de vſufruct. ſi cuius.§. de præteritis. in fin.§. De pauperie autem eo caſu quando dolus fuit in committendo,ceſſat:quia culpa in homine deprehenditur.Sed nõne licuit ſibi ceſſare vel dimittere:vt infra de reg. iur.l.nemo videſt Reſpõ.ſic, vt ſibi proficeret,nõ vt alij noceret,vt hic fecit: &.j. de aqua plu.ar.l.j.§.iidem aiunt.verſi.deniq; Marcellus. Itẽ pone animal datum pro noxa.nõne domino tenetur ille cuius occaſione damnum datum eſt?forte ſic de dolo.

e *Nec in id quod excedit.* imò videtur danda contra doloſum, vt eſt in interdicto quod vi aut clam:vt infra quod vt aut clã.l. ſi alius.in princip.quæ eſt contra.Sol.ibi dominus ſerui faciẽtis opus in meo,ad duo principaliter ab initio tenebatur, id eſt ad patientiam,& ad noxam:& vnum faciendo,ab alio non liberatur.idem ergo & ſi vendidit ſeruũ,& emptor pro noxa dederit. nam dominus non liberatur,vt ibi.hic autem vnum tãtummodo,id eſt intereſſe meum debetur.Et eodem modo reſpõ. ad id quod poteſt opponi infra de noxa.ſi ex duobus.in prin.vel hic in actione de dolo,quæ eſt famoſa.& eodem modo ad id quod eſt ſupra titu.j.l.quod diximus.§.j.quia ibi ſuo nomine & principaliter dominus cõuenitur. Item opponitur:quia in id quod excedit,debet agi:vt infra vi bono.rap.l.j.& de priua. delic. l.ij. & de actio.& obli.l.qui ſeruum.in fi.&.j.cõmo.vnde quæritur. in fin.quæ ſunt contra.ſed dic quòd hic præſtatio noxæ nõ tollit id quod excedit,ſed facit vt non naſcatur de dolo actio: vt.j. de verb.oblig.l.decem.

f *Vt fugaret.* & fugit.

g *Furti teneris.* quia opẽ tuliſti ſeruo qui fecit furtũ ſui: vt.C. de ſeruis fugitiuis.l.j.Accurſius.

rij,interemptus eſt: ceſſat legis Aquiliæ actio. De dolo autem actio quocũque tempore [a] eũ occiderit,ceſſat: quia ex teſtamento actio competit.

Actio legis Aquilia vel de pauperie hãc actionem excludit,licet non ſoluto ſed debitio ſubſequatur.ſecus ſi dominus eſſet ſimpliciter non ſoluendo. Bartolus.

Si quadrupes tua dolo alterius damnum mihi dederit: [b] quæritur an de dolo habeã aduerſus eum actionem. & placuit mihi quod Labeo ſcribit, ſi dominus quadrupedis non ſit ſoluendo, [c] dari debere [d] de dolo:quamuis ſi noxæ deditio ſit ſecuta,non puto dãdam nec in id [e] quod excedit.

Actio furti impedit hanc actionem: & vbi deſit dolus,& ſubeſt culpa,competit actio in factum. Bartolus.

Idem Labeo quærit,ſi compeditum ſeruum meum vt fugeret [f] ſolueris, an de dolo actio danda ſit.Et ait Quintus * apud eum notans, Si non miſericordia ductus feciſti,furti teneris: [g] ſi miſericordia, in factum actionem [h] dari debere.

Qui non obſeruat caſum ad quod naturaliter non ciuiliter eſt obligatus: tenetur lato actione de dolo,ſi aliud remedium deficit.h.d.& eſt difficilis. §. primò ponit dictum Pompo.ſecundò ponit vnam rationem contra Pompo.aliam pro eo.tertiò ponit ſolutionem prædicta. ſecunda ibi: Ego mouer.tertia ibi, Atquin. Bartolus.

Seruus pactionis [i] pro libertate reũ domino dedit [k] ea cõditione,vt poſt libertatẽ tranſferatur in eum obligatio. manumiſſus non patitur in ſe obligationẽ transferri. Pomponius ſcribit [l] locum habere de dolo actionem. [m] ſed ſi per patronum ſtabit quò minus obligatio transferatur:dicendum [n] ait patronum exceptione à reo ſummouendum. * Ego [p] moueor quemadmodum de dolo actio dabitur, [q] cum ſit alia actio. [r] * Niſi forte quis [ſ] dicat, quoniam exceptione patronus ſummoueri poteſt ſi agat cum reo:debere dici, quaſi nulla actio ſit quæ exceptione repellitur,de dolo decernendam. Atquin [t] patronus tunc ſummouetur,ſi nolit expromiſſorẽ ipſum manumiſſum accipere. Expromiſſori planè aduerſus manumiſſum dari debebit de dolo:aut ſi non ſit ſoluendo expromiſſor,domino dabitur.

Si dolo malo procuratoris reus ſit abſolutus,niſi reus ſit paratus iudicium recipere,tenetur de dolo ſi procurator non eſt ſoluendo.hoc dicit iſte.§. qui etiam difficilis eſt. Bartolus.

Si dolo malo procurator [u] paſſus ſit vincere aduerſarium meum, vt abſolueretur: an de dolo mihi actio aduerſus eum qui vicit competat,poteſt quęri. Et puto non competere,ſi paratus ſit reus trãsferre iudicium [x] ſub exceptione hac [y] *ſi colluſum* [z] eſt. alioquin [a] de dolo actio erit danda, [b] ſcilicet ſi

h *In factum actionem.* nõ furti:quia dolo non feciſti:nec ex aliquo cõtractu,cum mecum in hoc non contraxeris. abàs ex eo cõtractu agam,vt depoſiti:vt infra depo.l. § hominem. ſed dic in factum agitur,ſcilicet ſubſidiaria vel Aquil.vt hic,& inſti.de leg.Aquil.§.fi.& hoc quando fugit poſt.aliàs nõ datur,cum dãnum nõ habeas:vt infra ad leg.Aquil.ſi ſeruum.in fi.j.reſponi *Seruus pactionis.* i.in pactione.

k *Dedit.* non obligãdo ſe ſeruus.aliàs ipſo fact⁹ liber hoc caſu teneret:vt.C.an ſer. ex ſuo facto.l.promiſiſſe.

l *Pomponius ſcribit.* & male in primo dicto: bene in ſecundo.

m *De dolo actionẽ.* patrono cõtra libertum.

n *Dicendum ait.* Pomponius,& bene.

o *Summouendum.* intellige dominũ hic pactum cũ reo vt ſeruum manumiſſum reũ acciperet. aliàs iniquum eſſet eum repelli exceptione ſi non ſeruũ ſed reũ cõuenire vellet:cũ inuit⁹ alieni debitoris nomẽ in ſolutũ accipere nemo cogat: vt.C. de ſolu.l.cum à quo.

p *Ego.* loquitur auctor legis.

q *Actio dabitur.* ſcilicet patrono.

r *Actio actio.* ſcilicet contra reum.

ſ *Quis.* ſcilicet inſipiens volens excuſare Pomponium.

t *Atquin.* pro ſed. Et nota q̃ prędicta corrigũtur hic:& tres caſus hic decidũtur:quos no taui in litera.

u *Procurator.* mei actoris.

x *Iudicium.* ſ.primũ.i. primã litẽ in qua fuerat abſolutus.

y *Sub exceptione hac.* id eſt replicatione.q.d.reus,ſi ꝓbaueris tu actor eſſe colluſum: volo ſubire iudicium nõ opponendo tibi exceptionem rei iudicatæ.Sed nõne litem perdidit?Videtur quòd ſic:vt.C. de pœna iudi.l.j.& etiam hic innuitur. Videtur enim quòd ſi probem colluſionem,omnino cauſam perdat. Sed dic quòd non perdit: quia illud quod de perdenda lite dicitur,obtinet quando actor corrupit aduerſarij ꝓcuratorẽ.ſecus ſi reus aduerſarium:vt hic, &.j.máda.ſi procuratorem.§.j.vel non perdit propter ſpontaneã obligationem: vt.C.de pœnã.auth.nouo iure. &.j. de iurſi.l.edicto.&.l.ſenatus.&.j.de alie.iud.l.iij §.fin.

z *Colluſum.* no.verba replicationis.& ſuppleinõ ꝓfit.ſ ſentẽtia.

a *Alioquin.* id eſt ſi non eſt paratus transferre.

b *De dolo actio erit danda.* Sed videtur quòd primam actionem intendere debeã:& ſi excipiat,replicem:& ſic de dolo ceſſet:vt infra eo.cum ad re.quæ eſt cõtra.Sol.aut rem offers:& tũc ſola prima actione cõueniris,& nunquam de dolo, vt hic,etiam ad expenſas:eum nõ ſit veriſimile fieri expenſas,cum ſpõe litiget vt hic.aut non offers:& tunc ad rem principalem agitur prima: vt.d.l.cum à te.ad damna vero & expenſas actione de dolo: vt hic,& infra eo.cum quis Alij dicunt quòd hic procurator dolo malo & ſine pecunia colluſit:vnde tenet ſententia. Alij quòd hic non conſtabat de actione:vt infra eo.ſeruus.§.fin. Vel dic quarto quòd hic colluſum fuit à procuratore actoris cum ꝓcuratore rei.& quod dicit aduerſariũ,id eſt procuratorem eius. & quod dicit aduerſus eũ,ſcilicet procuratorem rei. Sed huic lecturæ ob.infra de doli mali excep.l.apud §.item quæritur.verſi. quæritur.

* *Probat nõ eſſe dãdam actionẽ de dolo,hoc argumẽto: aut ſtas per patronum quo minus trãſferat: & obligatio in manumiſſum: & ſi ſtat, exceptione ſummouebitur, aut non ſtat per patronũ, & tunc dabitur actio ex ſtipulatu contra expromiſſorẽ: niſi forte obiectio eſt, cui mox reſpõdetur in his verbis. Atquin &c.*

quæsitum.&.l.si procurator. Sed dic quòd ibi erat procurator rei:hic vero actoris:qui non poterat excipere,cum in eum actio non daretur.prima verior est.

a *Soluendo.* si ergo à principio fuit soluendo,cessat de dolo. si desinat,postea incipit habere locũ:& iterũ si incipiat esse soluẽdo,nonne cessat? Respon.non cessat:immo cum alia datur:sed exceptio ei obiicitur: vt argu.C. de cura. fur.l. cum aliis.

b *Et euidenti,* & pro id est.vel dic magna.i. vltra duos aureos.non autem dicas magna, id est summa perfidia. nã & pro parua perfidia, dum tamẽ euidẽti,datur hæc actio: vt infra eo.quid enim.euidentem autem esse oportet:quia dolum ex perspicuis indiciis probari conuenit: vt.C.eo. titu.l.dolum.

† *Facit ad hæc.§.gl.2. maxime. vide de rescindi.vendit. cum.* ° *Castilionæum.*

c *Quod si cum scires.Tui lucri.*nõ quia semper affectus tui lucri desideretur in hac actione:sed quia apparet in hoc casu animũ decipiẽdi fuisse:vt infra.e. seruus tu°.Ioan.tamen dicit vtrumque interuenire,scilicet dolũ, & animum lucri:non dico de ipsa pecunia mutuata.si enim eam diuisisti cum debitore,furti teneris:non de dolo:vt infra de fur. si quis vxori.§.cum Titio.

d *De dolo iudicium.* cũ non errauerim in persona, sed in patrimonij quantitate:vt hic,&.j.de fur.l.falsus.§.si quis. si autem in persona errassem,tunc in factum daretur:vt.ſ.de furtis.l.si is qui rem.ij.§.si tu Titium.quæ est contra.

Si quis.] *CASVS.* Instituras eras in quadã hereditate: & ego volebã eam emere.vnde dixi eam vilem esse: & sic eam pro minori pretio dedisti.Dicitur q̃ non teneor de dolo:sed actione ex vendito. [*SI AVTEM.*]Institutus fui in quadam hereditate:tu persuasisti mihi vt illam hereditatem repudiarẽ.vel cum legasset mihi testator vnum de seruis suis quem vellẽ ego: persuasisti mihi vt vilem eligerẽ.his duobus casibus de dolo teneris.Item si Titius filium suũ exheredauit,& quendam extraneũ heredem instituit:ego illud tantum celaui, ita quòd filius Titij nesciuit se exheredatum:& sic decessit filius Titij exheredatus.dicit hic quòd heredes istius filij exheredati duplicem viam contra me habent,quòd habent actionem de dolo ciuiliter contra me,& criminalem legis Corneliæ. Vinianus.

e *Sufficiat.* vt dolus purgetur: vt hic, & supra eo. & eleganter.§.non solũ.in fin.§.& infra de act.emp.l.Iulianus.§.per cõtrarium.&.C.de here.vel ac.ven.l. qui nondum. & hic loquitur quando aliàs erat contracturus: aliàs rescinditur venditio: vt.C.de rescin.ven.si dolo.Et per actionem de dolo vel cõdic. sine causa reuocatur quatenus de facto processit:vt dixi supra eo.& eleganter.§.j.

° *Nota secundò Bal. contra fideiussores qui se apparuisse dicunt, ad quos ad hoc vocati non venerunt: & vide de fideiussoribus.*

f *In familia non sit.* cum sit ibi melior. Accursius.

g *De dolo dandam.* minor autem restituitur:vt infra de minor. ait prætor.§.hodie.qui est § fina.Sed videtur hoc casu de dolo non dari,cum adhuc possit optare: vt infra de ope. liber.l.iiij. &.v. quæ sunt contra.Sol.quidã dicunt quòd hic ab extraneo, ibi ab herede dolus fuit adhibitus.° Tu dic quòd hic fuerunt omnes exhibiti:sed qui deterior erat,fuit bene restitus & rasus, vt melior appareret.

h *Suppressa sint.* ab herede forte vel extraneo.

i *Heredes sibi.* scilicet extranei.secus si suicũ habeant querelã:vt.C.de inoffic.testa.scimus.§.fin. Vel dic quòd hic loquitur secundum sua tempora,secundum quæ nunquam transibat querela nisi præparata eriã ad suos:vt infra de inoff. testa.quemadmodũ Sed nunquid furti? Respon.non,cum hereditas non erat adita:vt infra de fur.l.hereditariæ.Et no. vnam harum viarum

A esse criminalem,scilicet.l.Corne.vt instit.de pu.iudi.§. item lex Corne.de sica.& infra ad.l.Corne.de fal.l.ij.cuius pœna est deportatio,& omnium bonorum publicatio:vt infra de fal.l.j. in fin.Et est speciale secundum quosdam in testamento suppressio. puto idem in quolibet instrumento:vt eo. titu.ad.l. Corne. de fal.l.Paulus.§.j alia ciuilis,vt de dolo.ideoque vna per alterã nõ tollitur:vt.C. quando ciuilis actio.l.j.

IX. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

SI quis adfirmauit minimam esse hereditatem,& ita eam ab herede emit:non est de dolo actio,cum ex vendito sufficiat.e Si autem mihi persuaseris vt repudiem hereditatem, quasi minus soluendo sit: vel vt optem seruum,quasi melior eo in familia non sit:f dico de dolo dandam,g si callidè hoc feceris.

B

Actio criminalis hanc actionem nõ impedit. Bartolus.

Item ſtabulæ testamenti,ne de inofficioso diceretur, diu suppressæ sint,h mox mortuo filio prolatæ:heredes filij i aduersus eos qui suppresserunt, & lege Cornelia & de dolo posse experiri.

Sequester non tenetur rem restituere nisi finita lite: vel cum per actorem steterit. Item contra eum qui fecit fieri sequestrum indebite,actione de dolo succurritur vbi alia actio deficit. Bartolus.

[*Si oleum.*]*CASVS* in hac.l. vsque ad.l. si plures.talis est: Possidebam siue habebã oleum ad vẽdendũ. Titi° vindicabat à me illud oleum. deposuim° tamen istud oleum penes Seium,vt illud vẽderet,& vincenti pretium daret.postea Titius nõ ꝓcedit in causa.volo agere aduersus Titium de dolo. Dixit quidam iurisconsul. q̃ possum.sed non est ita: quia aut Seius soluendo est:& tunc conuenitur sequester:aut nõ est soluendo Seius, & tũc in subsidiũ de dolo tenebitur Titius. [*ET SI TV.*] Seruus tu° mihi fecit furtum: eum postea alij obligasti in meũ præiudicium. si ego ago postea contra te actione furti noxali, & eum

C

des mihi ꝓ noxa,extra iudicium scilicet:& postea fuisti absolutus:quia ism dederis mihi seruũ pro noxa:si hunc seruum inueniam esse alij obligatum in præiudicium meum,conueniã te de dolo.secus si condemnatus fueris in æstimationem, & seruũ noxæ dedisti.& sic soluitur cõtra. Vel dic aliter hunc casum retento eodem themate:Quia egi contra te act furti noxali: cum seruus tuus mihi furtum fecerit:iudex præcepit tibi vt mihi seruum pro noxa dares,& dedisti: & etiam absolutus fuisti, quia pœna dupli vel quadrupli. si inueniam postea eum obligatum, de dolo agam contra te.Et secundum hunc vltimum casum lege literam.sed secundum primum lege illud verbum, per iudicem,cum verbo,absolutus: quia non per iudicem fuit seruus datus,sed extra iudicium.[*HAEC DE DOLO ACTIO.*] Seruus tuus decepit me per dolum:an tenearis de peculio vel noxaliter.quæritur. Distinguitur.aut seruus commisit dolum in contractu:& tunc teneris tu dominus de peculio. aut extra contractum,si non cadat in speciale nomen maleficij: & tunc teneris de dolo noxaliter. [*MERITO.*] Nunc exponit iurisconsul.vltima verba edicti:& illa iusta causa &c.quæ sunt supra eo.l.j.§.verba. Dicit enim quòd inquiremus quantitates. & etiam personas in act. de dolo. ad hoc enim inspicimus quantitatem, quia pro minima re hæc actio non datur: pro duobus scilicet aureis non datur. Item personam, quia non datur vili contra honestos homines. item non datur liberto contra patronum. sed in his casibus agetur act. in fac. & est ratio quare agatur act. in fac.ne prædictæ personæ lucrentur ex suo dolo:heredibus tamen liberti datur hæc act. de dolo, & contra heredes patroni vel patris. [*ITEM IN CAVSAE.*] Si pupillus committat dolum, an teneatur, quæritur. Et respon.quòd in pupillum committentem dolum, act.de dolo non datur, nisi iste pupillus fuerit heres eius qui dolum commisit:quo casu tenetur in id quod ad eum peruenit. Quod dixi de pupillo, verum est cum non est proximus pubertati. si autem fuerit proximus pubertati,tunc tenetur:quia pone quòd pupillus conueniebatur à procuratore alicuius:pupillus commisit dolum vt ipse pupillus absoluatur: vel dixit finitam tutelam,cum non erat.his casibus de dolo tenetur pupillus. Sed pone quòd tutor pupilli fuerit mihi dolo vt emam rem aliquam ab eo, & emi: & pretium ad pupillum peruenit. tenetor hoc casu pupillus in quantum est locupletior. Vel dic quòd tutor suasit mihi dolo vt repudiem hereditatem

reditatem in qua erat substitutus mihi pupillus. nam & hic tenetur pupillus inquantum est locupletior. Item dicit quòd municipes actio de dolo non datur, nisi in id quod ad eos pervenit dolo magistratus: sed decuriones tenentur de dolo. Item si constituì procuratorem, & iste dolum committit: teneor ego dominus in id quod ad me peruenit: ipse autē procurator tenetur de dolo. [*IN HAC.*] In isto.§. & in princ. l. sequen. quæ continuantur cum eo, veniunt tria necessaria in act. de dolo: scilicet quòd designetur ꝑsona quæ dolum commisit. Item aliud secundum, scilicet quòd designetur res in qua commissus est dolus. Item tertiū vt appareat cui sit facta dolus.

* *diiudicetur.*

† *Sequestraria actio dicitur qua is qui deposuit, vel in causa superior cuasit, ad possessionem res depositæ agit aduersus se quæstrum. Est autem sequester, apud quem plures eandem rem de qua est cōtrouersia, deposuerūt. Bero.*

* *Or per iudicem sis absolutus.*

a *Defendat.* scilicet vindicando: vt econtra. C. de Carbo. edict. l. j.

b *Iudicium accipere.* id est noluit dicere suum esse oleum.

c *Neque mandati.* quia forte non fuit gratuitum.

d *Neque sequestraria.* de hac constat, & quia nō est cōditio impleta, vt hic: quia scilicet neuter vicit: & quia vnus tantum hic deposuit: vt in princi. huius l. nō plures: quia tunc habet locum sequestraria: vt infra de positi. l. propriè. & l. licet.

e *Sequestre.* non est propriū nomen actionis.

f *Præscripsit verbis.* quasi tacite sit actum vt Titio nō prosequēte mihi reddatur. Vel dic quasi vicerim, cum per me non remaneat: vt infra de condit. institu. l. vter ex fratribus. nam & si vicissem, hæc mihi daretur: vt infra de præscript. verb. l. si rem. §. si quis sponsionis. non autem depositi: quia forte sequester aliquid accepit, & aliis rationibus supradictis: aliàs haberet locum vt infra depos. l. ei apud. §. j.

g *Noxa.* potes legere vt nō per iudicem sit datus, sed extra iudicium: absolutio tamen fuit facta in iudicio ab æstimatione litis, & à iudicij obseruatione: vt instit. de perpe. & tempo. actio. §. fina. & tunc puncta, & per iudicem sis absolutus &c. & sic non est contra infra de re iudi. l. iiij. §. fina. & j. de sol. l. ti hominem. quæ sunt cōtra: quia ibi per iudicem dedit. vel lege quòd hic per iudicem fuerit datus seruus, & absolutus ab æstimatione. secus si cō demnatus fuit in æstimatione, & dedit huiusmodi seruū: quia tūc agitur iudica. vt in dict. cōtrariis legibus dicitur. *ADDITIO.* Die quòd cōtraria loquuntur in sententia condemnatoria hic in absolutoria. & cū glo. dicit quòd fuit datus seruus per iudicem, nō intelligas adiudicatus per secundum decretū: quia in secūdo decreto debetur euictio: vt. C. de euictionibus. l. si ob causam. sed quia in iudicio ante sententiam fuit seruus traditus pro noxa, ex qua tradita non debetur euictio: quia non incipit à præcedente obligatione super seruo, secundum Bal. hic.

h *Teneris.* scilicet mihi cui dedisti pro noxa.

i *Pignori datum.* scilicet in perniciem meam: vel forte in eo ꝙ scienter dedi talem. quod non placet.

k *Hæc de dolo actio.* vt in contractu. Sed nonne tunc datur actio ex eo contractu? Respon. non: quia pone quòd dolus dederit causam cōtractui. Item pone in contractu, facio vt des: vt infra de præscrip. verb. naturalis. §. quòd si faciam. nam ex contractu vel quasi de peculio agitur: ex delicto vel quasi, noxaliter: vt hic, & j. de his qui dejec. vel effu. l. j. §. cum seruus. Ac.

l *In qua.* id est in contractu vel quasi.

Labeo libro trigēsimo septimo posteriorum scribit: si oleū tuum quasi suū defendat* Titius, & tu hoc oleum deposueris apud Seium, vt is hoc venderet, & pretium seruaret, donec inter vos deiudicetur* cui oleum esset: neque Titius velit iudiciū accipere, [b] quoniam neque mandati, [c] neque sequestraria [d] † Seium conuenire potes nondum impleta conditione depositionis: de dolo aduersus Titium agendū. Sed Pomponius libro vicēsimo septimo, posse cum sequestre [e] præscriptis verbis [f] actione agi: vel si is soluendo non sit, cum Titio de dolo. quæ distinctio vera esse videtur.

Absolutus ab obseruatione iudicii, quia soluit: ratione deteriorationis de dolo non tenetur. Bartolus.

Et si seruum pigneratum noxæ [g] mihi dederis* per iudicē, & ita absolutus: de dolo teneris [h] si apparuerit esse eum pignori [i] datum.

Hæc actio noxalis est: item competit de peculio si circa res peculiares sit dolus commissus. Bartolus.

Hæc de dolo actio [k] noxalis erit. Ideo Labeo quoque libro trigensimo prætoris peregrini scribit, de dolo actionem serui nomine interdum de peculio, interdum noxalem dari. Nam si ea res est in quam [l] dolus commissus est, ex qua de peculio daretur actio: & nunc in peculio dandam. Sin verò ea sit, ex qua noxalis, hoc quoque noxale futurum. [m]

Hic incipit exponere illa verba posita in edicto: & iusta causa esse videtur. & breuiter hoc dicit: Hæc actio non datur pro modica quantitatemus contra parentes vel patronos, vel personas honestiores: sed p̄ actionem in factū succeditur. huc dicit cū dualibus ll. sequen. & supra exposuimus iusta iudicatus illa verba. si alia actio &c. hic exponit alia, vt dixi in prin. Bartolus.

Meritò causæ cognitionem prætor inseruit. neque enim passim hæc actio indulgenda est. Nam ecce in primis si modica summa sit,

x. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

ID est vsque ad duos aureos: [n]

XII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

NOn debet dari. Quibusdā personis non dabitur: vt puta liberis vel libertis aduersus parentes patronósve, cum sit famosa. [o] Sed nec humili [p] aduersus eum qui dignitate excellet, debet dari: puta plebeio aduersus consularem receptæ [q] auctoritatis: vel luxurioso [r] atque prodigo aut aliàs vili aduersus hominem vitæ emendatioris. & ita Labeo. Quid ergo est? in horum persona dicendum est, in factum [s] verbis temperandam † actionem dandam, vt bonæ fidei [t] mentio fiat:

XII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

m *Noxale futurum.* vt si dol⁹ est admissus extra contractum, verbi gratia, persuasit mihi vt non idoneam hereditatem adirem, vel similia: vt infra eod. arbitrio. §. penul. & l. si dolo & l. cum quis. & l. fin.

n ID est vsque ad duos aureos qui computantur habita ratione quòd septuagintaduo valeāt libram auri: vt C. de suscep. & arca. l. quotiens cūque. libr. x. Sed nūquid pro duobus aureis datur? Respon. non: vt hæc dictio vsque, inclusiue accipiatur: cum in pœnis molliores esse debeamus: vt infra de pœ. l. pen. & proniores in odiis restringendis: argu. infra de lib. & postu. cum quidam. Item quare actio furti datur pro vno ouo: cum sit æquè famosa, hæc non: vt instit. de rer. diu. §. gallinarum? Respon. secundum Io. quia furta frequētius fiunt in vilibus quàm dolus, ideoque necesse est plus puniri: argu. infra de pœn. l. aut ta- & §. fin. b Item non- ne quælibet: actio etiā vno nūme

Aurei septuagintaduo faciunt libras auri.

Actio furti datur pro vno ouo: cum sit famosa.

b Tu dic quid ratio est: quia eo- dolus, ideoque nece- fuit plus puniri: argu- ria: sed non

actio furti. facit. l. Seio pro vno nūmo datur

o *Non debet. Cum sit famosa.* Nota quòd magis est odiosa hæc actio quàm furti vel iniuriæ, licet & illæ famosæ sint: quia illæ causa cognita in huiusmodi personas dantur: vt infra de furtis, si quis viori. §. j. & supra de in ius vocan. sed fi. c. prætor. Vel dic quòd ibi agitur in factum nomine furti: sed ibi in castrensi peculio: & nomine iniuriæ atrocis: vt argu. C. eo. l. si superstite.

p *Sed nec humili.* quis sit, dic vt. C. de incest. nup. l. humilem.

q *Receptæ.* aliàs præceptæ, id est præ aliis acceptæ vel habitæ.

r *Luxurioso.* carnali, vel prodigali luxuriat vt infra de damno infecto. l. ex damni. in prin.

s *In factum.* etiam si modica sit summa secundum quosdā, propter id quod dicit lex sequens, ne ex do. &c. sed contra videtur vt. C. eo. si superstite. vbi dicit, immodice læsa es. sed subaudi maxime ibi. Sed nonne in factum agere est restituì: ergo nō debet dari contra has personas: vt. C. qui & aduersus quos. l. fina? Sed dico ibi intellectum tantum de ea quæ datur iudicis officio: non quæ iure actionis.

t *Vt bonæ fidei.* quasi dicat, non malæ fidei. & sic per abnegationem

in factum pro hac modica summa, excepto de damno infecto: vt infra de dam. infec. l. ex damni. j. respon. & excipe infra de impen. in reb. do. fac. l. omnino. & infra cōmo. l. in rebus. §. posse. Accur. *ADDITIO.* Tu dic quòd ratio est secūdum Bal. quia est ibi natura contractus: cum modica impensa pertineat ad impendentem, secundum eundem Bal.

dari ex noxa in modica summa. dic concludit infra de dam. infec. l. ex damni. j. respon. & excipe infra de impen. in reb. do. fac. l. omnino. & infra cōmo. l. in rebus. §. posse. in libello. Bal.

tionem contrarij ponitur:vt infra de mino.l.pe. & infra de leg. ij.l.cum quidam.&.l.cum pater.§.rogo.& de leg.iij.l.fideicommiſſa.§.ſic fidei.in fi. ſic econtra infra de inoffi. teſta.l.etiã.&.l. qui repudiantis.

a *Heredibus. Aduerſus heredes.* Nota contra heredem patroni & patris agi de dolo actione:ſed aliud eſt in exceptione doli,quę etiam contra heredes patroni vel patris non opponitur. Et eſt ratio,quia in actione doli tantùm calculi habetur ratio: & ideo non infamat: vt infra eo.l.Sabinus. ſic enim dicam: conuenio te actione de dolo de eo quod ad te puenit ex dolo defuncti. nõ autem dicam, conuenio te ex dolo defuncti. at in exceptione nõ ideo quia aliquid apud eũ ſit, ſed quia defunctus dolum commiſit,excipitur: & ideo non de dolo ſed in factũ excipitur:vt infra de doli mali exceptione.l.apud.§.aduerſus. quæ eſt cõtra.Sed cũ in defunctũ datur actio in factum,& in heredem de dolo,vnde naſcitur hæc actio de dolo? ex dolo defuncti nõ:quia alia nata fuit, ſcilicet in factũ.Reſpon. forte eadem eſt actio in factũ & de dolo in ſubſtãtia,licet nomina diuerſa:vt infra de here. inſtit.l.iij.§. qui fideicõmiſſariam. & ſic eſt nata ex dolo defuncti. Vel melius dic quòd ſunt duę, & ambæ naſcũtur ex dolo defuncti:ſed vna tantùm intentatur cõtra defunctum,vt in factum: & alia contra heredem, vt de dolo. & q̃ ſint duæ, patet ex eo quòd alteri' qualitatis & vitæ eſt vna quàm alia: vt.j.eo. in heredem.& l.itaque.Accurſius.

Actio de dolo nõ infamat.

NE ex dolo ſuo lucrentur.

Quando propter reuerẽtiam perſona actio de dolo non dabatur contra defunctũ,dabatur contra heredẽ. Bart.

XIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

HEredibus tamen harũ perſonarum, itẽ aduerſus heredes [a] de dolo actio erit danda. [b]

Pupillus poteſt conueniri de dolo ex perſona defuncti. Item ſi eſt proximus pubertati,in perſona tutoris, in quantum factus eſt locupletior. hoc dicit cum.l.ſeq. & proxi. ſeq. Bartolus.

Itẽ in cauſæ cognitione verſari Labeo ait, ne [c] in pupillum de dolo detur actio: niſi fortè nomine hereditario conueniatur. [d] Ego arbitror [e] ex ſuo dolo conueniendum, ſi proximus pubertati [f] eſt:maximè [g] ſi locupletior ex hoc factus eſt.

XIIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

QVid enĩ ſi impetrauerit [h] à procuratore petitoris, vt ab eo abſolueretur: vel ſi de tutore mẽtitus [i] pecuniam accepit, vel alia ſimilia admiſit, quæ non magnam [k] machinationem exigunt?

XV. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

SEd & ex dolo tutoris ſi factus eſt locupletior, [l] puto in eum dandam actionem,ſicut exceptio [m] datur. [n]

Contra vniuerſitatem non datur de dolo actio: quia dolum non poteſt committere de facili, niſi ex perſona adminiſtrantium. Bartolus.

Sed an in municipes [o] de dolo detur actio, dubitatur. Et puto ex ſuo quidem dolo non poſſe dari. Quid enim municipes dolo facere poſſunt? [p] Sed ſi quid ad eos peruenit ex dolo eorum qui res eorum adminiſtrant,puto [q] dandam.

Rectores de eorum dolo proprio tenebuntur. Bartolus.

De dolo autem decurionũ [r] in ipſos decuriones dabitur de dolo actio.

Dominus tenetur de dolo procuratoris de eo quod ad eum peruenit. Bartolus.

Item ſi quid ex dolo procuratoris ad dominum peruenit: datur in dominũ de dolo actio in quantum ad eum peruenit. Nam procurator ex dolo ſuo proculdubio tenetur. [s]

Iuriſconſultus expoſuit primam partem edicti poſiti in.l.j.ſupra eo. Erant in edicto poſita quadam verba alia quæ non ſunt poſita materialiter in hoc titu. ſed eorum mentem iuriſconſultus ponit hic: & in.l. arbitrio.infra eod. & breuiter hoc intendit: Quando ex edicto agitur ciuiliter actione famoſa, debent particulariter omnia deſignari, ſicut quando quis criminaliter accuſatur.hoc dicit.quod uer. Bartolus.

In hac actione deſignari oportet cuius dolo [t] factum ſit, quamuis in metu [u] non ſit neceſſe.

XVI. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

ITem exigit prætor vt comprehendatur quid dolo malo factum ſit. Scire enim debet actor, in qua re circũſcriptus [x] ſit, nec in tanto crimine vagari. [y]

In cauſa. CAVSA in hac. l. (quæ continuatur vſque ad. l. Papinianus) eſt talis: Ita demum in integ. reſt. datur, ſi aliud non ſuperſit auxilium: vel quia iure actionis, vt in primo caſu: vel ipſo iure, vt ſecundo, ſcilicet ſi ſit tutius. nam ſi habet aliam act. nõ habebit in integrum reſtitu. ſecundum Io. licet M. dixit quòd cõpetit in integ. reſti. cũ alio auxilio iure actionis competentis: quia ex quo communi iure tutus eſt abſq; lite mouenda vel recipienda, non erit reſtituendus. [POMPONIVS.] Paterfamilias deceſsit Titio herede inſtituto: & cum rogauit vt nepti ſuæ huius teſtatoris res quaſdam præſtaret ſub tali cõditione, vt ſi illa ſine liberis decederet, eas heredi reſtitueret à teſtatore rogata ſub præmiſſa cõditione. deceſsit inſtitutus heres præſtitis illis rebus quas rogatus fuit præſtare. neptis autem cauit ſe illas reſtituturam heredi heredis: quod facere nõ tenebatur: quia heredi & nõ heredis heredi præſtare tenebatur: & ſic quia conditionale fuit ſecundũ fideicom. nõ tranſmittetur ad heredes, cum prius decedat fideicõmiſſarius, quàm exiſtat cõditio. Dixerunt autem quidam ad cautionẽ indebiti interpoſitã reſtituẽdam eam, etſi non cõpetat cõdictio ſine cauſa: ſed dicit Pomponius q̃ reuocatur cautio per condic. ſine cauſa. aliud eſt quando ipſo iure contractus non valet. [IDEM] Vendidi tibi librum: & te decepi, vel tu me decepiſti, nihilominus valet venditio: & tenebit cõtractus, licet alter noſtrũ decipiatur. [NVNC.] Hic quæritur qui ſint iudices qui poſſunt dare reſt. contra ſuam ſententiam, vel contra ſententiam iudicis minoris quàm ipſi ſint. vnde dicit q̃ præfectus poteſt dare reſtitutionẽ cõtra ſuam ſententiã: licet à præfecto nõ poſsit appellari. ſed quę ſit ratio diuerſitatis, dicitur plene in litera. Dixi maioré iudicem poſſe reſtituere cõtra ſententiã minoris: ſed minor nõ poteſt reſtituere cõtra ſententiã maioris. Sed vtrũ contra ſententiã principis poſsit dari in integ. reſt. quæritur. Et reſpõ. aut minor oſtẽdit manifeſtã ſuam læſionẽ, quia dicit ſe proditũ ab aduocato: & tunc etiã cõtra ſententiam principis reſtituetur: & dabitur reſtitutio ab ipſo principe. aut nõ oſtendit manifeſtã læſionem, & hoc caſu non reſtituetur. In fine dicit q̃ princeps ſolus reſtituit cõtra ſuam ſententiam: & etiã contra ſentẽtiam delegati ſui. [NON SOLVM.] Notat hic cum. l. ſequẽ. triz tempora. Primũ ſi deceſſerit minor qui poterat reſtitui: & ei extitit maior heres: poterit quidẽ iſte maior reſtitui intra annum ex perſona defuncti. Secundũ tempus quando iſti minori læſo ſuccedit alius minor: nunquid iſte minor ſuccedens poterit reſtitui? Et dicitur q̃ ſic, toto tempore ſuæ ætatis ſuccedẽtis: & habebit etiam vtilem annum ex perſona defuncti. Tertium tempus eſt quãdo minor maiori ſuccedit: quia ſi iſti maiori reſtat aliquid ex vtili anno cum deceſsit, ſuccurretur iſti minori ſuccedenti: quia habebit totum tempus ſuæ ætatis: & poſtquam fuerit factus iſte heres maior, habebit illud quod reſtabat defuncto de vtili anno.

XIIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

PLanè quamdiu is qui à minore rem accepit, aut heres eius idoneus ſit: nihil noui cõſtituẽdum eſt in eum [r] qui rem bona fide emerit. ídque & Põponius ſcribit.

XV. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

SEd vbi reſtitutio datur, [ſ] poſterior emptor reuerti ad auctorem ſuum poterit. [t] Per plures quoque perſonas ſi emptio ambulauerit, idem iuris erit. [u]

Auxilium extraordinarium in ſubſidium introductum non concurrit cum ordinario. Bartolus.

XVI. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

ff. Vetus.

a *Etiam hoc.* non ſolùm ea quæ dicta ſunt ſupra eod.l.verum.§. ſciẽdũ.vſq; huc.Itẽ & aliud quod eſt ſupra de in integ. reſt.l.iij.

b *Competere.* & certe competit actio alia cum iſto beneficio,ſecundum M.vt infra eo.§ Pomponius.Item proprie hic ponitur alia:nam hic in integ.reſt.iure actionis petitur:vt argumen.ſupra eo. in cauſæ.§. interdum.ſecundũ eum. nam hoc officiũ actionem eſſe dixit.Sed cõtra dic in vtroque caſu. nã cum alia nõ detur ſpecialiter:vt p eũdem.§.Pomponius,dico. & hic expone an alia detur,ſcilicet vt ſic hæc non detur. Item nec iure actionis: ſed officio iudicis hæc reſtitutio datur: vt infra eo.quòd ſi minor.§.fi. ſed data reſtitutione antiqua actio vtilis intẽditur:vt ſupra.e.l.in cauſæ.§.interdum.alibi autem extraordinariũ cum ordinario bene concurrit: vt patet j.de rei vind.l.j.§. per hanc. improprie ergo ponii hæc dictio, alia: vt ſupra de procu.l.nõ ſolum. §. quæritur. & quod dicit,actio,id eſt auxilium per quod dicat ipſo iure nullũ: vt ſubiicit.Contra eundẽ ergo non datur actio ſpecialis,& i integ.reſti.ſed contra diuerſos ſic: vt.C.ſi tut. vel cura.interue.l.etiã.j. niſi in caſu: vt infra eo. cũ mandato.§.ſi autem.&

a *Bar. hic & Ioan. de Imo.in.l.di mus. de re in.j.& Alex.in.l. in pupillo. de mori ope. nunci.in addit. ad Bar. reputant iſtam glo.ſing.ad hoc quòd cui cõpetit exceptio,nõ cõpetit remedium extraordinarium. Bolog.*

2 IN cauſæ cognitione etiam[a] hoc verſabitur, num fortè alia actio poſsit competere[b] citra in integrum reſtitutionẽ.[c] Nam ſi[d] communi auxilio, & mero iure munitus ſit: non debet ei tribui extraordinarium auxilium: vt puta cum pupillo contractum eſt ſine tutoris auctoritate, nec locupletior[e] factus eſt.

Item relatum eſt apud Labeonem: ſi minor circumſcriptus ſocietatem coierit, [f]vel etiam donationis[g] cauſa, nullam eſſe ſocietatem,nec inter maiores quidẽ:[h] & ideo ceſſare partes prętoris.Idem & Ofilius reſpondit. ſatis enim ipſo iure[i] munitus eſt.

Condictio indebiti vel ſine cauſa reſtitutionem non impedit.b.d.ſecundum vnam lecturã: vel eam impedit ſecundum aliam. Bartolus.

Pomponius quoque refert libro vicenſimooctauo, cum quidam heres rogatus eſſet fratris[k] filiæ complures res dare ea conditione,[l] vt ſi ſine liberis deceſsiſſet,[m] reſtitueret[n] eas[o] heredi: & hæc defuncto herede heredi eius[p] cauiſſet ſe reſtituturã, Ariſtonẽ putaſſe[q] in integrum reſtituendam.Sed & illud Pomponius adiecit,[r] quòd potuit incerti[ſ] condici hęc cautio etiam à maiore. Non enim[t] ipſo iure, ſed per cõdictionem munitus eſt. Et generaliter[u] ꝓbandum eſt, vbi contractus nõ valet,pro certo prętorem ſe nõ debere interponere.

Iſte.§.continuatur ad ſuperiora: ideo nõ indiget ſummario: intellige dummodo abſit dolus,& non ſit deceptio vltra dimidiam iuſti pretii. Bartolus.

Idem Pomponius ait,in pretio emptionis & vẽditionis naturaliter licere[x] cõtrahentibus ſe circumuenire.†

Qui habent merum & mixtum imperium, poſſunt in integrum reſtituere etiam contra ſuam ſententiam: & minor iudex non poteſt reſtituere contra ſententiam maiorum. Bartolus.

Nunc videndum qui in integrum reſtituere poſsunt. Et tam præfectus vrbi, quàm alij magiſtratus[y] pro iuriſdictiõe[z] eſt ratio in procuratore: vt ibi dixit. Sed quid[a] ſi exceptionem non actionem de iure communi habeat: an dabitur reſtitutio? Reſpon.Io.vtique: vt quia deceptus vltra dimidiam iuſti pretij.Item da exemplum vt infra eod.ſi minor.§.minores. in glo. apparet &c.

b *Competere.* bene dico verſari,quia dubium. nam quod ſequitur,non eſt dubium ſecundum M. vel ſecundum Io. ſupple, vt ſcilicet reſtitutio non detur.nam &c.& ſic eſt ar.à ſimili.

c *Reſtitutionem.* bene dico verſari,quia dubium. nam quod ſequitur,non eſt dubium ſecundum M. vel ſecundum Io. ſupple, vt ſcilicet reſtitutio non detur.nam &c.& ſic eſt ar.à ſimili.

d *Nam ſi communi.* not. quòd vbi habet locum commune auxilium,non debet extraordinarium petiivt infra de Carbo.edic.l. cum ſine.in prin.& infra ad muni.l.j.in fi. in gl.fin.ibi,ſuperuacuum eſt &c.&.ſ.de eden.l.quædam.in prin.

e *Nec locupletior.* vnde ipſo iure nõ tenet in eius præiudicium: vt inſti.de aucto.tu.§.j.

f *Coierit.* ſcilicet dolo inductus ad ſociandum.

g *Donationis.* nã minor donauit quicquid in ſocietate ponebat.

h *Nec inter maiores quidem.* vt infra pro ſocio.l.iij.in fi.&.l.v.§. fina.Sed quid ſi deceptus velit agere pro ſocio? Reſpon.poteſt: quia eius fauore tenet, & in odium alterius nullius eſt momẽti: vt arg.j.de iure do.ſi res æſtimata.§.j.in prin. nec dico vt ita teneat ex parte decepti ſi velit deceptus:quia ſic pẽderet,quod eſt abſurdum:vt ſupra de neg.geſt.l.Pomponius. imò ſtatim ex ſua parte tenet,& non alterius. nam alter dolum ſuum allegare nõ poteſt:vt.C.de ſer.pig.da.ma.ſi creditoribus.Item quæro ſi deceptus agat,nunquid decipiens econtra agat? Videtur quòd ſic: vt.C. de tẽpo.in integrum reſti.l.petendæ.Sed tamen dic cõtra. ſed excipit:vt.j.de cõtrahẽ.emp.l.ſi in emptiõe.§ itẽ ſi emptor.

i *Ipſo iure.* idem ſi vẽditio fiat cauſa donationis: vt.j.de do na. inter virum & vxo.cum hic ſtatus.§.ſi inter virum. Accur.

k *Fratris.* ſcilicet teſtatoris.

l *Conditione.* appoſita in reddendo:non autem in dando.

m *Deceſsiſſet.* ſcilicet illa filia.

n *Reſtitueret.* ſcilicet illa filia.

o *Eas.* ſcilicet res.

p *Heredi eius.* ſcilicet heredi heredis, cui non tenebatur. cum enim conditionale hic erat fideicommiſſum heredi dandum,nõ tranſmiſit heres qui vicem tenet legatarij,ad ſuum heredem pẽdente conditione: vt.C.de eadu.tol.l.vna.§.ſin autem aliquid. merito autem hæc cautio cõdicitur,cum ſine cauſa ſit expoſita: vt hic ſubiicit,& infra de condic. ſine cauſa.l.j. & facit infra ad Treb.l.heres.

q *Putaſſe.* & bene,ſecundum M.ſed male ſecundum Io.

r *Adiecit.* proprie. & non corrigit ſecũdum M.ſed ſecundũ Io.ſcilicet corrigendo dictũ Ariſtonis.

ſ *Incerti.* id eſt condictione ſine cauſa.

t *Non enim.* bene dico reſtitutionem dandam.non enim &c. ſic ſecundum M. in integrum reſtitutio datur, vbi aliud auxilium eſt ſpeciale: vt & arg.C.ſi aduer.fiſ.l.j.& infra.e. Aemilius ſed ſecũdum Io.nõ, & dic bene dico habere locum condictionem. non enim &c. & eſt argum.ſ. in princ.huius.l. & infra eo.cum mandato. Sed contra Io.eſt valde.C. de fideiuſſ.mi.l.ſi ea.nã ibi dolus dederat cauſam contractui. & dicitur conſulendum fideiuſſori minoris. ibi ergo dabatur cõdictio ſine cauſa, & reſtituitur. Sed dicas, ibi alio modo quàm per reſtitutionem ſuccurritur. vbi ergo reſtituitur? Nã vbi fuit dolus incidens, nõ reſtituitur: quia quilibet maior ageret actione ex eo cõtractu.Sed forte fideiuſſor nõ:quia tantũ ex cõtractu ſtricti ioris tenebatur.Itẽ ſi nullus dolus fuit,nõ datur reſtitutio fideiuſſori: vt.ſ. in cauſæ.ij.reſpõ. quia ibi dolus dederat cauſam cõtractui, & traditio facta erat: & fideiuſſor de euictione tenebatur: nec habet fideiuſſor condictionem ſine cauſa, ſed reſtituitur ipſe & minor.Nam actio de dolo minori denegatur: quia reſtitui poteſt: vt.ſ.titu.j.l.ij §.idem.&.l. quidam. ſed nonne habet exceptionẽ? Reſpon.nõ tollit reſtitutionem: vt in principio huius.l. notatur. Nec etiam ob.d.l.C.ſi aduer.fiſ.l.j. quia ibi re ipſa & infra dimidiam fuit deceptus: nõ ex propoſito.vnde reſtituitur actione communi: vt infra proxi.§.Item non ob.alia infra eo.l. Aemilius.quia ibi fuit prorogatum tempus in certum diem: illéque dies lapſus fuit: vnde venditor ad legem commiſſoriam redire poteſt: vt infra de verbo obligatio.l.cum ſtipulatus. Sed heres emptoris quaſi cum eo videatur contractum, hoc ipſo quòd prorogatio facta eſt ei, in integrum reſtitui poteſt: & actionem ex empto quam recuperauerat per prorogationem, vt infra de lege commiſſ.l.antepenul.§.fin.&.l.ſequen.amittit per curſum ſequentis temporis.

u *Generaliter.* bene dico per condictionem,non ipſo iure: quia tunc ceſſaret reſtitutio: quia non eſt opus,licet hoc caſu ceſſet: quia eſt aliud auxilium commune.

x *Naturaliter licere.* id eſt de iure gentium:vt infra locа.l.item. ij.§.quemadmodum.tenet enim cõtractus nihilominus: ſed deceptus,ſi quidem re ipſa,minor reſtituitur pro leui damno etiã, non pro minimo:vt ſupra de in integ.reſti.ſcio. maior non, niſi vltra dimidiam iuſti pretij ſit deceptus: vt.C.de reſcin.ven.l.ij. &.l.ſi voluntate.ſi autem ex propoſito,incidenter tamen agitur ex eo contractu:vt infra de act.emp.l.Iulianus.§. ſi venditor.& diximus ſupra titu.j.l.& eleganter.in prin. *ADDITIO.* Quærit hic Bal.an iſtud ſit verum de iure diuino.Dic quòd non:nec de iure canonico:& hoc tenet hic Cy.in additione:quod intellige ſi dolus verſetur:ſecus ſi bona fide cõtrahatur.& quod not. per Inno.in.c.j.in contracti.de vſur.& de emp.& ven.l.cũ cauſam.& not.Arch.x.q.ij.cap.ea enim.§.hoc ius.

y *Magiſtratus.* maxime qui habẽt merum imperium & mixtum.

z *Pro iuriſdictione.* id eſt inter eos qui ſunt: de ſua iuriſdictione, & infra.

† *Facit ad hunc textũ glo.in.c. cũ diuerſi.ſup verbo deceptione.§.ſi autem ſum. de empto. & ven.exercita. Ne quis tamẽ in negotio circũueniat fratrem ſuum, monet Paulus Apoſt.*

Actio de dolo minori non competit.

& intra quantitatem quæ ſua iuriſdictione continetur: vt. C. vbi & apud quẽ. l. ij. & ſ. de iuriſdi. om. iudi. l. fi. vel propter iuriſdictionem quam habent. Magiſtratus autem municipales vel ciuitatum defenſores non poſſunt in integrũ reſtituere: vt. j. ad muni. l. ea quę. & in auth. de defen. ci. §. iuſiurandũ. verſi. nulla. in fi. col. iij. Sed videtur q̃ hodie poſſit: cũ iſtud poſſit delegatus: vt. C. vbi & apud quem. l. fi. in fi. Nam ea tantũ delegantur, quę iure magiſtratus cõpetunt: vt ſ. de offi. eius cui man. eſt iuriſdic. l. j. in prin. Vel dic aliud in delegato: quia fungitur vice delegãtis: vnde ille reſtituere videtur: vt d. l. C. vbi & apud quẽ. l. fi. & ſ. de offi. ei' cui man. eſt iuriſdic. l. & ſi prætor.

a *Sententiam ſuam.* no. contra ſententiam ſuã eundẽ dare reſtitutionem. Sed cõtra. C. ſen. reſcin. nõ poſ. l. j. & C. de pœ. l. pœnam. & j. de re iud. l. qđ iuſſit. in fin. & l. iudex. & j. de quęſtio. l. j. i fi. Sol. hic ſpeciale in hac in integ. reſt. arg. j. l. proxi.

b *Præfecti. Non poſſu.* vt. ſ. de offic. præfec. præto. l. j. in fi.

c *Querelã.* ſcilicet cõtinet.

d *Errorĩ.* ſcilicet iudicis: vt hic, & j. de appel. j. in prin.

e *Cuius.* propter quæ duo daf reſtitutio: vt ſ. eo. l. j. in prin.

f *Minor autem. Non reſtituet.* nec etiam de appellatione cognoſcit: vt. j. de appel. l. j. §. ſi quis. Sed contra ſententiam paris reſtituit, cum cõtra ſuam reſtituat: vt. ſ. l. proxima in fi. nõ autem de appellationib' cognoſcit par: vt in authẽ. de ap. & intra quæ tempo. §. fi. col. iiij. Sed videtur q̃ etiam contra ſentẽtiã maioris reſtituat: vt C. ſi aduerſus iudi. l. iij. Sed ibi nomẽ præſidis pro maiore accipitur quàm proconſulis, cum ſit generale: vt. ſ. de offi. præſi. l. ij.

*non illa allegat.

g *Dixit.* contra minorem.

h *Et induci.* permittitur hoc caſu. & ideo dicit, perraro.

i *Dicat.* ſupple, & reſtituit: dum &c.

k *Allegat.* id eſt non allegat ea quæ ſunt dicta. i. dicenda pro cauſa. Vel nõ allegat coram principe in cauſa appellationis quæ ſunt dicta pro cauſa prima. vel non allegat, id eſt non probat ea dicta, ſubſtantiuè dico, quę ſunt pro cauſa. Vel non allegat, id eſt nõ probat ea quæ dicta ſunt pro cauſa, ſecundum Io. Sed nonne ipſo iure ſententia non tenuit in caſu ſequenti de aduocatos vt. C. de aduo. diuer. iud. l. j. quæ eſt cõtra. ergo reſtitutio nõ datur: vt. ſ. l. in cauſæ. in prin. Sol. ibi non eſt mero iure nulla, ſed per reſtitutionem, vt hic. Vel hic non fuit præuaricator, ſcilicet cum aduerſario, ſed ad cauſam nonvenerat in odium iſtius falſo dicens q̃ clientulus non ſatisfeciſſet. Vel diſtingue an pecunia fuit aduocatus corruptus, vt tunc ſententia non teneat, vt ibi: an gratia, vt tunc teneat: vt j. ad Trebel. l. ſeruo inuito. §. cum prætor. ſed datur reſtitutio: vt hic.

l *Inculpatè.* id eſt non allegando aliquam cauſam, ſecundũ Ir.

ff. Vetus.

ſua reſtituere in integrum poſſunt tam in aliis cauſis, quàm cõtra ſententiam ſuam. a

XVII. HERMOGENIANVS libro primo iuris Epitomarum.

PRæfecti etiam prætorio ex ſua ſententia in integrũ poſſunt reſtituere, quamuis appellari ab his non poſſit. b Hæc idcirco tam variè, quia appellatio quidem iniquitatis ſententiæ querelam, c in integrum verò reſtitutio erroris d proprij veniæ petitionem, vel aduerſarij circumuentionis allegationem continet. e

XVIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

MInor autem magiſtratus contra ſententiam maiorum non reſtituet. f

Aduerſus ſententiam principis non admittitur quis ad petendam reſtitutionem in integrum: niſi ex cauſa omiſſa allegationis vel prauaricationis aduocati. Item ſolus princeps reſtituit aduerſus ſuam ſententiã, & ſui delegati. Bartolus.

Sin autem princeps ſententiã dixit, g perrarò ſolet permittere reſtitutionem, & induci h in auditorium ſuum eum qui per infirmitatem ætatis captum ſe dicat: i dum ea quæ pro cauſa ſunt, dicta * non allegat, k vel ab aduocatis proditum queratur. Denique Glabrionem Acilium diuus Seuerus & imperator Antoninus non audierunt, incoloratè l reſtitui deſiderãtem aduerſus fratrem poſt ſpeciem m in auditorio eorum finitam. Sed & Percennio n Seuero contra res bis iudicatas o in integrum reſtitui, diuus Seuerus & imperator Antoninus permiſerunt in auditorio ſuo examinari. p Idem imperator Licinnio Frõtoni reſcripſit, inſolitum eſſe poſt ſententiam vice ſua q ex appellatione r dictã, alium in integrum reſtitutionem tribuere, niſi ſolum ſ principem. Sed & ſi ab imperatore iudex datus cognoſcat, reſtitutio ab alio niſi à principe qui iudicem deſtinauit, non fiet. t

Reſtitutio tranſit ad heredem: & ſi quidem eſt heres minor, non currit tempus reſtitutionis niſi finita minori ætate. Bart.

Nõ ſolùm autem minoribus, verùm ſucceſſoribus quoq; minorum datur in integrum reſtitutio, u & ſi ſint ipſi x maiores.

Summata eſt proxime. §. Bart.

XIX. IDEM libro tertiodecimo ad Edictum.

INterdum tamen ſucceſſori y plus quàm annum z dabimus, vt eſt edicto a expreſſum: ſi fortè ætas ipſius b ſubueniat. nam poſt annũ vicenſimumquintũ c habebit legitimum tempus. d hoc e enim ipſo deceptus videtur, f quòd cum poſſet reſtitui intra tempus ſtatutum ex perſona defuncti, hoc non fecit.

Planè ſi defunctus ad in integrum reſtitutionem modicum tempus ex anno vtili habuit: g huic heredi minori poſt annũ vicẽſimumquintum h completum, nõ totũ ſtatutũ tempus dabimus ad in integrũ reſtitutionẽ, ſed id duntaxat tẽpus i quod habuit is cui heres extitit.

Alſeus ex cauſa neceſſaria tantùm non

A m *Speciem.* id eſt cauſam. Accurſius.

n *Sed & pro Sennio.* pro, præpoſitio. & Sennio Seuero eſt proprium nomen.

o *Iudicatas.* & forte ſecundò à principe in cauſa appellationis iudicatum fuit: vt conueniat prædictis.

p *Examinari.* an deberet reſtitui. quid ergo fuit ſtatutum? Reſpon. danda fuit reſtitutio ex noua cauſa: vt C. ſi ſæpius in inte. reſti. l. j. & ij.

q *Sententiam vice ſua.* id eſt ſui delegati: vt infra proxi. ibi, ſed & ſi ab imperatore &c.

r *Ex appellatione.* vt ſi à ſentẽtia alterius iudicis ad principẽ fuit appellatũ. idem tamen in cauſa principali puto, vel ſui delegati: vt j. ſubiicit.

ſ *Solum.* cum nullus ſit maior eo: vt infra ad legẽ Rho. de iac. l. deprecatio. Accurſius.

t *Non fiet.* vt. C. ſi aduer. rem iud. l. aduerſus. item ipſeruet: vt ſupra in cauſæ. ij. in fi.

u *Reſtitutio.* intra annũ vtilem.

x *Et ſi ſint ipſi.* vt. ſ. de in integ. reſti. l. nõ ſolum. & hoc tamen intra annũ vtilem: vt innuit. j. l. proxi.

y *INterdum. Succeſſori.* ſcilicet minoris.

z *Plus quàm annum.* vtilem, hodie quadriẽniam: vt. C. de tempo. in integ. reſti. l. fi.

a *Edicto.* quod non habemus.

b *Ipſius.* ſuccedentis.

c *Vicẽſimumquintum.* ſuæ ætatis.

d *Legitimum tempus.* ſcilicet annum ex perſona defuncti.

e *Hoc.* argumẽtatur, decipitur ex perſona ſua: ergo reſtituitur ex perſona defuncti, plenius quàm ſi ex perſona defuncti tãtùm deciperetur.

f *Videtur.* id eſt videretur ſi diceremus currere tẽpus: & ſic reſtitueretur, ſed dicimus quòd non currit nunc ipſo iure.

g *Ex anno vtili habuit.* ergo maior erat. Et ſic not. quòd quandoque ſuccedit maior minori: vt. §. non ſolum. quandoque minor minori: vt hic in prin. huius. l. quandoque minor maiori: vt hic, & C. de temp. in integ. reſti. l. ea quæ. §. j. & ij. & fi. quandoque maior maiori, & hoc eſt indubitabile: quia habet tẽp' quod reſtabat defuncto. Item not. q̃ hic annus vel quadriennium datur vbi decipitur minor in cõtractu vel quaſi. Si autem in tempore: quãdoque currit, & non reſtituitur: quandoque nõ currit ipſo iure: vt dices. j. e. l. etiã. Quandoque currit, & reſtituitur. & tũc ſi lęditur quadriennio, vel maiori tempore: datur quadriennium. ſi minori, datur id ſolum: vt infra quando aſt. de pecu. eſt an. l. cum poſt. j. reſpon. & in fi. Hæc eadem diſtinctio in maioribus habetur: vt infra ex qui. cau. ma. l. necnon. §. ſi quis ſæpius.

h *Vicẽſimumquintum.* ſuæ ætatis.

i *Sed id duntaxat tempus.* quod currit ſtatim cum extiterit heres, ſecundum Pla. & M. adeo vt ſi id modicum tempus labatur, nõ detur heredi huic reſtitutio ex perſona defuncti: quia omnino iure defuncti debet vti & vice, vt dicit in his quæ ſunt apud

defunctum inchoata: vt ar.ĩ.de fun.do.l.ſi fundũ quem Titius. A
niſi petat reſtitui ad modicũ tempus ex perſona ſua, vt reſtituatur ex perſona defuncti. Bul. autem poſt.xxv.an.tãtum currere modicũ tẽpus dicit: quod ex repetitione in litera facienda aperte innuitur. Sic enim dicit, huic heredi minori poſt annum.xxv. non totum tempus dabim⁹ ad in integ.reſtitu. ſed id dũtaxat temp⁹, repete, dabim⁹ poſt vigeſimumquintũ annum quod habuit &c. Item i. militudo ſuperioris caſus hoc ꝓbat, hoc eſt vbi minor minori ſuccedit. Tunc enim ſecundum omnes vtilis annus qui curſurus erat defuncto, non currit heredi minori niſi poſt viceſimũquintum an. licet ex toto tẽpore ſuę minoris ætatis poſsit reſtitui ſicut & defunctus, in ſua minori ętate tota reſtitui poterat. Si vero opponas de litera quę dicit, hoc enim ipſo &c. vnde videtur ꝙ annus vtilis currat ei ſtatim, & quia decipitur ſi non petat reſtitui ex perſona defuncti: & ſic reſtituetur ex ſua perſona vt reſtituatur. Si enim ex perſona tãtum defuncti peteret reſtitutionem poſt viceſimumquintum an. quare proponeret etiam deceptionem minoris? Reſpon. geminus quidem fauor cõcurrere videtur, id eſt & ſuæ ætatis, & defuncti: vnus tamen tantum fauor velut originalis cauſa, quem habet ex perſona defuncti, dat reſtitutionem ad rem ipſam: non ſecũdus, quaſi ſuperuacuus. arg. duo hoc probant. ĩ. de procu. licet. §. ea. & infra de tute. l. qui habet. §. quod autem. maxime ad tollendum circuitum: vt. ĩ. de condic. inde. l. dominus teſtamento. qui maximus fieret ſi peteretur reſtitutio reſtitutionis, & ſic in infinitum: ſi ponas per diuerſa tempora pluribus minoribus minores ſucceſsiſſe. Et ſi inſtes, litera dicit, decipitur ex ſua perſona, ergo debet reſtitui ex ſua perſona: reſpõ. verum eſt ipſum decipi, non ideo tamen reſtitui: quia in minimo damno hoc fallit, in quo decipitur, non tamen reſtituitur: vt. ĩ. de in integ. reſt. l. ſcio. & infra eo. l. quòd ſi. §. non ſemper. & quod ibi facit paruitas damni: facit hic præcedens fauor. Item fallit vbicunque ex perſona patris contractus deſcendit: vt. ĩ. eo. Aemilius. ibi, non me mouet &c. Vel expone decipitur. i. deciperetur ſi tũc curreret ſtatim, ſed non currit. Quòd autem vtile tempus vel totum, vel pars eius in vtroque caſu, vt ait Bul. currat poſt.xxv.an. probatur aperte: vt. C. ſi ma. fac. ratum ha. l. vl. in fin. & maxime iure nouo, vt. C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſ. l. ſancimus. niſi in caſu: vt. C. de tempo. in integ. reſt. authẽ. ſi minor. vbi ſecũdum omnes multa ſunt ſpecialia: nec negare poſſunt: ſiue dicas nuptiarum contrahendarum, ſiue contractarum. Plus etiam, quia ſi finito.xxv.an. incipit reipu. cauſa abeſſe: nec tunc hoc tẽpus ſtatim currit, ſed demum eo reuerſo: vt. C. de tempo. in integ. reſti. l. j. ij. & iij.

reſtituitur ſi potuit procuratorem dimittere. Bartolus. ij

xx. Idem libro vndecimo ad Edictum.

PApinianus libro ſecũdo reſpõſorum ait, exuli [a] reuerſo non debere prorogari tempus in integrũ reſtitutionis ſtatutum [b] quia abſuit: [c] cum potuerit adire prætorem per procuratorẽ: [d] nec dixit, [e] vel præſidem vbi erat. [f] Sed quod idẽ dicit, [g] & * indignum [h] eſſe propter irrogatam pœnam: nõ rectè. Quid enim cõmune habet delictum [i] cum venia ætatis? [k] †

* id

† *vide ad hac no. per Imo. in. c. querelã. extra. de procu. & in. c. cum inter priorem. de excep.*

Litis conteſtatio non prodeſt poſtea deſiſtenti. Bartolus.

Si quis tamen maior viginti quinque annis [l] intra tẽpus reſtitutionis ſtatutum cõteſtatus poſtea deſtiterit, nihil ei proficit [m] ad in integrum reſtitutionem conteſtatio: vt eſt ſæpiſsime reſcriptum.

xxi. Idem libro decimo ad Edictũ.

B DEſtitiſſe autem is videtur, non qui diſtulit, ſed qui liti renuntiauit [n] in totum.

Quãdo minor eſt reſtitutus aduerſus additionem: geſta per eum non reſcindantur. Itẽ eo reſtituto aduerſus repudiatorẽ, geſta per procuratorem non irritantur. Bartolus.

Si inde, & ſuper reſti. litẽ fuit conteſt. & poſtea deſtitit. i. in ea cauſa vlterius nõ proceſsit. nunquid fiet reſtitutio vt etiã poſt tempus quadrien. poſsit reſtituit? & dicit quòd nõ. poſtea dicit quòd ille videtur deſiſtere qui cauſam dimittit: non qui differt vt in l. ſeq. quæ continuatur cum iſta.

a *Exuli.* id eſt relegato. Hic minor erat cũ exulare cœpit. maior factus in quadriennio rediit. iure cõmuni maiorũ, quia procuratorem habere potuit, nõ reſtituitur, nec prorogatur. ſed iure ſingulari minorũ ſic: quia ipſius videtur, cũ potuit adhuc minor exiſtens dare procuratoré curatore auctore, & non dedit. Vel dic ꝙ maior erat. ſ. in quadriennio cũ exulare cœpit, qui procuratorem dare potuit, vnde hic reſtituitur in eo ꝙ captus eſt cum minor eſſet: non autem prorogatur ſibi tempus. petebat enim ſibi prorogari tempus, vt cõputaretur tãtum ex die reuerſionis illud quod ſupererat de quadriẽnio quãdo cœpit abeſſe, ſed non auditur: immo diſtinguitur an potuit relinquere procuratorem, & tunc nõ prorogetur: vt hic. aut nõ potuit, vel reliquit, ſed eſt mortuus, & ſic nõ potuit etiam adire per procuratorem, & tũc prorogatur: vt. ĩ. ex qui. cau. ma. ſed & ſi per prætorem. §. j. & l. necnõ. & l. ſi qua. §. j. & l. ab hoſtibus. j. reſpõ. & C. de tẽp. in integ. reſti. l. ij. & iij. Item quod dicit exuli, improprie ponitur, id eſt, relegato: vt. ĩ. de pu. iudi. l. i. Si enĩ eſſet exul. i. deportatus: nihil omnino iuris haberet, & ſibi vel cõtra eum nulla reſtitutio daretur: vt infra titu. j. l. ij.

b *Statutum* ſcilicet vtilis anni, vel hodie quadriennij. & in hoc C bene dicit Papinianus.

c *Quia abſuit.* ſi habes adfuit per d, dic ꝙ eſt ratio Papinia. quare nõ debeat prorogari, quia adfuit. i. pro preſente eſt habẽdus, cũ potuerit &c. Si habes per b, tũc eſt ratio remotiua. q. d. nõ eſt hæc ratio ſufficiens: quia abſuit, quòd ideo debeat prorogari, cũ potuerit: & ſic ſi non potuit adire, prorogatur: vt modo dixi.

d *Per procuratorem.* à principio dimiſſum: vel poſt in abſentia conſtitutum. Accurſius.

e *Nec dixit.* ſcilicet Papinianus.

f *Vbi erat.* ipſe relegatus. ſ. vt in hoc notaſ gemina reprehẽſio: tũ quia nil dixit Papinianus de preſide adeundo per procuratorẽ. ſic defectus deprehenditur: vt infra ad legẽ Rho. de iac. l. ſi. §. j. & ſi. Et quia aliã prætermiſit rationẽ. ſ. ideo quia potuit relegatus per ſeipſum adire preſidẽ cũ veniſſet ad locũ tutũ iſti relegato. Vel dic vbi erat ipſe preſes, quẽ per ꝓcuratorẽ debuit adire. Vel dic dixit, id eſt fecit. & ſic nõ reprehenditur in aliquo. ſic. ĩ. de in integ. reſt. diuus. ibi, citatus non reſpondit. Accurſius.

g *Idem dicit.* Papinianus aſsignãdo rationem quare nõ debuit reſtitui: & ſic reprehenditur nõ in dicto, ſed in cauſa ſiue ratione ſui dicti, & iuſte: quia non eſt indignus propter irrogatã pœ- D nam: ſed quia tempus præteriit. & hoc eſt, quid enim &c.

h *Indignum.* cum reſtitui.

i *Delictum.* pro quo exulauit. Accurſius.

k *Cum venia ætatis.* id eſt cũ negotio ex quo datur venia: vt. C. de do. inter vi. & vxo. l. ſi maritus. Et ſic nõ ob. quia pro delicto datur venia quandoque: vt. ĩ. e. ſi ex cauſa. §. nunc. & ĩ. eo. auxilium. quia tunc commune habet.

l *Maior. xxv. annis factus.* Accurſius.

m *Proficit.* cũ liti expreſſe renuntiauerit: vt hic, & ĩ. l. proxi. ſed & ſi non expreſſe renũtiaſſet, nõ perpetuatur hic reſtitutio per lit. conteſt. vt. C. de temp. in integ. reſt. l. petendæ.

n *DEſtitiſſe. Renuntiauit.* vt hic, & infra de iud. deſtitiſſe. ſic & infra de inoffi. teſta. Papinianus. §. ſi quis poſt. &. C. de pact. l. poſtquam. & ĩ. ad Turpil. ſenatuſcon. l. deſtitiſſe.

Aſpiniauus.] Cavsa. Lex iſta obſcura & difficilis reputatur. Sed ita pone hunc caſum vt habeas intellectum. minor contraxit cum aliquo, & læſus eſt: vnde poteſt reſtitui, & etiam debuit: vnde cõtigit quòd aliquod delictum commiſit propter quod fuit relegatus: & in relegatione permanſit per aliquod tẽpus: in quo ſcilicet debuit petere reſt. hoc eſt per biennĩ: pone in quadriennio vel. vij. an forte: poſtea autem reuerſus eſt. vnde petit quòd id tẽpus quod in relegatione fluxit, ei reſtituatur. & dicit Pomponius eum non eſſe reſtituendum, id eſt quia ei non datur reſtitutio. ſed Papin. quia vtilis annus ei currit, & duas ſui dicti aſsignat rationes. Et eſt prima ratio. Nam iſte minor procuratorẽ potuit dereliquiſſe: qui petiiſſet in int. reſt. quod cũ nõ fecit, ſibi imputet. Alia ratio eſt, quòd ſi relegatio ei infligatur tanquam pœna, non debet inde præmium expectare, vnde ſperabat pœnam. & dicit quòd iſta vltima ratio reprobatur. Nam delictum non habet aliquid commune cum venia ætatis, id eſt non cõcurrit cum errore veniæ petitio qui inciderat in contractu, & delictum quod ex malitia & dolo contingit. & h. d. Vnde in iſtius caſus poſitione nõ fuit reprehenſus in eo. ſ. ꝙ fecit mẽtionem de prætore: quia ſiue adiit prætorẽ per procu. ſiue præſidem, tantundem ſignificat, & hoc dicit. [Si qvis.] Minor dereptus fuit poſt. xxv. an. intra quadriennium: & petiit reſtitui

In integrum.] Cavsa. Minor inſtitut⁹ fuit: hereditatẽ adiuit, & legata à ſe relicta ſoluit de hereditate, & de hereditariis bonis: poſtea reſtituitur vt abſtineat vel dimittat her. nũquid tenet minor reddere de ſuo proprio quod præſtitit de bonis here? & dicitur ꝙ nõ. Idẽ ecõtra pone. minor inſtitutus her. repudiauit. reſtituitur vt adeat. nunquid habebũtur rata quę geſta ſunt medio tempore per procuratorem? & reſpon. quòd ſic.

a *Expensum est.* de bursa hereditaria. Accursius.
b *Vel pretia eorum.* vt quia rogatus fuit vt quosdam emeret, & manumitteret: vt infra ad l. Fal. §. fi.
c *Peruenerunt.* scilicet expensa sunt. Accursius.
d *Non sunt.* sed an ab alio? Respon. libertas non: vt infra eod. si mulier. Nec cõtractus rescinduntur: vt. j. de adqui. here. quotiens. & de bo. auct. iud. posi. l. si non expedierit. §. j. legata vero repetuntur à legatariis condictione indebiti: vt infra de condic. inde. l. ij. & iij.

ADDITIO. Dic secundum Bar. hic quòd non repetuntur à minore, sed à legatariis sic, vt sibi quæratur, licet per minorem non fiant rescindenda soluta per eum.

*rant

e *Hereditatem.* quam primo repudiauerat.
f *Rescripserunt.* vt hic, & infra de her. insti. si quis ita institutus. §. fi. & si de suo soluit, retinet: vt. j. de bo. au. iud. posi. l. si non expedierit. & facit. j. ad Trebel. l. cum hereditas ex fideicommissi causa.

XXII. IDEM libro vndecimo ad Edictum.

IN integrum verò restitutione postulata aduersus aditionem à minore factam, si quid legatis expensum est, [a] vel pretia eorum [b] qui ad libertatem aditione eius peruenerunt, [c] à minore refundenda nõ sunt: [d] quemadmodũ per contrarium cum minor restituitur ad adeundam hereditatem, [e] quæ antea gesta erunt *per curatorem bonorum decreto prætoris ad distrahenda bona secundum iuris formam cõstitutum, rata esse habenda Calpurnio Flacco Seuerus & Antoninus rescripserunt. [f]

In hu quà minor facit vt procurator: nõ restituitur ad commodum domini. Item vbi alia actio competit contra alium, denegatur restitutio, nisi ille alius existeret non soluendo. Bartolus.

XXIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

CVm mandatu patris filiusfamilias res administraret, nõ habet beneficiũ restitutionis: nam & si alius ei mandasset, non succurreretur: cum eo modo maiori potius consuleretur, cuius damno res [h] sit

†*Facit ad hoc. c. ex parte. de re iu. lib. vi.*

CVm mãdatu.] *CASVS.* Filiusfamil. mandato patris cõtraxit: vel minor mãdato alterius cuiuscũq; cõtraxit: putavẽdidit, vel locauit, vel alio modo contraxit, & in cõtractu læsus fuit. dicitur quòd non restituitur neque pater, neque filius. & sic non ob. l. iij §. sed vtrum. Item dicit [g] si aliquis extraneus mãdasset isti minori, non restitueretur neque iste minor, neq; extraneus: quia &c. quia sic maior restitueretur. & hoc in prima. Postea dicit quòd si minor contraxit mãdato alterius, & aliqua expendit de suo, illa tamen nõ potest cõsequi ab eo qui mandauit, quia forte factus est nõ soluendo: dicit hic quòd restituetur. Tertio dicit. Pone: minor mandauit maiori vt cõtraheret in rebus minoris, ex illo cõtractu est læsus. Dicitur [g] ita demum restituetur, si ille cui mandauit, factus est non soluendo. Sed pone casum cõuersum: Minor mandauit minori vt contraheret, & contraxit: & deceptus est: non restituetur: quia sibi imputet qui tali mandauit.

g *Non habet beneficium.* imò, vt. ij. eod. denique. §. sed vtrum. ibi, proinde si iussu &c. Sol. ibi iussit: hic mãdauit: quod aliud est: vt instit. de Ati. tu. §. pe. Vel hic in re paterna: ibi in peculiari. Vel secundũ Io. hic non habet beneficium, scilicet pater, filius autẽ sic: vt ibi. Quidam etiam dixerunt vt si torum contractum velit rescindi filius, nõ possit: vt hic: sed vt sua persona tãtum eximatur, potest: vt ibi. quod nihil est: quia hoc petere nõ potest vt totus rescindatur: vt ibi dixi. Vel verius secundũ Azo. hic mandauit vt rem pro decem venderet, quæ valet viginti: non restituitur nisi pro expensis, si mandator pater vel extraneus nõ est soluendo: & hoc subiicit, sed si ex euẽtu, & cætera. Sed quid si simpliciter mandauit vt fundũ venderet: & is vendidit pro decem, cum valeret viginti? Respon. dicit potest minorem restitui etiam mandatore existente soluendo.

h *Res sit cessura.* cuius mandato gerebat: secus si sine mandato: vt inf. a. l. proxi. in princi.
i *Ab eo.* extraneo vel patre cum esset emancipatus.
k *Prætor interueniet.* sed quomodo? Respon. vt licet pro decem dederit mãdato domini rem quę valebat. xx. & ideo quo ad dominum nil possit ei imputari: tamẽ tũc supplebitur pretium iustum: vt tali medela sibi consulatur per retentionem: vt supra de procu. l. quæ omnia. in fi.
l *Procurator vero.* i. procurans. nam statim distinguit.

A m *Audiri.* si velit restitui contra eum qui cõtraxit cũ procuratore suo. Sed cõtra. C. si tu. vel cu. iter. l. antepe. & l. fi. Sol. aliud in tutore vel curatore: vt ibi. aliud si procuratore: vt hic. Sed quæ est ratio? forte ea, quia tutor gerit ex necessitate: procurator ex volũtate. Vnde mitius est cũ tutore agendũ. mitius autẽ cum eo agi debet: quia procurator pri° minor excutere necesse habet, vt hic: sed nõ tutorẽ vel curatorẽ: quia potest alium eligere: ar. pro hac ratione. j. depo. l. j. §. merito. & §. hoc autem.

Mitius agitur cũ tutore, quàm cũ procuratore.

n *Possit.* quia non est soluẽdo: & forte hoc casu intelligitur cũ mãdauit simpliciter vt vẽderet. si autẽ vt pro viginti vẽderet qđ valebat plus: cũ fecerit secundũ mandatum, nõ videtur teneri minori actione mandati: & sic poterit minor restitui vt pro eodem debeat haberi cũ destituitur actione mãdati, etiam cũ est ille nõ soluẽdo.
o *Ergo.* quia restituitur minor tantũ: ergo non maior. & est idem supra. ij. respon.
p *Circumscriptus.* cum esset procurator i primo & secundo casu legis.
q *Imputari.* vt. ij. l. iij. §. fi. & l. seq. & j. de insti. sed & fi. §. fi. Accur.

B cessura. Sed si euentu damnum minor passurus sit, quia quod præstiterit, seruare ab eo [i] cuius negotia gesit, non potest, quia is non erit soluendo, sine dubio prætor interueniet. [k] Si autem ipse dominus minor sit, procurator [l] verò maioris ætatis: non potest facilè dominus audiri, [m] nisi si mandatu eius gestum erit, nec à procuratore seruari res possit. [n] Ergo [o] & si procuratorio nomine minor circumscriptus [p] sit, imputari [q] debet hoc domino, qui tali commisit sua negotia. Idque & Marcello placet.

Si minor aliena negotia gesserit absque mandato, potest restitui: alias sibi actio denegatur: nisi in integrum restitutionem cedere sit paratus. Bartolus.

XXIIII. PAVLVS libro primo Sententiarum.

QVòd si minor sua sponte negotiis maioris interuenerit, restituendus erit [r] ne maiori damnum [s] accidat. Quòd si hoc facere recusauerit: tunc si conuentus fuerit negotiorum gestorum, aduersus hanc actionem non restituitur: sed compellendus est

C

Vbi alia actio competit contra alium, denegatur restitutio, nisi ille alius existeret non soluendo. Bartolus.

QVod si minor.] *CASVS.* Ista lex cõtinuatur cum præcedenti. Dic ergo quòd in rebus alterius contraxit minor sine mandato: in hoc casu restituetur, ne ali° per eum damnificetur. Sed quid si noluit restitui? Dicit quòd conuenietur act. neg. gest. & per illam conuentus cõpelletur cedere in integrum resti. &c. [*NON SEMPER.*] Ex prædictis apparet minoribus in factis suis subueniri, sed illud nõ erit semper vt in omnibus factis suis subueniatur & restituatur. Nam sic priuarentur cõmunione hominum, cum nullus contrahere vellet cum eis, & sic magnũ damnum sustinerent: hoc tamen ad bonum & æquum erit reducendũ. & hoc dicit. [*SCAEVOLA.*] Minor institutus est: vel aliàs est ei delata hered. repudiauit illã. & sic illa here. peruenit ad substitutum. si iste minor velit rehabere, audiendus est, si sunt omnia integra: aliàs non restituetur ipse minor. Itẽ & multo minus restituetur heres istius minoris.

D [*SI SERVVS.*] Seruus meus decepit minorẽ re ipsa in aliquo cõtractu, non animo decipiendi. teneor de eo quod ad me peruenit: quia minor poterit in id quod ad me peruenit restitui: & nisi ad me puenit, teneor de peculio petita similiter in integ. rest. & si nõ habeo peculiũ seruil, nec peruenit aliquid ad me: tũc si seruus vel filius dolo induxit minorẽ ad contrahendũ: seruus verberabitur propter dolũ suum, vel noxæ dedetur: filius autem fami. cõuenietur & dãnabitur propter dolũ suum cõuentus est. ex eo cõtractu. [*RESTITVTIO.*] Minor vult restitui ad rẽ quã vẽdidit mihi. ego restituar ad pretiũ: quia minor debet restituere pretium mihi, postquam petit rem restitui. hęc vera sunt nisi perdidit iste minor pretiũ, & hoc ꝓbet: quia tũc iste minor nõ tenetur mihi reddere pretiũ: & est simile: quia & si quis mutuat minori sedẽti in ludo perditionis, nõ redditur qđ mutuatur si fuerit perditũ. sed facilius datur actio emptori pro pretio, quã ad mutuũ: quia fauorabilis est: sed vtrobiq; tamen idem est: quia si habet saluã pecuniã, restituetur & repetetur: aliàs si amissa est, nõ restituetur: & hic minor qui petit restitui, petit misericordiã à iudice, & iudicis officiũ implorat, nõ autem iure act. petit restitui: sed officio iudicis implorat antiquę actionis restitutionẽ.

r *Restituẽdus erit.* aduersus secũ contrahentẽ in rebus domini.
s *Damnum accidat.* sed in quo si ratum non habet? Respon. vt

quia rem emit de pecunia domini:nec eã rem ipſe reddere vult: vel non poteſt:vnde ad pecuniam reſtituitur.

a *Procuratorem eum.* cuius negotia geſta ſunt: & ſic poterit cedi hoc ius:ſed cõtra.j.de admi.tu.l.ex plurib⁹.So.ibi eſt adeo perſonale,vt nec ad heredem trãſeat:hic ſic,&.ſ.eo.l. minor.ij.§.ſi.

Item hic aliud fieri nõ poterat: ibi erat actio quę poterat cedi. Item contra.C. de qui. mu. vel præſta.ne.li. ſe excu.l.j.li.x. ſed ibi non erat ceſſio, ſed quædã factorũ cõmiſſio quæ per alium facere volebat.& facit.j. de admi. tu.l.ſi minoris.ibivide.

b *Ad bonum.* id eſt ad vtilitatem & æquitatẽ.

c *Sunt.* denegãdo reſtitutionẽ quãdoque.

d *Interdicerẽtur.* vt hic, &.j.ad Vell. ſi mulier tanquam. & dixi.ſ.eo. & ſi fine.§.idẽ faciũt.

e *Circumſcriptio.* ſ.dolo aduerſarij.

f *Neglegenter.* ſui facilitate.

g *Cauſa.* vt ſint digni reſtitutione.

h *Repellendus eſt.* imò admittendus videtur per reſtitutionem: vt C.de repu.here.l.ſi.in ſi.quæ eſt contra. Sol. hic lequitur de extraneo herede:ibi de ſuo. hoc nonvalet:quia dicit hic,omiſit vel repudiauit. Niſi dicas omiſit tacendo,repudiauit ſcilicet expreſſe. Vel hic loquitur cum habuit ſubſtitutum: ibi cum nõ habuit.vel hic vẽdita fuit hereditas: ibi quædam res. Vel hoc ius vetus. Vel hic in maiori ætate fuerũt vendita,ibi in minori. Vel hic à ſubſtituto: ibi à creditoribus. Vel hic laborat ad pecuniam parandã:ibi nõ.

i *Circumſcripſerit.* emẽdo ab eo: & ſic re ipſa.

k *Iubendus eſt.* ſcilicet petita reſtitutione forte.& ſic in ſequẽti.

l *Ex peculio.* ſic.j.de act.& oblig.l.ex contractibus.

m *Et dolus.* hic mutat caſum quando dolo.

n *Interuenerit.* extra contractum: vt ſupra de dolo.l.ſi oleum.§. penul. vel etiam in cõtractu,quia dedit cauſam contractui:vnde maior de dolo vt ibi minor reſtituitur,vt hic.

o *Aut noxæ.* not.datur pro noxa,vel ad verberandum, & tamen de peculio agitur:vt infra de actio. &.obligatio.l.ex contractibus.ſic & in qualibet noxali ad aliud agitur, & aliud conſequitur:vt infra de re iudi.l.miles.§.decem.Sed electio cuius erit de verbere,vel de noxa?Reſpon.domini, non minoris: vt infra de iniur.l. ſed ſi vnius.§. cum ſeruus. Item not. quòd vbi pecunia deeſt,in corpore ſuppletur:vt ſupra de iuriſdic.om.iudi.ſi quis id.§.in ſeruos.& de in ius vocan.l.ſi.& infra de pœnis.l.j.§. generaliter.& .C.de ſer.fugi.l. quicunque.§. quod ſi. & dic vt ibi no.ſecundum H.

Pecunia de ſicute ſuppletur i corpore.

p *Condemnabitur.* ſed quomodo, cum nihil habeat? Reſpon.fiet executio cũ aliquid habebit.

q *Et pretium recipere.* ſ.præcipiendo iſti q reddat.

r *Non ignoraret.* vel ignorare non debuiſſe:vt arg.ſ.quod vi aut clam.l.Seruius.& ſubaudi hic,& perdidit.aliàs nõ: vt ſupra eo. l.ait prætor.§.pe.ſecundum Ioan.

ſ *Creditur.* quia nec hic repetitur ſi conſumpſerit.Io.

t *In vendítione.* ſ.denegatur pretium reſtitui emptori.

auxilio

interdicerẽtur.

Sic qui volens ad electionẽ veſtibulũ reſpõdit ſe nolle intereſſe electioni: ſi veniat ante vẽdita ſcrutinium, admitti debet: quia ſunt integra. Ita hoc per glo.in.c.ecceſia veſtra ſuper verbo, adiicere. ante finẽ.in verſi.ſi autẽ ante electionem. extra de electi.

Cõſtat cum minoribus reſcindantur ſi æquitas ſuadet: quod eſt quando ſui facilitate minor decipitur. Bartolus.

Non ſemper autem ea quæ cum minoribus geruntur, reſcindenda ſunt,ſed ad bonum[b] & æquum redigenda ſunt: [c] ne magno incommodo huius ætatis homines adficiantur nemine cum his contrahente:& quodãmodo commercio eis interdiceretur. [d]* Itaque niſi aut manifeſta circunſcriptio[e] ſit,aut tam neglegenter[f] in ea cauſa[g] verſati ſunt: prætor interponere ſe non debet. Scæuola noſter aiebat: Si quis iuuenili leuitate ductus omiſerit vel repudiauerit hereditatem, vel bonorum poſſeſsionem: ſi quidem omnia in integro ſint, omnimodo audiendus eſt.† Sí verò iam diſtracta hereditate, & negotiis finitis, ad paratam pecuniam laboribus ſubſtituti veniat, repellendus eſt:[h] multóque parcius ex hac cauſa heredem minoris reſtituendum eſſe.

In integrum reſtitutio datur contra patrem vel dominum cum adiectione de peculio, vel de in rem verſo. Item ex dolo datur noxalis. Bartolus.

Si ſeruus vel filiusfamilias minorem circumſcripſerit,[i] pater dominúſve, quod ad eũ peruenerit, reſtituere iubendus eſt:[k] quod non peruenerit, ex peculio[l] eorum præſtare. Si ex neutro ſatiſſiet,& dolus[m] ſerui interuenerit: [n] aut verberibus caſtigãdus, aut noxæ[o] dedendus erit. Sed & ſi filiusfamilias hoc fecit,ob dolum ſuum condemnabitur.[p]

Per reſtitutionem omnia reponuntur in priſtinum ſtatum præter ea de quibus minor lædebatur. Bartolus.

Reſtitutio autem ita facienda eſt,vt vnuſquiſq; integrum* ius ſuum recipiat. Itaque ſi in vendendo fundo circumſcriptus reſtituetur, iubeat prætor emptorem fundum cum fructibus reddere,& pretium recipere: [q] niſi ſi tunc dederit,cũ eum perditurum non ignoraret:[r] ſicuti facit in ea pecunia quæ ei conſumpturo creditur. [ſ] Sed parcius in venditione,[t] quia æs alienum ei[u] ſoluitur: quod facere neceſſe eſt: credere autem non eſt neceſſe.[x] Nam etſi[y] origo contractus ita conſtitit vt infirmanda ſit: ſi tamen neceſſe fuit pretium ſolui, non omnimodo[z] emptor damno adficiẽdus eſt.

Hæc reſtitutio petitur per officium iudicis,non iure actionis. Bartolus.

Ex hoc edicto nulla [a] ppria actio vel cautio proficiſcitur. totum enim hoc pẽdet ex prætoris cognitione.[b]

in integrũ

A † *In vendítione.* non ita prompte denegatur actio in emptorem: quia fauorabilior eſt perſona ſoluentis quàm credentis quo ad probationes & præſumptiones propter neceſsitatem quę imponitur ſoluenti,non mutuanti: vt ſubiicit, & argu.C.de calum. l. mater. & infra depo.l.j.§. merito. Idem tamen dicitur vtrobique: vt infra eo. patri. §.ſi pecuniã.arg. ſupra eo.§.non ſemper.verſ. Scæuola.& vbicunque ponit in.l. aduerbium maxime.

u *Ei.* minori vendẽti.

x *Non eſt neceſſe.* niſi quis promiſerit credere:quod raro fit.

y *Nã etſi.* i. quamuis.

z *Non omnimodo.* ſed ſalua pecunia ei reſtituitur ſemper:ſiue ſoluit, ſiue credidit quis minori: vt infra eod.l. patri.§.j. & ſupra eo.l. ait prætor.§. pe. licet promptior ratio ſit in ſolutione debiti quàm in mutuo. ſi autem nõ eſt ſalua,nunquam repetitur:vt infra de admini.tut.l.ſi ſine hærede.§.iterpoſito.& hoc ſecundum Io. ſed Placen.aliud in ſolutione quàm in mutuo dicit. Nã in ſolutione ſi ſoluit minori cõſumpturo, & ſedenti in ludo perditionis, reſtituit ſi habet:aliàs nõ.vbi vero ſoluit non ſedenti in perditionis ludo:ſiue habet,ſiue nõ, reddit. Hoc male:quod re probatur in.d.l. infra de admi.tut.ſi ſine herede.§.iterpoſito. vbi vero dedi mutuum ſedẽti in perditionis ludo,etiã ſi habet,nõ reſtituit.hoc male.Si vero nõ ſedẽti dedi,reddit,ſi habet: aliàs non. Cui vtrique male dictovalde obſtat.d.l.infra eo.patri.§. ſi pecuniam. Nam aut loquitur lex illa patri,quando non ſedebat in ludo perditionis,& tũc deberet ſecundum Plac. reſtituere ſolutam pecuniam: ſiue habet,ſiue non,quod ibi negatur in vltimo reſpon.aut vero quãdo ſedebat,& tunc non debet reſtituere mutuam pecuniam,etiã ſi haberet. quod ibi negatur in primo reſpon. vt & infra eod. ſi minor.ij.Si autem mutuetur maiori: ſiue conſumitur,ſiue non: ſiue habeat eam,ſiue non:ſemper dabitur repetitio, licet ſit arg. contra. infra man. ſi vero non re.§. ſi adoleſcens. & infra pro emp.ſi quis cum. & infra qua. re.ac.non da.l.ij. Sed hæc vltima loquitur cum colluſores cõtrazerunt inter ſe:ſecus ſi extraneus cum luſore. Vel id in actione de euictione:aliud in principali. Item no.infra eo.ſi minor.ij.

B *Per reſtitutionem omnia reponuntur in priſtinum ſtatum præter ea de quibus minor lædebatur. Bartolus.*

a *Propria actio.* hoc eſt cõtra M.qui dicit quòd intre actionis petebatur reſtitutio iſta:vt dixi ſupra eo.in cauſæ.ij.in princi.nec ob.ſupra eod.in cauſæ.j.§.interdum.&.C.ex quibus cauſ.ma.l. ſi.quæ ſunt contra:quia primò per officium petitur reſtitutio:vt hic:qua data datur prima actio vtilis:vt in contrariis.

b *Cognitione.* id eſt iudicis officio.

C *Ilud.*]CASVS. Minor.xxv.ann. indebitum ſoluit ex aliqua cauſa ex qua nõ competebat reſtitutio:puta ex.l.Aquil.debitum tamen ab aliquo.dicit q̃ id ſolum vtili actio.repetet: prius tamen reſtitutus. Nam maioribus repetere licet quãdoque: puta vltra Falcidiam ſoluentibus per errorem facti, & hoc dicit. [SI TALIS.] Superius dictũ eſt quòd minor in factis ſuis reſtituetur quãdoque.ſi quis petat reſtitutionem:certe ipſe minor

D petere

petere poteſt p ſe reſtitutionem. Item poteſt reſtitui per procu. ſi de hoc habuerit ſpeciale mãdatum. vel ſi non: dicit quòd cauere debet ꝓcurator de rato, id eſt quòd minor habeat ratũ: vt in. l. ſequen. & etiam defenſor illius contra quẽ petitur reſtitutio, ſi ipſe aduerſarius minoris abſit, cauet iudicatum ſolui.

a *Non eſt.* vt ex cauſa quæ per inficiationem creſcit: vt. C. de cõdic. inde. l. ea quæ. Itẽ quãdo tantũ naturale debitum eſt ex ignorãtia iuris ſolutum: vt infra de condict. inde. l. interdum. & C. ſi aduer. ſolu. l. indebito.

b *Actio.* i. condictio indebiti petita prius reſtitutione.

c *Cõ & maioribus.* per errorẽ facti ſoluẽtibus vltra Fal. vt. C. ad. l. Fãlc. l. error.

d *Ipſo poſtulãte.* ſed an petet cum auctoritate tutoris vel curatoris? Rñ. ſic, vt. C. de auct. præſtan. l. iiij. Item in conſtituendo procuratorem an exiget auctoritatem tuto. vel curat? Reſpon ſic, vt. C. de procu. l. neque.

Speciale mandatum quandoque requiritur.

e *Nõ debet.* niſi & ſpeciale de hoc habeat mãdatũ. Et ſic no. ſpecialẽ caſum vbi ſpeciale deſideratur mãdatum: vt hic, & C. etiã per procu. cau. reſt. in integ. agi poſſe. l. j. & j. de reſi. l. vel quæ. ibi, ex heredatis &c. & dixi. ff. de proc. Pompo. in gl. & pater valetudine. Regulariter contra: vt infra ꝓ ſocio. l. actione. §. renuntiare. & infra de ſol. vero. & infra de iniu. l. ſed & ſi vnius. §. procuratorem.

Si minor ſolait indebitum: perſona interdum facit locum repetitioni. Bar.

XXV. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale.

ILlud nullã habet dubitationem, quin minor ſi nõ debitũ ſoluerit ex ea cauſa ex qua iure ciuili repetitio non eſt [d] dãda, ſit ei vtilis actio [b] ad repetendum: cum & maioribus [c] vigintiquinque annis iuſtis ex cauſis dari ſolet repetitio.

Reſtitutionem debet quis petere per ſe, vel per alium procuratorem habentem ſpeciale mandatum: de quo ſi dubitetur, cum cautione de rato admittitur. b. d. cum princ. l. ſequen. vſque ad. §. quòd ſi ii. Bart.

Si talis interueniat iuuenis, cui præſtanda ſit reſtitutio: ipſo poſtulante [d] præſtari debet, aut procuratore eius cui idipſum nominatim mãdatum ſit. Qui verò generale mãdatum de vniuerſis negotiis gerendis alleget, non debet [e] audiri.

XXVI. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

QVod ſi de ſpeciali mandatu dubitetur cũ reſtitutio poſtuletur, interpoſita ſtipulatione ratã rem dominũ habiturum, rei poteſt mederi.

Procurator eius contra quem petitur reſtitutio, ſoſtinet partes rei: ideo debet cauere iudicatum ſolui. Bartolus.

Quòd ſi is qui circumſcri-

A uite, reſtituetur quidem hoc caſu minor in debitorẽ primũ. ſ. liberatũ. [*ADVERSVS.*] Quidã minores decepti veluti viles vel plebeij vel cæteri ſimiles poſſunt reſtitui cõtra homines in dignitate poſitos, eo ꝙ cõtra ipſos denegat de dolo actio. & hoc eſt regulare: niſi forte poneres quòd de dolo agere non p-mittãtur: quia libertus vel filiuſſa. ſit, quia nec iſti reſtitui poſſunt.

Patri pro filio. ſ. cõuento ſecundum Io.

Præſtanda reſtitutio eſt. imò videtur denegãda: vt. ff. l. iij. §. ſed vtrũ. ibi, an hoc auxilium &c. quæ eſt contra. Sol. ſecundum Io. hic loquitur quãdo filius dedit damnũ alicui per culpã: vnde cõueniebatur filj actione legis Aquiliæ: qua cõuẽtus reſtituitur pater pro filio. i. nomine filij etiã eo inuito. Et qđ dicit, tenetur, dic. i. teneri poteſt data ſentẽtia contra filiũ, non prius: vt j. de pec. l. iij. §. idem ſcribit. & j. de noxa. l. quotiens. & l. ſeq. Item ideo per culpam dixi: quia tunc in totũ reſtituitur: vt pro nõ delinquẽte habeatur: vt. C. ſi aduer. delict. l. j ſecus ſi per dolũ: vt. ff. e. ſi ex cauſa. §. nũc videndum. & in. l. cõtraria loquitur quãdo iam pater de peculio tenebatur. ſic enim loquitur ſecundũ vnũ ſenſum. ff. eo. l. cũ mandato. j. reſpon. quæ eſt ſimiliter contraria. Nã ibi ſubaudi. ſ. pater, ſecundũ Io. cum iam de peculio tenebat. Alij dicunt quòd hic pater vt legitimus adminiſtrator vel defenſor ꝓ filio conuenitur: vnde reſtituitur pro filio. & hęc reſtitutio etiam patri prodeſt ſi de peculio cõuenitur: licet fideiuſſori reſtitutio minoris nõ proſit, ſed ſua quãdoque. Si autem pater nomine ſuo conuenitur, nunquã eſt reſtituẽdus: licet fideiuſſor reſtituatur quandoque ſi cõueniatur. Alij dicũt ꝙ hic loquitur mortuo filio: & quod dicit tenetur. ſ. poſt mortẽ vſque ad annum. Alij dicunt quòd hic petit pater totũ contractum reſcindi idcirco, quia ſibi prodeſt ne de peculio teneatur. prima & ſecunda verior eſt. Accurſius.

cognatui.

† Lude. Ro. in conſing. fo. 8. ſing. 224. extollit valde iſtũ text. de quo ibi per eũ, & f. interpret. b. c. Boeg.

B

C

Si pecuniam quam mutuam minor accepit, diſſipauit: denegare debet [p] procõſul creditori aduerſus eum actionem. Quòd ſi egenti minor crediderit, [q] vlterius procedẽdũ nõ eſt, quàm vt iubeatur iuuenis actionibus ſuis quas habet aduerſus eum cui ipſe credidiſſet, cedere [q] cre

D

Pater iniuito filio filij nois agit.

f *Quod ſi. Iudicatum ſolui.* & nihilo minus de rato: vt. ff. de ꝓcur. non ſolum. §. eſt & alius caſus. Accurſius.

Patri.] CAVS. Filius dedit alicui damnum: & ita l. Aqui. tenebatur. dicitur ꝙ pater poterit petere eius nomine reſtitui, etiam filio inuito. Et eſt ratio: quia nõdum pater tenetur de peculio, ſed demũ lata ſentẽtia iudicati tenebitur. Nam filio in illa act. condẽnato tenebitur pater de peculio. Alij tamen cõſanguinei nõ audirẽtur volẽtes eius nomine reſtitui eo inuito, niſi forte ei bonis ſit interdictum, & ſic in ipſorum curam ceciderit. [*SI PECVNIAM.*] Minor pecuniam mutuam accepit: eam conſumpſit vel amiſit. dicitur hic quòd non tenetur iſte minor. Sed pone retento eodem caſu primo, quia ſcilicet pecuniã mutuam acceperat à me. illam alij, Titio ſcilicet qui non eſt ſoluẽdo, mutuauit. Dicitur quòd in amplius nõ tenebitur iſte minor, niſi vt creditori ſuo, ſcilicet mihi cedat ac. ſcilicet contra illum Titium cui ipſe mutuauit. Quid ſi ex iſta pecunia quam mutuã accepit à me, emit prædium, plus dedit pro pretio quàm valeat, vnde etiam hoc caſu deceptus fuit? Dicit quòd reſtituendus erit minor vt pretium recipiat cum vſuris perceptis & percipiẽdis, & prædium cum fructibus recipiat. Idem etiã ſi ſua propria pecunia emit: quia & tunc reſtituetur minor: vt ſupra ſecũdo caſu dicit. Sed pone: minor prædium vendidit, & in eo fuit deceptus. dicitur quod minor in hoc caſu prædium recuperabit cum fructibus: & pretium inquãtum fuerit factus locupletior, reſtituet. & hoc dicit. [*SI MINOR.*] Si minor liberauit debitorem ſuũ ꝓ acceptilationẽ, & ſine cauſa: reſtituetur minor cõtra debitorẽ vt reponat ſe in obligationẽ, & pignora & fideiuſſ. Item ſi duos reos habeat minor, & vnũ liberauit p accep. reſtituetur contra vtrũque. Vnde quocũque modo nouauerit obligationẽ ſuã, & deceptus ſit, reſtituetur: vt puta ſi accipiat debitorẽ inopẽ ꝓ diſſ. Vetus.

g *Patri pro filio.* ſ. cõuento ſecundum Io.

h *Præſtanda reſtitutio eſt.* imò videtur denegãda: vt. ff. e. l. iij. §. ſed vtrũ. ibi, an hoc auxilium &c. quæ eſt contra. Sol. ſecundum Io. hic loquitur quãdo filius dedit damnũ alicui per culpã: vnde cõueniebatur filj actione legis Aquiliæ: qua cõuẽtus reſtituitur pater pro filio. i. nomine filij etiã eo inuito. Et qđ dicit, tenetur, dic. i. teneri poteſt data ſentẽtia contra filiũ, non prius: vt j. de pec. l. iij. §. idem ſcribit. & j. de noxa. l. quotiens. & l. ſeq. Item ideo per culpam dixi: quia tunc in totũ reſtituitur: vt pro nõ delinquẽte habeatur: vt. C. ſi aduer. delict. l. j ſecus ſi per dolũ: vt. ff. e. ſi ex cauſa. §. nũc videndum. & in. l. cõtraria loquitur quãdo iam pater de peculio tenebatur. ſic enim loquitur ſecundũ vnũ ſenſum. ff. eo. l. cũ mandato. j. reſpon. quæ eſt ſimiliter contraria. Nã ibi ſubaudi. ſ. pater, ſecundũ Io. cum iam de peculio tenebat. Alij dicunt quòd hic pater vt legitimus adminiſtrator vel defenſor ꝓ filio conuenitur: vnde reſtituitur pro filio. & hęc reſtitutio etiam patri prodeſt ſi de peculio cõuenitur: licet fideiuſſori reſtitutio minoris nõ proſit, ſed ſua quãdoque. Si autem pater nomine ſuo conuenitur, nunquã eſt reſtituẽdus: licet fideiuſſor reſtituatur quandoque ſi cõueniatur. Alij dicũt ꝙ hic loquitur mortuo filio: & quod dicit tenetur. ſ. poſt mortẽ vſque ad annum. Alij dicunt quòd hic petit pater totũ contractum reſcindi idcirco, quia ſibi prodeſt ne de peculio teneatur. prima & ſecunda verior eſt. Accurſius.

i *Nolit.* not. ꝙ filio inuito pater in iure filij nomine agit petẽdo reſtitutionem. ſic. j. ſo. ma. l. ſi cum. §. eo autem. verſi. quòd ſi is. & infra de iniur. ſed ſi vnius. §. filio. Arg. contra infra de inoffic. teſta. l. Papinianus. in principio. Sed ibi fuit tantũ filij iniuria: vt ibi dicit.

k *Tenetur.* i. teneri poteſt data ſententia, & eo condemnato.

l *Ex quo.* quit quod in vno conceditur, in aliis ꝓhiberi videtur: vt. j. de iudi. cum prætor. & C. de procu. l. maritus. Acc.

m *Ex voluntate.* ſ. expreſſa: vt. ff. e. l. illud. §. ſi talis. licet aliàs iſti admittantur ſine mandato: vt. ff. de procu. ſed & hę. Acc.

n *Interdici.* quo caſu ſunt in curatione adgnatorum: vt infra de cura. furi. l. j. in princ. & inſtitu. de cura. §. item. vnde tanquam curatores petent reſtitutionem de his quæ fecerat prius.

o *Debet.* non ipſo iure, ſed data reſtitutione: vt. C. ſi aduer. credi. l. j. & ij. Accurſius.

p *Minor crediderit.* ſcilicet quam mutuam accep

q *Cedere.* not. quòd cedendo actionem liberatur etiam quãdo non ꝓpter actionẽ, ſed propter rem tenebatur. ſic infra ſi quapau. ff. di. l. j. §. ſi poſt. & j. commo. l. ſi vt certo. §. nũc videndũ. verſic. idẽ Labeo. & j. de rei vin. l. ſi hominem. quæ eſt. l. pe. §. ſi. Si autẽ ob hoc quis tenetur, quòd habeat actionẽ, indubitabiliter liberatur cedendo: vt infra de pœ. l. quod debetur. in fine.

a *Pecunia.* quam mutuo minor accepit. Accurſius.
b *Emerit.* ſcilicet minor.
c *Reddito pretio.* ſcilicet minori.
d *Alterius.* ſcilicet venditoris.nam rehabebit fundum.
e *Oporteat.*nã hic ſicut ſuperiori caſu vẽditio reſcinditur ſi fuit minor deceptꝰ hoc ipſo vt cõtraheret.ſecus ſi minori pretio tantũ: quia tũc ad iuſtum reducẽdum eſt: vt infra de iure do. ſi res.j.§.j. Eodẽ modo intelligo j.pri.§.itẽ ex diuerſo &c. Vel dic hic & ibi per reſtitutionem etiã ſi minori ptio fuit tantum deceptio.
f *Hoc & ſuperiore.*i. quãdo ex ſua,& quãdo ex mutua pecunia prędium emit.
g *Qui pretiũ reddidit.* aliàs prædiũ vendidit.
h *Recipiat.*ſ.vẽditor.
i *Vendiderit.* decreto interpoſito.
k *Cum fructibus.* ª etiã quos pcipere potuit: quia ſic eſt in vſuris.ĩ. proxi.reſpon.
a Lud.Ro. in ſua ſing. fo.19. ſing. 528. & Franciſcus Cremonen. in ſua ſingu. ſingulari 134. reputãs iſta gl. ſing.& iſt gl. valde ſigẽda cordi. vide p eos.
Locupletior. non autem debetur à minore vſura, licet petat fructꝰ: quia hic nõ ex alterius perſona,ſed ſua conuenitur. alioquin contra.j. e.l. minor.§. prędia. Et no.hic contra ſententiã Pla. quã reprobauimus. ĩ. e. & ſi minor.§.pe. Sed ipſe exponit legem iſtã tãtũ in vſuris. nam ſortem totã reddit ſecũdum eum. Accurſius.
m *Reſtitui.*ſic.ĩ.quod me.cau.illud.nã ex acceptilatione rei etiam fideiuſſor liberatur:vt infra de accep. & per iuſiurandum.§.& ſi fideiuſſori. Accurſius.
n *Alteri accepto tulerit.* & ſic in alterum liberatio puenit: vt infra de iureiur.duobus. §.ex duobus.
o *Debitorem reſtitui.*& cũ in quem trãſlata eſt obligatio, liberari: vt C.de repu.l.j.Ac.
p *Non permittitur.* quia multæ ſunt:vt.ĩ.de dolo.non debet.
q *Lege.* vt pater & patronus:vt.C.qui & aduer.quos.l.finali.

ditori ſuo. Prædium quoque ſi ex ea pecunia ª pluris quàm oporteret emit, ᵇ ita temperanda res erit, vt iubeatur venditor reddito pretio ᶜ recuperare prædium: ita vt ſine alterius ᵈ damno etiã creditor à iuuene ſuum cõſequatur.Ex quo ſcilicet ſimul intellegimᵘ quid obſeruari oporteat ᵉ ſi ſua pecunia pluris quàm oportet emerit:vt tamen hoc & ſuperiore ᶠ caſu venditor qui pretium reddidit, ᵍ etiã vſuras quas ex ea pecunia percepit aut percipere potuit reddat: & fructus quibꝰ locupletior factus eſt iuuenis recipiat. ʰ Item ex diuerſo ſi minore pretio q̃ oportet vendideritⁱ aduleſcens:emptor quidẽ iuberi debebit prædia cum fructibus ᵏ reſtituere: iuuenis autem eatenus ex pretio reddere,quatenus ex ea pecunia locupletior ˡ eſt.

Minori reſtituitur actio cõtra ipſum creditorem & fideiuſſorem & correos, ſi aliquem liberauit acceptilatione. Bartolus.

Si minor annis vigintiquinque ſine cauſa debitori acceptum tulerit, nõ ſolũ in ipſum, ſed & in fideiuſſores & in pignora actio reſtitui ᵐ debet.Et ſi ex duobus reis alteri acceptũ tulerit, ⁿ in vtrumque reſtituẽda eſt actio. Ex hoc intellegimus, ſi damnoſam ſibi nouationem fecerit, fortè ſi ab idoneo debitore ad inopẽ nouandi cauſa tranſtulerit obligationem,oportere eum in priorem debitorem reſtitui. ●

Reſtitutio etiam datur aduerſus eos quę de dolo conueniuntur:excepto patre & patrono. Bartolus.

Aduerſus eos quoque reſtitutio præſtanda eſt,quorum de dolo agere non permittitur: ᵖ niſi quædam perſonæ ſpeciali lege ᵠ exceptæ ſint.

Reſtituta actione tutelæ, non reſtituitur contraria. Bart.

XXVIII. CELSVS libro ſecundo Digeſtorum.

CVm minor quàm quinque & viginti annis aduerſus eum cum quo tutelæ egit, reſtituitur,non ideo tutori contrarium tutelæ iudicium reſtituendum eſt. ʳ

Etiam vbi interuenit patris auctoritas, minor reſtituitur. Bart.

XXIX. MODESTINVS libro ſecundo Reſponſorum.

ETiam ſi patre eodemque tutore ˢ auctore ᵗ pupillus captus ꝓbari poſsit: ᵘ curatorem poſtea ei datum, nomine ipſius in integrum reſtitutionẽ poſtulare non prohiberi.

Si pro reſtitutionem vnum capitulũ ſententiæ reſcinditur, cætera firma remanent, ſi illi non ſunt connexa. aliàs ſecus.hoc dicit.quod not. Bart.

Ex cauſa curationis ˣ condẽnata pupilla, aduerſus vnũ caput ſententiæ reſtitui volebat: & quia videtur * in cæteris litis ſpeciebus releuata fuiſſe, actor ʸ maior ętate qui adquieuit tunc temporis ſententiæ,dicebat totam debere litẽ reſtaurare.Herennius Modeſtinꝰ reſpondit, ſi ſpecies in qua pupilla in integrum reſtitui deſiderat,cæteris ſpeciebus nõ cohęret,nihil proponi cur à tota ſentẽtia recedi actor poſtulans audiendus ᶻ eſt.

Reſtitutio conceſſa non citatis his quorum.

*videbatur

r *Reſtituendum eſt.* imò videtur reſtituendum: vt.C. ſi aduer. tranſact.l.j.&.ij.quæ ſunt contra.Sol.aliud in tranſactione, vt ibi:aliud in ſententia,vt hic,quaſi ſibi imputetur quòd non appellauit. Vel hic tutor ex alia cauſa ſuam actionem remiſit ſcilicet pacto,quàm à minore ſe liberauit,ſcilicet ſentẽtia. Vel veriꝰ diſtingue an ſit coniuncta:& tunc reſtituatur:aliàs non:arg. infra.l.proxi.§.primo.

ETiam.]CASVS. Non refert decipiatur minor, ſcilicet auctoritate patris tutoris:quia.ſ.cõtraxit patre tutore auctore, & deceptus fuit,aut nõ:quia ſemper reſtituetur ex cauſa. Pone: Adminiſtrauit tutor:puta in ſale & oleo & vino:& etiã in multis aliis.in vno tãtũ fuit abſolutus tutor,puta in hordeo. in aliis fuit condemnatus, cũ cõuentus eſſe iſte tutor finita tutela.vult autẽ iſta pupilla reſtitui in eo in quo fuit tutor abſolutus.Dicit abſolutus tutor eã non eſſe reſtituendam in vno,niſi etiam reſtituatur in omnibus.Lex iſta dicit diſtinguẽdum an geſtiones fuerũt mixtæ & continentes,& tunc in totum reſtituatur. an ſeparatæ,& tũc ad vnum tantũ.& etiam hoc caſu quando ſunt ſeparatæ,reſtituetur pupilla, & tutor aduerſari nõ reſtituetur.ſed hũc caſum dic aliter, & melius: Titius geſsit tutelam Seij:puta in multis ſpeciebus:& male. Deceſsit Titius tutor, & ſucceſsit ei pupilla quędam.Seius egit tutelę actione cõtra pupillã: & ipſa fuit condemnata tantũ in vna re,& in aliis abſoluta.nunc vult puella reſtitui aduerſus ſententiam contra ſe latam.tutor dicit ſe reſtitui debere contra eã in eo in quo fuit abſoluta,ita vt tota reſtauretur lis.an ſit audiendus,quæritur. Et diſtinguitur,an mixta eſt vel non.ſi non eſt mixta,non eſt audiendus: & iſta eſt vera poſitio. [*SI HEREDITATE*. Certum eſt quòd in integrum reſtitutio dari debet ꝓſente eo contra quem petitur.ĩ.eo in cauſæ.j.§.cauſa. Vnde pone: Adiui hereditatem patris mei:poſtea reſtitutus fui vt abſtinerem: & hæc reſtitutio conceſſa fuit abſentibꝰ credi.here.paternis.dicitur hic quòd reſtitutio nõ valet:vnde præiudicare creditoribꝰ nõ potuit.

s *Tutore.* quod eſſe poteſt:vt inſtitu.de legi.paren.tu.
t *Auctore.*in contrahendo.
u *Probari poſsit.* non à patre.tunc enim denegaretur reſtitutio:vt C.qui & aduer.quos.l. fin.& facit.C.ſi tutor vel curator interue.l.etiam.
x *Ex cauſa curationis.*id eſt tutelæ, finita tutela iã aliquo modo.aliàs enim agi non poteſt:vt infra de tut.& ratio.diſt.l. niſi. Vel etiam contra curatorem.nam & pupillus habet curatorem quandoque. Vel dic ex cauſa cuiuſdam curæ quam pater ſuꝰ fecit cuiuſdam adulti,cui pupilla ſucceſsit.
y *Actor.*ſcilicet tutor vel curator qui egerat cõtrario iudicio tutelæ,vel negotiorum geſtorum. Vel dic directa negotiorum geſtorum ſecundum alium caſum.
z *Audiendus.* & ſic ſententia ꝓ parte valebit,pro parte non. Sed contra.j.famil.erciſcun.l.in hoc iudicio.Sol.ibi in coniunctis.arg.j.de ædil.edict.cũ eiuſdem.&.j.e.tutor.§.j.&.C.de appel.l.ampliorem.§.j.& de tẽpo.appel.l.per hanc.ſecus in diſiũctis:vt hic.Sic ergo tot ſunt ſentẽtię,quot ſunt capitula:ſicut tot legata, quot ſunt anni:vt.j.de dona.cau.mor.ſenat. in fi.Similiter in ſtipulatione:vt.j.de verbo.oblig.l.ſcire.in prĩ.& facit.C. de tranſac.l.ſi ex falſis.Poſſunt autẽ eſſe diſiuncta:vt ſi ex adminiſtratione ſalis ſit condẽnata,ſed ab adminiſtratione vini fuit abſoluta.Cõiuncta autem eſſe poſſunt:vt ſi de eodem negotio partim

Pupillus curatorẽ habere poteſt.

Sententia quandoque ꝓ parte eſt valida,& pro parte non.

partim condẽnata ſit,& partim abſoluta: vt ſi tutor fundũ quẽ partim ex ſua,partim ex minoris pecunia emiſſe dicebat, iuſſus ſit tradere,condẽnata pupilla vltra modũ in pecunia danda:reſtituitur pupilla p conſequens,& tutor petit reſtitui. Vel ſic,dicebatur quòd tutor quendã fundum pro centũ nomine pupillæ emiſſet,& pupilla fundũ petebat,& non valebat niſi quinquaginta. Iudex autẽ pupillæ fundum,tutori pretiũ totũ reſtitui iuſſit. Minor vult reſtitui cõtra hoc quòd totum pretiũ reddere iuſſa eſt,& fundum retinere vult. certe nõ poteſt:quia illud capitulum de reſtitutione prædij,cohæret alij capitulo de reſtitutione pretij. Acc.

rum intereſt,in eorum præiudicium nil valet. Bartolus.

Si hereditate [a] patris ætatis beneficio in integrum reſtitutus abſtinuit ſe,nemine de creditoribus paternis præſente,vel ad agendum [b] à præſide euocato: [c] an ea reſtitutio rectè facta videatur,quæritur. Herẽnius Modeſtinus reſpondit, cũ nõ euocatis creditoribus in integrũ reſtitutionis decretũ interpoſitũ proponatur, minime id creditoribus præiudicaſſe.

Per vnum actum contrarium quis videtur renuntiare in integrũ reſtitutioni. Item ille actus qui tollerat illud ad quod petitur reſtitutio:tollit reſtitutionem. Bart.

XXX. PAPINIANVS libro tertio Quæſtionum.

Si filius emancipatus contra tabulas non accepta [d] poſſeſſione, poſt inchoatam reſtitutionis quæſtionem [e] legatum ex teſtamento patris maior vigintiquinque annis petiſſet, liti renuntiare [f] videtur:† cum & ſi bonorum poſſeſſionis tempus largiretur,[g] electo iudicio [h] defuncti repudiatum beneficium prætoris [i] exiſtimaretur.

Minore reſtituto aduerſus additionẽ hereditatis,libertates datæ,& ſolutiones creditoribus factæ non reſcinduntur. Bar.

XXXI. IDEM libro nono Reſponſorum.

Si mulier poſtquã heres extitit, propter ætatem abſtinendi cauſa in integrum reſtituta fuerit:ſeruos hereditarios

A poſtea autẽ mulier iſta petiit reſtitui, vt ab hereditate abſtineret.nũquid ſerui ab ea manumiſſi liberi manebũt:& ſi liberi manẽt,an aliquid pro libertate præſtare debent? & dicit quòd liberi manebunt:nec aliquid p libertate præſtabũt.ſed pone:iſta mulier antequam reſtitueretur, quibuſdã creditoribus ſatisfecit.nunquid illi quib' non eſt ſatisfactum, habebũt regreſſum contra eos quibus ſatisfactũ eſt:vt id quod perceperũt, cõmunicent? Et dicit quòd non: ſic quod ſolutum eſt creditori,non reuocatur.

ex fideicommiſſo ab ea rectè manumiſſos retinere libertatẽ reſpondi. [k] Nec erunt cogendi viginti aureos [l] pro libertate retinenda dependere, quam iure optimo [m] conſecuti videtur. Nam & ſi quidam ex creditoribus pecuniam ſuam ante reſtitutionem ab ea recuperaſſent, cæterorum querela contra eos qui acceperunt,vt pecunia communicetur non admittetur. [n]

B

Actus ex aſpectu iudicis probatur: & pronuntiatio ex aſpectu non prodeſt eis qui ſciebant cõtrarium: ſed ignorantes & pronuntiationi adquieſcentes excuſat. Bar.

XXXII. PAVLVS libro primo Quæſtionum.

Minor vigintiquinque annis adito præſide ex aſpectu corporis falſò ꝓbauit perfectam [o] ætatem. curatores cum intellexiſſent eſſe minorẽ, perſeuerauerunt in adminiſtratione. medio tempore poſt probatam ætatem ante impletum vicẽſimumquintum annum ſolutæ ſunt adoleſcenti pecuniæ debitæ:eaſq; malè cõſumpſit. quæro cuius [p] ſit periculum. Et quid ſi curatores quoq; in eodẽ errore pſeueraſſent,vt putarẽt maiorẽ eſſe,& abſtinuiſſent ſe ab adminiſtratione, curationem [q] etiã reſtituiſſent:an periculũ temporis quod poſt probatam ætatẽ ceſſit,*ad eos pertineat? Reſpondi: Hi qui debita exſoluerunt,liberati [r] iure

C

D

Iustriplex in comparatione.

Non admittetur. vt fiat reuocatio cũ debitum receperũt:vt.j. de cõdict. inde. l. repetitio. & C. depo. l. fi. & .j. quæ in frau. cre. pupillus. & infra de bo. auct. iudi. poſſ. l. ſi nõ expedierit. §. j. nam rectè factum non debet reuocari:vt hic, & .ff. eod. l. in integrum. & C. de adminiſtra. tuto. ſancimus. j. ibi,nõ enim debet. & C. de confir. tuto. l. iij. Accur.

* *intereſſit.*

Minor.]CASVS. Minor. xxv. an. volebat agere aduerſus quẽdam ſuum debitorem:& eum ad iudicium vocauit:& cum ad iudiciũ illum vocaſſet,dixit ille:Quis eſt iſte qui venit de Edom,tinctis veſtib' de Boſra? Dicit minor ſe maiorem eſſe.vt maior appareret,permiſit barbã creſcere, & capillos magnos deferebat: vnde admiſſus fuit à iudice ad agẽdum:& ita debitor ei ſoluit.minor iſte pecuniam perceptã ſtatim cõſumpſit.modo quæritur cuius ſit periculũ illius pecuniæ, verũ.ſ. debitoris,an minoris,an curatoris? Et dicit indiſtincte debitorẽ liberari:& ſic liberatus eſt debitor. per auctoritatẽ enim iudicis ſoluit.ſed in curatore diſtinguit,ſciuerit,an ignorauerit. ſi ſciuerit,ad ipſum curatorẽ pertinet periculũ:& curator tenetur:& hoc quãdo pſeuerauit. ſi ignorauit,ad ipſum minorem:& ſic curator non tenetur hoc caſu:quia non pſeuerauit,nec ſciuit.

Iudex quãdoque ſecũdũ cõſcientiã iudicat.

---

† *Cauw. ſ. gaius. de reſcript. in ſimes.*

a *Si hereditate*. quam adiuit.

b *Ad agendum*. i. ad contradicendum reſtitutioni:quod fieri debet:vt in auth. vt ſpõſ. larg. §. ad hæc. coll. ix. & dixi. ff. eo. l. in cauſæ. j. §. cauſa.

c *Euocato*. ſ. creditore.

Si filius.] CASVS. Paterfamilias filiũ emancipauit, qui erat minor. xxv. ann. & extraneo herede inſtituto,eidem filio aliquid legauit:eũ tamẽ prætexit in teſtamẽto. minor iſte bonorum poſſeſſ. cõtra tabulas non petiit intra annũ:& ita excluſus eſt p lapſum anni expreſsim, quia eam repudiauit expreſsim. Vnde cum in hoc ſentit ſe grauatũ,petiit ſe reſtitui poſt. xxv. an. tamen intra quadrienniũ etiã pendente cauſa in integ. reſti. petiit legatũ. Dicitur quòd excluditur à beneficio bo. poſſ. quia videtur liti renuntiaſſe. Sed pone. j. an. agnouit legatum eo facto maiorem:dicitur quòd & tunc à poſ. bo. excluditur.

d *Non accepta*. id eſt repudiata:vel tẽpore amiſſa, ſcilicet anni:cũ ſit de ſuis:aliàs dantur centum dies ad petendũ bonorum poſſeſſ. vt inſtitu. de bonorum poſſ. §. cum igitur. verſi. liberis.

e *Quæſtionem*. iam factus maior:vt ſubiicit.

f *Renuntiare*. tacito pacto:vt. C. de inofficioſi. teſt. l. parentibus. & infra de condi. & demon. l. duos. & infra de bo. lib. l. nã abſurdum. & infra de inofficioſi. teſta. ſi pars. §. fi. & l. nihil. & infra de reg. iur. ex qua perſona. argu. contra. & de excep. l. nemo.

g *Largiretur*. i. non eſſet finitum,adhuc tamen eſſet iſte maior.

h *Iudicio*. ſcilicet legatum accipiendo.

i *Prætoris*. qui prætor dat annũ volentibus petere bo. poſſ. & facit. C. de fur. l. j. Hodie hæc iex tribus modis nõ valet. Primo quia poteſt dicere nullum hodie,& etiã contra tabulas habere: ſiue ſuꝰ, ſiue emãcipatus:vt. C. de lib. præte. l. fi. Vel melius emãcipatus nõ poteſt dicere nullũ etiam hodie:vt ibi not. Secundo quia ex quo ei reliquit legatũ,debet agi ad ſupplemẽtum: vt in auth. de trien. & ſemiſ. §. j. col. iij. licet & illa in hoc corrigatur: quia iure inſtitutionis debet relinqui:vt in authen. vt cũ de ap. cog. §. illud. col. viij. Vel illud in querela:ſecus in cõtra tab. Tertio:quia hæc præſcriptio annalis non currit minori ipſo iure:vt C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. l. j.

Si mulier.]CASVS. Paterfamilias plures habuit credi. mulierem quandam inſtituit heredem,cuidam ſeruo ſuo libertatẽ reliquit:mulier tamen hereditatem adiuit,& ſeruos manumiſit:

k *Reſpondi*. ego ſcilicet Papinianus.

l *Viginti aureos*. quod videbat:vt. j. de inofficioſi. teſta. Papinianus. in fi.

m *Optimo*. eſt ius bonũ,quãdo libertas cõpetit ab adita hereditate:ſed reuocat vel fingitur non data perlata querela. j. quiquẽniũ. Eſt ius melius,quando nũquam reuocatur,ſed dantur viginti aurei à quolibet:vt. j. de inoff. teſt. Papinian'. in fi. & l. ſeq. Eſt optimum: vt quando ſunt liberi, & nil dant:vt hic. Sed cuius erũt liberti? Reſpõ. ortini. ſ. defuncti:vt. j. de fideicom. liber. cum quaſi. §. idem dicendũ.

n *Non admittetur*. vt fiat reuocatio cũ debitum receperũt:vt. j. de cõdict. inde. l. repetitio. & C. depo. l. fi. & .j. quæ in frau. cre. pupillus. & infra de bo. auct. iudi. poſſ. l. ſi nõ expedierit. §. j. nam rectè factum non debet reuocari:vt hic, & .ff. eod. l. in integrum. & C. de adminiſtra. tuto. ſancimus. j. ibi,nõ enim debet. & C. de confir. tuto. l. iij. Accur.

o *Perfectam*. i. ſe maiorẽ:cum tanquã maior vellet agere contra debitorem ſuum. Et no. arg. quòd ſecundum conſcientiã iudex iudicat:vt ſupra de feriis. l. eadẽ. in fi. ſ gl. fi. Sed certe & hic & ibi vt iudex habet conſcientiam:ſecus ſi vt priuatus:vt ſupra de offi. præſi. l. illicitas. §. veritas. Hæc tamen probatio p aſpectũ reprobatur hodie:vt inſti. quib' modis teſta. infir. in prin. ſecũdum quoſdã. Sed certe ibi quo ad aliud. i. alius aſpectus reprobatur:vt dicam infra eodem tit. l. de ætate.

p *Quæro cuius*. vtrum ſoluentis,vel minoris:vel curatorum.

q *Curationem*. id eſt rationem curationis.

r *Liberati iure ipſo*. ſi hoc exaudias in his contra quos probauit ſe maiorẽ:certũ eſt ꝓpter auctoritatẽ iudicis:vt. ff. e. ait prætor. §. permittitur.

permittitur.In aliis idem videtur:vt infra.e.l.de ætate.sed tutius est exceptione eos liberatos.

a *Conuenire.*Sed nõne similiter in dolo fuit maiortego nõ debet posse agere: vt.ĩ.de dolo.l.si duo. &.C.si mi.se ma. dix.l.ij. &c.iij.quæ sunt cõtra:Respon.adulescentes falsum probauerunt: sed non scienter: vel si scienter, nõ animo decipiẽdi tutores vel curatores: imò forte vt sibi cõsulerẽt: quia curatores male gerebãt. Nec videntur inde curatores decepti:vt.ĩ.de act.emp.l.j.

b *Decreto.* id est per decretũ crediderũt eũ scilicet esse maiorẽ: arcontra.infra eo. tutor. ĩ.respõ. Vel dic decreto q̃ sit datiui casus. Sed quomodo potuerunt credere: vt.C.eo. de in integ.resti.min.l. de tutela. quæ est contra? Respon. imò possunt:quia ibi duo contra tutorem faciebant: vt quia tutor erat, & quia cognatus:hic alterum tantum, quia curatores. Vel dic, hic & ibi prædicta interuenerunt. Sed iustissima causa interuenit hic.s. iudicis sentẽtia:& probatio ætatis:vt.ĩ.de regu.iu.l.qui auctore. Itẽ distinctionẽ huius legis, scilicet scientiæ & ignorantiæ,& in creditoribus adhibeo.

Si minor.]*CASVS.* Paterfami.mihi minori. x. reliquit nomine legati:& rogauit me vt manumittam seruũ meũ: qui forte. xx. valebat. accepi legatũ de decem.possum quidem restitui vt non cogar seruum manumittere:& quòd reddam illa decem quæ accepi:quia si maior essem, non cogerer manumittere si vellem habere legatum. Viuianus.

c *Paratus sit.*hoc fauore minoris ætatis:vt.ĩ.de lib.le.l.tutor.in fin.si autem esset maior,seruum suum quantumcunque valet,tenetur manumittere.secus in legato alij dando:quia nõ vltra &c. vt.ĩ.de leg.ij.l.imperator.& instit.de sin.re.per fide.re.in princ. Item in seruo alieno nõ compellitur plus dare quàm acceperit: vt infra de fideicom.lib.l.generaliter.§.si quis.

d *Sibi huic.*scilicet minori.Accursius.

e *Remittatur.*quid si libertatem præstitit iam? Respõ. aduersus eam non restituitur:vt.ĩ.eo.l.verum.§. quod si.&.ĩ.e.l. antepenul.§.j.&.ĩ.de dolo.& eleganter.circa prin.&.C.si aduer.li.per totum.sed forte iustum pretiũ petet ab herede quasi re mortua: vt infra de iu.do.si res.j.§.si mulier. Accursius.

Si minor.]*CASVS.* Minor vigintiquinque an.credidit filiofamilias minori.si iste filiusfa.consumpsit,non tenetur: quia melior est causa consumentis:nisi fuerit inde locupletior tẽpore litis contestatæ.Secundo dicit quòd si duo minores cõpromiserunt in aliquem,si vnus vult restitui,bene potest. Viuia.

f *Ex hoc.*scilicet credito,vel nisi iussu patris acceptoris dederit:vt.ĩ.e.l.iij.§.sed vtrum.versi.si igitur filius. Accursius.

g *Litis contestatæ.*vel rei iudicatæ:vt qa prius fuit amissa,& postea recuperata:vt infra de peti.heredi.si à domino vel à patre. §.quo tẽpore.Sed nunquid pater tenetur de peculio? Respõ.vtique:nec obstat quod dicitur. C. ad Macedo.l. penult.hic enim cessat Macedo.senatusco.propter ætatẽ:vt.ĩ.eo.l.verum.§ fin. Item quid si acceperit decẽ mutuo,& omnia amisit in ludo præter vnum denarium,& deinde cũ illo solo nummo omnia recuperauit? Respondeo,non tenetur nisi ad vnum: quia verum est consumpturo & consumenti esse creditum:vt supra.e.quod si.§. penulti.nec habet quod recuperauit,ex prima causa,scilicet mutui,sed magis ex adquisitione facta in ludo:vt ar.ĩ.ad legem Fal. l.iij.& infra de here.ven.venditor.Si vero inhæreas huic literę, nisi locupletior &c.& tamen prius dixerat de cõsumẽte:respon. bene potest fieri consumptio in bonos vsus:vt si biberit vinum, vel si ministrauerit personis sibi necessariis:& tunc eum inuenitur tempore litis contesta. locupletior, nec sit ei causa mutata, tenetur. hic autẽ est causa mutata.Accursius.

h *Stipulati sunt.* scilicet pœnam hinciude. sed sine tutore non valet ipso iure:vt.ĩ.de arbi.si pupillus.

i *Iure desiderant.* apparet læsio quòd ab eo appellari nõ potest: vt C.de arbit.l.j. & de euictione nõ agitur: vt ĩ.de euic.si dictũ.§.j.& quia inimicus est arbiter tempore cõpromissi.secus si post:quia tũc iure cõmuni habet exceptionem:vt.ĩ. de arbit.non distinguemus. §.cum quidam.imò & ibi dico habere locum in integ.resti.vt dixi.ĩ. eo.in causæ. ij.in prin. Accursius.

Si in emptionẽ.]*CASVS.* Pone:minor gerit rem sub pacto addictionis in diẽ, hoc est si alius meliorẽ cõditionem non attulerit vsque ad talem diẽ, minor eã habebit emptam. oblata fuit tandem melior conditio: quia alius plus obtulit,& rem obtinuit:læsus est minor in hoc quòd tantum non dedit: vult restitui. dicit quòd bene potest minor iste,dum det illud plus quod alius dedit. †*Cicer.gl. pr. post medium in vers. & si omisit. allegationem. 2. extra de officio iudi. ordi.*

k *Si in emptionem.*minor emit sub pacto addictionis in diem.

l *Auditur.* quia læsus est in hoc quòd potuit tantum offerre, quantum alius dare vult:quod facere recusauit: vt.ĩ.de in diem addic.l.necesse. Accursius.

m *Maiorum eius.*Not.interesse mirabile:vt.C.de admi.tu.l.lex quæ &.ĩ.si quid in frau.pa.l.j.§.sed si rem.& de bo.lib.l. libert qui soluẽdo.in glo.pe.& ratiõe vicinitatis:vt.ĩ.de leg.ij.si cui. & facit infra manda.cũ seruus. Quandoque talia nõ admittũtur: vt infra ad.l.Fal.pretia.&.ĩ.ad legem Aquiliã.si seruum meum.

Minor.]*CASVS.* Dum minor in iudicio fuit cõuentus,læsus fuit in hoc quòd legẽ quandã quæ faciebat ad causam snã,non allegauit. Dicitur q̃ restituet minor iste. potest & pluribus aliis modis intelligi:quod dic vt in apparatu. Accur.

n *Allegationem.*id est exceptionem dilatoriã: vt.C.de proba.l. executionem.vel peremptoriã: vt.C.sent.rescin.nõ pos.l.perẽptorias. etiam in criminali: vt.ĩ.ad.l. Iul.de adul.l.si maritus.§. lex Iulia.versicu.præscriptiones. Vel dic quòd probationẽ omisit ante aperturam testiũ:quod maior nõ posset:vt in authen.de testi.§.quia vero multi.coll.vij. Vel pone proprie allegationes, id est probationes legum ad causam pertinẽtium:vt.ĩ.cod.l.minor autem.§.si autem princeps. Accursius.

Vtilium.]*CASVS.* In ista.l.quandam regulam præmittit, & eam duabus rationibus probat:vt videbis per exempla. Primum est. Pone:minor.xxv. ann. act.iniuriarum per lapsum anni,vel expressim,id est per pactum remisit.deide petit restitui ad hoc vt ei liceat eius iniurię nomine agere.dicit quòd nec audiatur neque restituetur.& est istud primum dictum. Secundum autem est,q̃ vxor minoris adulterata est.vnde minor intra.lx.dies potuit eam sine metu calumniæ accusare,eã tamen nõ accusauit, postea petiit restitui vt accusare possit iure mariti, non obstãte hoc quòd.lx.dies fuerint præteriti. dicit quòd nõ audietur. Istis enim

xxxiiii. PAVLVS libro primo Sententiarum.

SI minor vigintiquinq; annis filiofamilias minori pecuniam credidit, melior est causa consumentis : nisi locupletior ex hoc f inueniatur litis contestatæ g tempore is qui accepit.

Ex ipso quòd minor compromittit,videtur læsus.b.d.quod no.multum.Bartolus.

Minores si in iudicem compromiserunt, & tutore auctore stipulati sunt h : integri restitutionem aduersus talem obligationem iure desiderant i. B

Propter interesse affectionis minor restituitur.Bartolus.

xxxv. HERMOGENIANVS libro primo iuris Epitomarum.

SI in emptionem k penes se collatam minor adiectione ab alio superetur:implorans in integrum restitutionem audietur l, si eius itereſſe emptam ab eo rem fuisse adprobetur, veluti quòd maiorum eius m fuisset: ita tamen, vt id qđ ex licitatiõe accesit,ipse offerat venditori. C

Minor restituitur vt omissam allegationem seu probationem iterum inducat.b.d. & est notabilis lex. Bartolus.

xxxvi. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

MInor f vigintiquinq; annis omissam allegationem n, D

enim casibus non potest subueniri, nisi vt aliis noceat, hoc est vt alij in delictis puniantur. vnde quòd non erit restituendus, hoc est quia nihil abest, sed vindictã quærit. [*IN DELICTIS.*] Dictum est statim. ¶. quãdo contra eum delinquitur: nunc quando ipse minor delinquit. vnde pone: Minor delinquit: petit restitui vt habeatur pro nõ delinquente: an sit audiendus? Et certe non, si crimẽ sit atrocius vel atrocissimũ: vnde non potest restitui. sed si de dictum est priuatum & atrox, vt quia furtũ cõmisit, in hoc quidẽ releuabitur vt habeatur pro transacto si potuit transegisse: vt. ¶. eo. ex causa. §. imperator. Si vero atrocius, vt in termino moto, mitigabit iudex pœnam. Si vero publicũ est: vt quia ecce minor deliquit, qa cõmisit adulteriũ, vel incidit in aliquod capitulum. l. Iul. de adulte. quæ plura sunt (quæ bene & melius in. l. ista quàm in aliqua alia exprimuntur) non meretur restitui. Viuianus.

a *In exfecutionibus.* id est profecutionibus faciendis contra alios.

b *Pœnarum.* quia in necẽ alterius postulatur: vt. ¶. eo. in causæ. j. respon. & ad vindictã tantum: vt. j. de sepul. vio. sepulchri violati. in fi. alioquin habet locũ: puta si iusta de causa non executionẽ, sed pœnæ relaxationẽ petit: vt. j. ad legem Iul. ambi. l. j. & ¶. ad senatusconsul. Turpi. l. j. §. accusationẽ. in fin. quæ sunt contra. Item aliud potest dici in pœna cõuentionali: quia remisit sortẽ sibi promissam. nam restituitur: vt. ¶. eo. l. ait prætor. in prin. & in §. hodie.

c *Iudicium.* ciuile vel criminale.

d *Omissam.* pacto vel dissimulatione: vel forte etiã anni cursu: vt. C. de iniur. si nõ cõuicij. Quid in actione furtiqdã idẽ. alij nõ idẽ: cũ nõ ad vindictã agat: sicut fit in vtroq; istorũ casuũ hic. Ac.

e *Sine calumnia.* i. sine metu calumnie, si de accusatione cõfidit: vt. C. de adul. l. iure. secus si nõ confidit: vt. j. ad. l. Iuli. de adult. l. is cuius ope. §. fina. quæ est cõtra. Dic quòd ibi erat euidẽs calumnia: hic non. arg. C. qui accusa. non pos. l. ij.

f *In integrum restitutio.* secus in milite: vt. j. tit. ij. l. si qua.

g *Id est calumnia.* quasi dicat, vt liceat ei sine metu pœnæ calũ. accusare. Sed certe imò & aliud. ¶. vt præferatur aliis accusantibus. nã in his duobus priuilegiũ habet: vt. C. de adul. quãuis. ij. Nunquid ergo pro eo restituetur? respon. non, propter rationẽ superiorem: quia exequi vult crimen. Accursius.

h *In delictis.* scilicet aliis à se commissis.

i *Cessabit.* qualiter cessat, cũ ipso iure minoribus præscriptiões nõ currant? R. ñ. tria sunt genera præscriptionum. quædam enim currũt: sed restituitur minor: vt non nu. pecu. ex persona defuncti: vt. C. de nõ nu. pecu. si intra. Itẽ. xxx. vel. xl. ann. vt. C. in qb* cau. in integ. rest. non est necess. l. fi. in fi. Itẽ appellationis faciendæ & iudicij terminãdi: & inuẽtarij[a] faciẽdi: vt. C. de iudi. prosequendo perãdum. §. fi. & in authen. de her. & Fal. §. pupillis. col. j. Quædã currunt, & non restituuntur: vt. xl. dierum: vt hic. Item præscriptio quinquẽnij quæ obicitur minori ad tuendum statũ defuncti: vt. C. ne de sta. defuncto. l. fi mater tua. & ¶. ne de sta. defun. l. non esse. Item non numeratæ dotis: vt vltra tempora statuta ibi non restituatur: vt in authen. de temp. non so. pe. §. ij. colla. vij. aliæ autem omnes ipso iure non currunt: vt. C. in quibus cau. in integ. rest. non est necess. l. finali.

* *priuatorum.*

[a] *Fal. dicit ista gl. sing. adhuc quod tempus ad cognoscendũ inuentariũ certis minoribus: licet ipsum restituatur. Bolog.*

per in integrum restitutionis auxilium repetere potest.

In actionibus competẽtibus ad vindictã cessat in integrum restitutio. Item aduersus dolum præsumptum in futurum minor non restituitur. Item nec aduersus verum dolum præteritum nisi pœna minatur. Bar.

XXXVII. ¡TRYPHONINVS libro tertio Disputationum.

AVxilium in integrum restitutiõis exsecutionib' [a] pœnarum [b] paratum non est: ideóque iniuriarum iudicium [c] semel omissum [d] repeti non potest. Sed & in sexaginta diebus præteritis, in quibus iure mariti sine calumnia [e] vir accusare mulierem adulterij potest: denegatur ei in integrum restitutio [f]. Quod ius omissum si nunc repetere vult: quid aliud quàm delicti veniam, id est calumniæ [g] deprecatur? Et cum neque in delictis [h] neque in calumniatoribus prætorem succurrere oportere certi iuris sit; cessabit [i] in integrum restitutio.

In delictis [k] autem minor annis vigintiquinque non meretur in integrum restitutionem; vtique atrocioribus [l]: nisi quatenus interdum miseratio [m] ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit.* Sed vt ad legis Iuliæ de adulteriis coërcendis præcepta veniamus: vtique nulla deprecatio [n] adulterij pœnæ est, si se minor annis [o] adulterum fateatur [p]. Dixi nec si quid [q] eorum commiserit quæ pro adulterio eadem lex punit: veluti si adulterij dãnatam sciens vxorem duxerit [r]: aut in adulterio deprehensam vxorem non dimiserit [s]: quæstúmve de adulterio vxoris fecerit: pretiúmve pro comperto stupro acceperit: aut domum præbuerit ad stuprum adulteriúmve in eam committendum: & non sit ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, [t] contra eas committit [u].

Si præscriptis conuentionalib' incipias cũ defuncto maiore, & finias cum minore, currit sine ffe restitutionis: nisi cum minore aliquid gestum fuerit, vel aliquid interueniat ex quo etiam maior restitueretur. b. d. Et dividitur in quinque partes. primo ponit thema, & quæstionem. secundò ponit opinionem Pauli quam habebat ante sententiam. tertiò ponit sententiam imperatoris, & rationem eius rationum. quartò ponit opinionem Pauli post sententiam. quintò ponuntur quædã aliæ rationes quas mouerit princeps. secunda ibi, putabam. tertia ibi, imperator. quarta ibi, dicebam. quinta ibi, quia tamen. Bartolus.

XXXVIII. PAVLVS libro primo Decretorum.

AEmilius.] CASVS. Aemilius quidam à vicino suo Quinio nomine, fundum quendã emit sub pacto. l. cõmissoriæ: puta fundũ p. xxx. & statim. x. dedit: & cõuenit ꝙ intra mẽsem alia x. solueret: quod si nõ faceret vel nõ solueret, fundus esset inẽptus. & ita de alio mẽse sequẽte. decessit iste Aemilius, & puellã reliquit heredem. illius tutores nec primo nec secũdo mẽse aliquid soluerũt, & ita elapsũ est tẽp' quo soluere debuerũt. vẽditor tñ elapso tpe nihilominꝰ denũtiauit puellæ vt solueret, & sic tacite à. l. cõmissoria recessit. tãdẽ qa illa soluere noluit: vẽditor ille fundũ alij vẽdidit: qd cũ perpẽdit puella, petiit restitui corã vno iudice, q pronũtiauit eã nõ esse restituẽdã: vnde illa appellauit ad imperatorem, & ita corã imperatore venerunt aduocati vtriusq; patris, & allegabãt: & ita fuit cõtra illã allegatũ. Dicebat enim Paul' aduocat' aduersæ partis ꝙ ista puella nõ erat restituẽda, quia pater suus cõtraxit: nõ illa. Imperator vidit puellã formosam, & ideo valde fuit motus, & partẽ suam fouebat. vnde tres ratiões assignat quare ista puella sit restituẽda. Prima ratio talis est: quia tempus illud in quo puella fuit læsa, cucurrit tẽpore minoris ætatis. Secũda ratio est: quia lex cõmissoria est odiosa: vnde nõ debet huic puellæ obstare. Tertia ratio est: quia isti tutores sunt suspecti, eo quòd ita se malè circa factum illud habuerunt: vnde præsumitur hoc facto eorũ eos fraudẽ commisisse. vnde istis rationibus motus est imperator vt eã restituat. plus tamen dicit Paulus: quia potissimã rationem imperator tradidit obliuioni. Nam ex quo vẽditor post tempus lapsum pretiũ petiit, videtur lege commissoriæ renuntiasse. & sic quatuor rationes sunt quæ faciebant pro illa, & quædam quæ nõ est in litera: forte

[k] *In delictis.* supra locutus est in delictis ab alio commissis: hic de commissis à minore.

[l] *Atrocioribus.* i. in his quæ proueniũt ex animo, siue sit priuatũ, siue publicũ: vt. C. si aduer. delic. l. j. sed & in illis subdiuidit: qa quædã sunt atrocia, & priuata: vt furtũ: & in illis dic vt. ¶. eo. si ex causa. §. nũc. q̃dã atrocior: vt hic. q̃dã atrocissima, vt adulteriũ: in quo nullo modo subuenitur: vt hic subiicit.

[m] *Miseratio.* hoc etiã in scne faceret: vt. j. de ter. mo. l. ij.

[n] *Deprecatio.* i. veniæ parcendi.

[o] *Minor annis.* s. vigĩtiquinque, maior tamẽ annis. xiiij. vt infra de adul. l. si minor.

[p] *Fateatur.* imò contra: vt. j. de quæst. l. j. §. diuus. sed ibi nõ perseuerauit in confessione quã fecit territus propter torméta: hic fic: vt j. e. titu. de quæstio. l. j. §. si quis vltro.

[q] *Nec si quid.* præter crimẽ incestus: vt. j. de adul. l. si adulterium. §. fratres. nec puto ꝙ sit ibi beneficiũ speciale.

[r] *Duxerit.* vel reduxerit: vt. C. de adul. l. de crimine. & l. crimẽ. & l. castitati. & l. sine motu. Accursius.

[s] *Nõ dimiserit.* hoc hodie corrigit: vt in auth. vt nul. iud. §. si vero hi. & §. adulterã. col. ix. vi d' eũ gñaliter loqui in omni adultera & dãnata etiam vbi maritus prætendere ignorantiã nõ potest. si autem potest, etiã iure veteri excusatur: vt. j. de adul. l. mariti. §. quæstum.

[t] *Cõmittit.* Not. ꝙ quis amittit bficiũ ꝓpter suũ delictũ: vt. C. de iur. deli. l. fi. §. si vero postq̃. & ¶. si fa. iur. fe. di. l. j. §. hoc autẽ. & ¶. de rit. nup. l. senatoris filia. & l. seq. §. si ignominiosam. & ¶. de nego. gest. siue. & ¶. solu. ma. l. viro. & C. de repu. l. cõsensus.

[u] *Committit.* Nec si quid. præter crimẽ incestus: vt. ¶. de adul. l. si adulterium. §. fratres. nec puto ꝙ sit ibi beneficium speciale. cũ gl. super verbo, exceptiõe. extra de elect. & est sumpta ista auctoritas ex ista lege.

Beneficium amittit qui per suũ delictum.

ſorte qa pulchra erat.& hoc dicit.[*ID QVOD DICITVR.*] Filiusfa. omiſit aliquid facere ex quo pertinebat ad patrē emolumentū. emancipatus petit reſtitui. dicit quòd nó auditur: quia inſtitutus fuit contemplatione patris. Viuianus.

a *Data parte.* véditio fuit pro.xxx. ſed.x. nūc ſoluūtur,&. x. alio tempore,&. x. alio ſoluentur: vt ſubiicit.

b *Ab emptione.* computandos.

c *Tuteribus.* vt pretiū ſoluant.& no. quòd nó aperit ante diem finitā vel pòſt fuerit facta denūtiatio. Sed dices poſt diem.

d *Reſtitui.* vt poſt tēpus liceat ſibi auferre: quod iure cōmuni facere nō poteſt: vt probari poteſt. ī. de arbi. Celſus. in prin. Sed cōtra videtur. ſ. quòd nó petatur reſtitutio, cū in re cōmuni poſſit offerri: vt. ī. de le. cō. l. de lege. &. l. poſt diē. Sed illud efficaciter debet intelligi. ſ. ſi petijt & habuit: qđ non placet: vt. ī. l. proxi. Vel dic qꝫ hic denūtiauit, progādo in aliquod certū tēpus: quod & poſtea finitū eſt: vt ar. ī. de verbo. obli. cū ſtipulatus. vel ſi non certū, tamen quoddā intelligitur [a]: quod magis intellectu percipi, quàm dici poteſt: vt. ī. de ſol. l. ratū. ſicut & in cōmiſſione pœnæ dicimus: vt. ī. de arbi. ſi cū dies. §. fi. quo tranſacto poteſt exercere. l. cōmiſſoriam, vt prius: datur nā & poſt beneficiū reſtitutionis quaſi ex eo qđ eſt geſtum à minore in prorogatione facta ipſi minori: nō quod à defuncto: aliàs ſi nō eſt lapſum tempus prorogatū, cū iure cōmuni ſit tuta actione ex eo contractu, nō habet reſtitutionē: vt. ī. eo. in cauſæ. ij. Vel ſecundū M. nil impedit & legi renuntiatū, & ſic ex eo cōtractu agi, & in integrū reſtitui: quod falſum eſt: vt. ī. eo. in cauſæ. ij. §. Pomponius. in prin. Vel dic quòd ideo reſtituitur, quia plus conſequitur per reſtitutionem quàm per actionem ex eo contractu: quia fructus & ſimilia etiā à bonæ fidei poſſeſſore cōſumptos: vt. ī. l. patri. §. item. &. ī. tit. ij. necnon. §. fi. Vel verius dic quòd petebat reſtitui cōtra poſſeſſorē contra quem non habet actionem ex eo contractu: vt. ī. eo. in cauſæ. j. §. interdum.

a Bal. dicit iſtam gloſſ. ſing. cū ſuo text. ad hoc quòd interpellatio facta debitori, nō cōſtituit eum ſtatim in mora: ſed cum aliquo modico intervallo commoditatis ſit puto poſſit prouidere ſolutioni. Boleg.

** aut Antoninus.*

e *Apud præſidem.* quia denegatur, niſi nouæ cauſæ &c. vt. C. ſi ſæpius in integ. reſti. l. fi. appellare tamē potuit: vt hic ſubiicitur.

f *Prouocauerat.* ad imperatorem.

g *Putabam.* ego Paulus.

h *Quod.* id eſt quia. ſed quomodo currit præſcriptio huius tēporis, vt. C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt ne. l. fi. quæ eſt contra? Sol. hic ex patris cōtractu: ibi ex ſuo: vt arg. ī. eo. l. etiam. Vel illa in tempore à lege inducto: hæc à contrahente.

i *Motus eſt.* pro pupilla.

k *Poſſe magis.* quàm quòd dies committendi incidiſſet in tempus pupillæ: & ſic cōſentit Pau. quòd bene fuit reſtituta hoc caſu: quod non eſſet ſi denuntiatio non fuiſſet.

l *Diſplicebat.* quia eſt odioſa, & in fraudem vſurarū inducta: & ideo etiam in pignoribus reprobatur: vt. C. de pac. pig. l. fi.

m *Erat.* dic quòd imperator bene iudicauit hoc caſu ſecūdū omnes quādo fuit renuntiatum legi commiſ. Sed ſi hoc nō fuit, an ſit reſtituenda? ſecundum Pau. non: & eſt pro eo. ī. qui. ex cau. in poſ. ea. l. apud. j. reſpō. &. ī. de iur. fiſ. fiſcus. &. ī. ſolu. ma. ſi maritus. &. ī. de reg. iur. l. in omnibus. §. j. &. ī. de iudi. heres. j. reſpō. &. C. ſi aduer. ven. pig. l. ij. ſic in commiſſione pœnarum: vt. ī. de nau. fœ. l. fi. & reſciſiene tranſactionum: vt C. de his quibus vt indig. l. Polla. & in diſtra. pig. vt hic dicit. ecōtra pro imperatore: qa tutores remoti ſunt vt ſuſpecti, vnde præſumi poteſt eorū fraude & machinatione rem eſſe amiſſam. Itē quia lex commiſſoria eſt odioſa: vt. ī. de verb. obli. cum filius. Sed his auditis credo Pau. melius dixiſſe de iure: & ideo eius ſententia ſequēda eſt tanquā Iuſtinianiz vt. C. de ve. iur. enuclean. l. j. §. his itaq;. in fi. §. ſ. quādo nō eſt renuntiatum legi.

n *Omiſiſſent.* Puta nō adierunt hereditatem relictā contemplatione patris. ſi autē ex cōtractu, merito reſtituitur: ſiue in poteſtate, ſiue emancipatus conueniatur: vt ſupra. c. l. iij. §. ſed vtrum. verſi. proinde ſi iuſſu. Item pone in legato pure relicto. ſecus ſi ſub conditione: vt. ī. eo. l. iij. §. ſi quid. in ſtipulatione autem prius facta indiſtincte non reſtituitur, cum ſemper patri quæratur: vt infra de verb. ob. ſi filius.

I Nstrā.] CASVS huius. l. varie cōſueuit poni: vt circa literam eſt notatum: ſed tu pone hoc modo: Minor fuit læſus in cōtractu: & dum compleuerat xxv. an. petit reſtitui. Sententiatum fuit pro eo, ſcilicet de eo reſtituēdo. aduerſarius appellauit: & dum cauſa appel. agebat, elapſum eſt quadrienniū quod datur ad reſtitutionem petendam: & factus eſt maior. xxx. an. & in iſta cauſa appel. ſimiliter cōpromittūt iſti maiores: quia à populo fuit pronuntiata: & iſti minores facti maiores petunt ſententiam executioni mandandam. Dicit qꝫ bene poſſunt ſententiā executioni mādare poſt. xxx. an. cum per eos nō ſtetit. Vel dic ſecundo qꝫ minores fuerūt reſtituti vt actionē præſcriptione ſublatam poſſint intētare: & aduerſarius appellauit, & obtinuit. tandē iſti minores in cauſa appel. effecti maiores ſunt. dicitur quòd poſſunt poſt. xx. an. intētare rei vin. & rem ſuam vindicare. Tertio modo ponitur caſus: quia iudicatū fuit eum eſſe minorem: non tamen fuit reſtitutus, & ideo appellauit: & factus eſt maior. Dicitur quòd reſtituendus erit poſt. xxv. an. Secundū primam & ſecundam poſitionē dic in toto prin. cognoſci ſuper executione & cognitione, id eſt ſuper executione & demandatione eius. Et ſic tribus modis ponitur caſus huius. l. ſed in quolibet iſtorum duorum caſuū retineas thema primi caſus: quādo fuit intra quadriēnium, & factus fuit maior. Item nota ſecundū vltimū caſum quia appellatur ab interlocutoria: & de incidenti pronuntiatur nunquid hodie minor debet reſtitui. & hæc dicit. [*VENDENTIBVS.*] Curator minoris vendidit fundum minoris Titio puta: vult reſtitui minor contra Titium. dicitur quòd non poteſt reſtitui contra emptorem: ſed agat contra curatorem. hæc vera ſunt niſi velit reſtituere illi Titio expenſas quas fecit Titius emptor.

o *Intra tale.* Tribus modis pone caſum. Primo quòd data fuit ſentētia pro ætate, ſcilicet quòd eſſet minor, & reſtitutus fuit. & quod ſubiicit cognitionē, ſcilicet executionis. & demandationē eius, cætera cognitionis. Et eodem modo expone in ſi. perinde cognoſci, ſcilicet de executione. nā & in executione debet eſſe cauſæ cognitio ſaltē illa quæ dicitur. ī. de re iudi. l. à diuo. §. j. & l. cōmodis. Secūdo dic caſum qꝫ fuit reſtitutus vt actionē præſcriptiōe amiſſā. x. vel. xx. an. poſſit intēdere. quę tēpore huiꝰ legis currebat cōtra minorē: vt. ī. e. etiā. ſed hodie nō, ſed iſti. xxx. an. & in ea etiā poteſt poni: vt. C. in qui. cau. in integ. reſtit. nō eſt

neceſ-

Aemilius Larianus ab Obinio fundum Rutilianū lege cōmiſſaria emerat, data parte [a] pecuniæ, ita vt ſi intra duos menſes ab emptione [b] reliqui pretij partem dimidiā non ſoluiſſet, inemptus eſſet. item ſi intra alios duos menſes reliquum pretium non numeraſſet, ſimiliter eſſet inemptus. intra priores duos mēſes Lariano defuncto, Rutiliana pupillaris ætatis ſucceſſerat, cuius tutores in ſolutione ceſſauerunt. venditor denuntiationibus tutoribus [c] ſæpe datis, poſt annum eandem poſſeſſionem Claudio Telemacho vendiderat. pupilla in integrum reſtitui [d] deſiderabat. victa tam apud prætorem, quàm apud præfectum [e] vrbi, prouocauerat [f]. Putabam [g] bene iudicatum: quòd [h] pater eius, non ipſa contraxerat. Imperator autem [*] motus eſt [i], quòd dies committendi in tempus pupillæ incidiſſet, eáque effeciſſet ne pareretur legi venditionis. Dicebam poſſe magis [k] ea ratione reſtitui eam, quòd vēditor denuntiando poſt diem quo placuerat eſſe commiſſum, & pretium petendo, receſsiſſe à lege ſua videretur. non me moueri, quòd dies poſtea tranſiſſet, non magis quàm ſi creditor pignus diſtraxiſſet poſt mortē debitoris, die ſolutionis finita. Quia tamen lex commiſſoria diſplicebat [l] ei, pronuntiauit in integrum reſtituendam. Mouit etiam illud imperatorem, quòd priores tutores qui non reſtitui deſiderāſſent, ſuſpecti pronuntiati erant [m].

Etiam poſt emancipationem non ſuccurritur filio in id qđ patri adquirūt. Bar.

Quod dicitur, nō ſolere filiis familias poſt emancipationem adhuc minoribus ſuccurri in iis quæ omiſiſſent [n] manentes in poteſtate: tunc rectè dicitur, cū patri adquirere poſſunt.

Ab interlocutoria quæ quaſi totam cauſam diuimit, & in alio præiudicio parat, poteſt appellari: & pendente appellatione ab interlocutoria iudex efficium conquieſcit ſuper principali: & tempus in ea non currit. Item ſi appellans ab interlocutoria ſuccumbat, cauſa redit ad primum iudicē. hoc dicit. quam. l. no. Bartolus.

XXXIX. SCAEVOLA libro ſecundo Digeſtorum.

INtra vtile [o] tempus reſtitutionis apud præſidem petierunt in integrum reſtitutionem minores: & de ætate ſua probauerūt. dicta pro ætate ſententia,

neceſſ.l.ſi. in fi.Ideo autē nō fuit ad rē reſtitutus,qa poſſeſſor nō habebat ab eo cauſam.& ſecundum hoc dic cognitionē habendam in vtili rei vindicatione:& ſic vſq; in finem §.dicas.Tertio dic quòd fuit pro ætate data ſententia.ſ. quòd eſſet minor, non tamen reſtitutus, & ſecundum hoc dic cognitionem præſidis.ſ. habendā in danda vel denegāda in integ. reſti.& eodem modo vſque in finem. Sed huic tertiæ poſitioni tria obſtāt. Primū quia retardatur hæc reſtitutio dāda vltra. xxix.an. qđ eſſe nō debet: vt.C.de tēp.in integ. reſt.l.petendæ.in prin.&.l.ſi.& ſupra eo. Papinianus lib.ij.reſpon.ait exuli. §.ſi.Sol.hoc eſt ſpeciale in odium aduerſarij qui dolū fecit: vt.ĩ.e.l. petendæ.in fi.& fauore minoris,qui fuit ſolicitus:vt.C.de inof.teſt.l. contra maiores. Secūdo ob.quia de incidēti fuit hic iudicatū. ſ.eſſe minorē:quod eſſe non debuit, ſed tantum de principali, ſcilicet de danda vel deneganda reſtitutione: vt. C.de ordi.iudi.l.j.in fi.& de ordi. cog. l. ij. Sol.hic ſpeciale. vel dic quòd data fuit, ſed dari non debuit[a]. Vel diſtigue, an plene cognoſcatur de incidētis& tūc pronuntietur: vt. C. ad.l. Corne. de fal. vbi. & hic.an ſemiplene,& tūc non: vt in legibus cōtrariis:&.ĩ.de re iudi.à diuo.§.ſi ſuper[b]. Tertio ob.quia fuit hic appellatum ante definitiuam ſententiam, ſcilicet à prædicta interlocutoria:quod eſſe nō debet:vt.C.quo.ap.non reci.l.ante.ſed hic ſpeciale. Vel dic q̄ illa intelligitur niſi interlocutoria talis ſit quę ſtatim executioni mādetur,vel cauſam ferē totam determinet:vt hic eſt,&.ĩ.eo.ait prætor.§.permittitur. a *Egreſſi ætatem.* id eſt annum vtilē. Sed videtur hic quòd annus ipſo iure nō currat.cum enim ſit vtilis,& hic nō poteſt plus facere quàm faciat,ergo non currit:vt.ĩ.de diuer.& tēp.præ.l.j. Sed dic q̄ ita currit pendēte appellatione, ſicut currebat prius, donec cauſa in integ.reſt.agebatur: cum pendente appellatione omnia ſint in eodē ſtatu:vt.ĩ.nil no.ap.pen.l.j. Item in reſciſſoria quæ ſperatur naſci poſt reſtitutionem finitā,ideo currit ipſo iure annus,quia nec ibi fuit facta conteſtatio : vt.C.ex qui.cau. ma.l.ſi.ſecus ſi fuiſſet facta lit.cōteſt.licet quidā dicant contrariū.currit ergo eis annus vtilis: quia iudex ſemper reddebat ius, & actor agebat,& reus defendebat:licet omnia cōſummare non potuerunt:ſed tamen perinde habetur cognitio etiam poſt,ac ſi non cucurriſſet propter aduerſariorum dolum. Accurſius.

b *Non ſtiterit.* ſecus ſi per eos ſtetiſſet : vt.C.de temp. in integ. reſti.l.ſi.& facit in authen.de appel. & intra quæ tempora. §.ij. col.iiij.& in auth.de appel.colla.viij.§.j.

c *Intra ætatem.* ſ.vtilē annum. Et no.hic arg.quòd ſi cauſa commiſſa per fruſtrationes alterius partis vltra tēpus fuit extenſa,q̄ vltra etiam poſit cognoſci:vt.C.de tempo.in integ. reſti.petēdæ.Econtra quòd non:vt.ĩ.mādā.diligenter. *ADDITIO.* Iſtā glo. ſequitur Bald.hic : quia certa præfixa iudici delegato non prorogatur propter dolum litigantis:vt extra de offic.deleg.de cauſis.ſed redit inſtantia ad delegātem:nec obſtat hæc lex, quia hic tangebat ius partis:ſed in quæſtione glo.non tangit ius partis:vt ſupra de offi.præſi.l.ſæpe.

d *Fundum.* cū decreto.vel dic etiā ſine decreto.ſ.vrbanū quod-libet. Hodie tamē nec vrbānū:vt.C.de admi.tu.l.lex quæ.in prī. &.§.j.& de prædi.mi.ſi prædium ruſticum. &. C.ſi tut.vel cura. A interue.l.etiam.Accurſius.

e *Vix.* id eſt non,niſi vt ſubiicit.

f *Expenſas.* neceſſarias & vtiles,aliter de voluptariis : vt infra de admi.tu.ſi fine.§.interpoſito.

g *Conſtituit.* & facit.C.de iudi.properādum.§.fi.&.ĩ. eo.l.cum mandato.§.j.Ac.

Minor annis.]CASVS. Paterfamilias decedēs Titiū heredem inſtituit:& cuidam minori legatū dedit ſine reliquit in teſtamēto.& dū controuerſia erat inter illum heredē & legatarium, qui heres.ſ.negauit legatū deberi : tamē fuit pronuntiatum pro legatario minore.ſ.de legato præſtando: & ita habebat iſte minor actio. in factū ex re iudicata ad legatū illud petendum : tamen heres dolo vel cautela induxit iſtum legatariū minorem, vt ei legatū remitteret:& ita cauit in quodam inſtrumento ſe legatum percepiſſe:& quandā ſummam pecuniæ debitor hoc eſt heres ſcripſit ſe mutuo recepiſſe. dicit q̄ poteſt reſtitui iſte minor. magis enim prodeſt ei ſi agat act. ĩ fac. ex re iudic.quā ex mutuo.[PRAEDIA.] Pater alicuius puta Titij,geſsit tutelam, puta Seij:& malè: vnde patre Titij defuncto conuētus fuit minor.ſ. Titius act.tutelæ.dixit minor,Titius ſcilicet,nolo imbrigari de iſtis. vnde aduerſario, id eſt Scio dedit vnā vineam,vt eum in pace dimitteret:deinde pœnituit ſe hoc feciſſe.dicit quòd reſtitui poterit vt vineā ſuam recuperet cum fructibus:ſed pecuniā quam ex tutela paterna debet ſoluere cum vſuris,cōpenſare poterit cum fructibus: immo verius non computantur,ſed fit reputatio.

h *Credita.* id eſt mutuæ.

i *Reſtitui poteſt.* Quare hoc,cum ipſo iure ſit tutus.nam ſi nō acceperat mutuum,non potuit per cautionem tolli ſubſtātia veritatis.ſupereſt ergo prima actio in ſtatu ſuo : vt.C.ſi cert.peta.ſi nō ſinguli.&.l.ſi ex pretio.Reſpon.hic nouatio & ſtipulatio interceſſit:& ſic conſtituitur ciuile mutuum ex cauſa præcedenti: vt in dicta.l.ſi ex pretio. Ité quid ſi ſua intereſt magis vt habeat actionem in factum ex ſententia, quàm ex mutuo? Reſpondeo: quia de nouo oportet agi:vt infra de re iudi.l.iij.§.ſi ex conuētione. Item vſuræ currunt ex ſententia poſt quatuor menſes:nō autē in mutuo. Item quia maiores quàm in mutuo:vt.C.de vſur. rei iudi.l.finali.

k *Petitionis.* aliàs contractus,& aliàs petitionis.Accurſius.

l *Inconſulte.* cum decreto tamē:aliàs ipſo iure non teneret alienatio. Vel dic quòd erant vrbana,quæ ſine decreto poterāt alienari tempore huius.l.vt.C.de admini.tut.l.lex quæ.in prin.

m *Reputatis.* proprie accipe:vt ſupra de negotiis geſtis.Neſennius.& improprie dicitur ſtatim cōpenſatis. Vel dic improprie: & pone &,pro id eſt:vt infra de rei vindi.l.emptor.Vſuras autē ideo debet,quia cōtractus ex perſona defuncti deſcēdit: & quia cucurriſſent fundo non dato:& tunc reponitur in eundem ſtatu. aliàs contra:vt.ĩ.eo.patri.§.ſi pecuniam.verſi.item ex diuerſo.

Si iudex.]CASVS. Minor leſus fuit in vēditione p̄dij,& reſtitut':& ita emptor iuſſus fuit p̄diū reſtituere:& minor eſt iuſſus reddere p̄tiū.nō reddidit:q̄a noluit q̄ ſibi reſtituat fūd':nec ſtare ſentētiæ latę in fauorē ſuū:& poſtea noluit minor vt in integ.reſtitueret.emptor enim voluit eū cōpellere ad hoc actione in factum

Si minor omittit auxilium ordinarium cōtra curatores ſeu adminiſtratores, & intentat extraordinarium contra poſſeſſores: tenetur reſtituere omnes expenſas poſſeſſoribus. Bartolus.

Vendētibus curatoribus minoris fundum[d], emptor extitit Lucius Titius, & ſex ferè annis poſſedit: & longe lōgéque rem meliorem fecit.quæro cum ſint idonei curatores, an minor aduerſus Titium emptorem in integrum reſtitui poſsit.Reſpondi, ex omnibus quæ proponerentur,vix[e] eſſe eum reſtituendum, niſi ſi maluerit omnes expenſas[f] quas bona fide emporeciſſe adprobauerit, ei præſtare : maximè cum ſit ei paratum promptum auxilium, curatoribus eius idoneis conſtitutis[g].

Stipulatio per quam nouatur actio iudicati, non habet paratam executionem, & ad hoc minor poteſt reſtitui. Bart.

XL. VLPIANVS libro quinto Opinionum.

MInor annis vigintiquinque, cui fideicommiſſum ſolui pronuntiatum erat, cauerat id ſe accepiſſe: & cautionem eidem debitor quaſi creditæ[h] pecuniæ fecerat.in integrum reſtitui poteſt[i] : quia partam ex cauſa iudicati perſecutionem nouo contractu ad initium alterius petitionis[k] redegerat.

Vſuræ ab vno debita, cum fructibus perceptis ab alio compenſantur. Bartol.

Prædia patris ſui minor annis vigintiquīq; ob debita rationis tutelę aliorū quam pater adminiſtrauerat,in ſolutum incōſultè[l] dedit . ad ſuam æquitatē per in integrum reſtitutionem reuocanda res eſt, vſuris pecunię quam conſtiterit ex tutela deberi,reputatis[m], & cum quantitate fructuum perceptorum compenſatis.

Beneficio mihi competente ex perſona tua non vtor te inuito. Bartolus.

XLI. IVLIANVS libro quadragenſimoquinto Digeſtorum.

a Illud eſt falſum: quia imperator confirmaſſet & non cōfirmaſſet interlocutoriam.

b Solus ſecūdus Bal. hic, & dic quòd ſuper incidēti non eſt pronunciatum poſſe.l. de reſtitu. tamē ſi pronuntiatum, vnus ſententiat: nec ex hoc ſequitur quin grauamen obtineat, quia ſuperum pronuntiat, vt hic, quod eſt merito ſecundum Bald.

in factũ ex re iudi.& dicit quòd minor habet vtilem exceptionem:nec poterit emptor conqueri quòd grauatus fuerit.nam in tali ſtatu eſt emptor modo in quo fuit ab initio contractus quãdo cum minore contraxit.

a *Reddere.* quod facere debuit:vt.ã.eo.quod ſi.j.§.penul.Acc.

b *Qui vnicuique.* vt hic,&. C. de pactis. ſi quis in conſcribendo. & de epiſco.& cleri. ſi quis in cõſcribẽdo. & j.ad Velleianum.ſi mulier quod ex.Sed fallit in caſibus quos dixi.ã. de pac.l.pactum. Item an poteſt beneficio minoris ætatis renũtiare? Dic quòd non,cum in hoc ipſo eſſet decept⁹: vt arg.ſ.eo. interdum. ibi,hoc enim ipſo &c. &.l.& ſi ſine.§.reſtitutus.&.l.ait prætor. in princ. Quando autem iuri ſuo[a] vnuſquiſque renuntiare poteſt,dixi plene in authẽ. vt ſine phibitione matres debitrices & creditrices tu ge.mi.§.quia vero. in gl. ſenatuſconſulto. col.vij.

* *nolit vti.*

† *emptor.*

a Cenſer. ſtiã in ea. quam periculoſum. 6. q.1.& in cap. ſtatuimus. extra de regu.vbi no.qualiter quis poteſt renuntiare iuri ſuo.

c *Venditor.* id eſt emptor.ſic infra de actio. emp.l.veteres.

SI iudex circumuento in vẽditione aduleſcẽti iuſſit ſundum reſtitui, eumque pretium emptori reddere:[a] & hic nolit[*] hac in integrum reſtitutione: pœnitentia acta exceptionem vtilem aduerſus petentem pretiũ,quaſi ex cauſa iudicati aduleſcens habere poterit:quia vnicuique[b] licet contemnere hæc quæ pro ſe ĩtroducta ſunt: nec queri poterit venditor[c] †, ſi reſtitutus fuerit in eam cauſam in qua ſe ipſe conſtituit, & quam mutare non potuiſſet ſi minor auxilium prætoris non imploraſſet.

Iudex poteſt reſtituere contra ſententiam ſuam vel prædeceſſoris ſui. Bart.

XLII. VLPIANVS libro ſecũdo de Officio proconſulis.

PRæſes ꝓuinciæ minorem in integrũ reſtituere poteſt etiam contra ſuam vel deceſſoris ſui ſententiam.[d] quod enim[e] appellatio ĩterpoſita maioribus præſtat,hoc[f] beneficio ætatis conſequuntur minores.

Ea quæ pariunt magnum præiudicium, ſunt cum plena cauſa cognitione tractãda. b.d. Primo ponit diſtiñ: ſecun.dõ illud probat

PRæſes.] CASVS. Planũ eſt qd hic dicitur. dicit enim ꝙ prẽſes poteſt reſtituere cõtra ſententiã prædeceſſoris ſui:quia ſicut iuuatur maior per appellationẽ,ita iuuãtur minores beneficio ætatis. Viuianus.

d *Sententiam.* in eo quòd dicit ſentẽtiã,eſt cõtra.C.de appel.l. eos.j.in prin.&.j.de re iudi.l.iudex.Itẽ in eo quod dicit prædeceſſoris,eſt cõtra.C.ſen.reſcin.nõ poſ.l.j.Sed dic ꝙ hęc in reſtitutione loquit,illa in appellatione:vt dixi.ã.e.in cauſę.in fi.Ac.

e *Quod enim.* bene dixi reſtitui poſſe minorem:quod enĩ &c. Sed an minor poſſit appellare? Hic innuitur ꝙ non.ſed contra puto:vt.C.quando prouo.non eſt neceſſ.l.ſi pater.&.j.de re.iur. l.non debet. Tutius tamen eſt ſibi reſtitui.

f *Hoc.* & plus.

DE ætate.]CASVS. Dicit quòd ꝓbari debet ætas cum cognitione cauſæ:quia ætate probata in aliis ſuis cauſis, etiã in iſta præiudicatur reſtitutioni minoris.& hoc dicit, & pone exempla vt circa literam. Viuianus.

Minor ad honores admitti nõ poteſt.

g *Dicit.* volebat ad honores admitti:quod minor nõ poſſet: vt infra de mu.& ho.l.ad rempub. Vel exigere à debitore:qd aliàs nõ poſſet ſine curatore:vt ſupra.e.l.ait prætor.§.ij. Vel ſcius in iudicio ſiſtere:quod aliàs non poſſet:vt.C.qui legi.ꝓ.ha.ſtan.in iudi.vel non.l.j.&.ij.vel rem ſuã alienare ſine decreto,quod aliàs nõ poſſet ſine decreto iudicis:vt infra de reb.e.l.j. Vel ſuarum rerũ vult adminiſtrationem,quam aliàs non debet habere: vt ſupra eo.l.j.in fin.in quibus omnibus aduerſarius ei contradicebat.& ſic patet caſus. Accurſius.

h *Probandum eſt.* in cauſæ cognitione vertitur, ꝙ præſentes ſint aduerſarij:vt.ã.e.in cauſæ.j.§.cauſa.&.l.etiã.j.§.fi.Sed à quo probatur? Dic ꝙ ex aſpectu dabit iudex onus probãdi cui vult: ar.ã.e.l.minor.& ĩ hoc etiã poteſt dici ꝙ cauſæ cognitio verſetur.Nec ob.inſt.quibus mo.tu.ſ.in prin.quia ibi nõ ꝓbatur, ſit pubes vel impubes,ꝓ aſpectum,ſed per annos:qui anni poſſunt per aſpectum probari:vt dictum eſt.vel ibi de alio aſpectu dicit. Quid ſi nõ patet? Rñ.ei qui dicit,vt.j.de proba.l.ei incũbit. & C.de ꝓba.actor.& eſt pro hoc.C.eo.de in integ.reſti. mino. ſi minoré.& quod dicitur hic.Et ita duobus caſibus poteſt hęc lex loqui,quãdo.ſ.aſpectu minor apparet.Itẽ quando in dubio ipſe dicit,aduerſarius negat.Quid ſi vterque negatiue ꝓponat? Reſpon.forte præſumam quòd ſit minor:cum ſemel fuerit minor: argu.C.de probat.ſiue poſſidetis.&.C.eo.l.ſi minorem.

i *Eiuſdem aduleſcentis.* ſcilicet in eo facto quo ꝓbauerit ſe maiorem:& tunc omnino ſi circumuenire voluerit: vt.C. ſi mi.ſe maio.di.l.ſi alterius.aliàs quandiu probetur contra:vt infra de confeſ.l.certum.§.penul.quæ eſt contra.Et quod dicit aliis cauſis:quæro nunquid ſi probauerit ſe maiorem:agendo cum vno, ꝓiudicat ſibi quo minꝰ poſſit dicere ſe minorem agendo cum alio, vel etiam cum eodem in alia cauſa? Quidam † dicunt quòd non:quia *inter alios acta &c.* vt ſupra de pactis.l. ſi vnus.§.ante omnia. Et quod dicit in aliis, de quibus ſcilicet eſt dictum expreſſe vt præiudicet,vel etiam tacite:vt ſi quid in republica culpa adminiſtrauit minor in dignitate electus.nam ſententia ſue decretum electionis ꝓiudicat ſibi, quia tũc probauit ſe maiorẽ:vt teneatur hisquos læſit culpa,nec poſſit reſtitui:licet aliàs reſtituatur ꝓ culpã. Vel dic verius contra omnes ſibi fieri præiudicium:vt ſupra eo.l.minor.iij. vbi dicit,medio tẽpore:& vbi dicit,an periculum &c. Item ne ſit contrahentibus ſecũ pernicioſa iudicis ſententia:vt.C. de his qui ve. ęta.l.j. Item quia vt in ſimilibus ſententia facit ius, ſic & hic faciat: vt infra de liber.agno.l.j.in fin. &.l.ij.&.iij.in prĩ.

† *Vide quæ not. in cap. literas. in gl. penul. de reſcrip.* *in clemen.*

Minores reſtituũntur cum læduntur: aliàs ſecus. Bartolus.

XLIIII. VLPIANVS libro quinto Opinionum.

NOn omnia quæ minores annis vigintiquinque gerunt,irrita[k] ſunt,ſed ea tãtùm quę cauſa cognita eiuſmodi deprehenſa ſunt: vel ab aliis circumuenti,vel ſua facilitate decepti,aut quod habuerunt amiſerũt,aut quod adquirere emolumentum potuerunt omiſerint,[l] aut ſe oneri[m] quod non ſuſcipere licuit obligauerunt.

Aduerſus præſcriptionem completam dũ quis erat in vero,reſtituitur. Bart.

XLV. CALLISTRATVS libro primo Edicti monitorij.

ETiã ei qui prius q̃ naſceretur vſucaptũ amiſit,[n] reſtituendã actionẽ Labeo ſcribit.

Item quid ſi iurauit in vno contractu ſe maiorem? Reſpon. non præiudicat aliis.

NON omnia.]CASVS. Minor non potuit comedere partẽ de fabis,vel de cõpoſta.nunquid reſtituetur? Certe nõ. nã in his ſolũ erit reſtituẽdus in quib⁹ fuit deceptus ꝓpria facilitate,vel aduerſarij calliditate : vnde ſi aliud omiſerit,vel ſe oneroſæ hereditati imiſcuerit,cõtra talia bene poterit reſtitui. Vi.

k *Irrita.* id eſt irritanda.& facit ſupra eo.quòd ſi minor.§.nõ ſemper.&.l.verum.§.ſciendum. Accurſius.

l *Omiſerint.* vt.C.ſi vt omiſ.here.vel bo.poſ.l.j.

m *Oneri.* Exemplum ſupra eo.l.minor. xxv.an. item infra de rec.ar.l.cum lege.

ETiam.]CASVS. Incipiebam rem tuã vſucapere:& cũ curreret vſucapio per biennium & dimidium,poſtea deceſiſti vxore tua grauida relicta:& ita antequam naſceretur filius,compleui vſucapionem dicit quòd filius poſtea natus reſtituetur vt poſſit eam rem vindicare ac ſi vſucapta non eſſet.

n *Amiſit.* Intelligũt hãc.l.omnes quãdo vſucapio fuit cœpta contra prædeceſſorem pupilli:ſed completa cõtra pupillum etiã nõ natum,cum pro nato habeatur:vt.ã.de ſta.ho.l.qui in vtero. & ſic reſtituitur vt hic. ſecus autẽ ſi contra pupillum incepiſſet: quia tũc ipſo iure nõ currit:vt infra de adquiren.re.domi.l.bonæ.quæ eſt cõtra. b & eſt hic arg.ei⁹ quod eſt infra de fun.do.l. ſundum.& dicunt hãc non corrigi per illam.C.in qui.cau. in integ.reſtit.non eſt neceſſ.l.ſi.Alij poſtea vltra procedunt vt dicant corrigi:vt etiam prius inchoata ipſo iure non currat contra pupillum,per prædictam.l.C.ſicut in præſcrip.xxx.an.C. de præſcrip.xxx.an.ſicut.in fi.Sed his omnibus obiicitur quòd videtur currere etiã ſine ſpe reſtitutionis:vt ſupra eo.l.Aemilius. cui poſſunt reſponderi:quia ibi erat prẽſcriptio voluntaria,hic autem legalis.Tu dicas melius quòd vſucapio hic contra nullũ fuit completa : fuit tamen ab aliquo completa:vt arg.infra de *fundum.* fanau.fæ.l.ſi.& infra de vſucap.l.cœptam.nec habetur pro nato, cum de incõmodo ſuo tractetur.vel ſi habetur,idem eſt ſenſus. & ſic iam nõ eſt locus prædictis:quia res pupillaris dicitur præſcribi.Et quod dicit,amiſit: dic id eſt inuenit poſtea amiſſum.

b Sol. verũ eſt quòd nõ poteſt incipi vſucapio cõtra pupillũ, ſed cœpta cõtra maiorẽ vſucapio hic contra pupillum fuit completa : fuit tamen ab aliquo completa: vt arg. infra de pilum. fa. ſi vnus. §. ante omnia. Et de reſcrip. in clemen. cum de incõmodo ſuo tractetur. vel ſi habetur, idem eſt ſenſus. fun. do.l. ſi fundum. ſcribi. Et quod dicit, amiſit: dic id eſt inuenit poſtea amiſſum. cũdi Bar.

nam

nam nullo tempore fuit pupilli:& ſecundum hoc non fuit adita hereditas per tutorem.

Imperator.] CASVS. Dum minor ageret contra debitorem ſuum in iudicio,tutor colluſit cum debitore:vnde & minorem induxit ad hoc.nam aduerſariũ paſſus eſt abſolui:vel vt cõſteretur cũ eſſe abſoluendũ.Dicit quòd in minoris eſt electione,agat cõtra tutorẽ,an velit reſtitui cõtra debitorem abſolutũ. Vi.

a *Eum.*ſ.minorem.

b *Licentiam.*i.neceſſe habet:vt in auth.de nõ alie.§.neque illud.col. ij.& ſic eſt ſpeciale in iudiciis:vt.C.de iud.l. properandũ.§.fi. ſecus in aliis:vt C.ſi tut.vel cur. iterue.l.fi.Vel dic quòd minor habet electionem cũ amiſit veterem actionẽ: vt hic, & infra de admi. tut.ſi minoris. ſecus ſi amiſit inſtantiam tantùm: vt in.d.l.properãdum.in fi.& ſic hæc dictio licẽtia,proprie ponitur. Item quod dicit ex integro,id eſt data reſtitutione in integrũ.ſed cur non intendit primã:& ſi obiciatur exceptio, replicet: vt.ſ. de dolo.l.cũ à te.& ſic debet denegari reſtitutio:vt.ſ.e. in cauſæ.ij. in princi. Reſpon. hic fraus interceſſit tutoris tantũ,nõ vtriuſque: & ideo non fuit colluſio:vnde non datur replicatio.

Potest minor prius agere cũ tutore quàm cum contrahente:& contra. Bartolus.

Imperator Titus Antoninus reſcripſit,eum [a] qui fraude tutoris aduerſarium ſuũ diceret abſolutum,& agere cum eo ex integro vellet: licentiam [b] habere prius cum tutore agere.

In integrum reſtitutio nõ transit ad defenſorem ſine mandate.

XLVI. PAVLVS libro ſecundo Reſponſorum.

EVm qui ex ſua voluntate [c] minorem annis in iudicio defendit,& cõdemnatus eſt,ex cauſa iudicati poſſe conueniri: nec eius quem defendit,ętatem ad reſtitutionem impetrandam ei prodeſſe, [d] cum cauſam iudicati recuſare non poſsit. [e] Ex quo apparet,nec eum cuius nomine condemnatus eſt, auxiliũ reſtitutionis propter eam ſententiam implorare [f] poſſe.

Denuntiatio eius qui non habet ius denuntiandi,non conſtituit aliquem bonæ fidei. Item contra bonæ fidei contractum minor reſtituitur. Bartolus.

XLVII. SCAEVOLA libro primo Reſponſorum.

TVtor vrguẽtibus creditoribus rem pupillarem bona fide [g] vendidit,denũtiante tamẽ matre & emptorib⁹, [h] quæro,cum vrguẽtibus creditoribus diſtracta ſit,nec de ſordibus tutoris meritò quippiã dici poteſt,an pupillus in integrum reſtitui poteſt.Reſpõdi cognita cauſa æſtimandum:nec idcirco [i] ſi iuſtum ſit reſtitui,denegandum id auxilium,quòd tutor delicto vacaret.

Si per reſtitutionem à parte contractus recedatur, poteſt ille contra quem agitur, à toto recedere. Bartolus.

Curator aduleſcentium prędia [k] cõmunia ſibi [l] & his quorum curam adminiſtrabat,ven-

A & cõmunia cũ iſtis nepotibus habebat prædia,quæ iſte Titius vẽdidit.nepotes minores volũt reſtitui,& reſtituti ſunt.Dicitur hic quòd venditio non reſcinditur niſi pro parte minorum:niſi emptor in ſolidũ velit reſcindi.& iſte emptor habebit actionẽ pro pretio ꝓ parte illorum minorũ aduerſus iſtos minores: & pro parte Titij habebit act.contra eum vel eius heredes.Vi.

g *Bonæ fidei.* cum decreto,ſi talis erat quæ decretum deſiderabat.

h *Emptoribus.*vt non emerent, quod tamen nihil facit.

i *Nec idcirco.*ſecus in caſibus in quibus tamẽ ꝓpter ſordes tutoris, vel aduerſarij calliditatẽ,nõ autẽ ſui facilitate reſtituitur:vt ſupra eo.l. denique.§.j. ibi,ſed & ſi ꝓbaretur &c.&.l.& ſi ſine.§.qſitũ.eſt & tertius: vt.C. ſi aduer.vẽ. pig.l.j. Itẽ huic dicto eſt arg. cõtra. ſupra eo.l. minor xxv.an.in fi.& de procu.l.ſi quis in rem.

k *Prædia.*vrbana vel ruſtica:cũ decreto tamen.Accurſius.

l *Sibi.*ſ.curatori.

m *Non eſſet.*facit huic dicto.j.de in diem addic. l. ꝙ ſi vno.& de act.emp.l.Iulian⁹.§. ſi quis cõmuni. &.ſ.eo. l.etiã.j.§.j.& ſupra de in integ.reſtit.l. Seio. & infra de ſolu.ſi quis aliam. Accurſius.

n *Pupillũ.*i.aduleſcẽtibus:vt ſupra eo.propoſuit. Vel dic ꝙ loquitur de pupillis qui ſucceſſerãt aduleſcẽtib⁹.Vel dic quòd quidam erant pupilli,quidam aduleſcentes.

o *Tenuit.* pro parte quæ fuit patris eorũ.

p *Actiones dandas.* ſ. emptori: vt.C. quãdo ex fac.tut.l.ſi in rẽ.habet etiam exceptionẽ hic emptor: vt.C. de prędi.mino.l.vtere.& l.ſi prædium.

q *Peruenisſet.*facit.C. de repud.l.j.

B Item quæro, emptor vtrum à Seio & Sempronio pupillis [n] pretiũ cum vſuris recipere deberet,an verò ab herede curatoris. Reſpondi heredes quidem curatoris teneri: [o] verùm in Seium & Sempronium pro parte qua eorum fundus fuit, actiones dandas: [p] vtique ſi ad eos accepta pecunia pro eadem parte peruenisſet. [q]

Reſtituto fideiuſſore non videtur reſtitutus principalis. Bartolus.

XLVIII. PAVLVS libro primo Sententiarum.

MInor ſe in id quod fideiuſſit vel mandauit, [r] in integrum reſtituendo, [ſ] reum principalem non liberat.

C

Per reſtitutionem non revocatur libertas conceſſa per emptorem. Bartolus.

Minor ancillam vẽdidit.ſi eã emptor manumiſerit,ob hoc [t] in integrũ reſtitui nõ poterit: [u] ſed aduerſus emptorẽ [x] quanti ſua intereſt actionẽ [y] habebit.

Aduerſus pactum circa datem appoſitum minor reſtituitur. Bartolus.

Mulier minor [z] vigintiquinque annis ſi pactione dotis deterior conditio eius fiat, & tale pactum inierit,quod nunquam maioris ætatis conſtitutæ paciſcerentur,atque ideo reuocare velit: audienda eſt.

D

Aduerſus venditionem validam minor reſtituitur. Bartolus.

XLIX. VLPIANVS libro trigẽſimoquinto ad Edictum.

Minor.] CASVS. Si minor fideiubeat pro aliquo,poteſt reſtitui:& non liberatur alius,ſcilicet principalis. Itẽ ſi ancilla quã vẽdidit minor,manumiſſa eſt ab ipſo emptore:minor contra libertatem non debet reſtitui,ſed aget contra emptorẽ quãti ſua intereſt. Itẽ ſi mulier læſa fuerit ſcilicet minor aliquid paciſcendo in læſionem dotis:reſtituenda erit. Viuianus.

r *Vel mandauit.* non in rem ſuam:aliàs fideiuſſor pro principali,& econuerſo habendi ſunt:niſi dolo hæc fierent.

ſ *Reſtituendo.* id eſt reſtitui poſtulando.

t *Ob hoc.* id eſt propter manumiſsionem.

u *Non poterit.*ſ.contra libertatem:vt ſupra eo.ſi ex cauſa.in fin.

x *Emptorem.* qui decepit minorem : non aliàs:vt infra de iure do.ſi res.§ j.vel etiam dolo cuius manumiſit venditor qui non tradiderit: aliàs quaſi interitu ſpeciei liberatus non tenetur : vt infra de ſolu.l.ſi mihi alienum.

y *Actionem.* petita reſtitutione.

z *Minor.* facit ſupra eo.ſi ex cauſa.§.in dotis.

Tutor.] CASVS. Titius cũ meus tutor eſſet,& ex iſta cauſa rem meã vendere volebat,mater mea denũtiauit emptoribus ne emerẽt:& Titius meus tutor nihilo minus vẽdidit:valet quidem venditio,& ego minor potero reſtitui ſi læſus ſum.

[CVRATOR.] Titius erat curator nepotis vel nepotũ ſuorũ,

Reſtitutio pro minimo non datur.

a *Si res. Non prohibet.* vt prædium vi bonum, ſecũdum has leges: vt. C. de admin. tuto. l. lex quæ. in prin. & tunc dic grande damnum &c. abnegatiue: id eſt nõ minimum. Nam pro minimo non datur: vt ſupra de in integ. reſtitu. l. ſcio. Sic & dicitur capitis deminutio magna, id eſt non minima: vt infra ad Tertyl. l. j. §. proinde. & arg. ſupra de dolo. non debet. in fi. Vel dic quòd loquitur in his quæ ſeruari nõ poſſunt: & tunc nõ fit pro modico: & ſunt omnia plana: vt ſupra eo. & ſi ſine. §. idem faciunt.

SI res pupillaris vel aduleſcẽtis diſtracta fuerit, quam lex diſtrahi non prohibet [a], venditio quidem valet: veruntamen ſi grande damnum pupilli vel aduleſcentis verſatur, etiam ſi colluſio nõ interceſsit [b], diſtractio per in integrum reſtitutionem reuocatur.

Minore reſtituto reſtituitur actio in priſtinum debitorem in eo ſtatu in quo erat tempore nouationis.

L. POMPONIVS libro nono Epiſtularum & Variarum lectionum.

INius * Diophantus Pomponio ſuo ſalutem. Minor viginti quinque annis nouandi animo interceſsit pro eo qui temporali actiõe tenebatur, tũc cũ adhuc ſuperant decem dies: & poſtea in integrũ reſtitutus eſt. vtrum reſtitutio quæ creditori aduerſus priorem debitorem datur, [c] decem dierũ ſit, an plenior? Ego didici, ex tempore in integrum reſtitutionis [d] tantundem temporis præſtandum, quantum ſupererat [e]: tu quid de eo putas, velim reſcribas. Reſpondit: Sine dubio [f] quod de temporali actiõe in qua interceſsit minor, ſenſiſti, puto verius eſſe: ideoque & pignus quod dederat prior debitor, manet [g] obligatum.

Inimo.

b *Interceſsit.* ſi colluſio interuenit, etiam pro paruo vel minimo damno reſtituitur.

Inimo.] CAIVS. Quidã iuriſperitus amicum ſuũ ſuper quadam quæſtione conſuluit: & antequam ab ipſo reſpõſionem reciperet: quid ſibi videbatur, quærens de eadem reſpondit: & ſic ſtulta quæſtio talis eſt: Quidã minor fideiuſsit pro quodam debitore: qui tenebatur act. tẽporali: & reſtabant forte. x. dies quòd liberari poſſet debitor: petit iſte minor reſtitui, & reſtitutus eſt: & eo reſtituto reſtituta fuit priſtina actio creditori. nũquid ille creditor totũ tẽpus habebit cũ nomine eius actionis cõperebat ab initio: an ſolùm. x. dies qui ſupererant cum iſte interceſsit? Et dicit quòd ſolũ habebit. x. dies. & ideo planũ eſt qd hic dicit.

c *Debitorem datur.* pro conſtanti habet quòd detur: vt. C. de reputa. l. j. §. j. in fine. niſi in fraudem creditorum fuit hoc factũ: vt infra de fideiuſ. ſi Titus. in fi. Et intellige hãc in minore adulto intercedente. ſecus in pupillo: quia nec ipſe reſtituitur, cum non teneatur cum effectu: ideo nec creditor ſecundum Placen. Vel dic idem in vtroq; vt ſi ſic interceſſerint, quòd teneantur: vt cũ auctoritate tuto. vel curato. vel etiam ſine curatore ſi cum non habent: & quia tenentur, reſtituuntur: & per cõſequens creditor in priorem debitorem: vt hic, & dicta. l. j. C. de reputat. An vero ſic quòd nõ teneatur niſi naturaliter: vt quia ſine tutore vel curatore cum haberet eum: tunc non reſtituitur: & per conſequẽs nec creditor: vt inſti. qui. mo. tolli. obli §. præterea.

d *Reſtituantur.* ſcilicet datæ.

e *Supererat.* ſcilicet tempore interceſsionis: & ſic dabuntur. x. dies per officium iudicis ex tempore [a] datæ reſtitutionis. ſecus in muliere: quia tunc ſtatim currũt ipſo iure: vt infra ad Velle. de bitrix. §. fi. & l. quamuis. §. ſi mulieri. & §. ſi cũ eſſem. & eſt ratio: quia ibi illa interceſsio ſtatim ineffica eſt: & ideo ſtatim poteſt agi contra priorem debitorem: hic non niſi petita reſtitutione. Sed nonne contra minorem debet agere? Reſpon. non: quia reſtitutionem cõtra ſententiam impetraſſet: immo etiam exactam pecuniam recuperaſſet. & inde mihi imputari non poteſt: immo quia iam reſtitutus eſt.

a *Vide. c. 1. de reſt. in. te. in Clemẽ.*

f *Sine dubio.* humiliter ſtultè quærẽti reſpõdet: ſic & aliàs ecõtra. j. de teſta. l. Domitius. nec enim debuit ſe ſciolum fingere.

g *Manet.* immo nõ manet quaſi nouatione ſublatum, niſi actũ fuit vt eã repetitum: vt infra de noua. aliam. &. C. etiam ob chiro. pe. pig. tenc. poſſ. l. j. ſed dic fuiſſe actum. Vel dic maner, id eſt iterum in obligationem recidit per reſtitutionem: vt. ſ. c. l. patri §. pe. Vel dic proprie: vt infra ad Vell. l. aliquãdo. §. pen. quæ vltima non placer.

DE CAPITE MINVTIS.

Cõtinuatio. *Dictum eſt ſupra de reſtitutione qua iure ciuili & per officium iudicis ratione ætatis datur: nunc de illa quæ fit per ſtatus mutationem vt ſupra de in integ. reſti. l. 1. & 2.*

DE CAPITE [a] MINVTIS.

TITVLVS V.

1. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

CApitis minutio eſt ſtatus [b] permutatio.

Hoc edictum habet locum in capitis deminutione quæ famæ ciuitatis contingit, nõ in aliis. hoc dicit. vel breuius: Hoc edictũ habet locũ in minima capitis deminutione tantũ. Bar.

11. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

PErtinet [i] hoc edictum ad eas capitis deminutiones, quæ ſalua ciuitate contingunt [k]. Cæterùm ſiue amiſsione ciuitatis [l], ſiue libertatis [m] amiſsione contingat capitis deminutio, ceſſabit edictum: neque poſſunt hi penitus conueniri [n] †. Dabitur planè actio in eos [o] ad quos bona peruenerunt eorum. Ait prætor, *Qui quæ ve poſtea quàm quid cum his actum* [p] *contractumve ſit, capite deminuti deminutæ eſſe dicẽtur: in eos eáſ ve perinde quaſi id factum non ſit, iudicium dabo.* [q]

Capitis deminutio non liberat quem à naturali obligatione, nec eũ impedit poſtea ciuiliter obligari. Bartolus.

b *Capitis ſtatus.* Nota caput poni pro ſtatu: & ſtatus cõſiſtit in tribus: vt. j. c. l. ii. Sed nõ videtur cõuerti cũ ſuo definito hæc definitio. nã patre mortuo filius eſt ſui iuris: & ſic mutat ſtatũ: vt ſili. q. mo. ius pa. po. ſol. in prin. & tamẽ nõ dicitur capite minui: vt j. ad Mace. l. v. §. fi. Sed dicas hoc facto hominis ſcilicet interueniẽte, vel vere: vt emancipando, vel damnãdo, vel ſimili modo, vel interpretatiue: vt patre adrogato: quia interpretantur & filij adrogati. vt. ſ. de adop. ſi pater. & l. ij. §. fi. & j. eo. l. liberos. j. reſpon. ſecus ſi dei iudicio: vt dictum eſt.

[a] *de eo dicitur.*

PErtinet.] CAIVS. Scire debes tres eſſe capitis demi. vt. j. eo. l. vlti. & dicit q̃ iſtud edictũ de quo tractatur in hoc ti. locum habet in minima capitis demi. Illi enim qui patiũtur ca. de. maximã vel mediam, non poſſunt conueniri. illi tamen illorum loco conueniuntur ad quos bona eorum perueniunt. & hoc dicit. [AIT.] In iſto. §. ponuntur verba prætoris. & ſcire debes quòd de iure ciuili ſi tu contraxiſti cum aliquo cuius ſtatus eſt poſtea mutatus: qa quælibet obligatio tollitur: ſed de iure naturali tenet: & licet de iure ciuili, vt dictum eſt, tollatur, tamen prætor eum reſtituit ex auctoritate ſua: & agetur cum eo act. in factum ex hoc edicto, ac ſi nunquam eius ſtatus eſſet mutatus. [HI QVI.] Primo cõtraxi cum aliquo, & poſtea mutatus eſt ſtatus eius. nõ primo fuit ſui iuris, modo autem effectus eſt alieni: vel ecõuerſo. ſine dubio de iuris rigore quia alius eſt nouus homo, nõ tenetur, ſcilicet ciuiliter de eo quod præceſſerat actũ vel ſtatum mutatum. naturaliter autem ſic. Sed pone quòd poſt capi. demi. contraxi cum aliquo qui primo fuit ſui iuris: deinde autẽ dedit ſe in adrogationẽ, & tunc contraxi: vel econuerſo. & dic quòd hoc edictum de hoc nõ tractat: vnde nõ datur actio: & hoc dicit. & duobus modis intelligitur circa literam. [NEMO.] Si quis deliquit, & poſtea dedit ſe in adrogationem, nunquid ideo liberatur quo minus puniatur? Videtur quòd ſic: quia nouus homo videtur: tamẽ contrarium eſt, quia non deſinit teneri ex primo delicto. [EI QVI.] Debitorẽ meũ adrogari, extinguitur actio. nunquid ſi cũ iterum emancipare, reſtituetur mihi mea actio? Dicitur q̃ non*. [HOC.] Hæc actio in factũ quę in locũ actionis amiſſę reſtituitur, perpetua eſt: & datur heredibus, & in heredem. Viuia.

[b] *Eſt non tantum mutatio vt ſupra.*

i *Pertinet hoc edictum.* quod eſt. j. ea. l. §. ait prætor.

k *Contingunt.* id eſt ad minimam: vt. j. eo. l. fi.

l *Ciuitatis.* quæ eſt media.

m *Libertatis.* quæ eſt maxima: vt. d. l. vlti. & j. eo. tutelas. §. pe. & inſtitu. eo §. j. ij & iij. Accurſius.

n *Conueniri.* nec etiam conuenire, niſi vt. j. eo. l legatum. & niſi fuerint reſtituti ad quorum partẽ: vt. C. de ſen. paſ. l. ſi debitor.

o *In eos.* vel in dominum: vt infra eo. tutelas. §. ſi libertate. vel in fiſcum: vt. C. de bo. dam. ſi vt proponis. & de ſen. paſ. ſi ademptis. & C. ad le. Iul. de vi pub. vel priua. l. ij. vel in filios: vt. j. de bo. dam. l. cum ratio. §. fi.

p *Actum.* hoc eſt generale verbum, ſequens ſpeciale: vt infra de verb. ſignifi. l. Labeo.

q *Iudicium dabo.* i. actionẽ in factũ. Nũquid & prima vtilis ſtatim.

ita.vtilis enim actio nō excludit hanc prætoriam: quia vtraque de æquitate datur. Item quæ est differentia inter hunc tit. & illū infra quod cum eo.s.quo ad emancipationem? Respon. per hunc restituitur actio amissa, ob hoc quòd alius homo esse videtur, cū statum mutauerit: vt infra de solu.l.qui res.§. aream. per illū autem modificatur condemnatio inquantū facere potest filius. Item hoc locum habet cum quis sui vel non sui iuris transit in alienā familiam: illud non.

a *Minuuntur.* emancipatione puta.

b *Manent obligati naturaliter.* & restituitur ciuilis per hoc edictū.

c *Pertinet.* q.d. nō datur nec aufertur actio sibi ex hoc edicto.

d *Sed interdum.* ideo dicit interdum, quia quandoque nō datur: vt in mutua pecunia & in voto, secundū Io. vt infra de polli. si quis rem.§. voto. & secundū hoc pūcta ibi, deminutionem. & quod sequitur, & quidem &c. est exemplū prædictorū. Vel dic quòd cōtraxit cum eo qui erat capite minutus, & emācipat^e, & iterū fuit capite minutus: vt quia dedit se ad adrogādū: & sic inter vtrāque capitis demi. contraxi. & secundum hoc puncta ibi, cū his. & differt à superiori respon. cæterū: quia & ibi post capitis demi. contraxi: & agebā ante secūdam capi. demi. hic autem post secundam ago.

e *Cum his.* scilicet capite minutis.

f *Labor est.* quin detur in adrogatorem: vt infra de pecu. in adrogatorem. & supra de adop. l. onera. immo in adrogatum, scilicet iure communi secundum primum casum: vel ex hoc edicto secundum secundum casum.

g *Obligabitur.* scilicet adrogās. imo adrogat^e, vt filiⁱ. s. quilibet.

h *Nemo exuitur.* q.d. habet locum hoc edictum in delictis: licet verba dicant de actu vel contractu secundum quosdam. Vel ecōtra dic quòd in delictis non habet locum: quia in illis non liberatur: & ideo non est opus ibi hoc edicto, secundū Azo. ar. j. eo. tutelas. §. j. & j. quod cū eo. sed si. §. ij. Vel dic quòd de criminali accusatione hic loquit: secus si ciuiliter agatur. Vel dic hic si minima, secus si maxima vel media. Item no. hic ar. quòd si quid est in pœnam statutum, non debet conuerti in præmium: vt infra de adi. leg. l. legata inutiliter. & infra de reg. iur. l. non fraudātur. §. nemo. Item facit infra de inter. & rele. l. relegatorū. §. fi. & C. de decurio. l. ne quis officialium. lib. x.

i *Si iuris fiat.* Quid si mihi. x. & tibi. x. à Titio debeuntur, & eum adrogaui, & tu me cōuenias vt eum defendam: & tibi insolidum satisfiat: & dicas mei rationem non habendam: quia extincta est actio? Respon. mei rationem habendam, vt pariter in bonis admittar: licet iure ciuili perierit actio: vt ifra de separa. l. debitor. & infra de pecu. lega. l. si quis creditori.

k *Hoc iudicio perpetuō est.* i. perpetuō esse potest. sic. j. de stat. libe. l. Labeo. quid enim si redhibitoria tenebatur? certe non erit perpetuū in hoc casu: & idē in similibus. Et eodē modo intellige ad de heredibus dicit. sic. j. de exerci. l. si tamen. in fi. & de tribu. illud. §. fi. & est pro hoc. ff. titu. j. l. fi. & ff. ea. l. §. ait prætor.

Libros.] CASVS. Habebam filios, dedi me in adrogationem alicui. tam ego quàm filij mei in potestatem adrogatoris trāsiuimus: vnde illi etiam filij mei capite minuuntur. [EMANCIPATO.] Planus est: quia emācipatione filiorū, vel etiā nepotis, vel aliorū qui sunt in potestate mea, cōtingit capi. demi. cæterū manumissione seruorū non cōtingit capi. demi. quia caput nō habēt: quia serui manumissi incipiunt caput habere cum sunt manumissi. & hoc dicit cum. l. seq. quæ cōtinuatur cū ista.

Hi qui capite minuūtur,[a] ex his causis quæ capitis deminutionē præcesserunt, manēt obligati[b] naturaliter: cæterùm si postea, imputare quis sibi debebit cur contraxerit, quantum ad verba huius edicti pertinet[c]. Sed interdum[d] si contrahatur cum his[e] post capitis deminutionem, danda est actio. & quidem si adrogatus sit, nullus labor[f] nā perinde obligabitur[g] vt filiusfamilias.

Capitis diminutio non tollit actiones ex delicto descendentes. Bartolus.

Nemo delictis exuitur[h], quāuis capite minutus sit.

Adroganti restituitur actio per hoc edictum. Bartolus.

Ei qui debitorem suum adrogauit, non restituitur actio in eum postquam sui iuris fiat[i].

Hoc iudicium perpetuū est[k]: & in heredes & heredib^s datur.

Adrogatione patris, filii capite minuuntur. Bartolus.

III. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

LIberos qui adrogatū parētem sequūtur, placet minui caput*, cū in aliena potestate[l] sint, & cū familiam mutauerint.

Emancipatione capitis deminutio contingit. Item qui caput non habet, illud non mutat. Bartolus.

Emācipato[m] filio, & cæteris personis[n] capitis minutio manifestò accidit: cum emancipari nemo possit nisi in imaginariā seruilē causam deductus[o]: aliter atq; cū seru^s manumittit: quia seruile caput nullum ius[p] habet: ideo nec minui potest.

IIII. MODESTINVS libro primo Pandectarum.

HOdie* enim incipit statum habere [cum manumittit.]

V. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

AMissione ciuitatis fit capitis minutio[q]: vt in aqua & igni* interdictione[r].

Qui ciuitatem Romanam perdunt, capite minuuntur. Bartolus.

Qui deficiunt, capite minuuntur[s]. Deficere autē dicūtur qui ab iis quorum sub imperio sunt, desistunt*, & in hostium[t] numerū se cōferunt: *sed & hi quos senatus hostes[x] iudicauit vel lege lata[y]: vtique vsque eo[z], vt ciuitatem amittant.

Capitis deminutio quæ publici iuris sunt non perimit. h. d. cum. l. sequenti. Bartolus.

Nunc respiciendum, quæ capitis deminutione pereant: & primò de ea capitis deminutiōe, quæ salua ciuitate accidit: per quam publica[a] iura non interuerti constat: nam manere magistratum, vel senatorē, vel iudicem certum est:

VI. VLPIANVS libro quinquagensimoprimo ad Sabinum.

Capite.

tatuū in eam non bet in præium conerti.

tona quæio.

A CIPATO.] Planus est: quia emācipatione filiorū, vel etiā nepotis, vel aliorū qui sunt in potestate mea, cōtingit capi. demi. cæterū manumissione seruorū non cōtingit capi. demi. quia caput nō habēt: quia serui manumissi incipiunt caput habere cum sunt manumissi. & hoc dicit cum. l. seq. quæ cōtinuatur cū ista.

l *Potestate.* scilicet adrogantis.

m *Emācipato.* dic q̄ ista quatuor nomina sunt datiui casus, vel ablatiui absoluti. Alij dicunt q̄ prima duo sunt ablatiui absoluti: & alia duo datiui: dicētes q̄ emācipatione filij & nepos sui iuris efficitur: vt. s. de adop. sed etiā. quod reprobo: vt supra de adop. l. liberum.

n *Cæteris personis.* videbatur tamen nepotem non minui capite; cum in eo duæ emancipationes desiderentur: in filiis tres: vt. C. de adop. l. fina.

o *Deductus.* sed cum hodie non fiant tales venditiones: vt instit. qui. mo. ius pa. pot. sol. §. præterea. &. C. de emanci. l. fi. nunquid ob hoc minus dicitur capitis deminutio? Rñ. nō ideo minus: vt. C. ex qui. cau. infa. irro. l. decreto. Item nec est hæc sola ratio, sed hæc: quia familiam mutat: vt. s. e. l. j. in fi. j. respon.

p *Nullum ius.* de iure ciuili: vt. j. de re. iur. l. quod attinet.

Eo die.

aqua & igni interdictione.

deficiūt.

AMissiō.] CASVS. Si interdictū fuit alicui aqua & igni, capite minuitur. [QVI DEFICIVNT.] Imperator fuit in exercitu cōtra Sarracenos, & hostes populi Romani. deseruit aliquis imperatorem, vel magistratus militum forte, & transtulit se ad hostes. sine dubio ille capite minuitur. Idē si aliquis fuerit hostis iudicatus populi Ro. à senatu: quia iste capite minuitur. & hoc dicit. [NVNC.] Iurisc̄ōsul. seipsum cōtinuat, & dicit quòd hic tractat de minima ca. de. & eius effectu. & dicit quòd per eam nō tollitur publicū ius. vnde si iudex magistratus vel senator minimā ca. patitur de. nō ideo desinit esse senator vel iudex. nullum enim officiū publicum capi. demi. tollitur. Viuianus.

q *Capitis minutio.* scilicet media.

r *Interdictione.* loco cuius hodie succesit deportatio: vt infra de pœnis. l. ij. & infra ad. l. Iul. pe. l. iij.

s *Minuuntur.* media capitis deminutione.

t *Es in hostium.* vt transfugæ. Accursius.

u *Conferunt.* quia ciues esse desinunt: vt. j. de capti. & postlimi. reuer. l. postliminium. §. filius quoque. nō tamen est seruus: vt. j. de tut. l. si quis tutor. & dic hic vt in. d. §. filius.

x *Hostes.* qui erant de subditis. Accursius.

y *Lege lata.* antiqua litera dicit, relegati: & tunc impropriè, id est deportati. Relegati enim nō amittunt ciuitatem: vt infra de inter. & releg. l. relegatorum. § hæc est differentia. & hoc si stricte accipiatur vocabulum. Large enim relegati etiam continēt deportatos: quia commune nomen est. sed Pisana lectera est, lege lata, scilicet à populo, vel exprimendo personam alicuius, vel generaliter: vt, Quicunq; hoc fecerit, sit capite minutus, vel ciuitatem amittat. vt & dicitur quis ipso iure cadere in canonem latæ sententiæ quandoque. Accursius.

z *Vsque eo.* scilicet minuitur capite &c.

a *Publica.* auctoritate & vtilitate.

a *Nam. Non finiuntur.* quòd capitis deminutio intercedat.
b *Hominis iura.* vt est operarũ obligatio, & vsus, & vsusfru. secundum hæc iura: vt instit. de adqui. per adrog. §. j.
c *Familiæ.* id est adgnationis: vt infra de verbo. signi. l. pronũtiatio. §. communi. Accursius.
d *Ciuitatis.* vt. j. de iudi. l. quippe. & infra ad Trebel. l. nam quod.

NAm & cætera officia quæ publica sunt, in eo non finiũt[a]. capitis enim minutio, priuata hominis[b] & familiæ[c] eius iura, non ciuitatis[d] amittit.

Quod alicui sub nomine appellatiuo cõcedatur, illo perẽpto perit cõcessio: aliàs secus. Item capitis deminutione nomina iuris pereunt, non nomina naturalia. hoc dicit. Primò ponitur dictum, secundò quædam illatio. tertiò ponitur ratio. quartò ratio dicti & illationis. secunda ibi, ergo. tertia ibi, sed legitimæ. quarta ibi, ex nouis. Bartolus.

VII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

TVtelas etiam non amittit[e] capitis minutio[f], exceptis his[g] quæ in iure alieno[h] personis positis deferũtur *. Igitur testamento dati vel ex lege[i] vel ex senatusconsulto, erunt nihilo minus[k] tutores. Sed legitimæ tutelæ ex duodecim tabulis[l] interuertuntur eadẽ[m] ratione, qua & hereditates exinde[n] legitimæ[o], quia adgnatis deseruntur, qui[p] desinunt esse, [q] familia mutati*. Ex nouis[r] autem legibus & hereditates & tutelæ plerunque[s] sic deferuntur, vt

* *Male hal. non deferũtur. Ang. l. quid. ca. 2.*

* *mutata.*

A te. l. pe. Itẽ dic q̃ senatusco. Tertyl. fratres defuncti matri præponit: vt insti. ad Tertyl. §. j. ergo per interpretationẽ hos vocat ad tutelã. Vel dic q̃ apud Græcos secũdũ omnes sunt istæ leges nouæ, & sena. ex quibus vocãtur ad hereditatẽ & tutelã aliqui.
k *Nihilominus.* id est quanuis sint capite minuti.
l *Duodecim tabulis.* delatæ. Accursius.
m *Eadem.* quam statim dicet &c.
n *Exinde.* id est ex. l. xij. tabu.
o *Legitimæ.* si interuertũtur, deferẽdæ, nõ delatæ: vt. j. vnde lib. l. fi.
p *Qui.* bona ratio: quia ciuile nomen est.
q *Desinunt esse.* scilicet adgnati.
r *Ex nouis.* nouas omnes appellat post duodecim tabulas iductas.
s *Plerũque.* qa si maritus vxori & econtra succedit, persona non naturaliter designãtur. vel plerũque ideo dicit, quia licet senatusco. Tertyl. fratrũ vel sororũ meminit præferendo matri: tamen hodie per constitutionem cum matre succedunt, secundum M. & secũdũ hoc ad successionẽ plerunq; tantum refertur. Vel verius plerunque ideo dicit, quia nõ semper nouis legibus deferũtur, sed per testamentum.
t *Naturaliter.* id est nomine quod est immutabile, non iure ciuili adgnationis. Accursius.
u *Senatusconsulto.* Succedit matri gnatus per Orficianum: Inuidiam pariens econtra Tertyllianum. Licet ergo capitis deminutio intercedat, nihilominus hic filius, illa mater remanet. qđ secus est in adgnatis. cum enim adgnati vocẽtur, & adgnati esse desinant: non vocantur. Et quod dixi in matre, de tutela testa. & datiua seruatur. dicit enim testator, Titius tutor esto. iudex etiã hoc idem dicit: vnde nihilominus sunt tutores: quia hic Titius remanet: sed adgnatio tollitur: nisi in casu: vt. C. de le. tu. l. iiij. & in alio: vt instit. de leg. ag. suc. §. fi. & propter hoc dicit, plerunque. insti. de leg. ag. tu. §. fin. Sed an adgnatio hodie tollitur per minimã capi. de? Videtur quòd non: quia adgnatus semper remanet adgnatus: & cognatus ita vt adgnatus vocatur: vt in authen. de here. ab intest. §. ex iis. colla. ix.
x *Iniuriarum.* scilicet actio. & potest intelligi vt dixi supra. l. ij. §. nemo. Vel dic quòd loquitur de actione competenti ipsi qui capite minutus est.
y *Si libertate adempta.* per ingratitudinem: vel quia passus est se vendi ad pretium participandum.
z *Seruum.* nam in seruum non datur actio nisi in casu: vt. C. vbi cau. fis. l. fi. idem dicunt infra de sepul. vio. l. prætor. §. penul. sed ibi dic dari in eum actionẽ, id est propter eũ: vel nomine eius. fic. ff. de iur. om. iud. si quis id. & idẽ dicunt. j. vi bo. rap. l. prætor. ij. §. in seruũ. & j. de incen. rui. nau. l. j. §. item in seruum. Accur.
a *Dominum.* bonorum vel seruii.
b *Mihi.* idem quo ad hoc quòd dicit hic, & nisi &c. si ciuitas & libertas salua sunt: dum tamen familia mutata sit: vt instit. de adquisi. per arro. in fi. ti.
c *Mitto.* sed si nõ sufficiũt bona: nũquid p̃ noxa dabit? Rñ. nõ: qa nõ p̃ debito sed p̃ maleficio fit noxa: vt inst. de noxa. in prin.
d *Nulla.* sed cur secus est vbi dedi me in adrogationem: nam & hic bona mea in aliũ deuoluuntur? Respon. ideo quia hic remanet talis qui obligari nõ potest: filius vero adrogatus potest: secundum Io. Sed nõne qui solã ciuitatem amisit, obligari potest? Respon. vtique, cum sit liber. Dicendũ est ergo aliud esse in adrogato: quia adrogatus fere omnia retinet: vt instit. de adqui. per adro. non autem in deportato. Accursius.
e *Exulat.* sed tenetur ille ad quem bona peruenerunt: vt dixi supra

Tabp. ita nascuntur ciuiles. ea cum in feminis reperiuntur sunt & ciuilia nomina sunt, & non naturalia.

Id est naturali nomine, quatenus matri ex filio, quem nona lege, vt S. C. Tertyl. & ipsi & heredibus defuncti ge antea.

ſupra eod.l.ij.Accurſius.

EA.]CASVS. Hæc lex & duæ ſequẽtes loquuntur quando actiones competunt capite minuto. & dicit, ſi aliqua actio capi.minuto competit:diſtinguitur vtrum deſcendit ex naturali obligatione:& tunc minor capi.de.non tollitur.aut deſcẽdit ex ciuili: & tollitur. & aſſignat in litera rationẽ:quia ciuilis ratio naturalia quidem &c. & ponit exemplũ in act. de dote:vt cum illa ca. de. non tollitur. idem eſt ſi alimenta vel habitatio fuerit relicta.illa enim capitis deminutione non pereunt. & hoc dicit hæc lex cũ ſequenti. Viuianus.

Obligationes quæ cauſam naturalem reſpiciunt, capitis deminutione non pereunt. & loquitur iſta lex de obligationibus actiuè competentibus his qui capite minuuntur. Bartolus.

VIII. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

EAs obligationes[a] †quæ naturalẽ præſtationem habere intelleguntur, palã eſt capitis deminutione[b] non perire, quia ciuilis ratio naturalia[c] iura corrumpere nõ poteſt. Itaq; de dote[d] actio quia in bonum & æquum concepta eſt, nihilo minus durat etiam poſt capitis deminutionem:

IX. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

VT quandoque emancipata[e] agat.

Summata eſt cum precedenti. Bartolus.

X. MODESTINVS libro octauo Differentiarum.

LEgatũ in annos ſingulos vel menſes ſingulos relictum[f], vel ſi habitatio legetur, morte quidẽ legatarij legatũ intercidit: capitis deminutione tamen interueniente perſeuerat, videlicet quia tale legatum in facto[f] potius quàm in iure[g] conſiſtit.

Iuriſconſultus ponit hic tria genera capitis deminutionis:quæ not. Bartolus.

XI. PAVLVS libro ſecundo ad Sabinum.

CApitis deminutionis tria genera ſunt: maxima, media, minima. Tria enim ſunt quę habemus[h]:libertatẽ,ciuitatem, familiam[i]. Igitur cum omnia hæc amittimus:hoc eſt, libertatẽ, & ciuitatem, & familiã: maximam eſſe capitis deminutionem:cum verò amittimus ciuitatem, libertatem retinemus, mediã eſſe capitis deminutionẽ: cum & libertas & ciuitas retinetur, familia tantùm mutatur[k], minimam eſſe capitis deminutionem conſtat.

B EX QVIBVS CAVSIS MAIORES VIGINTIQVINQUE annis in integrum reſtituuntur.

TITVLVS VI.

Primò commẽdat edictum, & ponit eius ſummarium. Secundò ponit verba edicti ad literam. ſecunda ibi, verba. Bartolus.

I. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

HVius edicti[l] cauſam nemo[m] nõ iuſtiſſimam eſſe confitebitur. Læſum[n] enim ius per id tẽpus quo quis reipublicæ operam dabat, vel C aduerſo caſu laborabat, corrigitur[o]:necnon & aduerſus eos ſuccurritur: ne vel obſit vel proſit quod euenit[p]. Verba[q] autẽ edicti talia ſunt:*Si cui[r] quid de bonis[s] *cum is metu, aut ſine dolo malo reipublicæ cauſa abeſſet, ſiue vinculis,ſeruitute[t], hoſtiúmque poteſtate eſſet:ſiue cuius[t] actionis eorum cui[u] dies exiiſſe dicetur:item ſi quis[x] quid vſu ſuũ feciſſet[y], aut quod non vtẽdo amiſit[z], cõſecutus[a]:actionẽve qua[b] ſolutus,ob id quòd dies[c] eius exierit cũ abſens nõ deféderetur, ſiue*

Ius Fach. Cont. I. lib. 1. cap. 61.

Huius edicti. qđ eſt j.ea.l.§.j.

m *Nemo.* hic ſunt duę negationes. ſ. nemo & nõ: & faciũt vnam affirmationẽ:vt.j.de verbo.ſig.l.duobus.

n *Læſum.* i.amiſſum.

o *Corrigitur.* id eſt reſtituitur,vel emẽdat.

p *Quod euenit.* ſ.abſentia:vt neq; abſenti noceat, cũ detur ei reſtitutio:nec proſit, cũ detur cõtra eũ: vt.j. proxim. §. &.ſ. ſi ex noxa. cau.aga.l.ij.in fi.&.j.e. l. videlicet. &.l. ergo. in fin.j rñ. &.j.de reg. iur.l.abſentia. & ſic vnũ pro abſente,& aliud contra eum inducitur: vt. j.de iureiur. l. eum qui.j.reſpon.

** erit deminutus.*

Edictũ ei qui. can. maio. tres habet partes.

X. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum.

VEl alium arbitrum

XI. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum.

LItigatores ierint, [k] mox ad eundem arbitrum redierint:prætoré non debere eum cogere inter eos diſceptarę,qui ei contumeliam hanc fecerūt, [l] vt eum ſpernerent, & ad alium irent. Arbitrum autem cogendum non eſſe ſententiā dicere,niſi compromiſſum [m] interuenerit. Quod ait prætor *pecuniam compromiſſam*, accipere nos debere [n] non ſi vtrinque pœna nummaria,ſed ſi & alia res [o] vice pœnæ, ſi quis arbitri ſententia non ſteterit, promiſſa [p] ſit. & ita Pōponius ſcribit. Quid ergo ſi res [q] apud arbitrum depoſitæ ſunt eo pacto,vt ei daret qui vicerit,vel vt eam rem [r] daret ſi non pareatur ſententiæ, an cogendus ſit ſententiam dicere? & puto cogendum. Tantundem & ſi quantitas certa ad hoc apud eum deponatur. Proinde & ſi alter rem, alter pecuniam ſtipulanti promiſerit, plenum [s] compromiſſum eſt: & cogetur ſententiam dicere. Interdum,vt Pomponius ſcribit,rectè nudo pacto fiet compromiſſum:* vt puta ſi ambo debitores fuerūt,& pacti ſunt ne petat quod ſibi debetur [t] qui ſententiæ arbitri non paruit. [u] Itē §.ſi vero.coll.ix.quæ ſunt contra.Sol.dicunt quidam hanc corrigi. Tu dic quòd non corrigitur nec cōſuetudine,nec lege:& loquitur in eo caſu,quando in modum arbitri compromiſſarij vult in ſe recipere,vt lis cōteſtetur,& de calūnia iuretur: quod fieri non debet,nec fit:ſed contraria loquūtur quādo amicabiliter tractat ille iudex: & ſub pœna etiam ibi promitti poteſt:& dabit alicui quādoq; minus,quādoque plus q̄ dari debeat:quod non fieret per ſententiā: & de tali loquitur.j. idē Pomponius.§.recepiſſe.&.C. de contrahen. empt.l. fina.&.xxiij.q. viij.ſi quis membrorū. &.v.q.iij. ſi primates. At iure canonico videtur quòd ordinari[us] iudex poteſt eſſe arbiter de eo de quo eſt iudex:vt extra de arbi. ca.cū tempore. & extra de elec.ca. cauſam. Idē in delegato:vt extra de præſump.c.j. & de arbi.c.ſi.& de præben.c. niſi. Sed dic quòd dictæ decre. de arbitratore loquūtur. Accurſius.

g *Turpitudo.* quia corruptus eſt ꝓ pecuniam: ſed contra ſupra.l.iij. §.tametſi neminē. Scl. vt ibi. Hic tamē de quo loquitur,ſi ſententiam dixerit,tenet:ſed dedolo excipitur: vt.C.e.l. arbitrorū. Sec[us] in iudice:quia tunc per pecuniam lata,non valet ipſo iure: vt.C.quāde prouo.non eſt neceſſ.l. venales. & de pœ.iu.ij.ſed per gratiā,tenet: vt.j.ad Treb.ſeruo iunito.§.cū prætor. Ac.

h *Infamauerunt.* ſcilicet de facto. Acc.

i *Cogitat.* in cauſæ cognitione verſatur an grauis ſit iniuria:vt plene dicam infra eo. itē ſi vnus.§.j.

k *Litigatores ierint.* ſ. ambo. Si autem vnus ſolus iudicē adiuit ſponte:ſi quidē litē conteſtatus fuit,ſoluitur arbitrium,& pœna committitur:vt.j.eo.ſi quis rem.

l *Fecerunt.* no.non debent ab eo audiri quem ſpreuerunt:vt in auth.vt li.ma.& auiæ.§.antepe.ibi,non enim debet &c. col.ix.

m *Compromiſſum.* id eſt niſi pœna hincinde promiſſa fuerit vt infra eo.non diſtinguemus.§.j.

n *Non debemus.* alias nos debere.& tunc ſubaudi dicimus.

o *Alia res.* quia nomine pecuniæ omnes res ſignificantur:vt.j. de verb.ſign.pecuniæ.& ſic accipitur.j.de iure do.l.quæro.

p *Promiſſa.* ſcilicet litigatoribus inter ſe.ſed quid ſi ipſi arbitro? Dicit P.non tenere compromiſſum.Ioan.& Azo quòd ſic. & actionem ſibi quæſitam cedet parti parenti contra non parentem arbitrio:vt ar.ita fra de præſcrip.ver.ſi rem tibi.§. fi.&.j. proxi.reſpon.addo quòd hoc tacite fuit actum:ergo pro expreſſo habendum eſt:vt.j.ſi cer.per.l.cum quid.

q *Si res.* de qb' erat lis:vel ſi nō erat,debebat eſſe loco pignoris.

r *Eam rem.* de qua non erat lis.

ſ *Plenum.* id eſt validum.

t *Debetur.* ex alia cauſa,quàm de qua eſt compromiſſum.

u *Paruit.* quo caſu contra non parētem habebit alter exceptionem

a *Dic quòd nō poteſt eſſe iudex, vt ibi: ſed arbiter ſic, & procurator: vt in.d.§.*

b *Et hinc Bar.& B. poterit tamen eſſe arbitrator. Bart.in.l. ex facto.§. ſi quis rogatus. ad Trebe. ifra. & Panor. in ca.quamuis.extra de iureiur.*

c *Hæc vera, quia ſi nimo poteſt eſſe arbitrator,& amicabilis compoſitor: ex quo requiritur merū: vt.§. ſed cū facto.inſti. de ſtipu.ſeruo.*

[†] *Cōcor.tex. in cano.infames.3.q.7. vbi ſunt verba iſtius §. ex quo nec. quòd nullus poteſt eſſe arbiter in ea cauſa quā eſt iudex.*

nem ex pacto.& sic est contra supra eo.l.ij. Sol. nõ nascitur exceptio rei iudi.vt ibi:sed pacti sic,vt hic. Sed huic solutioni obstat infra eo.tit.l.idem Pomponius.in fi.j.casus.Sed expones ibi literam,vt dicam. Vel dic,nõ nascitur exceptio in re principali, vt ibi,sed in alio loco pœnæ sic:vt hic dicitur.

a *Alter non.* vt infra eo.idé Põpo.j.respon.
b *Tot milia.*s.nomine pœnæ dare spondes?
c *Conditione.*vt hic,& j.eo.nõ distinguemus. §.summa.
d *Quo casu.* cũ sub cõditione pœna promittit.
e *Proferatur.*vt & infra eo.& fiqua.§.arbiter. Potest autem proferri si hoc actũ fuit ab initio:vt infra eo.si cũ. in princ. &.l. non distinguemus.§.fi.
f *Pomponius ait. Et si alteri.* Not. q̃ si vni accepto lata sit pœna, arbiter sententiam nõ cogitur dicere:quia & alij videtur esse accepto lata: vt infra de accep. l. fina. Vnde cũ nõ stetur arbitrio, nisi metu pœnæ:merito ergo non cogitur. Ac.

Idem.] CASVS est talis : Ego & tu plures habebamus adinuicem petitiones.nam ego tibi ex quibusdam causis tenebar : & tu ex aliis causis mihi tenebaris: accidit ita q̃ de meis petitionibus solum cõpromisimus: & ego etiam à te pœnam stipulatus sum,si sententiæ arbitri non stares : sed tu nullam pœnam à me stipulatus fuisti.quęrebatur,an illud cõpromissum teneat ? Dicit iurisconsul. certe non video vnde hæc quæstio veniat : nec video vnde procedat dubitatio . Nam si ideo dicis te dubitare, quòd de rebus vnius est cõpromissum:certe nulla est dubitatio : quia licet de vna re cõpromittere . Si vero quòd ex vna tantũ parte fuit pœna promissa: iuste dubitas, & de hoc potest dubitari. & allegat q̃ debeat tenere compromissum : in fine tamen dicit q̃ non tenet. [RECEPISSE.] Iste.§.facit differentiam inter duo:scilicet inter arbitrum,& arbitratorẽ. Nam arbiter est, qui recipit officium iudicis:& promittit se litem sua sententia terminare.Sed arbitrator est,qui vult videre an inter eos componere possit:nec procedit more iudicis sicut arbiter facit.[EX COMPROMISSO.] In diebus feriatis arbiter non cogitur sententiam dicere:sed abstinere debet,sicut iudex abstinet se:nisi in casu si dies compromissi finitur.tunc enim cogitur. & si ei non liquet de causa,datur ei spatium.Item arbiter debet ordinare diẽ partibus:aliàs ille arbiter per superiorem cogitur omni tempore sententiam dicere.

g *Idem Pomponius.*quidam habent hic.§.idem Pompo. alij habent.l.si de meis.
h *Compromissum.*id est de his tantũ,quas tibi faciebam.Accur.
i *Et de te.* id est ad te,non autem tu à me.simile.C.de fideicõmissis.l.j.Accursius.
k *Ne.*id est an.
l *Cur res.* id est quæstio.sed si haber,rei:dic, scilicet moueatur quæstio.Accursius.
m *Solum.*id est solummodo.
n *Nulla ratio est.*scilicet dubitandi vel mouendi.
o *De vna re.*multo magis de omnibus controuersiis vnius.

ff. Vetus.

Iulianus scribit non cogendũ arbitrum sententiam dicere, si alter promiserit,alter non[a].

Idem dicit & si sub cõditione fuerit pœna compromissa: veluti si nauis ex Asia venerit, tot milia[b] . non enim prius arbitrum cogendum sententiam dicere,quàm conditio exstiterit, ne sit inefficax deficiẽte conditione[c] . & ita Pomponius libro trigensimotertio ad edictum scribit.

XII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum.

QVo casu[d] ad prætorẽ pertinebit in eo forsitan solo, vt si possit dies compromissi proferri, proferatur[e].

XIII. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum.

POmponius ait, & si alteri[f] accepto lata sit pœna compromissi , non debere eum cõpelli sententiam dicere.

Licet de controuersiis vnius partis tantum sit compromissum , arbiter non cogitur sententiam dicere ,si ab vna tantũ parte pœna promissa est: etiam si alter fuerit stipulatus. Bartolus.

Idem Pomponius[g] scribit:Si de meis solis controuersiis sit compromissum[h],& de te[i] pœnam sim stipulatus : videndum ne[k] non sit compromissum. Sed cui rei[l] moueatur , non video . Nam si ideo , quia de vnius controuersiis solum[m] cõpromissum est , nulla ratio[n] est . licet enim & de vna re[o] compromittere . Si verò ideo, quia ex altera duntaxat parte stipulatio iteruenit,est ratio[p]:* quanquam si petitor quis stipulatus est,possit dici plenum[q] esse compromissum: quia is qui conuenitur,tutus[r] est velut pacti exceptione[f] : is qui conuenit , si arbitro non pareatur, habet stipulationẽ. Sed id verũ esse nõ puto.neque eũ sufficit exceptionem habere vt arbiter sententiam dicere cogatur.

Arbiter est qui inter partes iudicis assumit officium, non qui amicabiliter componit. Bartolus.

Recepisse[t] autẽ arbitriũ videtur, vt Pedius libro nono*dicit,qui iudicis[u] partes suscepit, finemq; se sua sententia controuersiis impositurũ pollicetur[x]. Quòd si[y] (inquit) hactenus iteruenit,vt experiretur[z] an cõsilio suo vel auctoritate discuti litem paterentur : nõ videtur arbitrium recepisse[a].

*. *Hic iurisconsultus incipit exponere illa verba subaudita per glo.quæ dicit,sententiam ferre cogam.& hoc intendit:Arbiter non potest cogi sententiare die feriata , nisi ex causa.etiam non cogetur si sibi de causa non liquet.h.d.cũ duabus legibus seq. Bar.*

Arbiter ex cõpromisso his diebus nõ cogitur sententiã dicere,quib[b] iudex nõ cogetur[b]: nisi dies[c] cõpromissi exitura[d] sit,nec ꝓferri possit. [e] Proinde si forte vrgueatur à prætore ad dum.quia ibi super alio fiebat pactum,& super alio compromissum.hic autem de eodem intelligitur tacitum pactum . & quod hic dicit, non sufficit habere except. scilicet vnam posito hoc quòd detur exceptio hoc casu: quod non est verum secundum eum quòd detur exceptio : sed secundum Azo. puto M. melius dixisse.Accursius.

p *Ratio.*scilicet dubitandi vel quærendi. nam inuenitur claudicare iudicium:quod esse non debet:vt infra eo.si cum.§.pe.& ar.C.de fruc.& li.expen.l.fina.
q *Plenum.*id est validum.aliter enim ponitur infra eod.si cum. §.j.&.C.de fruc.& lit.expen.l.fi.§.j.& dic vt ibi.
r *Tutus est.*si absoluatur ab arbitro.Accur.
f *Exceptione.*tacite enim videbatur cõpromittere ne peteret , si cõtigeret sententiã cõtra se dari. Sed non est verum quòd tacite iteruenerit pactum : vt subiicit, secundum M. Sed tu dic secundum Io . quòd vere datur exceptio taciti pacti: sed tantùm ex vna parte:quod non sufficit:vt subiicit , nec enim &c. Si autem ex vtraq; , vt quia sic pacti fuissent, sufficeret:& cogeretur dare sententiam:vt supra eod. litigatores.§. interdum. quæ est cõtra. Et quod dicit , sed id esse verum non puto,scilicet quòd ita teneat arbitrium , vt arbiter sententiam dicere teneatur : vt statim euidẽter supponit: tenet tamen sic,vt si spõte dicat arbiter, sententia sit seruanda. in multis enim casib[b] arbiter non cogitur : si tamen ferret sententiam , valeret: vt supra eod. sed si in seruum.§.fi.secundum Ioan.sed secundũ Azo. non tenet compromissum , etiam vt spõte dicere possit sententiam:vt. C. eo.l.pe. j.respon.&.§.altera. & ideo huiusmodi exceptio pacti taciti nõ datur etiam si sententiam dixerit. Nec ob.supra eo.litigatores §.interdum.quia ibi super alio fiebat pactum,& super alio compromissum.hic autem de eodem intelligitur tacitum pactum . & quod hic dicit, non sufficit habere except. scilicet vnam posito hoc quòd detur exceptio hoc casu: quod non est verum secundum eum quòd detur exceptio : sed secundum Azo. puto M. melius dixisse.Accursius.

Speciẽ aliquam habet hæc ratio,tamẽsi impropriè. j. in hac verba, sed id &c.

ollam.

aliàs l.dicere.

t *Recepisse.*exponit nunc verbum,receperit,quod est supra eo. l.iij.§.ait prætor.
u *Iudicis.* vt supra eo.l.j.Accursius.
x *Pollicetur.* vt infra eo.qualem.§.dicere*.
y *Quòd si.* pro sed.
z *Experiretur.* id est probaret.
a *Recepisse.*sed magis arbitratum:& de tali dicitur infra de noui ope.nun.l.j.§.& post. & in auth. vt dif.iu.§.si vero. col.ix.& secundum hoc poterit iudicare,& auferre de iure vnius, & dare alteri. Vel potest intelligi hæc litera, quòd tantum volebat videre an per voluntatem posset eos concordare. Sed an cogi possit?Respon.vt.C.de contrahen.emp.l.fi.
b *Non cogeretur.*vt feriatis diebus,qui enumerantur. C. de feriis.l.omnes.
c *Nisi dies.*hic excipit de tempore messium:& sic non excipit à toto.sic.j.si quis cau.l.si quis seruum.
d *Exitura.*no.compelli iudicare propter timorem temporis: sic & reus debet subire iudicium: vt supra de procura. sed etiã. &.j.de iudi.sed & si.§.sed & si dies.
e *Proferri possit.*non potest autẽ proferri quando non fuit actũ vt possit proferri:vt.j.eo.nõ distinguemus.§.fi.sed tunc q̃ non

eſt actum: ſi ambæ partes volunt proferre, debet arbiter cõſentire in ſe denuo compromitti, vel ſtatim iudicare: vt infra eod. arbiter. j. §. fin. in fin.

a *Ad ſententiam.* quod eſt quando dies eſt exitura: vt prædixit.

b *Nondum liquere.* ſed nõne ibi ſemper liquet nã aut probatum eſt ab actore plene: & tunc vincit. aut non: & tũc abſoluitur reus: vt inſtit. de interdic. §. re-

Vide Coſtiũ lib. 14. cap. 2. & Aſcon. in dimnat.

tinendæ verſic. cõmodũ Rñ. immo ſi actor non probauit, nõ eſt liquidũ ei de cauſa. i. qz ſit dominus rei: licet ſit liquidum quid debeat pronuntiare. Nã ideo qa ſibi nõ liquet, pronuntiat pro reo: vt in prædicto. §. dicit. Præterea poteſt eſſe qꝫ bene probauit, & tamen non liqueat, quia atteſtationes nondum vidit. & facit infra de re iudi. Pomponius.

c *Spatium.* vt denuo cõpromittant in eũ cũ non fuerit actũ de die proferenda: vt infra. e. §. arbiter. j. in fi. Sed cõtra. j. e. ſi cum dies. j rñ. Sed ibi nõ petebat arbiter ſe excuſari propter aliquã ſuã neceſſitatem: immo iure cõmuni dicebat ſe liberatum, finito tempore in quo cõpromiſerunt in eum partes: vbi non cogitur vt patiatur in ſe denuo compromitti.

d *Sed ſi. Statuere.* ad diſputandũ & definiendũ. ſic ſupra qui ſatisda. cogan. l. de die.

e *Præmiſerit.* ſcilicet ſtatuere diem ad definiendum, cum partes conſentiant.

f *Dicere.* ſi liqueat, & aliud non impediat. Io. vt quia ſit dies feriatus: vt ſupra. l. proxi. §. fin. Alij dicunt etiam vltra triennium.

g *Ict. Infamatus.* ſ. de facto. & plene dices. j. eo. item ſi. §. j.

h *Capitales.* duobus modis: ſiue quia mortem ſibi minantur: ſiue de crimine capitali ſe accuſant: vt in authen. de teſti. §. ſi vero aliter odioſus. coll. vij. & ſemper, ſiue cum vno ex litigatoribus, ſiue cum vtroque.

i *Actus.* vt infra eod. l. cum lege.

k *Poſtea.* quæ enim poſtea emergũt, auxilio indigẽt: vt. j. de inter. ac. de ætate. §. ex cauſa. &. j. de ven. inſpi. l. j. in prin. &. j. vt in poſſeſ. leg. l. plane. Quid ſi ante? Rñ. nõ excuſatur: vt ex dictis. ll. colligi poteſt: &. j. de vac. mu. l. pe. § fi. Itẽ facit ad hãc. l. ſ. de ꝓcu. l. hĩ. §. fi. & l. ſeq. & l. ante litẽ. cũ ſequẽ. Itẽ no. ex prin. huius l. & ex his quæ hic ſunt, qꝫ vbi lex nõ diſtinguit, nos tamẽ diſtinguimus: vt. j. de teſti. l. quæſitũ. arg. cõtra. j de Publici. l. de pretio. &. ä. de offi. præſi. l. ij. *ADDITIO.* Tu dic qꝫ vbi lex nõ diſtinguit, nec illa, nec alia, nec ratio legit: nec nos diſtinguere debemus: ſecus ſi per aliã legẽ vel ratiõ. ẽ diſtingueretur. ſcribentes in. l. de pretio. hic allega. & vide Ia. in. l. quãuis. ä. de in ius vocã.

l *Remittat.* ſ. in totũ. & ſic corrigit p. l. j. ꝓ. ii. ibi, ſed i cauſa &c.

m ET *ſi qua. Cauſa cognita.* Hoc verſatur in cauſæ cognitione, vt ſi ægritudo, vel ſimilis excuſatio cito finiatur, proferatur dies: aliã non: vt. j. de iudi. ſi longius. j. reſpon. Accurſius.

Arbiter. ſ. *ASVS.* Duo in me cõpromiſerunt: nõ potui arbitrio vacare propter negotium meum publicũ vel priuatũ: quia neceſſe habui militare, vel cauſare. Dicit qꝫ ſi diẽ nõ poſſum ꝓlongare, qꝫ excuſari debeo. aliter enim ſi prorogari poteſt dies, cogẽdus ſum: nõ autẽ excuſandus diẽ prorogare: qđ ſine diſtinctione, & ſine omni excuſatione facere debeo. nullũ enim damnum inde cõſequor. Sed pone. Dies compromiſſi eſt exacta: nec ſuit actũ in cõpromiſſo de diẽ proferẽda: vnde volunt partes vt ſtatim debeã ferre ſententiã: nunquid potero me excuſare à prolatione ſentẽtiæ per hoc quòd negotiis propriis diſtineor? Certe non: niſi paratus ſit ille arbiter pati iterũ compromitti in ſe.

n *Publicum.* vt quia accuſatur, vel accuſat aliquem de publico crimine: vt. j. de cuſto. reo. l. ij. §. fi. Sed arg. cõtra. ä. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. illud ſciendum.

o *Aut priuatum.* vt qa conuenitur de aliquo crimine priuato, vt furto, vel ſimili: vel etiam in cauſa ciuili dum diſtringitur in alio auditorio: vt infra de re iudi. contra pupillum. §. fi. Item ſi quocunque iuſto modo ſuis negotiis impediatur: vt ſupra eo. l. proxi. in fi.

p *Non poteſt.* vt quia nõ eſt cautum de proferẽdo: vt infra eo. non diſtinguemus. §. fi.

q *Quòd ſi poteſt.* ſcilicet differre: quia hoc conuenit ab initio.

r *Proferre.* ſ. diem.

ſ *Ipſius.* prætoris, ſecundum primum caſum: ſed ſecundum ſecundum, ipſius arbitri.

t *Futurum eſt.* q. d. cogetur differre ſiue proferre. Et dic diſtrictione, ſcilicet prætoris. q. d. ſi eſt bonus homo arbiter, nõ expectat iuſſum prætoris. & ſic plane. Vel dic diſtrictiõe id eſt damno vel incõmodo. & ſic no. qꝫ facilè debeo ſuſtinere, qđ mihi non nocet, & alij prodeſt: vt. j. de cui. l. in creditore.

u *Si tamen.* redit ad primum.

x *Impetret.* ſ. arbiter, ſententiã. ſ. ea ratione, quia iudiciũ habet. nam hæc erat ratio quare excuſare volebat, quàm ſi &c.

y *Compromitti.* q. d. compellitur pati denuo in ſe compromitti, vel ſtatim iudicet. Nec ob. j. eo. l. ſi cũ. in prin. quia excuſabat ſe ibi tantum iure communi, non propter ſuum factum: & ideo ibi non cogitur: hic autem propter ſuum factum.

z *Hæc.* ſ. dicẽda ſunt, vt patiatur denuo in ſe cõpromitti, ſi dies &c. & quãdo non fuit factum d: die proroganda: vt. ä. eo. §. Ac.

ITem.] ſ. *ASVS.* Si vnus litigator bonis ceſſit, vel litigatores ad aliũ iuerũt, & ad iſtũ poſtea reuertãtur: nõ cogit arbiter. l. is caſibus ſentẽtiã dicere. Itẽ ſi plures ſunt arbitri, nullus ſolus cogitur dicere ſententiã: ſed omnes ſimul cogi debẽt. Item in illo caſu qui ponitur in. §. iſto, nõ valet cõpromiſſum: ſed ſi alternatiue cõpromittitur, valet cõpromiſſum. [*SI IN DVOS.*] l. e §. facit differẽtiã quando cõpromiſſum fuit inter duos: & ſi diſſentirent, eligerent tertiũ: vtrũ nominauimus illũ tertiũ, necne. ſi nõ nominauimus: nõ valet cõpromiſſum. ſi nominauimus: valet cõpromiſſum. [*PRINCIPALITER.*] An in duos poſſit cõpromitti, quæritur. Et reſpõ. quòd ſic: & valet compromiſſum. & hoc dicit in fi. Videbatur qꝫ nõ, qa de facili poſſunt diſſentire: ſed in impari numero compromittitur: nõ quia ſit facile omnes cõſentire: ſed quia ſi diſſentiãt, inuenitur maior pars cui ſtet. in duos tamẽ cõſueuit cõpromitti: & ſi diſſentiãt, cõſueuit eligi tertius à duob⁹, poteſtate cogẽte, cuius auctoritati pareãt.

a *Cedat.* quod forte ei non licet, niſi debitum confiteatur corã arbitro: vt arg. infra de ceſſ. bo. l. pen.

b *Conuenire.* de his quæ ante habuit: vt. j. de ceſſ. bo. l. is qui. ſecꝰ pro poſtea quæſitis: ſi tamẽ aliquod idoneum habeat emolumẽtum: vt inſtit. de act. § fi &. j. de ceſſ. bo. l. qui bonis.

c *Si multo.* ſ. poſt quinquẽniũ: vt inſti. de litera. ob §. multũ ſecundum

I Item ſi vnus ex litigatoribus bonis ſuis cedat [a], Iulianus libro quarto Digeſtorum ſcribit non eſſe cogendum arbitrum ſententiam dicere: cum neque agere neque conueniri [b] poſsit.

Si multo [c] poſt reuertãtur ad arbitrium litigatores: non eſſe cogendum ſententiam dicere Labeo ſcribit.

Non poteſt vnus arbiter ſine alio ſententiam ferre. Bartolus.

Item ſi plures ſunt qui arbi-

Vide Coſtiũ lib. 14. cap. 2. & Aſcon. in dimnat.

SEd ſi cõpromiſſum ſine die conſectum eſt, neceſſe eſt arbitro omnimodo dies ſtatuere [d] partibus ſcilicet conſentientibus: & ita cauſam diſceptari. quòd ſi hoc prætermiſerit [e], omni tempore cogendus eſt ſententiam dicere [f].

XV. VLPIANVS libro tertiodecimo ad Edictum.

LIcet autem prætor deſtrictè edicat ſententiam ſe arbitrum dicere coacturum, attamẽ interdum rationem eius habere debet, & excuſationem recipere cauſa cognita: vt puta ſi fuerit infamatus [g] à litigatoribus: aut ſi inimicitiæ capitales [h] inter eũ & litigatores aut alterum ex litigatoribus interceſſerint: aut ſi ætas [i], aut valetudo quę poſtea [k] contigit, id ei munus remittat [l]: aut occupatio negotiorum propriorum, vel profectio vrgues, aut munus aliquod reipublicæ. Et id Labeo.

XVI. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum.

ET ſi qua alia incommoditas ei poſt arbiteriũ ſuſce-

ptum incidat. Sed in cauſa valetudinis ſimilibuſve cauſa cognita [m] differre cogitur. Arbiter iudicij ſui nomine, quod publicum [n] aut priuatum [o] habet, excuſatus eſſe debet à compromiſſo, vtique ſi dies compromiſſi proferri non poteſt [p]. Quod ſi poteſt [q], quare non cogat eum cum poteſt proferre [r]? quod ſine vlla diſtrictione ipſius [ſ] interdum futurum eſt. [t] Si tamen [u] vterque velit eum ſententiam dicere: an quamuis cautum non ſit de die proferenda, non aliàs impetret [x], quia iudiciũ habeat, ne cogatur, quàm ſi conſentiat denuo in ſe compromitti [y]? hæc [z] ſcilicet ſi dies exitura eſt.

XVII. VLPIANVS libro tertio decimo ad Edictum.

ITem ſi vnus ex litigatoribus bonis ſuis cedat [a], Iulianus libro quarto Digeſtorum ſcribit non eſſe cogendum arbitrum ſententiam dicere: cum neque agere neque conueniri [b] poſsit.

Si multo [c] poſt reuertãtur ad arbitrium litigatores: non eſſe cogendum ſententiam dicere Labeo ſcribit.

Non poteſt vnus arbiter ſine alio ſententiam ferre. Bartolus.

Item ſi plures ſunt qui arbi-

ne cogatur. ſ. ad dandam ſententiã. ſ. ea ratione, quia iudiciũ habet. nam hæc erat ratio quare excuſare volebat, quàm ſi &c.

y *Compromitti.* q. d. compellitur pati denuo in ſe compromitti, vel ſtatim iudicet. Nec ob. j. eo. l. ſi cũ. in prin. quia excuſabat ſe ibi tantum iure communi, non propter ſuum factum: & ideo ibi non cogitur: hic autem propter ſuum factum.

z *Hæc.* ſ. dicẽda ſunt, vt patiatur denuo in ſe cõpromitti, ſi dies &c. & quãdo non fuit factum d: die proroganda: vt. ä. eo. §. Ac.

ITem.] ſ. *ASVS.* Si vnus litigator bonis ceſſit, vel litigatores ad aliũ iuerũt, & ad iſtũ poſtea reuertãtur: nõ cogit arbiter. l. is caſibus ſentẽtiã dicere. Itẽ ſi plures ſunt arbitri, nullus ſolus cogitur dicere ſententiã: ſed omnes ſimul cogi debẽt. Item in illo caſu qui ponitur in. §. iſto, nõ valet cõpromiſſum: ſed ſi alternatiue cõpromittitur, valet cõpromiſſum. [*SI IN DVOS.*] l. e §. facit differẽtiã quando cõpromiſſum fuit inter duos: & ſi diſſentirent, eligerent tertiũ: vtrũ nominauimus illũ tertiũ, necne. ſi nõ nominauimus: nõ valet cõpromiſſum. ſi nominauimus: valet cõpromiſſum. [*PRINCIPALITER.*] An in duos poſſit cõpromitti, quæritur. Et reſpõ. quòd ſic: & valet compromiſſum. & hoc dicit in fi. Videbatur qꝫ nõ, qa de facili poſſunt diſſentire: ſed in impari numero compromittitur: nõ quia ſit facile omnes cõſentire: ſed quia ſi diſſentiãt, inuenitur maior pars cui ſtet. in duos tamẽ cõſueuit cõpromitti: & ſi diſſentiãt, cõſueuit eligi tertius à duob⁹, poteſtate cogẽte, cuius auctoritati pareãt.

a *Cedat.* quod forte ei non licet, niſi debitum confiteatur corã arbitro: vt arg. infra de ceſſ. bo. l. pen.

b *Conuenire.* de his quæ ante habuit: vt. j. de ceſſ. bo. l. is qui. ſecꝰ pro poſtea quæſitis: ſi tamẽ aliquod idoneum habeat emolumẽtum: vt inſtit. de act. § fi &. j. de ceſſ. bo. l. qui bonis.

c *Si multo.* ſ. poſt quinquẽniũ: vt inſti. de litera. ob §. multũ ſecundum

eundum quoſdam. Alij dicunt poſt triennium: quia tanto tẽpore finitur iudicium & arbitrium: vt. C. de iud. properandũ. j. rñ. Vel ſi dies fuerit ſtatuta in cõpromiſſo, venit poſt diẽ. Sed Ioã. dicit multum eſſe tempus ad arbitriũ iudicis.* Et diſtingue hic, quia aut ſpreuerunt arbitrum litigatores, & ad alium iucrũt: aut ſpreuerunt tãtum: aut ad aliũ iuerunt tantũ: aut neutrũ fecerunt. Si ſpreuerunt, & ad aliũ iuerũt: nunquã poſtea admittuntur: vt. ĩ. eod. litigatores. j. reſpon. Si ſpreuerunt tantum: aut cauſa cognita, quia neſciebat ordinare cauſam: & tũc quãdocunq; veniãt admittũtur. aut ſine cauſæ cognitione: & tũc mox admittũtur: poſt non: vt. ĩ. eod. ſed & ſi in ſeruũ. §. ſi quis. verſi. Iulianus. & hic. & quod ſit breue vel multum tempus, arbitrio iudicis ponitur: vt infra de ſol. l. ratum. Si ad alium iuerunt tantum, vel nihil fecerunt intra triennĩ: admittuntur à die conte. lit. corã iſto arbitro: poſt non, niſi intra triennĩ lis ſub alio ſit conteſt. quem adiuerunt. tunc enim nec intra triẽniũ audiuntur: vtpote cõpromiſſo ſoluto: vt infra eo. ſi quis rem. & l. non diſtinguemus. §. compromiſſo.

* *Hæc opinio Ioan. eſt vera: quia poteſt perpetuò adiri iudex & arbitrer ſi non eſt captum iudicium: vt ſupra eod. ſed & ſi cõpromiſſum. ſecundum Bald.*

a *Nemo vnus.* id eſt nullus ſolus.

b *Sed aut omnes.* quid ſi omnes præſentes ſũt, & maior pars concors ſit: altera vero non cõcordat: nunquid ſola maior dicere cogitur ſententiam: & ſic tertius nõ cogitur ſentẽtiam ſuam ferre? Forte hoc dici poteſt: vt. ĩ. e. l. §. principaliter. ibi, in impari &c. & etiam. l. prox. ibi, ſufficere quidem duorum cõſenſum, ſi præſens fuerit & tertius. nec enim dicit quòd debeat tertius ſuã ſententiã ferre, ſed ſufficere duorũ ſententiã. Sed ſecus in duobus iudicibus adinuicem diſcordantibus: nam quilibet debet ferre ſententiã: vt in authẽ. vt iudi. nõ expe. ſa. iuſ. col. ix. & etiã in qua plures cõcordauerunt, ſtabitur: vt. j. de re iudi. duo ex tribus. in iudicio videtur ſecus: vt in auth. vt iu. nõ expe. ſa. iuſ. Itẽ ex eo q̃ dicit omnes, videtur q̃ ſi vnus moriat, finitũ ſit cõpromiſſum: vt ar. ĩ. pro ſoc. l. actione. §. morte. Sed certe lex dicit aliũ ſubſtitui. ĩ. de iudi. l. proponebatur. & l. mortuo. & C. de iud. properandũ. §. finauté vtraq; verſũ. finauté in medio triẽnij. & de ped. iud. l. pe. ſecundũ H. vel dic q̃ iſtæ in iudice loquũt: ſec' in arbitro: vt dices. ĩ. eo. ſed & ĩterpellat. §. fi. & facit. ĩ. eo. non diſtinguemus. §. cum in plures.

Bal. dicit hic tex. ſing. ad hoc, nisi ſi duo arbitri electi diſcordent, eligãt tertium, qui lites ſententia definiendo dicere. & de quæ dixi. vel.

c *Diſceptatori.* id eſt cauſidico cuidam.

d *Sententiæ.* ſ. dicẽdæ. idem in inſtitutione, quæ non poteſt in alieno arbitrio pendere: vt. ĩ. de her. inſtitu. l. illa. ſed contra. eſt huic. §. ĩ. proxi. §. ſi in duos. ij. reſpon. Sol. vt ibi.

e *Seij fieri.* ſcilicet deciſionem lit. & dic caſum ſic: Compromiſimus in Titium, aut Seium, cõſentientibus eis: & poſt eligimus vnũ. Vel ſic, compromittimus, & nõ conſentitur tunc: ſed poſtea. aliàs ſi non conſentiatur, non cogitur: vt. ĩ. e. l. iij. §. tameſi.

f *Non valere.* imò videtur quòd valeat: vt. j. e. l. §. principaliter. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

g *Ita ſit.* ſcilicet compromiſſum.

h *Valet.* diſtinguitur ergo an fuerit certus adiectus iſte, vel nõ: A vt. ĩ. loca. ſi merces. j. rñ. & inſti. de leg. §. tutor. Sed videtur quòd quando eſt certus, quòd non valet, quaſi nõ ſit in poteſtate duorũ: vt. ĩ. e. l. idẽ Põpo. j. reſpõ. quæ eſt cõtra. Sol. ſecundũ. R. iſte corrigit illum. Vel dic quòd in hoc caſu non adimitur facultas duobus ſententiæ dicendæ: ibi ſic.

trium receperunt, nemo [a] vnus cogendus erit ſententiã dicere: ſed aut omnes [b], aut nullus.

Si arbiter liberam poteſtatem ſententiãdi non habet, compromiſſum non valet: & ſi de pluribus nominatis alter eligitur, ille ſententiam cogitur dicere. Bar.

Inde Põponius libro trigẽſimotertio quęrit: ſi ita ſit cõpromiſſum, vt quod Titio diſceptatori [c] placet, id Seij pronuntiet: quis ſit cogẽdus. & puto tale arbitriũ non valere, in quo libera facultas arbitri ſentẽtiæ [d] non eſt futura. Sed ſi ita ſit cõpromiſſum, arbitratu Titij aut Seij fieri [e]: Põponius ſcribit, & nos putam [f], compromiſſum valere. ſed is erit cogendus ſentẽtiam dicere, in quem litigatores conſenſerint.

Si duobus datur poteſtas eligendi tertiũ: ſi non conſenſerint, compromiſſum non valet. h. d. vel ſic: Si duobus arbitris poteſtas aſſumẽdi tertiũ incertũ tribuatur, nõ valet compromiſſum: ſecus ſi certum. Bartolus.

Si in duos fuerit ſic compromiſſum, vt ſi diſſentirent, tertium adſumant: puto tale compromiſſum non valere [f]. Nam in adſumendo poſſunt diſſentire. Sed ſi ita ſit, [g] vt eis tertius adſumeretur Sempronius, valet [h] compromiſſum: quoniam in adſumendo diſſentire non poſſunt.

Si in duos cõpromittatur ſimpliciter, valet cõpromiſſum: & ſi diſſenſerint, cogantur eligere tertiũ, cui' auctoritati parebit. Bar.

Principaliter tamen quæramus, ſi in duos arbitros ſit compromiſſum, an cogere eos prætor debeat ſentẽtiã dicere: quia res ferè ſine exitu futura eſt, ꝓpter naturalẽ hominum ad diſſentiendum facilitatem [i]. In impari enim numero idcirco cõpromiſſum admittitur, nõ quoniã conſentire omnes facile eſt: ſed quia & ſi diſſentiant [k], inuenitur pars maior cuius arbitrio ſtabitur. Sed vſitatum eſt etiã B in duos compromitti, & debet prætor cogere arbitros, ſi non conſentiant, tertiam* certam eligere perſonam, cuius auctoritati [l] pareatur [m].

Duo poſſunt iudicare contradicente tertio, vel tacente: ſecus eo abſente. Idẽ in duobus iudicibus, contradicente tertio: dum tamen omnes iudicent. Bartolus.

Celſus quoque libro tertio Digeſtorum ſcribit: Si in tres fuerit cõpromiſſum, ſufficere quidem duorum cõſenſum, ſi præſens fuerit & tertius [n]: alioquin abſente eo licet duo conſentiant, arbitrium non valere [o]: quia in plures fuit compromiſſum, & potuit præſentia [p] eius trahere eos in eius ſententiam: C

XVIII. POMPONIVS libro ſeptimodecimo Epiſtularum & Variarum lectionum.

SIcuti tribus iudicibus datis, quod duo ex conſenſu [q] abſente tertio iudicauerunt, nihil valet: quia id demũ quod maior pars omniũ iudicauit, ratum eſt, cũ & omnes [r] iudicaſſe palã eſt.

i *Facilitatẽ.* faciles eñ ſunt hoies in diſſentiẽdo: vt hic, &. ĩ. de lib. vniuer. l. j. &. ĩ. de adqui. poſ. l. j. in fi. & l. ij.

k *Diſſentiant.* in iudicando.

l *Auctoritati.* an ſoli' ſi ab vtroq; diſcordet? videtur q̃ ſic, vt hic, cuius auctoritati &c. ſed nõ credo: cum & à prin. ſi fuiſſet electus cũ aliis duobus, nõ ſtaretur eius dicto. Nec ob. quod dicit hic, cui' auctoritati pareat &c. q̃a poteſt itelligi quãdu cõcordat cũ altero ex duobus. Vel potes dicere q̃ eius dicto ſit ſtãdum: licet diſcordet ab aliis duobus: & hoc per hanc. l. Pareatur. & ſic valet arbitriũ. ſed cõtra. ſ. e. §. ſi ĩ duos. j. rñ. Sol. ſecũdũ Alb. ibi nõ fuit cõſenſum de certa perſona: hic ſic: quod non placet. Alij quòd ibi initiũ arbitrij & fundamẽtũ potuit eſſe nullũ propter diſſenſum: at hic fundamentũ eſt validũ: & ideo bene de fine perpẽditur. ar. ĩ. de orig. iur. l. j. & ſic ſecũdum hoc expreſſa ibi nocẽt, nõ expreſſa nõ: vt hic, &. ĩ. de reg. iu. l. expreſſa. Tu dic ſecũdũ Bul. q̃ ibi nõ valet ex ſe, niſi cõſentiant in tertio eligẽdo: valet tñ beneficio prætoris, vt hic. Itẽ hic de adiunctione tertij nõ habet locũ in pluribus delegatis: vt. ĩ. de re iud. l. duo iudices. &. C. de app. iubemus ſiqua. ſed ar. cõtra. C. e. tit. de app. l. in offerẽdis. Itẽ an hic tertius cogatur recipere & iudicare? Rñ. q̃ ſic: vt. C. de aduoc. di. iud. l. ſancimus. j.

Quia auctoritate prætoris tertia certa perſona adhibetur, valet compromiſſum, nec poteſt incertum dici alter atque ſi eligẽda relinqueretur duobus in quibus ſunt compromiſſum, quia nix in ea eligẽda cõſentire poſſunt. L. R.

Abſentia quandoque plus facit quam præſentia.

Si in tres.] C A S V S. Cõpromiſim' in tres arbitros. ſufficit ſi D duo cõſentiãt. ſi tertius autẽ ſit præſens, valebit ſentẽtia hoc caſu: ſi tertius abſens eſſet, nõ valet ſentẽtia: nam eadẽ diſtinctio in tribus iudicibus delegatis obſeruatur. h. d. cum. l. ſeq.

m *Et tertius.* ſiue ſuã ſentẽtiã ferat: ſiue nõ. nã nõ exprimit hic.

n *Non valere.* niſi hoc actũ eſt vt vnus alio abſente ferat ſentẽtiã: vt. ĩ. e. l. non diſtinguemus. §. cũ in plures. Et ſic no. hic quòd pl' facit abſentia, quã præſentia cũ cõtradictiõe. ſic. ĩ. ſo. ma. l. ij. &. l. ſi cũ dotẽ. §. ſi pater. &. ĩ. mã. ſi præcedente. §. Lucius. &. ĩ. de mino. l. etiã. j. §. fi. &. ĩ. de re iu. duo ex trib'. &. ĩ. l. prox. & hic. Et ſunt omes iſti caſus ſpeciales. aliàs autẽ qd poteſt fieri te inuito, multo magis te abſente, vel ignoratẽ: vt. ĩ. de iniuriis ſed ſi vni'. §. filiofa. &. ĩ. de reg. iur. quod poteſt. &. C. de decu. l. nominationum. lib. x. &. ĩ. de pac. do. l. quotiens. quæ ſunt ar. contra.

p *Præſentia.* id eſt ſi præſens fuiſſet.

q *Sicuti. Ex conſenſu.* ſcilicet duorum. Sed quid tertio conſentiente qui abeſt? Reſpon. idem: vt in fi. huius legis.

r *Omnes.* nam omnes iudicare debẽt: vt hic, &. ĩ. e. l. item. §. item ſi plures. & in authen. vt iu. nõ expe. ſa. iuſ. §. j. col. ix. Et ſimul: vt ĩ. eo. nõ diſtinguemus. §. cum in plures. &. ĩ. de teſta. l. heredes. §. fi. niſi iuret: vt. ĩ. e. l. idẽ Põpo. in fi. Vel puto etiã q̃ ſi vn' ferat ſentẽtiã pſentibus aliis, ſatis ſit. Et no. hic q̃ cũ aliquid eſt à pluribus

ribus faciendũ, omnes facere debẽt: nec ſufficit vnum alteri cõmittere animi ſui motum: vt.ſ.c. Pedius. in fi. ſed arg. contra. C. ſi ex pluribus tut. in cub. &.j. de admi. tut. decreto. §. fin. &.j. de exer. l.j. §. ſi plures. cæterę cauſæ poterũt ferri aliquo abſente: vt C. de auct. præſtan. l. fi. ſecundũ Io. Ité dic vt.ſ. eo. item ſi vnus. §. item ſi plures. Acc.

Prætor coget arbitrum vt ſententiet: non autem quid iudicet. Item ſi quis aſſumatur ad iudicandum certum, non valet iſtud cõpromiſſum. Bartolus.

XIX. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum.

QVALE*] CASVS. Prętor debet cogere arbitrũ ſententiã dicere: nõ tamen æquã vel iniquã. vnde ſi partes cõpromittant in arbitrum: niſi condẽnet vel abſoluat, nullũ eſt cõpromiſſum: nec valet. Vnde ſi quæſtio eſt de domo corã arbitro: de tota debet ſententiã dicere: non autẽ debet eam fato dare, ſed animum definiẽdi in danda ſentẽtia habere debet. [SED SI.] Quòd ſi de plurib' reb' ſumptus eſt arbiter, nõ valet ſententia in his quę dicit, cũ de quibuſdã tulit ſententiam, & de quibuſdam nõ. & hanc quæſtionem non bene ſoluit hic: ſed ſoluit.j. eo. l. quid tamen. quia aut cõpromiſimus vt ſimul de omnibus iudicet: quo caſu nihil videtur iudicaſſe, nec valet ſentẽtia: & ideo iterum iudicabit: & ſentẽtiam illam mutare poteſt. aut vt ſeparatim: & tũc ſententia valet: & de remanẽtibus tãtum in communi iudicabit. Item quęritur in l. dicere. an arbiter poſſit mutare: vt ſi poſt iubeat reſtitui, demũ prohibeat: cui præcepto ſtabitur? Et reſpõ. mutare poteſt, ſecũdum Sabi. ſic enim videtur Sab. intellexiſſe: ſed Caſſius diſcipulus intellexit de interlocutoriis: vt eã interlocutoriam mutare poſſit: ſed nõ definitiuam, quia definitiuam mutare non poteſt: quia arbiter ſententiam erroneam corrigere nõ poteſt. Ex prædictis ergo collige. ſ. tale notabile, quòd interlocutoria ſententia mutari poteſt: definitiua autem ſententia nõ poteſt mutari. [SI ARBITER.] Dicitur hic quòd ſi arbiter ita dixit, non video quòd aliquid vnus alteri debeat: rectè videtur abſoluere. & qui cõtra facit petendo iterum, facit contra ſententiam arbitri: & ſic incidit in pœnam: quia licet nõ appoſuerit abſolutionem, ſed dicit tantum Mæuio nihil deberi: valet ſentẽtia. Et arbiter poteſt ſtatuere diem ſolutionis faciendæ: & ſtandum eſt. [POMPONIVS.] Si ego & tu compromittimus in arbitrum, quia ãte. c. petebam: vel agebamus coram ordinario iudice, diuiſorio: ſi arbitri dicant tibi, redde quod debes: vel recipe pro ea parte pro qua ſoluiſti creditoribus: dicit quòd non valet talis ſententia. In fi. dicit quòd arbiter pronuntiare nõ poteſt pœnam non peti: & ſi facit, quia dixit, & ſi non paruit ſententiæ: dicit quòd non valet ſententia.

Exhac tractatuſẽpta eſt l. ſi opus. de op. no. nũc. vbi Vlpian. ſic differuerat de ſentẽtia verborum. Duar.

Bald. hic dicit hunc tex. non ita bene reperiri alibi ad hoc quòd arbiter poſſit mutare & reuocare ſuã ſententiã interlocutoriã prætextu erroris: ſed non definitiuã. Beleg.

a *Non pertinere.* vt cogat eum dicere æquam vel iniquam ſententiam: cogit tamen dicere: vt ſupra eo. l. iij. §. j.

b *Videtur.* ſecũdum legem: vt in auth. de iudi. §. omnis autem. col. vj. Non tamen dicas quòd ſententia nõ valeat, ſi legem non ſeruauit: ſi modo ſeruauit ordinẽ iuris: vt C. de ſen. & inter. om. iudi. l. prolatam.

c *Sententiam.* ſ. abſolutoriam, vel condemnatoriam.

d *Nullam.* imò videtur: vt infra de re iudi. ſi conuenerit. quæ eſt cõtra. ibi non conuenit qualiter iudicaret: ſed renũtiauit cuidam priuilegio, quam renuntiationem ſeruat poſt iudex in iudicando.

e *Mente.* no. in ſententia debere indicem habere animum definiendi: nõ autẽ debet fatue loquí: vt hic, &. C. ad. l. Cor. de fal. vbi. ibi, nec vlla &c. & infra de cõdi. & demon. l. j. in fi. & infra de ob. & act. l. obligationum ſubſtantia. in fin. &. C. de ſen. & inter. om. iu. l. ex ſtipulatione. & infra de ſupel. le. l. Labeo.

f *Ateſt.* no. quod dicit à tota. nam de tota controuerſia debet pronuntiare damnãdo vel abſoluendo: aliàs non valet ſentẽtia ipſo iure: vt hic, &.j. de do. excep. l. apud. §. item quærit. &. C. de appel. l. eos. circa prin. ibi, ſed omnem &c. & l. amplioré. §. ſancimus. ibi, ſi quid iudicatis &c. &.j. fami. erciſ. in hoc. &. C. de ordi. iu. l. j. &.j. de iud. de qua re. Et idẽ in pluribus cõtrouerſiis: vt.j. eo. quid tamẽ. & ſic exaudit illud. C. ſi aduer. rem iudi. l. j. Acc.

g *Cogãtur.* vt de aliis dicat ſententiã. Et no. q nõ ſoluitur hic quæſtio iſta ad plenũ, ſed j. eo. l. quid tamẽ. Item nec ſequẽt. i. an poſſit mutare: ſed ei ſimilis vbi de interlocutoria ponitur, & ſoluitur. j. eo. proxim. §. hæc autem ſimiliter ſoluetur in. d. l. quid tamen. *Vide tamen. in. c. in litem. extra de off. delega.*

h *Sententiam.* definitiuam. Accurſius.

i *Aliàs.* exemplũ proximi dicti.

k *Dari.* hæc eſt definitiua. Accurſius.

l *Poſſe.* ſcilicet mutare ſententiam.

m *Excuſat.* ideo quia videbat dixiſſe contra ius: vt.j. de re iu. l. qđ iuſſit. in fi. &.j. de pœnis. l. diui fratres. & de queſt. l. j. §. fi. Sed certe non videtur eum bene excuſare: quia Sabi. aperte de definitiua ſententia reſpõdit: qđ ex eo patet, quia de definitiua ſententia quærebat. ſic enim dixit: ſi arbiter iuſſit dari: quod nõ poteſt pertinere niſi ad definitionẽ cauſæ. Sed dic quòd Sabi. non reſpon. illi quæſtioni: quia nec ſibi facta fuit: ſed erat ſolitus dicere, q arbiter poſſet mutare ſententiam. hoc autem à quibuſdam inducebatur ad definitiuam, vt mutari poſſet: quod Caſſius negat: & ſic bene excuſat.

n *Iuſſit.* qui iuſſus eſt ſententiã interlocutoria: vt hic, &. C. de epiſ. & cle. l. omnes. §. j. &. ij. &.j. de pœ. l. diui fratres.

o *Diem.* vt hic, &.j. de re iudi. quod iuſſit. j. reſpon. Sed cõtra C. de dila. l. ſiue pars. Solu. illa ſecundũ iſtam intelligitur, vt ceſſet iudex, niſi ſententiã mutet: vt hic. vel ſol. vt ibi. *ADDITIO.* Ex hac glo. no. quòd dilatione pendente ceſſat tam officium iudicis, quàm arbitri: niſi dilatio reuocetur, vel muretur: vt in iſta glo. quia ſuper hoc non conquieſcit, ſecundum Bal.

p *Non poſſe.* hoc tamen plene dic vt.j. eo. tit. quid tamen.

q *Quia. Niſi errauerit.* Multo magis ergo ſi non errauit: vt.ſ. l. proxi. in fi. Sed quid ſi arbiter vel iudex propoſuerat cõdemnare: & errando abſoluit? vel econtra? Videtur q poſſit corrigere. nec enim videtur dixiſſe, quod mente non agitauerit: vt.j. de ſupel. le. l. Labeo. & de re. du. l. iij. Itẽ arbiter vel iudex cum mente facere debet: vt.ſ. eo. dicere. Sed certe hęc lex dicit contra. hęc tamen erronea ipſo iure non tenet, arg. prædictarũ legũ. Et vt plene habeas, dic q in acceſſoriis b poteſt addere, vel mutare, addendo eodem die: vt.j. de re ind. l. Paulus. Item reformare: vt in prin. illius. l. & in authen. vt li. ma. & auiæ. §. nos autẽ. col. viij. quo ad dicta tamen quandocunque: vt in eo. tit. de re iud. l. acta. ſed in re principali nõ: quia functus eſt &c. vt in ti. de re iud. qđ iuſſit. in fi. &. l. iudex. & hoc î iudice & arbitro, niſi per in integ. reſt. vt in minore: vt.ſ. de mino. præfecti. & in ſentẽtia lata p falſa inſtrumẽta, vel corruptos teſtes: vt.j. de re iud. diu'. & hoc î iudice: & hoc ſi tenuit ipſo iure: aliàs poteſt mutari vel corrigi: vt C. de accu. l. iiij. &. C. quomodo & quãdo iud. ſiue pponis. &.j. l. pri. Vel dic, cnõ põt delegat' vel arbiter: ſed ordinari' ſic. Nec obſtat.j. l. pri. qa nõ pfectẽ: hic ſic, licet errãdo.

b Iſtã gl. dicit ſingula. Aug. in. §. inſtitu. de act. ſ. s. col. circa prin.

c Et bene, Bal.

r *Quid tamẽ. Cimmerius.* Relinquitur ergo, vt ſi cõmunes erãt, vt quia depoſiti p equo agebã, reconueniebas me pro expenſis

penſis factis in eo: vt non teneat ſententia, niſi de omnibus iterum dicatur.

a *Mutare.* de quibuſdam dictam. & ſic ſoluitur quæſtio facta. ff. eo. dicere. §. vnde videndum. & quæ ibi præcedit, diſtinguitur hic ad plenum. Sed quare in ſuperiori. l. proxi. non poteſt mutare, cum & ibi non teneat ipſo iure? Reſpō. ibi eſt functus officio: hic non: vel ſi hic fuit functus, non tamē perfunctus. Itē an idē ſ iudice ordinario, qui de pluribus ſimul quæſtionib⁹ eſt aditus? Reſpon. non: quia licet arbiter nunquam debeat formam excedere compromiſſi litigatoribus inuitis, vt infra eo. non diſtinguemus. § fi. & l. ſeq. tamen iudicium redditur in inuitū: vt. j. de ver. oblig. inter ſtipulantem. §. ſi Stichū. Et ideo in quibuſdam lata ſententia tenet: licet de aliis nil dicat: vt ſupra de negot. geſt. ſin autem. §. fi. Vbi autem de aliis abſoluit, diſtingue vt. C. de iudi. l. ij.

† *Cum tex. in. c. per vna de reſti. in integ. & tex. in. c. ve quiſiti. extra de app.*

b *Dicat ſententiam.* id eſt fingitur non dixiſſe. Et ſic nor. quòd fingitur non factū, quod nō fit de iure, vt infra eo. Labeo.

c *Separatim.* ſ. cōpromiſſum eſt, vt ſeparatim poſſit pronuntiare. Sed quid ſi non apparet quid ſit actum? Quidam dicūt quòd præſumitur ſeparatim: vt arg. j. de leg. iij. ſi chorus. j. reſpō. & de cōdi. & demon. hęc ſcriptura. &. j. de verb. obliga. ſcire debemus. alij contra: vt hic innuit. *ADDITIO.* Pro declaratione huius glo. diſtingue ſecundum Ia. de Ra. Aut fuit factum compromiſſum de omnibus litibus inſimul: & tunc videtur actum vt ſimul feratur de omnibus ſimul. Si autē ſeparatim, primo de quibuſdam, poſtea de aliis: tūc diuerſis temporibus poterat pronuntiare ſententiam. & hoc videtur dicere tex. ſecundum Cy. & Bal.

d *Vetuiſſet.* ſcilicet expreſſe.

e *Feciſſe.* quia ſufficit hoc dixiſſe: vt. C. de leg. & conſtit. l. non dubium. cum fuerit æquipollens: vt. j. de re iudi. l. in ſumma.

f *Solutum ſtatuere.* imō cōtra: vt. j. l. proxi. §. ſi intra. Sol. vt ibi.

g *Incertam.* niſi in aliqua parte actorū ſit certa: ª vt. j. de re iud. in ſumma. &. C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti. l. iij. in fi. In caſu tamen datur incerta: vt quādo homo in genere petitur, vel duo ſub alternatione: quia non ibi eſt poſsibile vt certa detur: vt inſti. de actio. §. curare.

ª *Quid ha bet verum quādo ſen tentia eſt re lata ad ar bitrium, an quæ declaranda per eum. Bal.*

h *Accipe.* vt quia aliquid indebitè ſoluiſti: & aliquid debitum.

i *Nō valere.* quia dixit arbiter pœnā nō petit: in aliis aūt tenet.

k *Compromiſſum eſt.* ſcilicet in eum. ſed de alio ſic: vt. j. eod. non diſtinguemus. §. de officio. &. §. fi. Accurſius.

[*Si cum.*] *CASVS.* Ego & tu cōpromiſimus in Titium, vt iudicaret vſque ad menſem. menſis eſt finitus. nunquid ſi volumus iterum in eum compromittere, ſit cogendus recipere? Et diſtingue: aut non ſtetit per eum: quo caſu non cogitur. aut ſtetit per eum, & tūc cogitur. [*PLENVM.*] Compromiſſum aliud plenum, aliud ſemiplenū. Plenum eſt, quando de omnibus controuerſiis eſt cōpromiſſum. Semiplenum eſt, quando de vna re tantum. Vnde dicit q̄ generalia verba reſtringuntur tantum ad id de quo cogitabamus: non autem in aliis præiudicat licet in cōpromiſſo de vna re tantum dictum ſit, & generalia verba interuenerūt. [*COMPROMISSO.*] Si arbiter iubeat partes adeſſe in popina, vel i lupanari, nō tenent ei obedire litigatores: vnde nō cōmittit pœna, licet nō pareāt. & hoc dicit iſte. §. & alius. j. eo. ſed & ſi in aliquē. [*SI INTRA.*] C Cōpromiſimus in arbitrū, ita vt iudicet vſq; ad mēſem. adiuimus arbitrū: ipſe autē iuſsit q̄ nos iremus poſt mēſem. licet nō eamus, pœna non cōmittit. [*SI QVIS.*] Dicit hic q̄ ſi vnus litigatorū nō venit iuſta cauſa impeditus, incidit in pœnā de rigore iuris: ſed de æquitate, ſi velit iterū cōpromittere, exceptione defendetur. hęc vera ſunt, ſi arbiter ſuſcipiat arbitriū: aliter nō cogit: reus tamē abſoluetur. [*SI ARBITER.*] Aut actū eſt vbi arbiter iudicare debeat: & ibi iudicare debet: & aliter nō tenētur partes eū ſequi, aut nō: & ſic

Pomponius ait, inutiliter arbitrū incertam ª ſententiam dicere: vtputa quantum ei debes redde. diuiſioni veſtræ ſtari placet. pro ea parte quam creditoribus tuis ſoluiſti, accipe. ᵇ

Arbiter nō poteſt pronuntiare ſuper pœna. Bartolus.

Item [ſi] arbiter pœnā ex cōpromiſſo peti vetuerit: in libro trigenſimo tertio apud Pomponium ſcriptum habeo non valere. ⁱ & habet rationem: quia non de pœna cōpromiſsū eſt. ᵏ

Si per arbitrium ſtet quo minus detur ſententia: cogitur pati de nouo in ſe compromitti. Bartolus.

Papinianus libro tertio quæſtionum ait, ſi cum dies compromiſsi finiretur, ˡ prolato die litigatores denuo in eum compromiſerint, ᵐ nec ſecūdi compromiſsi arbitrium receperit: non eſſe cogendum recipere ſi ipſe in mora nō fuit quò minus partibus ſuis ſungeretur. quòd ſi per eum ⁿ factum eſt: æquiſ-

ſi nō apparet in quo loco: tūc vbi cōpromiſſum eſt, iudicabit. Itē ſi arbiter iubeat partes adeſſe in viridariis ciuitatis, quia deliciosus erat arbiter, parēdū eſt ei. ſed ſi in inhoneſto loco, ſecus: vnde qui nō venit, in pœnā non incidit. Itē debet ęqualitas in iudiciis & arbitriis obſeruari. [*INTRA.*] Bene ſcis q̄ qui nō paret ſententię arbitri, ad pœnā tenetur: argum. ff. eod. l. §. j. Vnde pone, Ego & tu cōpromiſimus. tu mihi cōdēnatus fuiſti. vnde cū qui condēnatus eſt, habeat dilationē: dicitur qualē dilationē habeas. & aut arbiter nō ſtatuit diē: & tūc habes ſpatiū quatuor mēſiū, intra quos ſoluas: poſt q̄ teneberis ad pœnā. poteris tamē offerēdo morā purgare, donec in actione ex ſtipulatu lis fuerit cōteſtata, niſi iterfuit actoris intra illud tempus ſolui. Sed ſi ſtatuit arbiter diem intra quē ſoluas: die ſtatuto elapſo incidis in pœnā ſi nō offeras illo tempore: & non potes tuā moram purgare. & licet poſtea offeras, nō remittitur pœna: niſi actor oblatū ſuſcipiat. & illo caſu ſi actor petat pœnā, poterit reus condemnatus opponere exceptionem doli: ſecus autem eſt quando dies non fuerit adiectus: quia tūc mora poteſt purgari: vt. ff. dixi. [*IDEM AIT.*] Damnatus fui tibi ab arbitro certo die quid dare. ſi non accipis ex iuſta cauſa impeditus, dicit quidā iuriſconſult. me nō incidere in pœnā, etſi poſtea nō ſoluo tibi. ſed male dixit: quia certe bene incido in pœnam, ſi tu me interpellas, & non dem. [*IDEM.*] Supra dixit de impedimento ſtipulatoris: nunc dicit de impedimento promiſſoris: qui promiſſor ſi impediatur, excuſatur ſi non pareat. idem eſt ſi accipere noluiſti. nam nō committitur pœna: ſed ſi tu velles recipere poſtea, nec dem: ideo incido in pœnam.

l *Finiretur.* id eſt finita eſſet. ſic oritur, id eſt ortus eſt: vt. C. de epiſ. & cle. l. nulli. & moritur, id eſt mortuus eſt. ſic ſupra de neg. geſt. l. ij. §. hęc verba. & q̄ ſic ſit exponendū, patet ex hac litera. Nam ſi antequam dies finiretur, denuo cōpromiſerunt: prolato die remanebit arbiter: & ſic vnum erit compromiſſum: licet nō fuit cautum in proferendo. Si vero poſt finitum diem, duo erūt cōpromiſſa. quod colligitur per hæc verba, ſecundi, & ſequens. & arg. j. de precario. l. ſed & ſi manente. Sed contra videtur. j. eo. l. Labeo. in fi. j. reſpon. Nam ibi nondum finito die fuit prolatio facta: & tamen dicitur ſecundū & primum: ſed reſpectu fideiuſſorū dicitur: vt ibi dices. Vel dic proprie poni verbum finiretur: vt. j. de lega. ij. peculiū. in fi. ibi, moriente &c. aliter ponitur. j. de ma. teſta. qui duos. §. hæc conditio. Et aliud eſt in precario quàm in cōpromiſſo: tunc ſcilicet cum de die proferenda non conuenit à prin. & hoc velle videtur ſupra eo. l. arbiter. j. in fin. & infra eod. non diſtinguemus. §. de officio. & in fine huius reſpon. cæterum ſi &c. Accurſius.

m *Compromiſerint.* i. compromittere voluerint. ſic &. j. de verbo. oblig. ſi ſtipulatus ſum dare. Accurſius.

n *Per eum.* dicitur per eum fieri, etiā ſi iuſta cauſa ſit impeditus: vt ſupra eo. l. arbiter. Aliàs dicitur fieri per alium quando eſt in mora: vt infra de verb. oblig. ſi ex legati. &. j. ſi cer. peta. quod te. & de vſu. mora. Quid ſi omnia ſint ei nudata, licet non ſtet per eum? Cogitur forte ᵇ ſi ſine damno eſt eius ſequens recipere: vt argu. ff. eo. l. iij. §. tametſi. &. l. arbiter.

ᵇ *Quia res non eſt tuta*

Quæ quæſtio. 3ª. Bal.

a *Quæ quæſtio.* ſcilicet vtrum compellatur, vel non.
b *Protulit.* Ante finitum diem: quod debuit facere: vt ſupra eo. l. quo caſu. Accurſius.
c *Arbiter.* ſcilicet idem: vt infra de preca. l. ſed ſi manente.
d *Controuerſiíſve.* omnibus ſubaudi, & generalibus verbis. Aliter dicitur verbũ plenum, infra eo. l. ita demum. in fine.
e *Diſputatio.* quãtum ad eorum intellectum poſt litis conteſtationem. Accurſius.
f *Plenũ.* quantũ ad generalia verba, vt quia res erat communis in qua expenſæ factæ, & multa inde recepta dicebãtur: ideo quia dixerunt vnuſquiſque, de omnibus quæ corã arbitro obiecta fuerũt faciat rationem: vnam tamen ſpeciem fuerũt proſecuti: vt arg. C. de iud. l. ij. Vel poſſet intelligi ſecundum. l. C. de tranſact. ſi de certa. Accurſius.
g *In compromiſſum.* ſcilicet ſolum: vt hic, & infra eo. nõ diſtinguemus. §. de officio. &. §. ſi. &. §. quæſitum. verſi. item ſi iubeat. Sic & in tranſactione: vt. C. de tranſact. l. ſi de certa. & ſupra de tranſact. l. qui cum tutoribus. Secus in iudiciis: vt infra de iudi. ſolemus. Accurſius.
h *Exprimi.* id eſt teſtari: vt infra de relig. l. at ſi quis. §. ſed interdũ. Et ſic abundans cautela non nocet: vt C. de teſta. l. teſtamentum. Azo. & infra de adi. le. l. ſi ſeruo cum libertate.
[f] *Admittere.* vt. ff. si quis omis. causa testa. l. j. §. sane. &. ff. de here. ven. l. ij. §. non tantū. &. §. sed & si quid. Sed arg. contra infra de his quæ in frau. credi. l. qui autem. in princ. *ADDITIO.* Pro solutione huius contrarij vide no. per Dy. in. l. j. in prin. de tabu. exhiben.

[g] *Possideatur.* quam prędo possidere desiit.

[h] *Habebit.* sed supra eo. si possessor. in fi. cōtra. Solu. vt ibi.

[i] *Peti possit.* possessore tamen rem restituēte liberatur qui dolo desiit possidere: nō ita ecōtra: vt infra de sol. Stichum. §. dolo. & supra eo. etiam. §. penul. Accursius.

[k] *Teneri* s. ad fructus.

[l] *Hæc verba.* ista, perinde cūdēnandos quasi possiderent: quæ ponuntur supra proxi. §. &. l. item veniunt. §. item eos.

[m] *Possideat.* vt supra eo. si possessor. §. fin.

[n] *Possidentem.* si nolit restituere: vt. ff. de in lit. iuran. l. in actionibus. &. ff. de rei vin. qui restituere.

[o] *Consuluit.* vt. ff. eo. itē veniunt. §. eos autē.

[p] *Ne in totum.* id est in totum ne: quasi dicat, ne in aliquo.

[q] *Locupletiores.* Quòd inspicitur tempore rei iudicatæ: vt infra eo. si à domino. §. quo tempore. & facit infra de condict. indebi. l. iij. in fine.

[r] *Re sua.* sic infra eo. l. si quid possessor. §. sicut. Azo.

[s] *Obligauerunt.* Hæc naturalis obligatio ex puris & meris motibus animi cuiusq; descendit. Omnis enim creatura mouetur ad bene faciendum ei qui sibi benefacit: & talis obligatio ex instinctu naturæ procedit: & non est illa talis donatio quæ ex nudo pacto nascitur. nā illa est efficacior, vtpote cum nō sit donatio si id quod per pactū nudū naturaliter debetur, soluatur: vt. ff. de donat. hoc iure. §. penultimo. Si autē quod instinctu naturæ debetur, soluatur: donatio est sine dubio: quæ nomē assumit remunerationis: vt. ff. man. l. si vero nō remunerandi. in princi. & l. si remunerandi. in principio.

† *Vnde Athenæus adhuc aduersus ingratos cōsumsta est, & velle: quæ dandi & accipiēdi beneficii cōmercium, sine quæstu vitæ hominū exigit, docet & iubet quisq; benemerenti pā rē referre gratiā negligit. Vale. lib. 5. ca. 3. de Inura.*

[t] *Planè si antidora.* id est contraria dona. ab anti, quod est contra. imò remunerationes.

[u] *Permutationis.* sit enim illud hereditariū, sicut pretium rei distractæ: vt. ff. eo. si & rem. Sed non sic contra esset in re empta ex pecunia hereditaria: vt. ff. eadem lege. §. primo.

[x] *Lautius.* id est splendidius. Potest & latius legi, authore Duar. ff. disputa. cap. 5.

[y] *Attingit.* scilicet corporaliter: vt. C. eo. l. si possessor. primo respōso. & infra de rei vindi. si nauis.

[z] *Accepit.* cōtēplatione hereditatis: sed certe imò & hoc casu attingere videt: vt. ff. de donatio. inter virū & vxorē. l. si id qd. §. illud cōstat. vbi dicit q̄ mulier accipiēdo mutuū, videt quasi annuū cōsumpsisse. Itē similiter videt cōtra. vt. ff. de donat. inter virū & vxorē. l. quod autē. §. j. &. l. si spōsus. §. si maritus. Sol. ibi secus,

* *ambos.*

* *attigit.*

cus,quia non tanquam inter infeſtos ſunt habendæ:vt eo.titu.l. ſi id quod. §. ſi quis. Item ibi habet donatarius voluntatem donantis:hic non habet poſſeſſor voluntatem heredis. Item cõtra j.de dona.inter virum & vxorem.cum hic ſtatus §.ſi maritus.ſed ibi dicit quòd obligando donator videtur reuocare : hic autem quòd obligando non videtur attingere. vnde eſt alius caſus.

a *Vel ſic.* pro ſaltem.

b *Quod eſt difficile.* id eſt impoſſibile. ſic. j. pro ſoc.l.de illo. Ecõtra. j. de his qui deie. vel effu. l.ij. & erit ratio optima quæ ſequitur, cum ipſe &c. quia perſonalis obligatio non ſequitur fundum : vt. j. ad Trebel. l.j. §. ſi heres.Azo.

c *Ex aſſe.* cum eſſet ex parte heres.

d *Conſumpſerit.* in res neq; vtiles, neque neceſſarias,aliõquin contra:vt. j. proxi. §.Azo.

e *Tractat.* ſ.quęrẽdo, & ſoluendo.

f *Sed ad coheredes.* quod videtur , nam & ſi is &c.

g *Non tenetur.* vt. j. ea. l. §. conſuluit. quod ergo erat in toto , idem in parte videbatur: ſed non erit ita.

h *Viſionibus.* i. cõmẽtationibus,ſpeculationib⁹,theoriis.vide Anto.Aug.lib.2.ca.2. Vulgò,diuiſionibus, id eſt tribus membris per diuiſionem poſitis: vel tribus opinionibus diuerſis relatis dico à Marcello : non tamen in ſuperiori litera cõtinentur:ſed aliàs ſcripſerat Marcellus illas diuiſiones in ſua quæſtione,ita ſcilicet,vtrũ in nihilum teneretur quaſi totum id quod eſt conſumptum, fuerit coheredis: vel vtrum teneretur in totum quaſi ſuam dimidiam conſumpſerit:vel vtrum teneatur pro dimidia eius quod ſupereſt: quaſi id quod eſt conſumptum ex vtriuſque portione, pro rata conſumptum videatur.

i *Vna prima.* ſcilicet an qui erogauit,teneatur in nihilum.

k *Alia.* qua continetur poſſe dici &c.

l *Tertia.* qua continetur vtrique &c.Azo.

m *Ait.* ſcilicet Marcellus.

n *Nonnihil.* ergo reprobatur prima opinio.

o *Puto.* ego Vlpianus.

p *Reſiduum.* quod non fuit conſumptum.

q *Dimidiam.* non eſt ergo eadem ratio totius ad partem: vt ex hoc.§. oſtenditur. Et eſt ratio:quia vbi in nihilum heres eſt,certum eſt ex hereditate & non de ſuo eſſe conſumptum & dilapidatum.merito ergo totum de hereditate decedit. at vbi eſt pro parte heres:quia incertum eſt vtrum de ſuo, id eſt de ſua portione ſit conſumptum, an de portione alterius : merito ſtatuitur vt pro rata portione ex vtraque decedat. Item no.hic quòd media via eligitur . ſic infra ad Trebellianum. l. Titius rogatus . Sed argu . contra ſupra negotiorum geſtorum. l. Neſſ. Vetus.

Nihil temere beati.

quaſi diues ſe deceperit *.Si tamen pignori res hereditarias dedit,videndum an vel ſic [a] attingatur hereditas . qđ eſt difficile, [b] cum ipſe ſit obligatus.

Expenſa præſumitur in dubio facta de parte expendentis,& alterius. Bartolus

Adeò autem qui locupletior factus non eſt , non tenetur, vt ſi quis putans ſe ex aſſe [c] heredem , partem dimidiam hereditatis ſine dolo malo conſumpſerit [d] : Marcellus libro quarto Digeſtorum tractat [e] num non teneatur:quaſi id quod erogauerit, ex eo fuerit quod ad eum non pertinebat ,ſed ad coheredes . [f] Nam & ſi is qui heres nõ erat, totum quicquid apud ſe fuit,conſumpſiſſet: ſine dubio non tenetur , [g] quaſi locupletior nõ factus.Sed in propoſita quæſtione tribus viſionibus [h] relatis , vna prima, [i] deinde alia, [k] poſſe dici totum qđ ſupereſt , reſtituere eum debere, quaſi ſuam partem conſumpſerit:tertia, [l] vtrique quod cõſumptum eſt , decedere : ait [m] vtique nonnihil [n] reſtituẽdum: de illo dubitat , vtrum totum, an partem reſtituendam dicat. Puto [o] tamen reſiduum [p] integrum non eſſe reſtituendum, ſed partem eius dimidiam [q].

De eo quod bona fidei poſſeſſor expendit de hereditate, illud ſibi imputatur, quod aliàs erat impẽſurus ſi ſe heredem non exiſtimaſſet.Bartol.

Quod autem [r] quis ex hereditate erogauit,vtrum totũ decedat , an verò pro rata [f] patrimonij eius?vt puta penum [t] hereditariũ ebibit: [u] vtrum totum hereditati expẽſum feratur , an aliquid & patrimonio eius? vt in id factus locupletior videatur , quod ſolebat ipſe erogare ante delatam hereditatem? [x] vt ſi quid lautius contemplatione hereditatis impendit , in hoc non videatur factus locupletior:ſi ſtatutis verò ſuis ſumptibus videatur fact⁹ locupletior . Vtique enim etſi nõ tam laute erogaſſet, [y] aliquid tamen ad victum cottidianum erogaſſet . Nam & diuus Marcus in cauſa Pythodori, [z] qui rogatus erat , quod ſibi ſuperfuiſſet ex hereditate , reddere: decreuit, ea quæ alienata erant non minuendi fideicommiſſi [a] *, nec pretium in corpus patrimonij Pythodori rediſſe *: & ex proprio Pythodori patrimonio, & ex hereditate decedere, non tantùm ex hereditate. Et nunc [b] igitur ſtatuti [c] ſumptus vtrum ex hereditate decedent [d] exemplo reſcripti diui Marci,an ex ſolo [e] patrimonio, videndum erit. Et verius eſt vt ex ſuo patrimonio decedant ea quæ & ſi non heres ſuiſſet erogaſſet [f].

Difficilis eſt , & hoc dicit: Si iudicium vnius ſale per particulare conſumitur, non obſtat exceptio : ne ei præiudicium fiat. Item emptor poteſt vti exceptione ex perſona venditoris , ne bona fidei poſſeſſor teneatur vltrà quàm ſit locupletior . Item venditore offerente ſe defenſioni , emptor tutus eſt exceptione ex perſona ſua. hoc dicit . Primò ponitur thema . Secundò tres rationes ad probandum partem negatiuã. Tertiò ponitur determinatio quæſtionis. Quartò ponitur noua quæſtio , & eius determinatio . Secunda ibi, quod præiudicium. Tertia ibi,& puto. Quarta ibi,quid tamen. Bartolus.

Itẽ ſi rẽ diſtraxit bonæ fidei poſſeſſor, nec pretio factus ſit locupletior: [g] an ſingulas res,ſi nondum vſucaptæ [h] ſint, vindiiura Codicis prohibitum eſt prorſus : vt. C. communia de leg. l. finali.§. penultimo.ſed per authen. idem quod per Codicem: niſi quia excipit caſus:vt in authen. de reſt.& ea quæ parit.§.nos igitur.collatio.quarta.

a *Fideicomiſſi.* in quo caſu cum ſic rogauit, permiſſa erat alienatio olim ſub hac diſtinctione , an fieret cauſa interuertendi, vel nõ: vt hic,& infra ad Trebellianũ. l. Titius rogatus.ſed hodie vſque ad quartam : vt Cod. ad Trebellia . authen. contra rogatus.vbi autem pure rogat, per

b *Nunc.* ſcilicet in noſtro caſu. Accurſius.

c *Statuti.* id eſt quos ſolitus erat facere.

d *Decedent.* ſaltem in parte.

e *An ex ſolo.* aliàs ſuo.

f *Erogaſſit* . alia vero ex ſola hereditate decedunt : vt ſupra in principio huius. §. propoſuit quærendo . & hoc ſi poſſeſſor in nihilum eſt heres . ſi vero pro aliqua parte, tunc dit vt ſupra proxi. §. reſcriptum vero . ſiue bene , ſiue male facta ſit conſumptio , dicit pro parte decedere : niſi cauſa interuertendi fideicom . ſit facta . tunc enim in nihilum decedit.

g *Locupletior.* vt quia conſumpſit.

h *Vſucapta.* ab emptore.

dines eſſe ceperit.

In Panormitano. *decil.Flo.* *dreſt cauſa, idq; Oratoris dicẽdi gene re.Auo.* *Aug. lib.2. cap.1.* *rediſſet.*

a *Petitor.* id eſt verus heres. Accurſius.

b *Exceptione non repellatur.* ſic expone ſequentia: videtur quòd non repellatur: quia non fit præiudicium hereditati inter actorem & eum qui venũdedit, id eſt pet. hered. contra venditorem pro pretio proponendæ, quia nulla proponetur. & vere non fit præiudicium: quia victi emptores reuerſuri ſunt ad eum qui diſtraxit: & ſic reſtituet illud pretium: ergo non intelligitur peruenisſe ad venditorẽ: ergo nõ in hoc erit locupletior: & ſic non tenetur petitione hereditatis. ſi ergo cõueniantur emptores, non præiudicat venditori quo ad hereditatis petitionẽ. tunc enim ceſſat ſingulare iudicium: quia ipſa ſperatur ꝓponi. videbatur ergo quòd emptores nõ poſſent vindicantem repellere. ſed tamen dicit quòd poſſunt, ne alioquin bonę fidei poſſeſſor damno afficiatur: quod eſt cõtra mentem ſenatuſcõſulti. ſed ſi ad eum reuerti non poſſunt, heres ab emptoribus vindicabit: nec exceptione repellitur, niſi venditor paratᵗ ſit eos defẽdere. ſed melior fuiſſet ratio, quia vẽditor ꝓtium dilapidauit: ſicut in caſu poſuit, q̃ iſta quia reddit emptori pretium. Nam ſecũdum ſuperiorem rationem núquam venditor teneretur ad pretiũ niſi teneretur de euictione: quod eſt falſum: vt ſupra eo. l. quod ſi in diem. §. ſed & is. licet ei caueatur: vt ſupra eod. l. ſi poſſeſſor. § ſed ſi ob venditionem. non eſt ergo ſufficiẽs ratio, quoniam victi &c. At opponitur: pone quòd bonæ fidei poſſeſſor qui vendidit, factus eſt locupletior ex pretio. nunquid poterit emptor cõueniri? Reſpõ. non: quia præiudicium fieri poteſt petitioni pretij. ſi enim rem auocet petitor, à pretio excluditur: maximè cum bonæ fidei poſſeſſor illud teneatur emptori reſtituere: vt ſupra eo. l. diuus. in fine. l. quod ſatis concedi poſſet ſecundum quoſdam, & hæc eſt communis opinio. Sed puto ſecundum Azo. emptorem omnino conueniendum, etiam ſi habeat contra venditorem regreſſum: tum quia non damnificatur bonæ fidei poſſeſſ. cum ſit ex pretio locupletior: niſi forte plus quàm de pretio teneatur pro euictione: tum quia hic poſſeſſor, id eſt emptor non poteſt poſtulare dilationem iudicij: cum in ſui præiudicium pro aliis rebus non fiat petitio. Accurſius.

c *Quòd.* id eſt quia. prima ratio qua probat.

d *Quia non videtur.* ratio rationis primæ.

e *Eum.* id eſt non tenebitur ad pretium poſſeſſor petitori, cum aliis reſtituere debeat. Accurſius.

Venditor hereditatis an ad pretium teneatur heredi vero.

f *Quoniam.* alia probatio rationis. quatuor ſunt rationes quare venditor ad pretium non tenetur vero heredi: vna hic, quoniam &c. hæc vero bona. alia in gloſſa. ſic expone &c. duæ aliæ in alia, ratio rationis ſecundæ &c.

g *Victi.* ratio rationis ſecundæ. Azo. ſed hæc ratio multo melior eſſet, ſi diciſſet quia ratam non habet venditionem petendo rem: nec poteſt habere, cum non ſuo nomine ſit vendita. Itẽ & quia rem & pretium petere non debet: vt infra de act. emp. l. ex empto. §. fi. ibi, neque enim &c.

h *Habent.* ſi ergo habent regreſſum, non conuenitur emptor: vt hic. Sed contra ſupra eodem. l. etiam. §. j. aliàs eſt in. l. nec vllam. §. quòd ſi quis. vbi dicit vtilem actionem indiſtincte in emptorem dari. Solu. ª hic loquitur cum iuſto pretio vendita eſt res hereditaria, & comparebat venditor: alioquin licet venditor teneretur de euictione, nihilominus emptor tenebitur rei vindicatione, vt ibi. Alij dicunt quòd hic loquitur re ſingulari vendita: ibi vendita vniuerſitate. Alij quòd hic ageretur rei vindicatione: ibi hereditatis petitione. ſed hæ duæ non valent, quia hoc eſt notare caſuum diuerſitatem ratione contempta: quæ ratio eſt vtrobique, quia tenetur venditor de euictione: diſſimiliter tamen: quia re ſingulari vendita ſemper agitur: niſi pactum vel ſcientia obſtet: vt. C. de euict. l. ſi fundum. hereditate vẽdita idẽ, ſi ipſa euincatur: ſecus ſi res ſingularis: vt. C. de euict. l. j. prima ergo verior eſt.

Aliter ſentiunt Ia. de Are. Butr. & cæ.

i *Hereditatem.* eo caſu quo emptores poſſunt conueniri. Azo.

k *Perſona.* ſed nonne eſt iniquitas, quòd rem ſuam perdit verus heres: vt infra de reg. iur. id quod noſtrum. maxime cum culpa amiſit pretium? Reſpon. non, arg. infra de verb. obli. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. nam duo hic de damno contẽdebant. præterea cum pretium ſit loco rei, & amittatur: res amiſſa videtur. Item ſi à poſſeſſione cadat, & veniat ad verum dominum, an competat Publiciana? Reſpon. non: quia non datur contra dominum. agẽdo ergo de euictione, remanet in damno bonæ fidei poſſeſſor. ſed hoc non fit in petitione hereditatis. Vel dic hoc fallere hoc caſu: vt & aliàs ſupra eo. l. etiam. §. quod ſi quis.

Quoniam.

Certe ſi minori pretio res venierint, & pretium quodcumque illud actor ᵐ ſit conſecutus, multo magis poterit ⁿ

Iuriſconſultus in præcedenti. §. poſuit de triplici exceptione quæ competit emptori. hic ponit quartam: & breviter. h. d. Si petitor pretium rei venditæ à poſſeſſore recepit: à vindicatione repellitur, etiam ſi receperit quod à debitoribus eſt exactum, etiam ſi poſſeſſor fuit mala fidei. Bartolus.

dici exceptione eum ſummoueri ᵒ. Nam & ſi id ᵖ quod à debitoribus exegit poſſeſſor, petitori hereditatis ſoluit: liberari debitores Iulianus libro quarto Digeſtorum ſcribit: ſiue bonæ fidei ᵠ poſſeſſor, ſiue prædo fuit qui debitum ab his exegerat: & ipſo iure eos liberari.

B *Expedita expoſitione ſenatuſconſulti, ex quæſtionibus circa literam iuriſconſulti hic venit ad materiam, & tractat uſque ad finem tituli quæſtiones quæ congrue ad literam non poterant applicari, & breuiter hoc dicit. Hereditatis petitio habet mixtam naturam realium & perſonalium. Bartolus.*

Petitio hereditatis etſi in rem actio ſit, habet tamen præſtationes quaſdam perſonales: vt puta eorum quæ à debitoribus ſunt exacta ʳ: item pretiorum.

Quod eſt dictum in hac actione, habet locum in iudicio familiæ erciſcundæ. Bart.

Hoc ſenatuſconſultum ˢ ad petitionem hereditatis factum, etiam in familiæ erciſcundę iudicio locum habere placet ᵗ, ne res abſurda ſit, vt quæ peti poſſint, diuidi ᵘ non poſſint.

C

l *Emptorum.* id eſt emptores ex ſua perſona habent exceptionem. nam dicent, conuenias venditorem, qui tibi paratus eſt reſpondere: quod dicere licet: vt infra famil. erciſcun. plane. in fin. Et no. quòd ſpontanea oblatio prodeſt, vt hic, & dixi ſupra de ali. iudi. l. quia. j §. finali.

m *Actor.* id eſt heres ab eo qui exegit. Azo.

n *Multo magis poterit.* quàm in ſuperiori caſu: ſupra enim ratum non habuit. Azo. vel magis. ſ. quàm contrarium. Accurſius.

o *Summoueri.* ſ. ab emptore. videtur enim potius elegiſſe pretiũ habere quàm rem: ſicut video in. l. cõmiſſoria: vt. j. de le. cõmiſ. l. pen. & liberatur hic emptor ipſo iure: ar. j. eo. l. ſi quid poſſeſſor. §. fi. & j. proxi. reſpon. non ob. verbum exceptionis, quod eſt hic. ſubaudi enim, ſcilicet intentionis. Accurſius.

p *Nam & ſi id.* probat prædicta ad exemplũ aliorum debitorũ.

q *Bonæ fidei.* aliàs incipit lex: & aliàs non: & concordat infra de ſolutio. l. qui hominem. §. ſi prædo. Accurſius.

D

r *Sunt exacta.* hæc enim veniunt: vt hic. Sed cõtra infra de trãſactio. l. imperatores. §. final. in glo. finali. Solue vt ibi. Item not. ex eo quod hic dicit, quòd hæc actio eſt mixta in rem, & in perſonam: vt. C. eod. l. hereditatis. *ADDITIO.* Dic ſecundum Bartolum, quòd iſtud eſt impoſsibile, quòd vna actio ſit mixta in rem & in perſonam: quia duæ ſpecies differentes non cadunt in eodem indiuiduo: vt puta quòd vna perſona eſſet homo & aſinus: ſed bene verum eſt, prout tex. hic iacet, quòd petitio hereditatis eſt in rem: quod apparet: quia ſicut cæteræ reales dantur ad declarandum, ita & iſta: vt. l. licet. ſupra eod. Sed de hoc vide latius per Barto. hic.

Hereditatis petitio mixta eſt.

ſ *Hoc ſenatuſconſultum.* quod eſt ſupra eodem. l. item veniunt. §. cum antequam.

t *Placet.* hoc quantũ ad fructus & ſimilia, non autem per omnia. nam omnia veniunt in hac actione: non tamen in iudicio familiæ erciſcundæ: vt. j. familiæ erciſcúdæ. l. fundus qui. §. finali. & l. ij. in fine. Item res vſucapiæ ab herede in illud iudicium veniunt: vt. j. familiæ erciſcundæ. l. veniunt. non autem in actionẽ iſtam: vt. ĩ. eo. l. & non tantum. §. ſi pro emptore.

u *Diuidi.* cum talia ſint quæ poſſunt commode recipere diuiſionem

ſionem.vel dic diuidi,id eſt in iudicium diuiſorium venire,ſcilicet familiæ erciſcun.ſunt enim multa quæ commodam nó recipiunt diuiſionem,vt equus,homo,& ſimilia: vt inſtit.de offic. iudi.§.eadem verſi.quod ſi commode.Accur.

a *Partus*.id eſt fœtus.Accurſius.

b *Ancillarum. Exiſtimantur*. vt inſtitu.de re.diui.§.partus. & eſt ratio ꝓpter hominum dignitatem: vt.j.de ędilitio edicto. l.iuſtiſsimè.Sed eſt ar. contra.j.de act.emp.l. ſi ſterilis.

Hereditas augetur propter partus, fructus, & alias acceſſiones honeſtè perceptas. Bartolus.

Augẽt hereditatem,gregum & pecorum partus.[a]

XXVI. PAVLVS libro vicenſimo ad Edictum.

QVòd ſi oues natæ ſunt,deinde ex his aliæ: hæ quoq; quaſi augmentum reſtitui debent.

XXVII. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

ANcillarum etiam partus, & partuum partus quamquã fructus eſſe non exiſtimantur,[b] quia nõ temere ancillæ eius rei cauſa comparantur vt pariant, augẽt tamen hereditatem:quippe[c] cum ea omnia fiunt hereditaria, dubium non eſt, quin ea poſſeſſor ſi aut poſsideat, aut poſt petitam hereditatem dolo malo fecit, quo minus poſsideret, debeat reſtituere. Sed & penſiones quæ ex locationibus prædiorum vrbanorum perceptæ ſunt,venient, [d]licet à lupanario perceptæ ſint. Nam & in multorum honeſtorum virorum prædiis lupanaria exercentur.[e]

A quolibet poſſeſſore omne lucrum auferetur. Bartolus.

XXVIII. PAVLVS libro vicenſimo ad Edictum.

POſt ſenatuſcõſultum enim omne lucrum auferendum[f] eſſe tam bonæ fidei poſſeſſori quàm prædoni dicendum eſt.

XXIX. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

MErcedes planè à colonis acceptæ, loco ſunt fructuum.[g] operæ quoque ſeruorum in eadem erunt cauſa, quæ ſunt penſiones. item vecturæ nauium,& iumentorum.

Bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere ſortem & vſuras quas exegit, vel actionem cedere, prout ipſe elegerit: licet Iulianus aliter ſenſerit. Bartolus.

XXX. PAVLVS libro vicenſimo ad Edictum.

IVlianus ſcribit actorem eligere debere vtrũ ſortem tantùm, an & vſuras velit cum periculo nominum agnoſcere.[h] Atquin ſecundum hoc non obſeruabimus quod ſenatus voluit, bonæ fidei poſſeſſorem teneri quatenus locupletior ſit. Quid enim ſi pecuniam eligat[i] actor,quæ ſeruari non poteſt?[k] Dicendum itaque eſt in bonæ fidei poſſeſſore hæc tãtummodo eum præſtare debere: id eſt vel ſortem & vſuras eius, ſi & eas percepit: vel nomina cum eorum ceſsione in id ſacienda, quod ex his adhuc deberetur: periculo ſcilicet petitoris.

Iſta lex eſt difficilis. Et primò loquitur in poſſeſſore ſoluente creditoribus hereditarijs. Secundò de eo quod ipſi poſſeſſori debebatur. Tertiò qualiter poſſeſſor negligentia imputetur. Quartò de eo quod poſſeſſori eſt ſolutum. Secunda ibi, ſed & ſi. Tertia ibi, ſicut autem. Quarta ibi, quod autem. Et prima pars breuiter hoc dicit. Quod poſſeſſor ſoluit creditoribus hereditarijs, imputat petitor, vt caueat de defendendo ſi fuerit bona fidei poſ. aliàs ſecus. hoc dicit. Et iſta pars primò ponit vnum dictum. Secundò veritas dictum Iuliani. Tertiò illud examinat. Secunda ibi, & ideo. Tertia ibi, ſed an & bonæ fidei. Bartolus.

XXXI. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

SI quid poſſeſſor[l] ſoluit creditoribus,[m] reputabitur ei:cum non habuit:nec potuit experiri.quod vero ſolutum eſt:illud heredi ſtatuẽdum eſt indiſtincte:& ſi reſtituitur,ipſo iure liberantur debitores qui ei ſoluerunt. Viuianus.

a *Fructus*. vt.j.de condict.indebi.l. ſi vrbana.& infra de rei vin.l.ſi nauis.Accurſius.

b *Non exiſtimantur*. vt inſtitu.de re.diui.§.partus. & eſt ratio ꝓpter hominum dignitatem: vt.j.de ędilitio edicto. l.iuſtiſsimè.Sed eſt ar. contra.j.de act.emp.l. ſi ſterilis.

c *Quippe*.hæc eſt ſufficiẽs ratio, id eſt probabilis, nõ neceſſaria. ſic ſupra quod metus cauſa.l.ſi cũ.§.poſt annum.verſic. ideo. Res enim commodata, & depoſita, non eſt hereditaria: venit tamen in petitionem hereditatis:vt.ſ.eod.l.& non tantum.

d *Venient*. imò non: cũ nõ ſit honeſta præſtatio:vt infra de vſur. l.generaliter. quæ eſt cõtra.Sol. hic veniunt iudicis officio, vel petitiõe hereditatis: quæ adhuc non erat bonæ fidei:vt argu.inſtit. de act.§.actionum. in fin. vel hic erãt perceptæ: & ideo veniunt,ne lucretur poſſeſſor:vt infra eo.l.ſi poſſeſſor ex. ibi nõ: & ſic percipiẽdo non veniunt. Item cõtra in authen.de leonibus.col.ij.vbi dicit talem domum publicari. Solu.licet publicetur ſi accuſator exiſtat:ſi tamen nõ exiſtat percepta pẽſio,venit:vt hic.

e *Exercentur*. vt arg. infra de inſtit.cum interdum.Sed argu.contra. infra de vſu & habi.l.non aliter.

f *Poſt ſenatuſconſultũ. Auferendum*.vt infra eo.l.ſi à domino vel à patre.§.ſi prædo. in fi.§. &.j.depoſi. ſed & ſi non ſit heres.&.j.de rei vin.l. Iulianus.§. ſed & fructus. & infra mandati.l.ex mandato. Accurſius.

g *Mercedes. Fructuum*. vt.j.de condict.indebi.l. ſi vrbana.& infra de rei vin.l.ſi nauis. Accurſius.

h *Iulianus*.] CASVS. Titius bonæ fidei poſſeſſ.her. ad mẽ perti.& pecuniam ex hereditate mutuauit.quęritur an mihi eam ſtatim de ſuo præſtare debeat,an nõ:& quidam iuriſconſul. ſcilicet Iulianus, dicit quòd tenetur de ſuo ad ſortem, & etiam ad vſuras:ſiue exegerit,ſiue nõ: & ſic dicebat fore in electione mei petitoris an ſortem petam: & Titius an haberet actionem contra illum cui mutuauit.ſed Iulian.male dixit:quia dictum ſuum haberet locum cum eſſet malæ fidei poſſeſſ. quia tunc habet locum dictum Iulia.aliàs fieret contra ſenatuſcon.quod dicit bonæ fidei poſſeſſ.nõ teneri,niſi locupletior eſſet. ſed ſi eſſet bonæ fidei,diſtingueretur,quia aut exigit,aut nõ. Secundo caſu ſufficeret ſi mihi cederet actionẽ. Primo caſu tenet dare mihi quod exegit,& ſortem & vſuras. Viuianus.

i *Eligat*.à bo.fid.poſ.vt ſoluat de ſua burſa.

k *Non poteſt*.propter inopiam debitoris.

l *Si quid poſſeſſor*.] CASVS. Poſſeſſor malæ fi.hereditatem poſſedit,& de ſuo proprio ſoluit creditoribus: ipſe autẽ pe.here.conuentus à vero herede aliquid deducere voluit. dicitur quòd potuit: & tamen verus heres non liberabitur ipſo iure, ſed per excep.quia ei[o] nominenõ ſoluit, ſed dicitur quòd poſſeſſor qui ſoluit,nõ aliàs poteſt imputare, quam ſi ille poſſ.paratus ſit cauere quòd verum heredẽ defenderet,ſi iterum à creditoribus cõuenire[p] hereditariis.& hoc in prima. In ſecũda dicit,nũquid ſi bonæ fidei poſſ. de here. vel de ſuo ſoluit:an ſimiliter cauebit de defendendo verum heredẽ? Et dicitur quòd non: verũtamen condictionem inde. quam nomine ſuo habet,cedere ei debet. Item dicit quòd verus heres cõuentus à creditoribus here.quibus ſolutũ eſt, excipere poteſt de dolo. [SED ET SI.]Si vero erat malæ fi.poſ. qui here. poſſedit, & aliquid de here. ei debeatur:id ſoluere ſibi non debet,niſi debitum fuerit pœnale: vel aliàs oneroſum.aliter eſt in bonæ fidei poſ.In quarta parte dicit quòd malæ fi. poſſ. poterit deducere quæ impẽdebat circa res here.puta gratia colligẽdorũ fructuum. Si vero quæ facere debuit, non fecit: tenetur,niſi ſit bonæ fidei poſſeſſ. tunc ei licitum eſt rem poſſeſſã negligere: ſicut & ſuã. Si vero malę fidei poſſeſſ.debitores here. non cõuenit, & interim facti ſũt nõ ſoluẽdo, vel tempore liberati actione temporali: hoc caſu non imputabitur ei:cum non habuit:nec potuit experiri.quod vero ſolutum eſt:illud heredi ſtatuẽdum eſt indiſtincte:& ſi reſtituitur,ipſo iure liberantur debitores qui ei ſoluerunt. Viuianus.

l *Si quid poſſeſſor*.bonę fidei,vel malę fidei.ſed in cauẽdo diſtinguitur ſtatim.& nota quòd hanc.l. proponitur gloſ.ſ.nego.geſto.l.ſi pupilli.§.quid ergo.quæ incipit, ipſa geſtione.

m *Soluit creditoribus*. ſcilicet de ſuo. Sed mirum videtur quòd verus heres liberetur ſolutione tali,etiam per exceptionẽ: cum poſſeſſor habeat cõdictionem indebiti, quia ſuo nomine ſoluit: vt.j.de condic. inde.l.ſi pœnæ cauſa.§.j. non ergo parit liberationem:vt eo.tit.l.cum is.§.j.Sed poſſet reſponderi, quòd liberatur cum poſtea ſoluens conſtituit in animo ſuo pecuniam eſſe ſolutam nomine veri heredis,ſecundum Io. & Bul. vt dixi.ſ. de nego.geſt.l.ſi pupilli.§.item quæritur.Sed tu dic ſecũdum Azo. & Hu. quòd ſoluit de pecunia hereditaria, ſed nomine ſuo: & ideo ea conſumpta non ante habet condictionẽ indebiti. Quid ergo interim ante cõſumptionem? Reſpon.vindicatur:nec opponitur compenſatio: vt infra de pecu.l. ſi creditor.§.j. Sed liberatur per exceptionẽ verus heres, cum ei cedatur à poſſeſſore condictio indebiti.& ſecundum hoc proprię ponitur verbum

bum,reputabit,vt ſupra de nego. geſt.l.Neſennius. Sed ſecundum ſuperiorem lecturam impropriè,id eſt deducet.ſi autē ſoluiſſet nomine hereditario,liberatur heres ipſo iure:& datur bonæ fidei poſſeſſ.& malę fideiretentio ex hereditate,ſi de ſuo ſoluit:ſed in cauendo diſtinguitur ſtatim,vel ſi velit habeat actionem nego. geſt. vt.C. eo.l.fin.§.ſin autem.

† *Id eſt ipſum verum heredem à debito hereditario. Bald.*

a *Reputabit.* ſcilicet officio iudicis.

b *Non debitoris.* ſcilicet nomine.

c *Et ideo.* quia nō liberatur ipſo iure.

d *Imputaturū.* ſcilicet officio iudicis. Azo.

e *Si cauerit.* ſed quid facit hæc cautio, cum & ſine ea habeat exceptionem verus heres, vt ſubiicit? Reſpon. nō eſt ſuperuacus, quia cauet poſſeſſor ſe probaturum illis ſolutionē factā. ſic etiam reſpondetur.ĩ.eo.l.pe.&.ĩ.de rei vin.l.is à quo. &.l. à quo.

f *Quia.* ſupple, videtur quòd non, quia & cætera.

g *Condictionem.* ſcilicet indebiti:vel ab initio cum de ſuo ſoluit, vel poſt cōſumptionē quādo de hereditate.

bit: [a] quamquam ipſo iure non liberauerit petitorē † hereditatis. Nam quod quis ſuo nomine ſoluit, non debitoris: [b] debitorē non liberat. Et ideo [c] Iulianus libro ſexto Digeſtorum ſcribit, ita id imputaturū [d] poſſeſſorem, ſi cauerit [e] ſe petitorem defenſum iri. Sed an & bonæ fidei poſſeſſor debeat defendendum cauere, videndum erit: quia [f] in eo quod ſoluit, non videtur locupletior factus, niſi fortè habeat cōdictionem: [g] & hoc nomine videtur locupletior, [h] quia poteſt repetere. [i] Finge enim eum, dum ſe heredem putat, ſoluiſſe ſuo nomine. [k] Et videtur mihi Iulian⁹ de ſolo prædone vt caueat ſenſiſſe: nō etiā de bonæ fidei poſſeſſore. condictionem tamen præſtare debebit. [l] Sed & petitor [m] ſi à creditoribus conueniatur, exceptione vti [n] debebit. [o]

Male fidei poſſeſſor quod ſibi debetur, non deducit, niſi hoc petitori expediat: ſecus in bona fidei poſſeſſore. Bartolus.

Sed ſi ipſi aliquid prędoni debebatur, hoc deducere nō debebit: maximè ſi id fuit debitū, qđ natura [p] debebatur. [q] Quid tamen ſi expediebat petitori id debitū eſſe diſſolutū, ppter pœnam, vel aliā cauſam [r]? Poteſt dici ipſum ſibi vel ſoluiſſe, vel debuiſſe [s] ſoluere. Iuſtus autem poſſeſſor dubio, pcul debebit [t] deducere quod ſibi debetur.

Mala fidei poſſeſſor deducit ſumpt⁹ factos in hereditate: & cōtra eū habetur ratio negligentiæ, præterquā in actionibus exercendis: ſed bona fidei poſſeſſori non poteſt negligentia imputari. Bartolus.

Sicut autē ſumptum [u] quem

h *Locupletior.* ſi eſt locupletior, cum habet cōdictionem, ergo de hereditate ſoluit.nam ſi de ſuo: licet haberet condictionem, non tamen eſſet locupletior.quod eſt contra Ioannem, ſed ipſe dicit quòd etiam tunc eſſet locupletior, ſi primo de hereditate deduxit,& poſtea condiceret.

i *Repetet.* vt infra de regu.iur.l.qui actionem.

k *Suo nomine.* id eſt ex ſua perſona debitum æſtimando, ſecundum Hu.nō ergo eſt dubiū quin bonæ fidei poſſeſſor ex ſuo nomine & heredis, ſiue hereditario nomine(quod idem eſt)debitum ſoluere poſſit:licet ſui contemplatione faciat.ſic ſupra negotiorum geſtorum.quæ vtiliter.§.fin. Azo. Sed ſi non apparet cuius nomine ſoluit,quid præſumam?in fideiuſſore enim oportet quòd exprimatur:vt.ĩ. māda.l. Papinianus. Sed in hoc potes diſtinguere an ante motam controuerſiam, vt tunc ſuo nomine: an poſtea,& tunc nomine heredis,vel defuncti.

l *Debebit.* etiam bonæ fidei,ſcilicet indebiti.ſed malæ fidei non habet condictionem, vt ſtatim dices.

m *Petitor.* tria tempora nota.ſi bonæ fidei poſſeſſ.ſoluit de hereditate ſuo nomine, ante conſumptionem. Item poſt conſumptionem ante ceſſionem. Item poſt ceſſionem. Primo ſola vindicatio. Secundo exceptio heredi,& condictio ſoluenti: vt ſtatim dices. Tertio etiam compenſatio heredi, & condictie: & quod hic dicit, ſed & peti. ſcilicet poſt conſumptionem.

n *Vti.* his caſibus ſcilicet cum prædo ſoluit, quia non eſt repetitio. Ité & vbi eſt repetitio:puta quia bonæ fidei poſſeſſor ſoluit,& computauit, vel deduxit: licet ceſſio facta nō ſit. nam ea facta habet quid compenſet.

Poſſeſſor hereditatis ſoluens, an repetere poſſit, & quo actione.

o *Debebit.* in omni caſu etiam quicunque ſoluit bonę fidei, vel malæ fidei.ſi tamen ſolutum repetat à vero herede:quod poteſt per actionem nego. geſt. cum de ſuo ſoluit:vt ſupra de neg. geſt. l.fina.§.fi. vel repetat:vt in prin.huius.l.Sed & datur ei ſoluenti condictio indebiti contra eum cui ſolutum eſt, vt hic dicitur: & eandem ſibi ceſſam intendit heres, in cuius remedium compenſationis forte exceptionem habet heres verus. Et vt omnia ſint clara, diſtingue: cum poſſeſſor ſoluit: aut ſoluit de ſuo, aut de hereditate. Item aut debitū, aut indebitū. Item aut bonæ fidei, aut malæ fidei. Si bonæ fidei, aut nomine veri heredis, aut defuncti, aut ſuo. ſi nomine defuncti, vel heredis,& debitū bonę fidei poſſeſſor ſoluit:ſi de ſuo, cum ipſo iure liberauit heredem, habebit actionem nego.geſt.vt.C.eo.l.finali.§.ſin autem ex cōtractibus. Nec obſtat quod dicitur ſupra de iudi.l. de qua re.§. cum abſentem. ibi enim ſoluit eius nomine, quem viuere credebat:& ideo heredem non ipſo iure, ſed per exceptionem liberat: & ceſſat indebiti condictio in caſu præmiſſo, cum nomine heredis ſoluit: vt Cod.eod.l.de hereditate. ſi autem de hereditate ſoluat, ſimiliter ipſo iure liberatur heres, vnde & ceſſat indebiti cōdictio:& poſſeſſor ea quę ſoluit, poteſt imputare heredi:vt & tāto minus debeat condemnari, quanto liberauit heredem. nihil autem ab eo repetit: quia quod ſoluit, heredis fuit. ſi vero ſuo nomine & de hereditate ſoluat, poteſt reputare heredi ſimiliter, quia per exceptionē liberatur: vt hac.l.in princ.§.ſed & petitor. ſi autē de ſuo, & ſuo nomine ſoluit, condict.inde.habet:vt hic dicitur, & infra de condict.inde.l. ſi pœnæ cauſa. §. quamuis. quam cogetur cedere, ſi imputare velit heredi, & reddi ſibi ab herede per actionem negotiorum geſtorum, cū velit cedere in debitū veri heredis:quia dicit Bul. eum per exceptionem liberatum: vt hac l.§. ſed & petitor. & hoc ſecundum Ioannem & Bul. ego contra: vt nota. ſupra negotiorum geſtorum.l. ſi pupill⁹.§. item quæritur. ſi autem malæ fidei poſſeſſor ſoluit de ſuo, & nomine heredis, ipſo iure eſt heres liberatus: ideoque actione negotiorum geſtorum tenetur ſi de ſuo ſoluit:vt dicto.§.ſin autem ex cōtractibus.C.eod.l.finali. ſi de hereditate, idem quod ſupra. ſi vero ſuo nomine ſoluit de hereditate, vel de ſuo, ſecundum Ioan. non eſt liberatus ipſo iure heres: ſed per exceptionem: vt hic dicitur. ſi tamen velit reputare, cauebit de defenſione. Condictio tamen indebiti nullo caſu habet locum quia ſciens ſuo nomine ſoluit indebitum. nam ex quo ſcit ſe non heredem, ergo ſcit ſe non debere vt heredem: aut ſi nomine heredis ſoluit, non repetit: quia debitum erat:& ideo cedere nō poteſt, niſi ſtipulatus fuerit reddi ſibi ſi euicta fuerit ab eo hereditas. Et hæc omnia cum debitum ſolutum eſt. ſi vero de ſuo,& ſuo nomine, nō condicet. Item neg. geſt. agit, ſecūdum Azonē. Quid ergo? vel dices eū perdere,& creditorem lucrari: vel dices ſeruari opinionem Ioan. & Bul. pone: fuit oblitus de retentione. dices ergo ſecundū Ioan. heredem habere exceptionem poſtquam ille in animo ſtatuit quòd pro vero debito cedat, ſi euicta fuerit ab eo hereditas. Et hæc omnia cum debitum ſolutum eſt. ſi vero indebitum ſoluatur: ſi quidem à bonæ fidei poſſeſſ.& de hereditate, cōſtat quòd reputat, vt tanto minus debeat cōdemnari: ceſſat tamē condict. indebi. quam habet: vt.ĩ.eo.l. quòd ſi in diem.§.fin. in fin. ſi vero de ſuo ſoluit, bonæ fidei poſſ. non repetit ab herede: vt.ĩ.eo.l. ſi poſſeſſor.§. ait ſenatus. verſi. bo. fi. in fi.§. niſi iuſtiſſima fuiſſet in bonæ fidei poſſ. ignorantia: vt diximus.ĩ.eo.l. quòd ſi poſſeſſor. quamquam ex.l. illa diſtingui poſſit, vtrum ante motam cōtroueſiam ſoluiſſet bonæ fidei poſſ. indebitum: vt tunc ab herede deduceret: an poſtea, vt hic ab herede nihil haberet. ſi vero malæ fidei poſſeſſor ſoluit: ſiue de ſuo, ſiue de hereditate indebitū ſoluit, nō repetit ab herede: neq; in reſtitutione hereditatis heredi etiā reputat. Quæritur ſi bo. fid. poſſ. ſoluit naturale debitū, & in reſtitutione hereditatis nō deduxit: an agat neg. geſt. quod videtur, quia debitū: vt.ĩ. de dona. hoc iure.§. pe. & ne ſit in dāno. Econtra quòd non: quia nō fecit vtile negotium. Item quia huius debiti eſt retentio, non repetitio. Accurſius.

p *Natura.* ſcilicet tantum.

q *Debebatur.* ſcilicet à defuncto præter ſumptum in rem hereditariam factum vtiliter, vnde meliores res ſunt factæ: vt infra eo.§. ſicut &c.

r *Cauſam.* vt vſurarum.

ſ *Debuiſſe.* & ſic pœnam non eſſe commiſſam: vt hic, & infra de ſol. Titia. aliàs autem non ſoluet ſibi: vt ſupra proxi.§. & infra de ſolu. Stichum.§. ſi creditor.

t *Debebit.* etiam naturale debitum, ſecundum Io. nec enim eſt donatio: vt.ĩ. de dona. hoc iure.§. pen. Accurſius.

u *Sumptum.* gratia quærendorum fructuum factum: vt.ĩ.eo. ſi à domino vel à patre.§. fi. &.l. ſeq. & ſic expediebat hūc ſumptum

fieri: alioquin aliud erit in hoc ſumptu, quàm ſi eo quod à defuncto extraneo debetur: cum illud indiſtincte repetatur vel reputetur, cum ſit debitū creditori. & not. hic quod bo. fi. poſſ. & ma. fi. deducit ſumptus, & ea quæ creditori ſoluerūt: ſiue ſuo nomine, ſiue hereditario ſoluerūt. ſed ma. fi. cauet de defendendo, bo. fi. non. Item bo. fi. omnia debita deducit: ma. fi. ſolos ſumptus, & ſoluta creditoribus: vt tamen de hereditate fiat deductio per compenſationem quātitatis ad quantitatem.

a *Nulli querela.* nota quem poſſe negligere rem quā tenet vt ſuam: vt. j. ſo. ma. l. etiam. §. licet. & ſupra eo. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. Sed argum. contra. infra de rei vindi. l. non ſolū. Sed ibi erat malæ fidei: vt inſt. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. in poteſtate. verſic. ſed hoc tempore. & infra ad legem Aquiliam. l. ſi eo.

b *Poſtea vero.* vt & ſupra eo. ſed & ſi lege. §. ſi ante. &. C. eo. l. ij. & j. in fine.

c *Debitores.* ſcilicet hereditarij.

d *Liberari.* ſcilicet tēpore. nam nemo ſine actione experitur: vt infra de admi. tu. l. quotiens. §. item ſi temporali. Sed contra ſupra eod. ſed & ſi lege. §. qđ autē ait. Sol. vt ibi. ſed an debeat curatorē petere bonis? Reſpond. non: quia ſibi contrarius eſſet.

† *Nota ex ſta. de cog. quod pendēt ex actione querela inofficioſi teſtamēti, dat as heres ſcriptus in teſtamento, ſecundum Bald. hic.*

e *Placet.* vt ſupra eo. ſed & ſi lege. §. ſi minore. & infra de ſolu. qui hominem. §. ſi prædo. & infra de condic. inde. l. ſi vrbana. &. ē. eo. l. poſt ſenatus.

PEr ſeruum.] CASVS. Patrē habui qui teſtamētum fecit, & extraneum ſibi heredem inſtituit: & me filium exheredauit, vel præteriuit: egi ego filius querela inoffic. & obtinui: quæro vtrum non tantum hereditas, ſed etiam quæ acquiſiuit ſeruus hereditarius, reſtitui debeant? Et reſpon. quòd ſic: quia tam here. quàm ea quæ acquiſiuit ſeruus, mihi reſtituentur. Viuianus.

f *Per ſeruum.* ſcilicet hereditarium.

g *Heredi.* qui obtinuit in querela. Azo.

h *In hereditate.* id eſt cum petitur ab inteſtato hereditas. Ité & cum agitur querela inofficioſi teſta. & ſequitur ratio: cum, id eſt quia in bonis eſſent heredis, ſcilicet futuri qui proponit querelam: qui in eo interim dicitur heres, quia actionem habet. Vel dic heredis, ſcilicet veri. & leges cum, pro quamuis, ſecundum Ioan. & ſic ſunt interim herdis ſcripti: licet reſtituatur: vt argu. infra de ædil. edic. l. & generaliter dicendum. &. C. de rei vxo. ac. §. cumque. Accurſius.

i *Cum.* ponitur pro quamuis.

k *Heredis.* ſcilicet ſcripti, ſecundum Azo.

NIſi.] CASVS. Addit vnum dictum ad. l. præcedentē. [IVLIA.] Here. ad me perti. mala fide poſſediſti, & ſeruū her. inutilem alienaſti. ſi ago peti here. & obtinuero: an debeas pretium reſtituere, vel illum ſeruum venditum, quæritur. Et reſpō. quòd pretium reſtitues. Si vero neceſſariū: ſi viuit, ipſum: ſi mortuus eſt, pretium: licet quidam dixit, ſed male, quòd hoc caſu nō teneris ad pretium. Viuianus.

l *Stipulatus ſit.* ſcilicet ſeruus: vt infra de rei vindi. l. præterea. & idem ſi ex opera: vt infra de acqui. re. do. l. quæſitum. &. l. qui bona. ſed hoc caſu quando ex opera reſtituit: vt arg. j. de ædil. edict. l. & generaliter.

m *Poſſeſſor.* ſcilicet malæ fidei, vt innuunt ſequentia. impuraretur enim &c. quod in bo. fi. poſ. non diceret: vt ſupra eo. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut.

n *Pretium.* ſcilicet tātum ſecūdum quoſdā. & ſic eſt contra ſupra eo. l. ſi poſſeſſor. §. q; ſi poſt. verſi. ſed ſi forte. Sol. vt ibi: quia hic ante petitam hereditatē ibi poſt alienauit res ſteriles. Accurſius.

o *Forteſis.* non ſolum ſeruum. Azo. ſed hoc ſtatim corrigitur.

p *Lucrari.* contra videbatur quaſi ex ſua negotiatione eſſet lucratus: vt arg. j. de hæ. vel acti. vendi. l. vēditor ex. &. j. ad. l. Falci. l. iij. §. pe. quod autē pretium, dic vt. ē. eo. l. ſi poſſeſſor.

Filiusfamilias.] CASVS. Filiusfamilias fecit teſta. in caſtrenſi: & me inſtituit: tu illam her. poſſides: an poſſim pro illa hereditate agere, quæritur. Et reſpond. q; ſic. [SI SERVVS.] Here. ad me pti. poſſides tu filiusfa. quē cōueniā, vel te, vel patrē tuum? Et de hoc ponit tres caſus, quia aut res poſſides, aut diſtraxiſti, & pretium habes, aut pretium nō habes. Primo caſu cōueniam patrem tuum. Idem in ſecundo, quando pretium habes. Idē in tertio, quando pretium non habes, ſed debetur: quia ſemper patrem tuum conueniam. Viuianus.

q *Militis.* hodie etiam non militis ab inteſtato: vt in authen. de her. ab inteſtato. §. j. col. ix. ſed olim tantum militis: vt hic, & inſtitu. de his qui teſta. fa. non poſſ. in princ. & infra de iur. & fac. igno. l. regula. §. ſi filius.

r *A patre.* licet poſſidere non videatur. ſic &. j. de tab. exhi. l. locum. §. ſi penes. &. j. de iu. do. quemadmodum. §. j.

s *Poteſt.* id eſt res illæ per petitionem hereditatis.

t *A iuris.* id eſt peculij.

u *Dem. Rerum.* venditarum. Accurſius.

x *Hereditatem pet.* i. pretium per petitionem hereditatis.

y *Actionem.* ſcilicet ex vendito.

z *Quæ quidem actio.* ſcilicet ex vendito.

a *Ignoranti.* ſcilicet domino.

SIa domino.] CASVS. Filiusf. vel ſeruus her. poſſedit, qui res her. diſtraxit. quæritur ſi filio emācipato, vel ſeruo manumiſſo, poſſit cū patre vel domino experiri intra annū: & ſi agit, an deducit qđ ſibi debet? Et reſpō. q; agere poteſt, & perpetuo: nec quicquā pater vel domin⁹ deducet: quia ratione hereditatis cōuenitur, & nō alteri⁹ debiti. & hęc vera ſunt quādo ſeruus vel filius

---

fecit, deducit: ita ſi facere debuit, nec fecit, culpæ huius reddat rationem: niſi bonæ fidei poſſeſſor eſt. tunc enim quia quaſi ſuam rem neglexit, nulli querelæ[a] ſubiectus eſt ante petitam hereditatem: poſtea verò[b] & ipſe prædo eſt. Illud planè prædoni imputari nō poteſt, cur paſſus eſt debitores[c] liberari,[d] & pauperiores fieri, & non eos conuenit: cum actionem non habuerit.

Quod poſſeſſori eſt ſolutū, indiſtincte reſtitui, & debitores liberantur. Bartolus.

Quod autem poſſeſſori ſolutum eſt, an reſtituere debeat videamus. Et ſiue bonę fidei poſſeſſor fuit, ſiue non: debere reſtituere placet:[e] & quidem ſi reſtituerit, vt Caſsius ſcribit, & Iulianus libro ſexto, liberari ipſo iure debitores.

Quæſita per ſeruum hereditarium extra rem poſſeſſoris, veniunt in hanc actionem. Bartolus.

XXXII. PAVLVS libro vicenſimo ad Edictum.

PEr ſeruū[f] adquiſitæ res heredi[g] reſtituēdæ ſunt. quod procedit in hereditate[h] liberti & cū de inofficioſo agitur, cū[i] interim in bonis eſſet heredis:[k]

XXXIII. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

NIſi ex re heredis ſcripti ſtipulatus[l] ſit.

Si venditur res non neceſſaria hereditati, poſſeſſor malæ fidei tenetur ad pretium. ſi neceſſaria, ſi non extat, ad pretium: aliàs ad rem ſi extat. Bartolus.

Iulianus ſcribit, ſi hominem poſſeſſor[m] diſtraxerit, ſi quidē nō neceſſarium hereditati, petitione hereditatis pretium[n] prę-

A

B

C

D

ſtaturū. imputaretur enim ei ſi non diſtraxiſſet. Quòd ſi neceſſarium hereditati, ſi quidem viuit, ipſum præſtandū. ſi deceſſerit, fortaſsis[o] nec pretium. ſed non paſſurum iudicem qui cognoſcit, poſſeſſorem pretiū lucrari[p] ſcribit: & verius eſt.

Filiusfamilias ex teſtamento habet heredem: & ideo eius poteſt peti hereditas. Bartolus.

XXXIIII. PAVLVS libro vicenſimo ad Edictum.

FIliifamilias militis[q] puto peti poſſe hereditatem ex teſtamento nobis obuenientem.

Si filius vel ſeruus teneat hereditatē, vel eius pater, vel dominus, poteſt conueniri hac actione. Bartolus.

Si ſeruus vel filiusfamilias res hereditarias teneat, à patre[r] dominóve peti hereditas poteſt,[ſ] ſi facultatem reſtituendarum rerum habet. Certè ſi pretium rerū hereditariarum venditarū in peculio ſerui habeat: & Iulianus exiſtimat poſſe à domino quaſi à iuris[t] poſſeſſore hereditatem peti.

XXXV. GAIVS libro ſexto ad Edictum prouinciale.

IDem Iulianus ait, etiam ſi nōdum pretia rerum[u] conſecutus ſit ſeruus, poſſe à domino quaſi à iuris poſſeſſore hereditatem peti:[x] quia habet actionem[y] qua eam pecuniam conſequatur. quæ quidem actio[z] etiam ignoranti[a] adquireretur.

Petitio hereditatis quæ datur contra patrem vel dominum, non habet naturam actionis de peculio: niſi quatenus datur ad perſonales præſtationes. Bartolus.

XXXVI. PAVLVS libro vicenſimo ad Edictum.

SI à domino vel à patre qui pretia poſsidet,[a] hereditas petaſ:[b] an filio vel ſeruo mortuo, vel ſeruo manumiſſo, vel emãcipato filio,[c] intra annum agi [d] debeat? & an debitum ſibi dominus vel pater deducere poteſt? Iulianus verius eſſe ait, (id quod Proculus quoque reſpõdit) perpetuò actionẽ dandam: nec deduci oportere id quod ipſi debetur: quia non de peculio agatur, ſed hereditas [e] petatur. hæc rectè, ſi pretia habeat [f] ſeru' vel filius familias. [g]

Quòd ſi propterea hereditas petatur à domino, quòd ſeruus debitor [h] fuit: perinde haberi debebit, atq; ſi de peculio ageretur. [i] Idẽ dicendum [k] Mauricianus ait etiam ſi pecuniam ex pretio perceptam ſeruus vel filius cõſumpſerit, [l] ſed *aliàs ex peculio eius ſolui poteſt.

Hæc actione poteſt ſ. filius ſa. conueniri: & per tranſlationem in patrem poteſtatem: & hereditatis petitionis cœptam inſtantiã non extinguit. Bartolus.

Sed & à filiofamilias [m] peti hereditatem poſſe non eſt dubium, quia reſtituẽdi facultatẽ habet, ſicut ad exhibendum. Multo magis dicimus poſſe peti hereditatem à filiofamilias qui cum paterfamilias eſſet, & poſsideret hereditatem, adrogandum ſe præſtauit. [n]

Pro ſeruo occiſo à mala fidei poſſeſſore datur hæc actio, & l. Aquil. ſed alter a debet eſſe contentus. ſed ſi poſt aditam hereditatem fuerit occiſus ſ. Aquil. tantùm cõpetit. Bartolus.

Si poſſeſſor [o] hereditarium ſeruum occiderit, id quoque in hereditatis petitione veniet. Sed Pomponius ait actorem debere eligere vtrum velit ſibi eũ condẽnari [p] vt caueat [q] ſe non acturum lege Aquilia, an malit integram [r] ſibi eſſe actionẽ legis Aquiliæ omiſſa eius rei æſtimatione [s] à iudice. Quæ electio locũ habet ſi ante aditam hereditatem [t] occiſus ſit ſeruus. nam ſi poſtea, ipſius [u] actio [x] propria effecta eſt, nec veniet in hereditatis petitionem.

Rs à prædone vendita perempta, eſt electio actoris vtrum pretium inſtum, vel commentum exigat. Bar.

Si prædo [y] dolo deſiſſet poſsidere, [z] res autem eo modo interierit, quo eſſet interitura & ſi eadẽ cauſa poſſeſsionis manſiſſet: quantũ ad verba ſenatuſcõſulti melior eſt cauſa pdonis, q̃ bonæ fidei poſſeſſoris: [a] quia pdo ſi dolo deſierit poſsidere, ita cõdẽnatur atq; ſi poſsideret, [b] hereditatem aditam occidat. ſed non tenetur ideo quia occidit: ſed quia ſeruum habuit prius, & mala fide poſſedit eũ quem reſtituere erat obligatus. de hoc enim erat hic tantũ quæſtio, an obligatio damni dati deuolueretur in peti.here. & dicit quòd non ſit poſt aditam hereditatem, ſed ante.

Actio legis Aquiliæ an deuoluatur in petitionẽ hereditatis.

SED ET A FILIO.] Dicit quòd pater ex ſuperiori[b]. ſ. quòd pater nomine filij, & domin' nomine ſerui poterit cõueniri: an autẽ filius peti.her. poſsit conueniri? dicit q̃ ſic. Sed pone, dũ erã mei iuris, poſsidebam her. deinde dedi me in arroga. multo fortius conueniẽdus ero. [SI POSSESSOR.] Mala fi. poſ. ſeruũ her. interfecit. tenetur pe. here. & act. l. Aquil. tamẽ ſi vna actione fuit cõuentus & condẽnatus, debebit heres caucre ſe aliàs nõ acturum. & hæc ſunt vera, ſi ſeruus ante aditã hereditatẽ fuerat interfectus: quia ſi poſt, here. peti. non habet: ſed act. l. Aquil.

a *Poſſidet.* per filium, vel ſeruum.

* *ſed ſi.*

b *Petatur.* & ſic fit cõteſtatio litis: vt. j. rẽ ratã ha. l. ampli' nõ peti.

c *Emancipato filio.* & dicto pretio remanẽte apud patrẽ, vel dominum: vel non remanẽte, cũ iam ſit mota cõtrouerſia: vnde de culpa tenetur: vt. ĩ. e. & nõ tantũ. §. veniunt. verſic. immo. quæ eſt ſi nõ retineat: vt infra de tribu. l. quod in heredem. §. ſi ſeruo. Acc.

d *Agi.* id eſt peragi. cœperat enim agi.

e *Sed hereditas.* nota originalẽ cauſã inſpici: vt. j. de dona. qui id.

f *Habeat.* tempore quo cœpit agi.

g *Seruus vel filiusfam.* & p conſequens dominus: & ſic dominus tenetur in id quod ad eum peruenit: vt. j. de pecu. l. depoſui. in prin. & ĩ. de mino. quòd ſi. §. ſi ſeruus.

h *Debitor.* ſcilicet defuncti.

i *Ageretur.* vt intra annum agat, & deducat.

k *Idẽ dicendũ.* quod in proxi. caſu dixit, vt innuit in fi. huius rñ.

l *Conſumpſerit.* ante lit. conteſt. vel controuerſiam motã etiam, vbi tantũdẽ de ſuo erogaſſet: & ſic factus eſt locupletior: vt. ĩ. e. ſed & ſi lege. §. quod autẽ quis. ſic q; ſiue ſeruus fuerit bo. fi. ſiue ma. fi. tenetur dẽmin' de pec. vt. j. de pec. licet. §. ex furtiua. alioquin ſi in nihilũ factus eſt locupletior, ſed rẽ hereditariam deteriorẽ fecit: ſi quidẽ erat ma. fi. poſ. hic ſeruus cõuenietur noxaliter le. Aquil. vel furti dominus. ſi bo. fi. in nihilum, quia re ſua ſeruti putauit: vt. ĩ. e. ſed & ſi. §. cõſuluit. & §. adeo. & j. e. illud. §. fi.

m *Sed & à filioſam.* non ſolũ à patre. Azo. à ſeruo autem non: quia in iudicio eſſe non poteſt: vt. C. de iudi. l. ſeruus

n *Præſtanit.* aliàs præſtauit, & aliàs præſtitit.

o *Si poſſeſſor.* ſcilicet ma. fi. aliàs enim nulli querelæ eſt ſubiectus: vt ſupra. e. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut. [a] ſed opponitur ad finem. §. quia nec in malę fidei videtur habere loc fi: quia & ſi poſt aditam hereditatem malæ fi. poſſ. occidat, teneri debet petitione hereditatis. cum enim adita hereditate à vero herede ſit obligatus reſtituere per peti. here. & rem perimat, nõ debet liberari eius interitu: vt infra de verb. oblig. ſi ex legati. at hic dicit non venire amodo in pe. here. præterea ſi alius occidiſſet eũ, tenetur hic poſſeſſor pe. here. quia fuerit in mora. cur ergo non idem & ſi ipſe occidat? Ad hoc reſpon. Ioan. verum eſt quidem quòd peti. here. ad ſeruum reſtituendum tenetur, etiam ſi poſt

[a] *Dic quòd hic in mala fidei poſſeſſoribus in bona fidei, ſecundum Bart.*

p *Cõdemnari.* ſcilicet peti. hereditatis.

q *Caueat.* nõ videtur op' eſſe cautione, quia vtraq; intẽdi non poteſt, etſi non caueat: vt diximus. ĩ. nau. cau. ſta. l. & ita. §. fin. Sed forte cauet propter impenſas: vt. j. de rei vin. l. nõ ſolum. Alij dicunt ex abundanti caueri.

r *Integram.* quæ heredi pro ſeruo hereditario occiſo competit: vt hic, &. j. ad. l. Aquil. l. liber homo. infra. §. ſi ſeruus hereditarius.

s *Æſtimatione.* per peti. here.

t *Aditam hereditatẽ.* à petitore hereditatis, qui animo ſolo adire poteſt: vt infi. de her. qua. & dif. §. fina.

u *Ipſius.* ſcilicet heredis, & ſua tantũ, non hereditaria vel defuncti: vnde hæc actio ceſſat: vt hic, &. ĩ. e. quòd ſi in diem. §. non ſolũ. & l. & non tantũ. §. q̃ ſi pro emptore.

x *Actio.* ſcilicet legis Aquil.

f *Longæui hominis.* vt.C. de ſacroſanct.eccle.l.fina.§.j.& in auth. vt Eccleſia Romana.§.j.coll. ij.an idem ius in Eccleſia ſi ei relinquatur vſusfructus? Reſpõ.ſic:quia paria ſunt: vt.C. de ſac.ſan.eccleſ.l.fin.in prin. Sic ergo centum annis durat vſusfruct.vt hic,&.j.de vſufruc.leg.l.ſi vſusfructus municipibus.Sed contra infra ad leg.Falc.l.hereditatum.§.fina.vbi dicit.xxx.annis durare.Solu.ab initio ſtatuuntur.xxx.anni.ſed ſi vſque tunc capitis deminutionem paſſa non ſit,tunc in centum annos extenditur.Accurſius.

g h *Dominus fructuario. Prædium.* id eſt proprietatem. Accurſius. *Legauit.* in teſtaméto in quo exheredauit filiũ:vt patet.j.

i *Apparuit.* quia tunc perinde eſt ac ſi non eſſet aliquid legatũ: vt ſupra de inoffi.teſta.l.cũ.§.ſi.& arg.ſ.ſi ex noxa.cau.l.ij.in fi. Sed contra infra quib.mo.vſusfruc.amit.ſi tibi.vbi dicit,quòd ſi emit fructuarius cõditione pendente legatæ proprietatis alij, q̃ ea exiſtente totum perdat.Sol.hic tantum de facto fuit facta conſolidatio,cum teſtamentum non valeat fictione iuris:vnde vſufru.extĩgui nõ poteſt.ibi de iure & de facto:quia tenuit emptio. Item ibi ex ſua propria volũtate habuit emendo:hic non ſic. Ité cõtra.j.de excep.rei iudi.euidenter.Sed hoc nõ nocet filio:quia & prius erat ille fructuarius.

k *Recurrit.* & ſic non eſt locus iuri adcreſcendi inter eos:vt hic, & infra de ali.& ci.leg.l.iij.§.debebit.& arg.infra quemad.ſer. amit.l.aquam.§.fi. Sed contra infra titu.j.l.j.&.l.interdum. Sol. hic teſtator cauit vt non haberet locum:ibi non. Vel hic ſeparatim, ibi coniunctim legauit, ſecundum P.argu.infra tit.j.l.j.§.j. Vel hic non fuit vſusfructus, ſed præſtatio ex eo fundo: vt not. ſupra eod.ſi quis ita.& probatur hoc infrà de vſu & habit.l.ſi habitatio.§.ſed ſi ſic. Vel dic verius, quòd hic verus erat vſusfructus: nec tamen ius adcreſcendi eſt inter eos: quia ob alimenta fuit tantum relictus. Si ergo conliberti alimenta habeant, nihil eſt vnde querantur, licet adcreſcat proprietati:quia illa verba, ob alimenta, taxationis loco ponuntur: vt infra de tri.vino & oleo le.l.cum certus. aliàs autem eſt ius adcreſcendi: vt in legibus contrariis. Item obiicitur quòd ſi quid eſt ſuperfluũ,ad libertos pertinet: vt infra de alimẽ. lega.l.iiij.Sed dic quòd prædia fuerunt ibi relicta in pleno dominio. Accurſius.

Defuncta.] CASVS. Teſtator legauit Titio vſumfructum vineæ, & ciuitati Bonoñ. nudam proprietatẽ. Titia locauit vineam pro certa mercede ſoluenda ſingulis annis nomine Titiæ.poſtea deceſſit in menſe Decembri, & ſic ante terminum ſoluendi, ſed poſt collectas vuas. quæritur cui penſio præſtanda erit? Reſpon. quòd heredi fructuariæ ſua die erit ſoluenda. [SEMPRONIO.] Si legaſti ſeptimam partem ex reditu fructuum holeris & porri ex tali fundo,quæritur an ſit vſusfructus? Et reſpon.q̃ non,ſed legatum:& ego legatum habebo ſi vſusfructus non eſt relictus in annis ſingulis. & dic quotannis, id eſt ſingulis annis:vt legitur infra de an.leg.l.legatis.§.vini. Viuianus.

l *Defuncta fructuaria.* hæc fructuaria locauerat per colonos, & pactum fecit quòd kalendis Martij reportarentur fructus vel penſio à colonis.hæc mortua eſt poſt collectos fructus: ſed ante diẽ quo ſolui ſibi debuit. Accurſius.

m *Perceptorum.* & ſic pro vltimo anno habet omnes fructus:licet nondum tranſierit totus:vt.j.de an.leg.l.à nobis.ſecus in fructibus dotis: vt.j.ſolu.mat.diuortio.ſed hoc ideo, quia iam collecti erant. Item not.hic pro fructibus præteritis heredes agere: vt.ſ.e.l.quæſitum.& l.qui vſumfru.§.fi.&.l.ſi operas. &.j.ſi vſusfru.peta.l.vti.§.fin. Item contra infra de iur.fiſ.l.fi. Sed ibi alius eſt caſus. loquitur enim ibi in emptore ad quẽ fundus peruenit. Item no.arg.quòd penſiones in fine anni ſunt ſoluendæ:ar.contra.j.communia præ.l.venditor.in fin. hic autem ex cõuentione fuit. Item no. arg.ad fructus feudorum ſi moritur vaſallus,& non tranſmittit ad heredem,quia mulier eſt: quòd diſtingui debeat, an ſint percepti,vel non.Sed de cõſuetudine eſt vt reddat in kalendis Martij:vt in conſuetudine feudorum in tit.hic finitur lex: deinde conſue.re.inci.c.ſi vaſallus.

Heredes p fructibus pœnitis agere poſſunt.

Penſiones in fine anni ſunt ſoluendæ.

n *Non vſumfructum.* facit.j.de ann.leg.Gaius Seius prædia.&.l. annua.& de vſufr.lega.l.cũ ita.&.l.fundi Trebatiani.&.l.patrimonij.Sed contra.ſ.eo.ſi quis ita.Sol.plene vt ibi.

o *Quotannis.* id eſt ſingulis annis. Azo.

p *Relictum.* No.donec viuit,ſingulis annis videri in dubio relictum,non pro vno anno tantùm: vt.j.de ali.leg.l.Mela.in prin.

SI infantis[a] vſus tantummodo[b] legatus ſit,etiam ſi nullus interim ſit[c], cũ tamẽ infantis ætatẽ exceſſerit, eſſe incipit.

Vſusfructus relictus ciuitati, durat centum annis. Bald.

LVI. GAIVS libro ſeptimodecimo ad Edictum prouinciale.

AN vſusfructus nomine actio municipibus dari debeat, quæſitum eſt. Periculum enim eſſe videbatur ne perpetuus fieret:quia neque morte,nec facilè[d] capitis deminutione perituruſ eſt. qua ratione proprietas inutilis eſſet futura ſemper abſcedente[e] vſufructu. ſed tamen placuit dãdam eſſe actionem. Vnde ſequens dubitatio eſt, quouſque tuendi eſſent in eo vſufructu municipes. Et placuit centum annos tuendos eſſe municipes: quia is finis vitæ longæui[f] † hominis eſt.

Querela inofficioſi teſtamenti ſicut reſcindit legatum,ita reſtituit integrũ ius primarium quod erat à legato confuſum. Bal.

LVII. PAPINIANVS libro ſeptimo Reſponſorum.

DOminus fructuario prædium[g] quod ei per vſumfructum ſeruiebat,legauit[h]:idque prædium aliquandiu poſſeſſum legatarius reſtituere filio qui cauſam inofficioſi teſtamenti rectè pertulerat, coactus eſt. manſiſſe fructus ius integrum ex poſtfacto apparuit[i]. Per fideicõmiſſum fructu prædiorum ob alimenta libertis relicto, partium emolumentum ex perſona vita decedẽtium ad dominum proprietatis recurrit[k].

Fructus percepti pertinent ad fructuarium, non inſpecta quota pars anni vixerit fructuarius. Bartolus.

LVIII. SCAEVOLA libro tertio Reſponſorum.

DEfuncta fructuaria[l] menſe Decembri, iã omnibus fructibus qui in his agris naſcuntur,menſe Octobri per colonos ſublatis, quæſitum eſt vtrum penſio heredi fructuariæ ſolui deberet,quamuis fructuaria ante calendas Martias quibus penſiones inferri debeant deceſſerit,an diuidi debeat inter heredem fructuariæ & rempublicam cui proprietas legata eſt. Reſpondi, rempublicam quidem cum colono nullam actionem habere: fructuariæ verò heredem ſua die(ſecundum ea quę proponerentur) integram penſionem percepturum[m]. *Sempronio do lego ex redactu fructuum holeris & porrinæ, quæ habeo in agro Farrariorum,partem ſextam.* Quæritur,an his verbis vſusfructus legatus videatur. Reſpondi,nõ vſumfructũ[n], ſed ex eo quod redactũ eſſet, partem legatam.

Item quæſitum eſt,ſi vſusfructus non eſſet, an quotannis[o] partem ſextam redactam legauerit.Reſpõdi,quotánis videri relictũ[p],niſi contrariũ ſpecialiter ab herede adprobetur.

LIX. PAVLVS libro tertio Sententiarum.

& arg. infra de vſu & ha. ſi habitatio. §. vtrum autem. Accurſius.

ARbores.] CASVS. Si habeo vſumfructum in fundo, & arbores cadant tempeſtate, non culpa mea: an tenear alias ſubmittere, quæritur. Et reſpon. quòd non. Item ſi habeo vſumfructum in fundo: & emolumentum ad me pertinet. Item ſi teſtator locauit fundum: poſteáque mihi fundi illius vſum legauit: an videatur mihi penſio acquiſita? Et reſpond. quòd ſic. Item quæritur an ego vſufru. poſſim expellere colonum? Et reſpond. q̃ ſic, ad exemplum illius qui emit rem locatam: vt ſicut emptor cui traditur poſſeſsio, poteſt expellere colonum de fundo: ita fructuarius cui penſiones ſoluuntur.

CAESAE.] Teſtator legauit mihi vſumfructum fundi: ex quo in harúdine vel alio trahú tur fructus: & etiá illi cé ſus ſoluebantur de tali fructu. Dicit ad fructuarium pertinere. nam & onus pertinet. Viuianus.

a *Non placet.* quia euerſæ non pertinent ad fructuarium, niſi vt dicitur ſupra eo. l. arboribus. in prin. ſed ſecus in demortuis: vt ſupra eod. agri. Item facit ſupra eo. item ſi fundi. in fi.

Coniunge l. ſi via. & aqua que. & eſt.

b *Comprehenſæ ſunt.* ſubaudi, ad fructuariũ pertinebunt.

c *Venditionis.* in qua cõ ſtat quòd poteſt emptor colonum repellere: vt not. j. de actio. emp. l. Iulianus. §. ſi fructibus. & C. loca. l. emptorum. & facit. j. de contrahen. emp. ſi cum venderes.

d *Exceptæ.* per hoc quod dicit, & patet quòd loquitur eodem caſu. ſiue ergo ſunt comprehenſæ, ſiue nil dictum, poteſt deiici colonus. ſecus ſi excepit: quia tunc non poteſt deiici. Accurſius.

e *Conductorem.* facit ſupra eo. ſi pendentes. §. fin. contra. Solu. vt ibi. Accurſius.

f *Conſueuit.* duobus modis intellige. vel quòd fundus debeat alij fundo vectigal de talibus: vel quòd alius ei. nam in vtroque caſu pertinet ad fructuarium: primo vt inde ſoluat: ſecundo vt ſibi accipiat: vt argu. infra de an. leg. l. Gaius Seius.

CVIuſcumque.] CASVS. Habebam vſumfructum in fundo. aliquis me deiecit. pone quòd ego qui fui deiectus, non potui habere vſumfructum. vnde interim perit vſusfructus. an mihi de perceptis fructibus medio tempore antequam finiretur vſusfruct. actio competat? Et reſpon. quòd ſic. [SI FVNDVS.] Teſtator legauit mihi vſumfructum fundi. heres cui nuda proprietas remanſit, tradit mihi. poſtea cecidi à poſſ. & Titius quidam poſſidet. Dicit quòd intendam confeſſoriam contra eum. Secundo dicit: pone quòd etiam heres agat rei vin. contra Titium tenentem: & tunc aut vterque confitetur me fructuarium, & heres, & ille poſſeſſor: & ſimiliter debet mihi reſtitui, & cauebit poſſeſſor de non petendo à me. Aut ambo diffitétur: & tunc differtur reſtitutio mihi faciéda donec probem de iure meo: ſed poſſeſſor cauet mihi de reſtituendis fructibus medij temporis ſi obtineo. Viuianus.

g *Cuiuſcumque fundi.* vrbani vel ruſtici.

h *Prohibitus.* id eſt non admiſſus cum intrare vellet: vt differat à ſequenti.

i *Aut deiectus.* cum eſſet in poſſeſsione.

k *Omnium rerum.* etiam mobilium, occaſione immobilium: vt infra de vi & vi ar. l. j. §. ſi fundus. & §. rectiſſime. Accurſius.

l *Agit.* vtili interdicto vnde vi.

m *Si medio.* antequam recuperarentur interdicto vnde vi.

n *Intercideric.* ſi enim interciderit non vtendo, agam contra expulſorem: vt ſi dominus eſt, mihi iterum conſtituat: ſi non, condemnetur ad intereſſe. ſed ſi ca. de. vel ſimili modo, agam pro fructibus tantum, non pro vſufructu: vt infra de vi & vi ar. l. ſi plures. & l. ſi fundo. & hic. Azo.

o *De præceptis.* & etiã percipiẽdis: vt. C. vnde vi. de poſſeſsione.

p *Antea.* quàm perierat.

Arbores vi tempeſtatis non culpa fructuarij euerſas, ab eo ſubſtitui nõ placet[a]. Quidquid in fundo naſcit, vel quidquid inde percipitur: ad fructuariũ pertinet: pẽſiones quoque iam antea locatorũ agrorum, ſi ipſę quoque ſpecialiter cõprehẽſæ[b] ſint. Sed ad exemplum venditionis[c] niſi fuerint ſpecialiter exceptæ[d], poteſt vſufructuarius conductorem[e] repellere. Cæſæ harundinis vel pali compendium, ſi in eo quoque fundi vectigal eſſe conſueuit[f], ad fructuarium pertinet.

LX. IDEM libro quinto Sententiarum.

CVIuſcumque fundi[g] vſufructuarius prohibitus[h] aut deiectus, [i] de reſtitutione omnium rerum[k] ſimul occupatarum agit. [l] Sed & ſi medio[m] tempore alio caſu interciderit[n] vſusfructus, æquè de perceptis[o] antea[p] fructib[9] vtilis actio[q] tribuitur.

Etiam contra ciuiliter poſſidentem rei vindicatio poteſt intentari. Bartolus.

Si fundus cuius vſusfructus petitur, non à domino poſsideatur, actio redditur[r]. [s] Et ideo ſi de fundi proprietate inter duos quæſtio ſit, fructuarius nihilo minus in poſſeſsione eſſe debet: [t] ſatísque ei à poſſeſſore [t] cauendum eſt, quòd nõ ſit prohibiturus frui eũ cui vſusfructus relictus eſt, quamdiu de iure ſuo[u] probet. Sed ſi ipſi vſufructuario quæſtio moueatur, interim vſusfructus eius offertur. * [x] ſed caueri de reſtituendo eo quod ex his fructibus percepturus eſt, vel ſi ſatis non detur, ipſe frui permittitur.

Onus reale eatur ab eo qui vult rem dimittere: ſecus in onere perſonali. h. d. cum l. ſequen. Bartolus.

LXI. NERATIVS libro ſecundo Reſponſorum.

VSufructuarius nouum riuum[y] * parietibus non poteſt imponere. Aedificium inchoatũ fructuariũ conſummare nõ poſſe[z] placet, etiam ſi eo loco aliter vti non poſsit. [a] Sed nec eius quidẽ vſumfructum[b] poſſeſſ. l. naturaliter.

Vſusfructus quæ actione petatur poſſeſſ.

Vulg. diſſentur.

Nisi ne accipe pro ſtillicidii genere quod minus eſt, leniſſimè fiunt: quæ ad modum ſumam pro eo quod copioſius maioréq; impetu decurrit. l. ſeruitutes. §. ſtillicidiũ. & l. fraternien. j. de ſeruit. vrb. præd.

q *Actio.* in factum, loco vnde vi.

r *Redditur.* pro vſufructu. & dic ad intelligentiam huius §. quòd vſufructus conſtitutus & traditus peti poteſt confeſſoria ab omni poſſidente, ſiue ſit dominus, vel non: vt infra ſi vſusfructus pet. l. vti frui. §. vtrum. Si ergo non dominus poſsideat, & dominus verus rei vindicatio. proponat: fructuarius quoque cõtra eundem poſſeſſorem intendat confeſſoriã: aut poſſeſſor, & is qui agit rei vindicatione, cõfitetur vſumfructum deberi: & tunc ſine contradictione reſtituitur vſusfructus, & cauetur à fructuario: vt hic, & argu. infra ſi ſerui. vindic. l. harum. aut diffitetur vterque, id eſt qui agit rei vindicatione, & poſſeſſor: & tunc differetur reſtitutio vſusfructus. cauetur tamen fructuario de reſtitutione fructuũ forte ex generali clauſula: vt ſupra de iudic. in omnibus. Azo.

s *In poſſeſſione eſſe debet.* ſcilicet naturali: vt infra de adquirenda poſſeſſ. l. naturaliter.

t *Poſſeſſore.* ſcilicet ciuiliter: qui etiam rei vindi. conuenitur: vt hic habes. Vel dic eum poſſidere: ſed fructuarius debet eſſe: quia debet ei reſtitui.

u *De iure ſuo.* ſ. conuenti, & eius qui intentat rei vin. nam poſtquam probabit agens rei vindi. ſe eſſe dominum, non eſt opus tenere ſtipulationem in perſona poſſidentis, cum ipſe velut extraneus cenſeatur: non autẽ dicit de iure ſuo, ſcilicet fructuarij: quia de vſufructu non erat in hoc caſu quæſtio: ſed ſtatim ponitur.

x *Differtur.* donec probet ſe vſumfructum habere. nõ ergo erat in poſſeſsione. tunc enim remaneret in poſſeſsione, & frueretur: vt. j. de aqua quoti. & æſti. l. pe.

VSufructuarius.] CASVS. Legauit mihi teſtator vſumfructum in domo. dicit quòd non poſſum mutare ſtillicidium. Secundo legauit mihi ædificij vſumfructum inchoati, nõ perfecti. Dicit quòd non poſſum perficere: quia ſic mutarentur res, ſi perficeretur imperfectum.

y *Nouum riuum.* ſtillicidij ſcilicet. vel dic proprie pro eo quod deriuat aquam per fundum alterius. Accurſius.

z *Non poſſe.* non ergo inſpicitur quod dominus erat facturus. Et ſic eſt argu. contra infra de pigno. act. l. ſi ſeruos. & l. vel vniuerſorum.

a *Non poſsit.* imò videtur omnia accedere vſuifructui, ſine quibus eſſe non poteſt: vt arg. contra. ſ. de iuriſd. om. iudi. l. ij. & infra ſi vſusfruct. pe. l. j. §. j. quæ eſt contra. Solu. hoc ideo, quia hic mutatur forma rei: vnde non poteſt: licet aliter vti non poſsit: vt ſupra eo. l. ſi cuius. §. item eum. ſed ibi non mutatur. Item contra j. eo. l. ſi areæ. Sol. vt ibi.

b *Vſumfructum.* quo ad commodum, cum aliter vti non poſsit: nihilominus tamẽ habet ipſum ius: vt ſupra eo. l. arboribus. §. de illo. & l. ſtatuæ. §. licet. & l. ſi infantis. Io. quia quandoque inde traheret commodum fortè ad cuſtodiendum oues ibi intus. ſed certe nec ipſo iure habet vſumfr. hic enim loquitur cum inchoatum ædificium à fructuario conſummatum eſt: alioquin inutilis eſſet repetitio, cum ſtatim dixerit in imperfecto commodum vtendi non habere fructuarium: ius ipſum tamen habet: ſed hic

eſt

eſt forma mutata, & extinctus vſusfructus: niſi teſtator conſummaret: & in conſummato vſumfructum conceſſit, ſecundũ Azo.

a *Liceat.* vt habeat vſumfructum, & liceat ei conſummare ædificium. & facit ad. §. ã. eo. l. vſusfructus. Accurſius.

Vſufructuarium.] *CASVS.* Si habeo vſumfruct. in fundo, poſſum venari in illo fundo. [*SI IN VIVARIIS.*] Aliquis legauit mihi vſumfructum viuarij. quæritur vtrum animalia quę ſunt in eo, poſsim venari & comedere? Et videtur quòd non: ſed potero cum illis ludere. ſed quicquid dictum ſit, ſoluit tamen quòd ego vſufruct. poſſim capere de illis beſtiis, & vti: dum tamen eundem numerum reſtituã in eo viuario domino proprietatis qui fuit eo tempore quo cœpi vti.

b *Dicitur.* ſi fructus talium poſſeſſionum in venatione conſiſtat: vt. j. de vſur. l. venationem.

c *Ciuili.* vſusfructus. ſ. ratione, quem habet.

d *Gentium.* quo cauetur vt qui ceperit, fiat dominus occupatione: vt inſtitu. de re. di. §. feræ. Accurſius.

e *Si in viuariis.* locus muro, vel aqua, vel ſepe circundatus, vbi feræ ſunt incluſæ: vt in lacu Peruſino: vt hic colligitur.

† *Facit ad hanc. l. c. cũ citra. cũ gl. ſuper verbo extenuaſſet. extra de pignor.*

Ratiõe difficilis diſcretionis ſit, quod aliàs non fieret.

f *Initio.* quia prius ibi non fuerant.

g *Diſcretionem.* Nec enim poſſunt dinoſci illa quę nouiter inciderunt, à veteribus.

h *Difficilem.* ſic ergo ratione difficilis diſcretionis aliquid fit, quod aliàs non fieret: vt infra de condic. inde. l. ſi pœnæ. §. j. & ſi cer. pet. nam & ſi ſur. §. fin. & ã. eo. itẽ ſi fundi. §. ſed ſi inſula. Accurſius.

i *Numerum.* Debent ergo ea numerari. Acc.

k *Quod noſtrum. Ad alios.* vt hoc caſu, & in creditore: vt infra de acquir. re. do. non nouum. & argu. infra de adquir. poſſ. l. interdum. ſed regulariter contra: vt. j. de acquir. re. do. l. traditio. & ſupra de iuriſ. om. iudi. eum qui. §. fi. & C. de hęret. l. omnes vetitæ. & C. de iur. do. l. fin. j. reſpon. & infra ad Macc. filium. & ſupra de offi. procon. obſeruare. §. finali.

l *Vſumfructum.* non formalem, ſed cauſalem.

Cum fructuarius. *CASVS* cum. l. ſequen. Vſusfru. eſt mihi relictus in domo quæ diruitur, ſed non culpa mea. an ſim ſoluendus ſi volo relinquere vſumfructum? Et reſpõ. quòd ſic. Sed ſi culpa mea diruatur: cum illam reficere debeo, non poſſum reſſ. Vetus.

A linquere vſumfruct. [*NON MACTS.*] Vſumfruct. fundi mihi reliquiſti vel domus, an heres cuius eſt proprietas, cogatur reficere quando teſtator relinquit corruptam vetuſtate? Et reſpon. quòd non: ſicut non tenetur heres reficere, non magis quàm ſi alteri extraneo foret proprietas relicta. Viuianus.

SEd cum fructuarius debeat quod ſuo ſuorúmq; [a] facto deterius factum ſit reficere, non eſt abſoluendus licet vſumfructum derelinquere paratus ſit. debet enim omne quod diligẽs paterfamilias in ſua domo facit, & ipſe facere. ℣ Non magis heres reficere debet quod vetuſtate iam deterius factum reliquiſſet teſtator, quàm ſi proprietatem alicui teſtator [o] legaſſet:

B

LXVI. PAVLVS libro quadragenſimoſeptimo ad Edictum.

CVm vſufructuario non ſolùm legis Aquilię actio cõpetere poteſt, ſed & ſerui corrupti & iniuriarum, ſi ſeruum torquendo deteriorem fecerit [p].

LXVII. IVLIANVS libro primo ex Minicio.

CVi vſusfructus legatus eſt, etiam inuito herede eũ extraneo vendere poteſt, [q]

LXVIII. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

C VEtus fuit † quæſtio, an partus ad fructuarium pertineret. Sed Bruti ſententia obtinuit, fructuarium in eo [r] locum non habere. neque enim in fructu hominis homo eſſe poteſt. [ſ] hac ratione nec vſumfructum in eo fructuarius habebit. Quid tamen ſi fuerit etiam partus vſusfructus [t] relictus, an habeat in eo vſumfructum? Et cũ poſsit partus legari, poterit & vſusfructus eius. Fœtus tamen pecorum Sabinus & Caſsius opinati ſunt ad fructuarium pertinere. Planè ſi gregis vel armenti ſit vſusfructus legatus, debebit ex adgnatis gregem ſupplere, id eſt in locum capitum defunctorum

D

LXIX. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

VEl inutiliũ [u] alia ſummittere: vt pòſt ſubſtituta [x] fiãt [y] propria fructuarij: ne lucro ea res cedat domino. Et ſicut ſubſtituta ſtatim domini fiunt, ita priora quoq; ex natura fructus

m *Abſolui.* vt enim ſerui pro noxa dimittuntur, ita & ædificia dimitti poſſunt: vt hic, & infra de dam. infect. l. prætor. §. hoc edicto. & ſupra de rei vindicat. l. pe. & infra de ædil. edic. l. quod ſi nolit. in princip. & infra de aqua plu. ar. l. is cum quo. in fi. l. & infra ne quid in lo. pub. l. ſecunda. §. hoc interdicto non is tenetur. in fi. §. & ã. eo. l. ſi abſente. ij. reſpon.

n *Sed cum fructuarius. Suorúmque.* vt emptorum: vt infra de ædil. edict. l. ædiles. in principio.

o *Teſtator.* niſi hoc præcipiat: vt ſupra eo. l. ſi extraneo. §. fi. ſecus in locatore qui debet reficere: vt. j. loca. l. ex cõducto. in principio.

p *Cum vſufructuario. Fecit.* hoc habes &. ã. eod. locum. §. finali. & infra ad legem Aquil. item Mela. §. finali. &. l. ſequen. & infra de iniu. ſed ſi vnus. §. ſi ſeruus. & l. item apud. §. item liberum. &. §. ſi vſumfructum. & infra de ſeruo cor. ſi quis ſeruum communem. §. ſi in ſeruo. Accurſius.

† *In hunc locũ Cic. libr. 1. de finib. bono. & malo.*

q *Vi vſusfruct. Vendere poteſt.* vt inſtitu. de vſu & ha. ſecus in emphyteuta: vt. C. de iure emphyteu. l. fina. §. j. Accurſius.

VEtus.] *CASVS.* Plana eſt. Dicit enim quòd partus ancillæ non ſunt fructuarij: nec habet in eo vſumfructum, niſi teſtator leget vſumfructum. Quod ſubiicit, planum eſt.

FOETVS.] Sic continua: licet partus ancillæ fructuarij non fiant, nec etiam vſumfructum in eo habeat, niſi ſpecialiter ei relictus ſit fœtus: tamen partus pecorum fiunt ipſius fructuarij. Vi.

r *In re.* ſcilicet partu. Accurſius.

ſ *Eſſe poteſt.* vt & infra de vſur. l. in pecudum. & inſtitu. de rerum diuiſ. §. in pecudum.

t *Vſusfructus.* Sic ergo expreſſa proſunt. Sed argu. contra. infra de condi. & demon. l. nonnunquam. Accurſius.

u *VEl inutiliũ.* vt & ſupra eo. agri. Accurſius.

x *Subſtituta.* ſcilicet capita à fructuario.

y *Fiant.* ſcilicet illa in quorum locum alia ſubſtituta ſunt.

a Q*Vid ergo. Non faciat.* ſupple, id eſt nec ſuppleat &c. Ac.

b *Suppleat.* antequam conueniatur. Accurſius.

c *Teneri.* vel cautione quia boni viri arbitratu ſe vſurum promittat: vel actione in factum, ſi cautio non eſt interpoſita: vt infra de præſcri. ver. l. partis.

d *Pendere.* ſic. & eo. l. ſi fur. in fi. Accurſius.

e *Nihil fuit.* quia nondum erat aliqua demortua. Azo.

f *Nunc &c.* quia perierunt poſt aliqua. Azo.

g *Edentur.* poſt caſum. Azo.

h *Edita ſunt.* ante caſum demortuorum. Accurſius.

i *Nocere.* vt vel ex primis vel poſterioribus fiat ſummiſsio, ſecundum R.

† *Qui ſummittendi ſit*; *Columel. lib. 8. de re ruſt.*

k *Summittere autem facere.* vt & fugere: vt infra de ædil. edict. bouem. §. j. Accurſius.

l *Quandam facere.* vtilium ab inutilibus.

m *Quòd.* id eſt quia. nam ſibi inutilia & infirma aſsignat: ſed vtilia proprietario aſsignat & eius facit: ex quo patet quòd diuiſio eſt. Azo.

SI in area.] CASVS. Vſumfructum habebam in area alicuius: alius eam ædificauit. & ſic vſusfructus videtur extinctꝰ mutatione rei. ante decennium reſtituitur vſusfructꝰ mihi. Cætera plana ſunt vſque ad finem rubricæ. Viuia.

n *Perit.* id eſt perire ſolet.

o *Reſponderunt.* quia licet iure ciuili ſit amiſſus, vt infra qui. mo. vſusfr. amitti. l. repeti. §. fi. de iure tamen prætorio reſtituitur ipſo iure: vt infra de ſeruit. ruſt. prædi. l. & Atilicinus. & ideo non videtur amiſſus: vt ſupra de in integ. reſtit. nemo. & hoc ſuperficie ſublata intra tempus quo ſolet perire vſusfruct. alioquin ſi vltra tempus, agitur vt remoueatur: vt. j. quem admo. ſer. amit. ſi locus. & infra ſi ſer. vin. l. ſi eo loco. in princip. Accurſius.

p *SI dominus. Pertinere.* hoc ſi relictus eſt ita, cum deſierit ad illum pertinere: vt & infra quando di. le. ce. l. ſi dies. Alioquin ſi ſciens alterius eſſe vſumfructum pure legauerit, adita hereditate cedit dies vſusfructus, & æſtimatio eius legatario præſtatur: ſicut in re aliena legata: vt inſtitu. de lega. §. quod autem diximus.

q *SI area. Ædificare.* vt ſupra eo. l. vſufructuarius. §. ædificium, contra. Solu. hæc determinat illam. Accurſius.

r *SI Sticho. Pertineat.* ſicut & in legato proprietatis: vt infra de lega. ij. ſi duobus. in fine. Accurſius.

DE VSVFRVCTV ADCRESCENDO.

deſinũt eius eſſe. Nam alioquin quod naſcitur, fructuarij eſt: & cum ſubſtituit, deſinit eius eſſe.

LXX. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

QVid ergo ſi nõ faciat[a] nec ſuppleat[b]? Teneri[c] eum proprietario Gaius Caſsius ſcribit libro decimo iuris ciuilis. Interim tamen quamdiu ſummittantur † & ſuppleantur capita quę demortua ſunt, cuius ſit fœtus, quæritur. Et Iulianus libro triceſimoquinto Digeſtorum ſcribit pendêre[d] eorũ dominium: vt ſi ſummittantur, ſint proprietarij: ſi non ſummittantur, fructuarij. quæ ſententia vera eſt. Secundum quæ, ſi deceſſerit fœtus, periculum erit fructuarij, non proprietarij, & neceſſe habebit alios fœtus ſummittere. Vnde Gaius Caſsius libro octauo ſcribit, carnem fœtus demortui ad fructuarium pertinere. Sed quod dicitur, debere eum ſummittere, totiens verum eſt, quotiens gregis vel armenti vel equitij, id eſt vniuerſitatis vſusfructꝰ legatus eſt. cæterum ſi ſingulorum capitũ, nihil ſupplebit. Item ſi fortè eo tempore quo fœtus editi ſunt, nihil fuit[e] quod ſummitti deberet, nunc & [f]poſt editionem: vtrum ex his quę edẽtur[g], ſummittere debebit, an ex his quæ edita ſunt[h], videndum eſt. Puto autem verius, ea quæ pleno grege edita ſunt, ad fructuariũ pertinere: ſed poſteriorem gregis caſum nocere[i] debere fructuario. Summittere autem facti[k] eſt: & Iulianus proprie dicit, diſpertire, & diuidere, & diuiſionẽ quãdã facere[l]: quòd[m] dominium erit ſummiſſorum proprietarij.

LXXI. MARCELLVS libro ſeptimodecimo Digeſtorum.

A *Vtatur.*] CASVS. Teſtator legauit vſumfructũ fundi mihi & Titio. Titius non vult ſuam partem: vel poſtquã habuerit amiſit. quæritur an accreſcat mihi. Et dicit q̃ ſi ſumus coniuncti, ſic. ſi ſeparati, non. ſumus autem coniuncti ſi dixit teſtator, Titio & Mæuio. ſeparati, ſi dixit, illi dimidiam, & illi dimidiam. [DENIQVE.] Teſtator legauit vſumfructũ fundi ſeruo communi meo & Titij. & dicit hic coniunctim. quæritur ſi vnus dominorum repudiauerit, vtrum alteri accreſcat? Et reſpond. quòd accreſcit alteri. [IDEM AIT.] Si teſtator legauit vſumfructum ſeruo communi Mæuij & Seij, item & Titio in alia dimidia: ſi Titius perdat, mihi nõ Titio accreſcit: & idem eſt etiam ſi mihi & Titio coniunctim, & Seio ſeparatim. nam & hic Titio amittente accreſcit mihi, non Seio. [INTERDVM.] Teſtator legauit mihi vſumfructum fundi. Item Titio vſumfruct. eiuſdem fundi: & ita ſeparatim quo ad verba: licet quo ad rem cõiuncti ſumus. quæritur an vno amittente alteri accreſcit? Et dicit quòd ſic. Secundo dicit, in proprietate fundi legata duobus, p̃dicto modo eſt. nam vno repudiante, accreſcit alteri. Tertio dicit, quòd plenius accreſcit vſusfructus quàm proprietas, quia vſusfructus, ſiue vnus fructuarius repudiet antequam habeat, ſiue poſtquam habeat amittat capi. deminutione vel alio modo, accreſcit: ſed proprietas ita demum, ſi à domino ſit tradita res. Viuianus.

f *Relictus.* imò in caſu videtur etiam ſi coniunctus eſt, quòd non accreſcat: vt infra de conditionibus & demõſtrationibus, lege, mulieri. quæ eſt cõtra, vbi duobus mari & fœminæ fuit relictus: & coniunctim ſub conditione ſi alter eorum, ſcilicet mulier non nuberet. nam ea nubente & altero repudiãte non accreſcit mulieri. Solutio. licet defecerit ibi conditio in perſona vtriuſque, quia nupſit: tamen quo ad mulierem conditio remittitur. vnde collegatarius nihil habet: & etiam ſi repudiet, nihil repudiare videtur: quia nihil habet. mulieri autem nihil accreſcit: quia conditio viduitatis quæ ſibi remittitur, non plus dat ei, quàm ſi collegatarius partem ſuam non perderet. hic autem ſimpliciter & pure duobus fuit relictus: & alter repudiauit, vel alter amiſit: vnde alteri eſt ius accreſcendi. Et dic de coniũcto re & verbis, vel altero eorum modorum tantum. Accurſius.

t *Partes.* pro diuiſo aſsignatæ, vel etiam pro indiuiſo: vt pro æquis portionibus. vel huic in dimidiam, illi in alteram dimidiã

SI in area cuius vſusfructus alienus eſſet, quis ædificaſſet intra tempus quo vſusfructus perit: [n] ſuperficie ſublatã reſtitui vſumfructum veteres reſpõderunt[o].

LXXII. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

B SI dominus nudæ proprietatis vſumfructum legauerit, verum eſt quod Mæcianus ſcripſit libro tertio quęſtionum de fideicommiſsis, valere legatum: & ſi fortè in vita teſtatoris vel ante aditam hereditatem proprietati acceſſerit, ad legatariũ pertinere[p]. Plus admittit Mæcianus, etiam ſi poſt aditam hereditatẽ acceſsiſſet vſusfructus, vtiliter diem cedere, & ad legatarium pertinere.

LXXIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

SI areę vſusfructus legatus ſit mihi, poſſe me caſam ibi ædificare[q], cuſtodiæ cauſa earum rerum quæ in area ſint.

C LXXIIII. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.

SI Sticho ſeruo tuo & Pamphilo meo legatus fuerit vſusfructus, tale eſt legatum, quale ſi mihi & tibi legatus eſſet: & ideo dubium nõ eſt quin æqualiter ad nos pertineat[r].

DE VSVFRVCTV adcreſcendo.

TITVLVS II.

Inter coniunctos eſt locus iuri accreſcendi, non inter tot aliter diſiunctos. h. d. quod not. Bartolus.

I. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

D QVotiẽs vſusfructus legatus eſt, ita inter fructuarios eſt ius adcreſcendi, ſi coniũctim ſit vſusfructus relictus.[s] Cæterum ſi ſeparatim vnicuiq; partis[t] rei vſusfructus ſit relictus, ſine dubio ius adcreſcendi ceſſat.

lego

lego vſumfructumdum, modo nõ ſint verbis cõiuncti. Nam nec in proprietate eſſent coniuncti illi quibus partes diuiſæ vel indiuiſæ aſsignantur: vt. j. de leg. ij. & Proculo. ibi, partes videri legatas. & infra de leg. ij. Mæuio. j. reſpon. & infra de here. inſtitu. l. ſi ita quis heredes. Et attende quod dixi; quòd non ſint etiam verbis coniuncti. nam vt in proprietate accreſcit verbis tantum coniuncto: vt infra de lega. iij. re coniuncti. ita & in vſufru. multo magis: vt in hac. l. §. interdum. Quidam tamen contra. Argu. pro eis hic, cæterum &c. & l. inde Neratius. j. reſpon. & l. penult. vbi videtur tunc tantùm concedere quando inſolidum fuit acquiſitus: ſed per partes concurſu ſcinditur. Vel diſtingue, an incerta parte pro diuiſo aſsignata cuique conſtituatur vſufruct. an pro indiuiſo: vt in primo caſu non ſit locus iuri accreſcendi: in ſecũdo ſic. & eſt ratio, quia in primo caſu non ſunt re vel verbis, vel re & verbis coniuncti: ſicut eſt in conſimilibus. quod dic vt infra de leg. ij. ſi duobus. &. l. idem ſi apud. §. j.

Coniunctio realis inducit ius accreſcendi. Bartolus.

¶ Denique apud Iulianum libro trigeſimoquinto Digeſtorũ quæritur, ſi cõmuni ſeruo vſusfructus ſit relictus, & vtrique domino adquiſitus, an altero repudiante vel amittente vſumfructum, alter totum habeat. & putat ad alterum pertinere: & licet dominis vſusfructus non æquis partibus, ſed pro dominicis adquiratur: tamen perſona eius, non dominorum inſpecta, ad alterum ex dominis [a] pertinere, non proprietati [b] accedere.

Coniunctus coniunctione legali, præfertur coniuncto tantùm quantum ad ius accreſcendi in vſufructu. Baldus.

¶ Idem ait & ſi communi ſeruo, & ſeparatim Titio [c] vſusfructus legatus ſit, amiſſum ab altero ex ſociis [d] vſumfructum non ad Titium, ſed ad ſolum ſocium pertinere debere, quaſi ſolum coniunctum. quæ ſententia vera eſt [e]. nam quamdiu vel vnus vtitur, poteſt dici vſumfructum in ſuo ſtatu eſſe.

Coniunctus re & verbis, præfertur coniuncto re tantùm. Baldus.

¶ Idem eſt [f] ſi duobus coniunctim [g], & alteri ſeparatim [h] vſusfructus eſſet relictus.

Coniunctio realis inducit ius accreſcendi in vſufructu & proprietate. Item durat vſusfructus etiam poſt eum acquiſitum. Bar.

¶ Interdum tamen etſi non ſint coniuncti [i], tamen vſusfructus legatus alteri adcreſcit: vtputa ſi mihi fundi vſusfructus ſeparatim totius, & tibi ſimiliter [k] fuerit relictus. Nam vt & Celſus libro octauodecimo Digeſtorum, & Iulianus libro trigenſimoquinto ſcribit, concurſu [l] partes habemus. quod & in proprietate cõtingeret. nam altero repudiante, alter totum fundum haberet. Sed in vſufructu hoc plus eſt, quia & conſtitutus & poſtea amiſſus nihilo minus ius adcreſcendi admittit. [m] Omnes enim auctores apud Plautium de hoc conſenſerunt: & vt Celſus & Iulianus elegãter aiunt, vſusfructus quotidie conſtituitur [n] & legatur: non vt proprietas eo ſolo tempore quo vindicatur. Cum primum itaque non inueniet alter eum qui ſibi [o] concurrat, ſolus vtetur in totum. Nec refert [p], coniunctim [q] an ſeparatim [r] relinquatur.

Qui vocantur ad vſumfructum ex verbis teſtatoris, ius adcreſcendi nõ habent. b.d. quod no. quia eſt vna de regulis iuris adcreſcendi. Bartolus.

¶ Dic, & eſt ratio ad rem ſecũdum Bald. quia duæ rationes iunctæ vnã. concur. & facit l. re cõiuncti. j. de leg. j.

a *Ex dominis*. quibus pro dominicis partibus quæritur. Azo.

b *Non proprietati*: imò videtur non accreſcere, ſed ad heredem ſiue proprietarium redire: vt infra de lega. ij. l. & Proculo. quæ eſt contra. Solu. ibi recitat quorũdam opinionem, ſcilicet Proculi & patris, non aſſertiuè dicit. ideo ſeruatur quod hic dicit aſſertiue Vlpi. ſecundum quoſdam. Alij quòd ilia vt poſterior corrigat iſtam. vel illa de rigore, hæc de æquitate. Tu dic ſecundum Ioan. quòd ibi in legato proprietatis relicto ſeruo communi loquitur: hic in legato vſusfruct. quod ſicut facilius accreſcit, ita faciliur ius coniunctionis recipiat: vt argu. infra ea. l. §. interdum.

c *Titio*. qui re tantùm coniunctus eſt.

d *Ex ſociis*. qui re & verbis coniunctus eſt legis auctoritate. quod eſt notandum. nam videtur vnicuique dominorum inſolidum relictus: cum ſeruus vicem duorum ſuſtineat: vt infra de ſtipu. ſer. l. prima. §. communis. Idem & ſi per teſtatorem re & verbis coniungantur: vt ſtatim ſubiicit. Ei ergo quod dicit, hos duos coniunctos, eſt contra. infra de leg. ij. l. & Proculo. Sol. vt dixi ſupra proxi. §. quia ibi in proprietate, hic in vſufru. Item ei quod dicit hic, & infra proxi. §. fina. hunc ſolum coniunctum, non autem Titium, & ideo non accreſcere Titio, eſt contra. infra de hered. inſtitu. l. item quod Sabinus. §. vnde idem tractat. vbi duo erant inſtituti ſine partibus, alius ex certa parte: & ſi vnus de primis repudiat, accreſcit etiam illi qui ex certa parte eſt inſtitutus. Solu. ibi non erant coniuncti verbis, qui ſine parte inſtituti ſunt: quia dixit, Titium inſtituo, & Seium inſtituo. aliàs ſecus: vt hic. Et pro hac ſolutione eſt in eo. titulo. l. heredes ſiue. vbi videtur fieri hæc diſtinctio, ſed non puto valere: quia tollitur per aliam. l. in eodem titulo, ſi ita quis heredes. vbi etiam verbis erant coniuncti: & tamen ita diſiuncto vt coniuncto accreſcit. Dic ergo quòd dicta. l. item quod Sabinus, & lex, ſi ita quis. loquuntur de iure accreſcendi, quod circa proprietatem eſt: hic circa vſumfructum in quo facilius quis coniungitur: vt dixi. ſ. proxi. §. vel verbum, pro æquis, ſoluit contrarium quod eſt ibi. nam ibi vni tantum re, alteri verbis tantum eſt coniunctus. Item eidem. i. huic, &. j. proxi. reſpon. eſt cõtra. j. de leg. ij. Mæuio j. reſpon. vbi duobus primò res fuit legata, & poſtea vni, & ex primis vnus repudiat. nam accreſcit etiam illi vni. Solut. ibi erant etiam primi duo re coniuncti, ſed verbis diſiuncti. ſic enim dixerat. illi dimidiam, & illi dimidiam lego. & ſic eandem. quare omnes re coniuncti ſimili modo. Alij tamen diſtinguũt, cuius contẽplatione, ſerui, vt tunc obtineat quod hic dicitur. an dominorum: & tunc quod ibi in primo contrario gloſſæ, de lega. ij. l. & Proculo. quod non placet.

e *Vera eſt*. nec dicitur vſusfruct. fundi peremptus: quia ſocio ius vtendi accreſcit, & ideo proprietati non conſolidatur. & hoc eſt, nam &c. verum eſt tamen reſpectu perſonæ amiſſum vſumfructum. Acc.

f *Idem eſt*. vt magis coniuncto accreſcat.

g *Coniunctim*. re & verbis.

h *Separatim*. verbis: re tamen ſunt coniuncti.

i *Coniuncti*. ſ. verbis.

k *Similiter*. ſ. totius. Ac.

l *Concurſu*. ſic & in dãno infecto: vt infra de dam. infect. l. ſi finita. §. cum autem. & in legato proprietatis: vt inſti. de leg. §. ſi eadem. &. C. de cadu. tol. §. ſi vero non omnes. & hic ſubiicit. ſic & in inſtitutione heredum: vt. C. de leg. l. cũ quæſtio.

m *Admittit*. quod in proprietate legata duobus, contra eſt. nã ſemel quæſita, ſi poſtea repudiet ab altero eorũ, alteri non accreſcit: ſed potius pro dereliclo à dño habita occupãti conceditur: niſi in caſu: vt in authẽ. de her. & Fal. §. ſi quis autẽ non implens. colla. j. ſed illud euenit authoritate conſtitutionis illius.

n *Quotidie conſtituitur*. ſ. per patientiam, quaſi multi ſint vſusfru. quot patiẽtię. & ſic ſemper res integra quo ad futuras patiẽtias: & harũ ratione non videtur traditus. Sed tamẽ eſt cõtra. Et pro hac expoſitione eſt. j. titulo. j. l. j. j. rñ. ſecundum Azo. Sed quo ad ius accreſcendi eſt verũ. Et ſume hic argu. q̃ ius accreſcẽdi locũ habet etiã vſufru. conſtituto inter viuos duobus, vel pluribus. Itẽ quod ſubiicit nõ vt proprietas eo tempore quo vindicatur. ſ. per traditionem, ſecũdum Azo. Sed tu expone, vſusfructus quotidie conſtituitur & legatur. i. quotidie vni iure accreſcendi quæritur à collegatario amiſſus, ac ſi vere nuper legatus & conſtitutus eſſet. ſ. amittenti nunquam acquiſitus. non ſic in proprietate: quia tantum à principio: id eſt antequam acquiratur per traditionem: & ſic tempore quo vindicatur, antequã tamen habeatur. ſed quare facilius accreſcit vſusfructus? Reſpõd. quia & antequam alterũ eorum acquiratur, facilius accreſcit vſusfr. quàm proprietas. quod patet. j. eodem. l. interdum. &. ſ. titulo. j. l. ſi Titio. §. fina.

Vſusfructus facilius quã proprietas quæritur.

o *Qui ſibi*. quandocunque, ſiue ſit iam agnitus, ſiue non. Ioan.

p *Nec refert*. quo ad hoc vt portio deficiens accreſcat alteri.

q *Coniunctim*. re & verbis. Azo.

r *Separatim*. verbis, ſed re coniuncti. Et hac ratione diſtingue: quia alij ſunt coniũcti re & verbis: alij re tantum: alij verbis tantum. re & verbis: vt Titio & Mæuio Stichum lego. vtrique enim legatum eſt inſolidum eadem oratione verborum: ſed concurſu fiunt partes: vt infra de lega. tertio. l. re coniuncti. Re tãtũ cõiuncti ſunt: vt cum Titio primo lego Stichum: deinde eundem lego Mæuio. & iſti dicuntur verbis diſiuncti vel ſeparati: vt inſtitu. de leg. §. ſi eadem. & ſupra eadem. l. §. idem eſt. & hic. Et nota quòd ſemper videtur non habuiſſe animum adimendi primo, niſi probetur contra: vt infra de lega. j. ſi pluribus. Verbis autem

Coniuncti multipliciter dicũtur.

autem tantum coniuncti ſunt: vt cum dico, Titio & Mæuio pro æquis portionibus lego: vt infra de heredib. inſtitu. l. ſi ita quis. Sed quid ſi teſtator dicat, Titio fundi dimidiam portionem, Mæuio alteram dimidiam lego? videtur quòd ſint coniuncti: vt infra de legatis ſecundo. l. Mæuio. Sed tamen puto contra: vt infra de legatis ſecundo. l. & Proculo. Lex enim illa, Mæuio. eſt intelligenda quando eandem dimidiam legauit vtrique. Qui ergo re & verbis coniunctus eſt, præfertur cæteris: vt infra de legatis tertio. l. re coniuncti. & ſupra eodem. §. idem ait. &. §. primo. Si vero vnus re, & alter verbis coniunctus eſt: quidam dixerunt re coniunctum præferendum. Alij cótra, argumen. ſumentes vtrique ex prædicta. l. de legat. iij. re cóiuncti. ego vtrunque admitto: vt infra de heredibus inſtituendis. ſi ita quis heredes. Item an ſatisdatio locum habeat inter iſtos? Reſpon. vt infra de vſufruc. ea. rerum. ſi tibi. in fine. Accurſius.

Si duobus.] CASVS. Teſtator legauit Titio nudam proprie. fundi, & vſumfructú retinuit pro duobus heredibus quos inſtituit. an inter heredes qui fructuarij ſunt, habet locum ius accreſcẽdi, vt inter fructuarios? Et dicit quòd non: quaſi ſint ſeparati: ná quilibet per hoc partem habet. Tunc enim eſt locus iuri accreſcendi, quando ambo inſolidum fructuarij ſunt, ſed concurrentibus eis habent partes. at quando ab initio habẽt partes, non eſt locus iuri accreſcendi. Secundo pone quòd ego & Titius domini cuiuſdam fundi nudam proprie. tradidimus alij. dicit, ſi ego perdam meum vſumfructum ca. de. vel alio modo: accreſcit illi parti propriet. quæ mea fuit, non toti fundo. [*NON SOLVM.*] Teſtator legauit mihi fundum cum plena propriet. & Titio vſumfructum. concurrimus. ſi ergo Titius amittat ſuam partem vſusfructus, an mihi accreſcit? Dicit quòd ſic, & magis iure accreſcendi, quàm iure conſolidationis: & ideo vſusfruc. eo proprietario amittente alteri accreſcit, ſicut fieret in conſolidatione. Viuianus.

a *Si duobus.* aliàs lex, ſi duobus. aliàs. §. idem Iulianus.

b *Proprietas legatur.* quibuſdam legatariis. Accurſius.

c *Conſtitutum.* pro portionibus hereditariis, tacite hoc præſumpto. ſecus ſi expreſsim dixiſſet: vt infra eodem. l. ſi mulieri. & ita eſt bona ratio.

d *Concurſum.* ſcilicet vtriuſque inſolidum.

e *Diuiſum.* ſcilicet pro parte. & ad hoc eſt infra eodem. l. idem & ſi apud. §. primo. Et ſic not. quòd idem inter viuos: vt infra eodem. l. idem Neratius. §. j.

f *Idem Neratius. In duobus.* id eſt inter duos.

g *Qui in ſolidum.* ſibi relictum. inſolidum enim haberi nõ poteſt: quia diuidua ſeruitus eſt: vt infra ad legem Falcidiam. l. prima. §. ſi vſusfructus. idem ſi verbis tantum eſſent coniuncti. Et quod de duobus dicit, ſi legem vſumfructum fundi, idem dic ſi vni inſolidum, alteri pro parte, ſi modo cóiunctim: vt infra quibus modis vſusfructus amit. l. tertia. §. idem. & infra de heredibus inſtituendis. l. ſi ita quis heredes. ſecundum Azo.

Idem Iulianus libro trigenſimoquinto Digeſtorũ ſcripſit, ſi duobus [a] heredibus inſtitutis deducto vſufructu proprietas legetur, [b] ius adcreſcendi heredes non habere. Nam videri vſumfructum conſtitutũ, [c] non per concurſum [d] diuiſum. [e]

II. APRICANVS libro quinto Quæſtionum.

IDeoque amiſſa pars vſusfructus ad legatarium eundémque proprietarium redibit. B

III. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

IDem Neratius putat ceſſare ius adcreſcendi libro primo reſponſorum. Cui ſentẽtiæ congruit ratio Celſi dicentis totiés ius adcreſcendi eſſe, quotiens in duobus [f] qui inſolidum [g] habuerunt, concurſu diuiſus eſt. Vnde Celſus libro octauodecimo ſcribit, ſi duo fundi domini deducto vſufructu proprietatem tradiderint: vter eorum amiſerit, vſumfructum ad proprietatem redire, ſed non ad totum: [h] ſed cuiuſque vſumfructum ei parti accedere, quã ipſe tradiderit. Ad eam enim partem redire debet, à qua initio diuiſus eſt. C

Inter legatarium plena proprietatis & legatarium vſusfructus, non eſt locus iuri accreſcendi. Bartolus.

Non ſolùm autem ſi duobus vſusfructus legetur, eſt ius adcreſcendi: verũ & ſi alteri vſusfructus, alteri fundus [i] legatus eſt. [k] Nam amittente vſumfructum altero cui erat legatus, magis iure adcreſcendi ad alterũ pertinet, quàm redit ad proprietatem. [l] nec nouum. nam & ſi duobus vſusfructus legetur, & apud alterum ſit conſolidatus: ius adcreſcendi non perit neq; ei [m] apud quem conſolidatus eſt, neque ab eo: [n] & ipſe quibus modis amitteret ante conſolidationem, iiſdem [o] & nunc amittet. & ita & Neratio & Ariſtoni videtur, & Pomponius probat.

Inter habentem vſumfructum cauſalem, & vſumfructum formalem, eſt ius accreſcẽdi ratione coniunctionis verbalis. Baldus.

IIII. IVLIANVS libro trigẽſimoquinto Digeſtorum.

SI tibi proprietas [p] fundi legata fuerit, mihi autem & Mæuio & tibi eiuſdem fundi vſusfructus: habebimus ego & Mæuius trientes in vſufructu: vnus triens [q] proprietate miſcebitur. Siue autem ego ſiue Mæuius capite minuti fuerim', triens inter te & alterutrum noſtrũ diuidetur: ita vt ſemiſſem [r] in vſufructu habeat is qui ex nobis capite minutus non fuerat: ad te proprietas cum parte dimidia vſusfructus pertineat. [s]

V. CAIVS libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.

ET ſi tradideris [t] alicui proprietatem deducto vſufructu, & Mæuio legauit vſumfructum, & Titius emit proprie. an tunc ego perdam partem meam? Et reſpon. accreſcit Mæuio & Titio. & ſi tibi teſtator legauit nudam proprie. deducto vſufructu pro herede, item dimidiam vſusfructus alij legauit: quæritur, an inter heredem & illum fructuarium ſit ius accreſcendi? Et dicit quòd non: ſed proprie. conſolidatur. ſi teſtator legauit vſumfructum mihi & tibi, ſed mihi pure: tibi ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum: quæritur ad quem pertinet vſusfructus? Et dicit quòd ad me interim totum pertinet. ſed ſi extat tua conditio, ad te pertinet, vel totus ſi capite minutus ſim pro parte. Viuianus. D

h *Ad totum.* ſcilicet prædium. id eſt ad quamlibet eius partem pro indiuiſo.

i *Fundus.* non detracto vſufructu, aliàs contra infra de vſufructu lega. l. ſi alij. nec enim intelligeretur dari fundus ſi vſusfructus detrahatur: vt infra de verborum obligatio. l. qui vſumfructum fundi. & ideo pro parte vſumfructum habebit: vt infra de vſufructu earum rerũ quæ vſu conſumuntur. l. ſi tibi. Sed contra infra familiæ erciſcundæ. l. & puto. §. primo. Solutio. vt ibi.

k *Legatus eſt.* vt infra eodem. l. ſi mulieri.

l *Ad proprietatem.* per conſolidationem. Azo. & eſt ratio: quia ſi alius haberet proprietatem, iſte tamen haberet per ius accreſcendi, & non proprietarius. Accurſius.

m *Nec ei.* quia ei poteſt accreſcere.

n *Ab eo.* quia ab eo ſi ipſe amiſerit, accreſcit alteri. Azo.

o *Iiſdem.* ſcilicet cauſalem perdit, qui habet in hoc naturam formalis: ne factum alterius alteri noceat. Accurſius.

p *Si tibi proprietas.* nuda. aliàs. §. Iulianus. Accurſius.

q *Vnus triens.* qui ſupereſt. Azo.

r *Vt ſemiſſem.* id eſt dimidium eius quod eſt amiſſum.

s *Pertineat.* Sed quid ſi Titio fundus, & Titio & Mæuio & tibi ſit eiuſdem fundi vſusfruc. legatus? Reſpon. Titius vnam dimidiam ſolus, & alterius dimidiæ habebit tertiam: vt infra de ſtipu. ſer. l. quarta. ſed infra de pecu. leg. l. dominus ſeruum. §. primo, videtur manifeſte contra. Item. C. de leg. l. cum quæſtio. Ioan. item an ita in perſona eius cui relictus eſt fundus, ius accreſcendi locum habeat, nó dicit hic, ſed ei accreſcere ab alio dicit, ſed quòd ſocio ab eo accreſcat, non dicit Azo. nec ſupra idem Neratius. in fine. Sed ſol. vt infra eo. l. ſi mulieri.

t *ET ſi tradideris.* tu cui proprietas cum tertia parte vſusfructus eſt legata, vel per venditionem, vel alio modo. Accurſius.

a *Idem eſt & ſi apud. Vſusfructus.* quod enim diximus à principio, idem nunc & ex poſtfacto.

b *Pars.* ſic ergo apud heredem altera dimidia remanſit. & hoc probat. & facit ſupra eo. l. j. §. fi. & l. ſeq. Accurſius.

c *Reuertatur.* nam nec verbis ſunt coniuncti.

d *Si mihi vſusfructus.* ſic & in liberto vni pure, & alteri ſub conditione aſsignato: vt infra de aſſig. liber. l. ſub conditione. §. fina. Accurſius.

e *Totum.* contra infra de condit. & demon. l. mulieri. Sol. vt dixi ſupra. l. j. in principio.

f *Vſumfructum.* veniente conditione. Accur.

g *Si quis Attio & heredibus ſuis.* id eſt teſtatoris, cum forte legauit à legatario, vel à coherede, vel à ſuis Titij, id eſt filiis eius. Ioã. nam ſui heredes ſunt: vt inſtitu. de hered. quali. & diff. §. ſui. & ſecundum has expoſitiones non eſt contra infra de leg. j. l. plane. §. ti duobus. vbi dicitur heredi à ſeipſo legari non poſſe.

h *Tres partes fient.* imò duæ videntur fieri debere: vt. C. de impu. & aliis ſubſtitu. l. finali. in fine. Solue. illa corrigit. vel verbum, vna, ibi poſitum, tollit contra. hoc non valet: vt infra de heredib. inſtitu. l. liber homo. §. Titius. Vel melius ibi loquitur de heredibus vni legatarij, id eſt Titij. Sed hic alterius, id eſt teſtatoris, quibus à coherede vel legatario legauit. Azo.

i *Nec enim intereſt.* vt & infra de vſufructu lega. illi. & de lega. j. l. Titiæ. §. nihil. & l. ſi quis iquilini. §. ſi ita. Accurſius.

Si mulieri. CASVS. Teſtator inſtituit extraneos, & mulieri cum liberis legauit vſumfructum. ſiue liberi moriãtur, accreſcit matri ſuæ: ſiue mater moriatur, accreſcit liberis. Secundo ponit quòd teſtator inſtituit ſolos liberos, & voluit eos frui cum matre. tibi reliquerat vſumfructum fundi. & dicit idem, vt ſi mater moriatur, accreſcat liberis, & interim ſimul vtantur. Tertio, ſi teſtator extraneum & filios heredes inſtituit, & mulieri legauit vſumfructum, & dicit idem eſſe quod in primo. Viuianus.

† *Nota text. ſecun. Bar. de diffione cõ, quæ ponitur cõiunctiue: de quo no. in l. triplici. de verbo. ſig. j.*

k *Si mulieri.* de aliquo fundo.

l *Cum liberis ſuis.* non inſtitutis heredibus. idem & ſi ſint inſtituti: vt infra ſubiicit. Azo.

m *Habet.* videbatur enim quòd hæc coniunctio, cum, faceret conditionem: vt quicunque eorum deficeret, vel mater vel filij, periret totum legatum vſusfructus: vt infra de condit. & demon. l. Iulius Paulus. ſed non eſt ita: vt hic dicit. quandoque tamen in vſufructu ſicut in proprietate fit pars coniuncto. quod dicit nota. infra de leg. j. l. huiuſmodi. §. ſi Titio.

n *Habent.* ſcilicet in totum.

o *Intelligendum.* vt ius accreſcendi hinc inde habeat locum. Accurſius.

p *Nam vt legatarios.* ſcilicet tantum vel ſimpliciter: ſed vt ſimul cum matre fruerentur. Sed qualiter eſt idem ſi ſoli liberi ſunt heredes? nec enim eis à ſeipſis legari potuit: vt infra de lega. j. l. plane. §. pe. & l. legatũ eſt deli. §. j. Reſpon. hic nõ legauit liberis, ſed mulieri, vt frueretur cũ liberis: vt ſupra poſuit. Et ita liberi non ſunt legatarij in vſufructu, ſed nudam habent proprietatem, & cauſalẽ vſumfructum pro parte. Sed tamen vt dixi ſupra, eis mortuis mater habet vſumfruc. & ſic accreſcit vſusfructus cauſalis, & mortua matre liberi habent vſumfructum cauſalem, non formalem, quem haberent niſi eſſent inſtituti. ſi autem liberi & extranei ſunt heredes, liberi poſſunt intelligi legatarij in vſufructu quem habent formalem. Sed pro qua parte? Reſpond. pro dimidia eius partis in qua inſtituti ſunt extranei, aliam habet mater: & habet præterea pro tota parte pro quota ſunt inſtituti filij: quia à ſeipſis non potuit eis legari: vt dixi. imò filij cauſalem: vt dixi. Ir. tamen ſcribit hic quòd virilem debẽt habere: vt ſpeciale ſit in vſufructu. Sed Azo contra. Accurſius.

q *Et extranei heredes.* repete ſecũdum quod legauit teſtator vſumfructum mulieri cũ liberis.

r *Intelligendus.* vt ius accreſcẽdi hinc inde habeat locum. Accur.

ſ *Et per cõtrarium.* nam ſuprà poſuit quãdo frui voluit matrem cum liberis. Azo.

t *Intelligendum.* & etiã liberos: vt. ſ. l. pxi. in fi.

u *Euentum.* vt hinc in de habeat locum ius accreſcendi.

e *Locauerit.* etiam ſuo nomine: vt infra de acqui. poſſ. l. qui ſ niuerſas. §. fi. quia frui videor per iſtum interpretatiue.

f *Suo nomine.* cum à me non conduxiſſet.

g *Fruitur.* vere, vel interpretatiuè: vt ſupra proxi. reſpon.

h *Vſumfructum.* id eſt facultatem fructuum percipiendorum.

i *Amittis.* ſed quid nocet mihi amiſsio, cum iam vendideram? Reſpon. vendideram ad tempus perceptionem fructuum. vel vendideram pro. x. ſingulis annis: ſed forte remanet perſonalis.

k *Idem.* aliàs. §. idem Pomp. & aliàs. l. ſi legatum. & facit infra ſi vſusfruc. pe. l. qui vſumfructum. & ſupra eo. ſi legatū. Accurſius.

l *Po te.* id eſt tuo nomine, vt tu non amittas: an vero per me, & mihi noceam.

m *Actionem.* ex teſtamento. & dic id eſt efficacem.

n *Habiturum.* nec obeſt tibi, quòd ego poſſedi.

xxix. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

POmponius quærit: ſi fundum [a] à me [b] proprietarius conduxerit, eumque fundum vendiderit Seio non deducto vſufructu, an vſumfructum per emptorem retineam. & ait, licet proprietarius mihi penſionem ſoluerit, tamen vſumfructum amitti: [c] quia non meo nomine ſed ſuo fruitus eſt emptor. Teneri planè mihi ex locato proprietarium quanti mea interfuit id factum non eſſe: [d] quāquam ſi à me conductum vſumfructum quis alij locauerit, [e] retinetur vſusfruct⁹. ſed ſi proprietarius eū locaſſet ſuo nomine, [f] dicendum amitti. nō enim meo nomine fruitur [g] colonus. Sed ſi emptum à me vſumfructum [h] proprietarius vēdidiſſet, amittet rem vſumfructum? quærendum eſt. Et puto amitti: [i] quoniam & hic non vt à me empto fruitur fundi emptor. Idem Pomponius [k] quærit, ſi legatum mihi vſumfructum rogatus ſim tibi reſtituere, an per te [l] frui videar, nec amittatur vſusfructus. & ait dubitare ſe de hac quæſtione. ſed eſt verius (quod Marcellus notat) nihil hanc rem fideicommiſſario nocere. ſuo enim nomine vtilem actionem [m] eum habiturum. [n]

xxx. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

CAro & corium mortui pecoris in fructu non eſt: quia mortuo eo vſusfructus extinguitur.

xxxi. POMPONIVS libro quarto ad Q. Mucium.

CVm gregis vſusfructus legatus eſt, & vſque eò numerus peruenit gregis, vt grex non intellegatur, [o] perit [p] vſusfructus.

Caro] CASVS. Si habeo vſumfructum in boue, & moritur bos: ad me non pertinet caro & corium. Viuianus.

Cum gregis] CASVS. Si habeo vſumfructum in grege: ſi perit grex, q̄ non remanent niſi. v. oues: perit vſusfructus. Viuia.

o *Non intellegatur.* Puta ad pauciores quàm. x. vt infra de abigeis. l. oues. Accurſius.

p *Perit.* aliter ſi ſingulorū eſſet relictus vſusfructus: vt argu. ſupra eodem. quid tamen. §. ſi. Itē aliter in legato proprietatis: vt infra de legatis. j. ſi grege. & inſtitutio. de lega. §. ſi grex. Ir. nā & ſi domus ſit mihi legata, & ad areā peruenerit: nihilomin⁹ debetur legatum proprietatis: licet vſusfruct⁹ extinguatur: vt argu. ſupra de rei vindicatione. l. ſolum. §. j. & infra de ſolutionibus & liberationibus. l. qui res. §. aream. & ſupra eodem. l. repeti. §. rei mutatione. Accurſi⁹.

DE VSV FRVCTV EArum rerum quæ vſu conſumuntur vel minuuntur.

TITVLVS V.

Quædam ſunt res in quibus non cadit vſusfructus diſtinctus à proprietate, quia vſu conſumuntur: & ideo tunc non interponitur cautio de vtendo ſalua rerum ſubſtantia, quia eſt impoſsibile: ſed de æſtimatione reſtituenda: & transfertur dominium. h. d. d. ſequens vſque ad. §. ſi pecuniæ. in. l. hoc ſenatuſconſultum Baldus.

B

i. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

SEnatus [q] cenſuit vt omnium rerum quas in cuiuſque patrimonio eſſe conſtaret, vſusfructus legari poſsit. quo [r] ſenatuſconſulto inductum videtur, vt earum rerum quæ vſu tolluntur vel minuuntur, poſsit vſusfructus [s] legari.

ii. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.

SEd de pecunia rectè caueri [t] oportet his à quibus eius pecuniæ vſusfructus legat⁹ erit. Quo ſenatuſconſulto nō id effectum eſt, vt pecuniæ vſusfructus proprie eſſet:

C

No. quod id quod negat lex, natura non audet. ad hoc allegatur hac lex. Bal.

Nec enim naturalis [u] ratio auctoritate † Senatus commutari potuit: ſed remedio introducto cœpit quaſi vſusfructus haberi.

iii. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

POſt quod omnium rerum vſusfructus legari poterit: [x] an & nominum? † Nerua negauit: ſed eſt verius (quod Caſsius & Proculus exiſtimant) poſſe legari. Idem tamen Nerua ipſi quoque debitori poſſe vſumfructum legari ſcribit, & remittendas ei † vſuras.

D

iiii. PAVLVS libro primo ad Neratium.

ERgo cautio [y] etiā ab hoc [z] exigenda erit.

Hoc ſenatuſconſultum.] CASVS. Si legas mihi vſumfructum in aliena pecunia, an valeat tale legatum: quæritur. & reſpon. quòd ſic. [*SI PECVNIAE.*] Titius legauit mihi vſumfructum pecuniæ. heres mihi dedit, oblitus exigere cautionem de reſtituendo. poteſt heres ſcilicet poſtea vſufructu durante petere cautionem per condictionem certi. Item finito

q *Senatus.* cuius nomen non habemus. Accurſius.

r *Quo.* Auctor loquitur. Accurſius.

s *Vſusfructus.* i. quaſi: vt infra. l. proxi. vere enim eſſe non poteſt naturali vel ſimili ratione: vt inſtitu. de vſufruc. §. conſtituitur. & facit infra ad l. Fal. l. vſufructu.

t *Sed de pecunia. Caueri.* impropriè. poſ- † *Hæc ſenitur enim pro ſatisdationis cautione:* vt. C. de verborū *ti expica* ſignifica. l. iij. & Cod. de *Cicilia.* vſufructu. l. ij. &. j. e. l. *de legā.* tribus.

u *Nec enim naturalis.* vel ciuilis: vt inſtitu. de vſufruct. §. conſtituitur. & hoc expone vt ibi. Accurſius. † *Nat. ex.*

Poſt quod.] CASVS. *quid pot* Dictum eſt. i. e. in. l. *debitori* j. q̄ omnium rerum po- *re etiam* teſt vſusfruc. legari. ſed *nominū* nunquid & nominum? *filio vſu-* vt ecce Titius habet de- *fructū hæ* bitorem: an poſsit mihi *reditas, quā* Titius illius nominis v- *q̄ legauit* ſumfruc. legare? Et re- *administra-* ſpon. q̄ ſic. & Nerua di- *tor* cit q̄ non. ſed malè di- *verum:* vt xit: imò plus dico: quia *non ſolū* etiam ipſi debitori po- *C. de iure* teſt legare, & vſuras ei remittere: ſed ſatisdare debet ille debi- *ma. ſcribit* tor cui eſt legatus vſusfruc. *Baldus.*

x *Poterit.* vt & ſupra de vſufruc. l. omnium. Accurſius. † *tim*

y *Ergo cautio.* id eſt ſatisdatio. ſic Co. de procur. l. j

z *Ab hoc.* ſcilicet debitore. Accurſius.

nito vſufruct. petet ipſam pecuniam condictione certi generalis: quæ eſt ſi aliquis leget mihi vſumfruct. pecuniæ ſiue vſum, idem eſt vt debeam ſatiſdare de tanta pecunia reſtituenda ſi moriar, vel capite minuar: & debeo ſatiſdare de tanta pecunia reſtituenda, ſiue iam ſit data, ſiue poſtea detur: & hoc dicitur hic, & infra eod. l. ſi tibi. Viuianus.

a *Hoc ſenatuſconſultum.* quo permittitur conſtitui quaſi vſusfructus in rebus quæ vſu conſumũtur. Accurſius.

b *Caterarum.* quæ vſu cõſumuntur. Accurſius.

c *Habuit.* in ſuo dominio.

d *Cautio.* id eſt nõ fuit præſtita.

e *Poſſe condici.* amplius & rei vindicat. datur, ſi non ſit præſtita cautio in his reb⁹ in quibus vere vſusfruc. eſt: vt infra vſufru. quemadmodum ca. l. ſi vſusfructus nomine. ſecus in his quarum dominium fuit translatum: quia hoc agitur. nõ ſic agitur in aliis. Item qđ dicit condictionem dari, hoc eſt verum ſi in aliquo tempore fuit dominus ille qui vult condicere cautionem, aliàs non daretur ei condictio: ſed actione in factum ei cõſuletur ad ipſam quantitatem: vt infra ad exhi. l. Iulianus. §. ſi tibi. x. & forte ad cautionem eadem actio locum habet: vt infra de præſcri. ver. l. partis. Ité ei quod dico dari condictionem, eſt contra. infra de leg. ij. l. peto. §. fratre. Sol. hic intereſt agentis præſtari cautionem, vt cuilibet patet. ibi nullum eſt intereſſe heredis, cum ipſe ſit liberatus ſemel præſtando. Item facit infra de condic. inde. ſed & ſi. §. fin. Accurſius.

f *Condici.* per actionem in factum, aut incerti: vt infra de præſcrip. ver. l. partis. quæ eſt cõtra. ſed ſolue vt ibi. item certi condictione: vt infra ſi cer. pet. l. ſi quis certum. &. l. certi condictio. in prin.

g *Idem continere.* nec plus, nec minus: hoc autem facit qualitas ipſius rei: vt infra eo. l. quoniam. §. j. Idem in ſilua: vt & infra de vſu & habitatione l. diuus. Accurſius.

*Ita paſſim in Pandec. Fleunt. legitur, pro reſtituendam iri, eleſa ſylla. Azo. Aug. lib. 2. epitom. ca. 2.

v. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

HOc ſenatuſconſultum [a] non ſolùm ad eum pertinet, qui pecuniæ vſumfructum vel cæterarum [b] rerũ quas habuit, [c] legauit, verùm & ſi fuerint alienæ.

Cautio omiſſa condicitur per condictionẽ incerti. h. d. Bal. & ad hoc allegatur.

Si pecuniæ ſit vſusfructus legatus, vel aliarum rerum quæ in abuſu † conſiſtunt, nec cautio [d] interueniat: videndum, finito vſufructu an pecunia quę data ſit vel cæteræ res quæ in abſumptione ſunt, cõdici poſſint. Sed ſi quidem adhuc conſtante vſufructu cautionem quis velit cõdicere, dici poteſt omiſſam cautionem poſſe condici [e] incerti condictione. ſed ſi finito vſufructu, ipſam quãtitatẽ Sabinus putat poſſe condici. [f] quam ſententiam & Celſus libro octauodecimo Digeſtorum probat: quæ mihi non inarguta videtur. Quæ in vſufructu pecuniæ diximus, vel cæterarum rerum quæ ſunt in abuſu, eadem & in vſu dicenda ſunt. Nam idẽ continere [g] vſum pecuniæ & vſumfructum, & Iulianus ſcribit, & Pomponius libro octauo de ſtipulationibus.

† *Abuſus, cõpriuilegiũ vſum ſignificet, hoc tamen proconſumptione vel deminutione vſus per ſe facta ſumitur. Ba.*

Legatarius vſufructu pecuniæ cauet legatario proprietatẽ eiuſdem pecuniæ: & de ſua manu habet percipere, ſicut in vero vſufructu: & fructuarii debent cauere ſibi adinuicem, propter alios, ſuper ius accreſcendi. Baldus.

VI. IVLIANVS libro trigenſimoquinto Digeſtorum.

SI tibi decẽ milia legata fuerint, [h] mihi eorundem decem milium vſusfructus, fient quidem tua tota decem milia: ſed mihi quinque numerari debebunt, ita vt tibi caueam, tempore mortis meæ aut capitis deminutionis reſtitu iri.* Nam & ſi fundus tibi legatus fuiſſet, & mihi eiuſdẽ fundi vſusfructus, haberes tu quidem totius fundi proprietatem: [i] ſed partem [k] cũ vſufructu, partẽ ſine vſufructu: & non heredi, ſed tibi cauerem boni viri arbitratu. Sed ſi duobus eorumdem decem milium vſusfructus legatus [l] fuerit, quina milia accipiẽt: & inuicem [m] & heredi ſatiſdabunt.

VII. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.

SI vini, olei, frumẽti vſusfructus legatus erit, proprietas ad legatarium transferri debet: & ab eo cautio deſideranda eſt, vt quandoque * is mortuus aut capite deminutus ſit, eiuſdem qualitatis [n] res reſtituatur: aut æſtimatis rebus, certæ pecuniæ nomine cauendum eſt. quod & commodius eſt. Idẽ ſcilicet de cæteris quoque rebus quæ vſu continentur,* intellegemus.

Quando plures heredes ſunt grauati in præſtando vſumfructum pecuniæ, & etiam cauendo pro legatario, duo ponuntur in legato, ſcilicet datio pecuniæ, & factum id eſt cautio: & pro legatario debet heres vnus cauere alteri, & alter alteri: & legatarius etiã cogitur promittere tanquam principalis perſona: & ſi finito vſufructu fideiubẽs ſoluat, non repetit: quia ex neceſſitate fideiuſſit: & legatum iſtud quantum ad ſecundum caput de fideiubendo, videtur appoſitum fauore legatarii, non fauore heredum. Baldus.

VIII. PAPINIANVS libro ſeptimodecimo Quæſtionum.

TRibus [o] heredibus [p] inſtitutis vſumfructum quindecim milium Titio legauit, & duos ex heredibus iuſſit pro legatario ſatiſdare. Placebat [q] vtile eſſe cautionis quoque legatum, [r] nec refragari ſenatuſconſultum, quia cautio [s] non impediretur: & eſſe alterum legatũ [t] velut certi, alterũ incerti. vſusfructus itaque nomine partem pecuniæ petẽdã [u] ab eo qui ſatis accepit à coherede, incertiq; [x]

h *Legata fuerint.* in plena proprietate. Accurſius.

i *Proprietatem.* vt &. ſ. de vſufru. accreſcend. l. idem Neratius. §. non ſolum.

k *Sed partem.* Etiam ſi teſtator eius animi fuerit vt vellet te habere proprietatem nudam: quia interdum plus valet quod ſcribitur, quàm quod agitur: vt infra de vſufruc. leg. l. ſi alij. *Scriptura interdum plus valet, quàm id quod agitur.*

l *Legatus.* ſcilicet ab herede.

m *Et inuicem.* ſcilicet vnuſquiſque alteri de tãta pecunia reſtituenda ſi morieris, aut capite minueris, ꝓpter ius actreſcendi qđ eſt inter eos. & eſt hic aliud quàm in vſufructu vero: quia ibi proprietario cauet, non ſocio: quia res extat quã vindicare poſſet per cõfeſſoriam, petendo in ea ſeruitutem: hic non. Alij exponũt ſic: inuicem, id eſt vterque ſimul ſatiſdare heredi debet. Sed duplex copula, & illi⁹ verbi ſignificatio, ſcilicet inuicem, eis repugnat.

* *Pro quãdocunque. ita multis locis in Pãdectis Flo. legitur. Auto. Auguſt. lib. 3. cap. 7.* *Paul. cõfumuntur.*

SI vini.]CASVS. Legaſti mihi vſumfruc. in vino, frumento, vel oleo: heres quidem tuus debet in me transferre proprietatem: & ego ſatiſdabo de toto reſtituendo, vel eius æſtimatione. Viuianus.

n *Qualitatis.* ſcilicet ita vinum bonum vt nunc eſt: vt infra ſi cer. pet. l. cum quid.

o TRibus. primo, ſecundo, & tertio.

p *Heredibus.* ſcilicet vnumquenque eorum apud alterum qui eſt ſatiſdatióe ſimiliter oneratus: & tertio qui non eſt oneratus. Accurſius.

q *Placebat.* reſponſio primæ quæſtionis.

r *Legatum.* quo exoneratus fuit legatarius.

s *Quia cautio non impediretur.* hi enim ab herede. vult enim ſenatuſcõſul. cautionem quodammodo eſſe loco nudæ proprietatis penes heredem: vt ſupra eo. l. ij. in fi. & inſtit. de vſufruc. §. conſtituitur. Accurſius.

t *Legatum.* ſol. ſecundæ quęſtionis: & quod ſubiicit, veluti certi, id eſt vſufr. qui eſt certus: vt hic. Sed contra infra de ver. obl. vbi autem non. §. fundi. Sed hic dicitur certum, quantum ad rem ex qua præſtatur: ibi incertum, quantum ad vtilitatem. Vel dic aliter in legato vſufructu quantitatis, vt hic: aliter ſpeciei, vt ibi, quæ quidem accipientis non fit. Vel dic, eſt certum, vt hic dicit, reſpectu incertioris, vt facti.

u *Petendam.* ſcilicet actione ex teſtamento. Accurſius.

x *Incertique.* id eſt actione ex teſtamento ob ſatiſdationem, quæ incertum dicitur continere, ob id quòd in facto conſiſtit. nã agitur ad intereſſe ex eo quòd primo eſt incertũ: certificatur tamen poſtea: vt. j. de ver. obli. vbi autem nõ apparet. §. qui id quod. & l. quotiens quis. Azo. & facit infra de actio. emp. ſi heres in fi.

Sa tibi.]CASVS. Tria dicit. Primum. Titius legauit tibi. x. milia in plena proprietate: & mihi vſumfru. eorundem. habeo dimidiam vſusfruc. tu aliam dimidiam cum proprietate. Secundo idem in fundo, ſcilicet ſi Tit. legauit tibi plenam proprietatem fundi, mihi vſumfru. eiuſdem fundi. nam ego dimidiam vſusfruc. habeo, tu aliam dimidiam habes: ſed tamẽ cum proprietate. Tertio modo, teſtator legauit mihi & Titio vſumfru. x. milium. diuiditur inter vtroſque: & vno noſtrum deficiente redit ad alterum non ad heredem: & ideo inter nos & heredem cauemus de reſtituendo imminente morte, vel ca. de.

a *Promittere.* heredibus ſcilicet qui pro ſe ſatiſdederunt de reſtituenda pecunia:nó autem ſatiſdabit: cum ſit pro eo ſatiſdatú. Ir.

b *Mandari.* contra legatarium. Accurſius.

c *Non actures.* ſed an poteſt agi neg.ge? videtur q̃ ſic:quia vtiliter geſtum eſt: negotiú legatarij negari non poteſt: vt.ſ.de neg.ge. Pomponius.&.l. ſed an vltro.§.j. ſi opponatur:imò ſuum negotium geſsit ſe liberando:ſicut in duobus reis promittẽdi dicitur:vt.j.ad Vel. vir vxori.in fi.Reſp.hic ſecus eſt: quia ibi vterque principalis eſt debitor:hic vero eſt vn⁹ debitor, alter fideiuſſor. Vel quod verius eſt, nó agit actióe neg.ge. quia ex volũtate defuncti tenebatur ſatiſdare:& per conſequentiam ſoluere: vt.j.de cõdic.inde.l.indebitã. nó ergo ſe liberauit ab actione ex teſtamento, licet ſatiſdedit.

d *Mandatum.* gratis enim fit quod iure mandati quis exequitur:vt.j. de lega.ij.vnum ex familia.§.j.ibi, non enim facultas &c. Accurſius.

e *Paruiſſe.* ſcilicet ex neceſsitate. Accurſius.

f *Liberatos.* q.d.nó poſſunt agere propter idẽ factum propter qđ ſunt liberati:hoc tamẽ fallit: vt.j.de ſol.l.in numerationibus.&.j.ad.l.Fal.ſi pupillus. ſed illud ideo, quia nó poteſt eſſe emptio quin alter alteri obligetur: fideiuſsio eſt etiam ſi mádati non agatur.arg.pro hoc.j.de donat.inter vi. & vxor.l.ſi vir vxori.& inſt.de obli.ex quaſi contrac.in fi. titu.&.j. mandati. ſi remunerandi.§.ſi paſſus.

g *Videri.* ſ.contemplatione relictũ. Accurſius.

h *Proſpicere.* aliàs proſpicere:& aliàs proficere.& facit.j.de leg.iij.fideicõmiſſa.§.interdum. Accurſius.

IN ſtipulatione.] *CASVS.* Legaſti mihi vſumfru.pecunię.ſatiſdare debeo in duobus caſibus:ſi moriar, vel capite minuar: aliàs non teneor ſatiſdare. & hoc dicit cum prin.l.ſeq. quæ continuatur cũ iſta. Vi.

* *Cap.7.vſufructuarius quẽ admodum caueat.*

cum eodem agendũ,ſi ſatis non dediſſet.Eũ verò qui ſatis præſtitit,ac propter moram coheredis ſatis non accepit, neque fructus nomine interim teneri propter ſenatuſconſultum, neque actione incerti: quia coheredi ſatiſdedit. Illud etiam nobis placet,legatarium cogẽdum promittere.[a] Finito autem vſufructu ſi coheredes ex cauſa fideiuſſoria conuenirentur, eos mandati [b] non acturos. [c] non enim ſuſcepiſſe mandatũ, [d] ſed voluntati paruiſſe. [e] deniq; cautionis legato liberatos. [f] De illo nec diu tractandum fuit, ſecundum legatum, id eſt cautionis,non heredum videri, [g] ſed eius cui pecunię vſusfructus relict⁹ eſt,cuiq̃ teſtator proſpicere [h] voluit, & cuius intereſſe credidit fideiuſſores nó ſuo periculo quærere.

IX. PAVLVS libro primo ad Neratium.

IN ſtipulatione de reddendo vſufructu pecuniæ,[i] duo ſoli caſus [k] interponuntur, mortis, & capitis deminutionis:

X. VLPIANVS libro ſeptuagenſimonono ad Edictum.

QVoniã pecuniæ vſus * aliter amitti nó poteſt, quàm his caſibus. Si vſus tãtùm pecuniæ legatus ſit: quia in hac ſpecie vſus appellatione etiam fructum contineri [l] magis accipiendum eſt, ſtipulatio iſta erit interponenda. Et quidam aiunt,non antè hanc interponi ſtipulationem, quàm data fuerit pecunia. Ego autem puto, ſiue antea ſiue poſtea [m] ea pecunia data ſit, tenere ſtipulationem.

XI. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum.

SI lanę alicui legatus ſit vſusfructus,vel odorũ, vel aromatũ,nullus videtur vſusfruct⁹ in iſtis iure cõſtitutus,ſed ad ſenatuſcõſultũ erit deſcẽdendum quod de cautiõe eorũ loquitur.

XIII. MARCIANVS libro ſeptimo inſtitutionum.

CVm pecunia erat relicta Titio,ita vt poſt mortem legatarij ad Mæuium rediret, quanquã adſcriptũ ſit, vt vſũ eius Titius haberet,proprietatẽ [n] tamẽ ei legatã,& vſus mẽtionẽ factã, quia erat reſtituenda ab eo pecunia poſt mortẽ eius, diui Seuerus & Antonin⁹ reſcripſerũt.

SI VSVSFRVCTVS PEtetur,[o] vel ad alium pertinere negetur [p]

TITVLVS VI.

Fructuarius nõ agit confeſſoria pro ſeruitute acceſſoria: ſed pro ipſo vſufructu: per quod indirecte conſequetur quod mero iure directe conſequi non poteſt. Bald.

I. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

SI fundo fructuario ſeruitus debeatur, Marcellus libro octauo apud Iulianũ Labeonis & Neruę ſententiam probat, exiſtimantium ſeruitutem quidem eum vindicare non poſſe, [q] verùm vſumfructum vindicaturum: [r] ac per hoc vicinum, ſi non patiatur eum ire & agere, teneri ei quaſi non patiatur vti frui.

Quoties diſpoſitioni apponitur aliquid quod eſt contra naturã rei ſuper qua diſponitur, non valet diſpoſitio. Bartolus.

Vſusfructus legatus adminiculis eget, ſine quibus vti frui quis non poteſt.Et ideo ſi vſusfructus legetur,neceſſe eſt tamẽ vt ſequatur eum aditus: [s] vſque adeo,vt ſi quis vſumfructũ loci leget ita,ne heres cogatur viã [t] præſtare, ſiutiliter hoc adiectũ [u] ſatiſdare debeo:cum talia vſu conſumantur. Viuianus.

CVm pecunia.] *CASVS.* Teſtator legauit Titio. x.his verbis: Titio.x.do,lego,vel reliquo:vt poſt mortẽ Titij dẽtur Mæuio.quæritur an dominium vel proprietas dictorum.x. ſit Titij? Dicit quòd ſic: cum debeant Mæuio dari poſt mortem Titij:& ita ad heredem nunquã debent redire.

n *Proprietatem.* appellatione ergo vſusfructus continetur hic proprietas:vt &.ſ. de vſufruc.l. Proculus.Sed contra.j. de ſer.ruſti.prædi.l. qui duo. vbi dicitur q̃ ſi.x. pedes iuxta aquã excepit venditor,q̃ ſeruitutẽ nó proprietatẽ excepiſſe videtur. Sol. ex eo q̃ vſum aquę tãtũ exceperat, idẽ videtur de eo q̃ circa aquã excepit:cũ ex vicinis ſcripturis aliud iudicetur:vt.j. de teſta.heredes.§. ſed & ſi notã.&.C.fa.ercif.quotiens.Itẽ ar.contra.huic l.in eo q̃ proprietas cõtinetur appellatiõe vſusfru.vt.j. de vſu & ha.ſi habitatio.§. ſed ſi χῆσις. verſi.ſed ſic relictus.ſed natura rei hoc facit.

SI VSVSFRVctus petatur, vel ad alium &c.

o *Petatur.* per confeſſoriam.

p *Negatur.* aliàs,allegetur:& aliàs,negetur.

Si fundo.] *CASVS.* Si fundo in quo habeo vſumfru. debetur ſeruitus:nó poſſum illam ſeruituté vindicare:ſed petã vſum,& per hoc ſeruituté. facit j. eo. vtitrui. [VSVSFRVCT.] Legaui tibi vſumf.habebis illud quo ego vtebar.[[ITEM.] Licet teſtator dicat cũ legat ſeruituté, vt heres iter non præſtet: nihilominus præſtare tenetur. Item ſi teſtator adimat iter,inutilis eſt adẽptio. Item heres tenetur emere viã vt fructuarius habeat viã,ſi aliàs præſtare nó poteſt. Ité heres debet præſtare omnem ſeruitutem ad vſumfr.percipiẽdum: & debet etiã præſtare ea ſine quibus fructuarius non poteſt vti. Viuianus.

i *Pecunia.* alicui priuato relictę,vt hic,&.j. vſufructu.quẽadmodo. cau.l.ſi vſusfructus nomine.§.ſi. ſi vero ciuitati relinquatur:tantum vnus interponitur,ſcilicet quaſi mortis:vt.ſ.qui.mo. vſusfructus amittitur.l. ſi vſusfructus ciuitati.nã non vtendo.ſ. pecunia, nullus amittit etiam priuatus: quia habet quod eſt relictum: vt C.de præſcrip.xxx.an.l.male. Accurſius.

k *Caſus.* niſi teſtator ad tempus legaſſet, vel ad tempus eſſet conſtitutus:vt infra famil.erciſ.l.& puto.§.ij.

l *QVoniam. Contineri.* idem eſt in legato vſufru. ſiluæ: vt infra de vſu & hab.l.diuus. Accurſius.

m *Siue poſtea.* quod eſt generale in omni fideiuſſore: vt inſti.de fideiuſ.§.fideiuſſor. Accurſius.

SI lanæ.] *CASVS.* Relictus eſt mihi vſusfru.lanæ,vel aliorum quæ vſu conſumuntur.licet videatur vſusfru.relictus: tamen

q *Non poſſe.* quia ſoli domino datur cõfeſſoria p̃ ſeruitute reali vindicãda:vt.j.ſi ſer.vin.l.ij.§.hoc autẽ. Sed cõtra.j.de remiſ.l.j. §.idẽ Iulian⁹. Sol.directa actione nó poteſt:vt hic,ſed vtili cõfeſſoria ſic,vt ibi.vel hic directo nó poteſt, ſed per cõſequẽs ſic:puta petendo vſumfru.vt hic ſubiicit:& ſic ibi intelligitur.& facit quod dicitur.j.de ope.no.nun.l.in prouinciali.§.pe.in fi.No.ergo quod principaliter prohibetur,per conſequens admittitur.

r *Vindicaturum.* per confeſſoriam competentem pro ſeruitute perſonali ſi non poſsider.aliàs vti poſſi. quaſi non poſsit frui:vt not.infra.§.j.

ſ *Aditus.* quia ſine aditu nullus eſt vſusfructus:vt infra de ſerui. vrba.prædio.binas ædes. Ir.

t *Viam.* id eſt aditum per alium fundum hereditarium.

u *Hoc adiectum.* inutilis adiectio vitiatur, & non vitiat:vt.j. de

vſu & hab.l.per ſeruũ.§.j. in fi.&.j.de libe. & poſthu.l.ſi ita.§.j. Accurſius.

a *Inutilis eſt.* vt argu.infra de adi.le.l.j.

b *Non eſt.* id eſt non poſſet iri.

c *Aditu.* ſcilicet quem emit heres: vt.d.l. ſeruũ filij.de leg.j.§.fi.

d *Præſtetur vſusfructus.* vt &.j.de vſufruc.leg.l. damnas. §. qui duos. & de le.j.ſeruum filij.§.fin. & arg.ſ.de iuriſ.om. iudi.l.ij.&.j. de vſu & ha. diuus.j. reſpon. ſic ergo in hoc & præmiſſis caſibus vindicabit fructuarius vſumfru.itineris vel actus: & ſic ſeruitutem ſeruitutis: quod eſt contra.l.vt.j.de vſufru.le.l. j. Sed certe non puto ꝙ ideo quòd impeditur agere vel ire in ſuperioribus caſibus quãdo eſt in poſſeſsione vſusfruc. petat vſumfr. ſed loquitur cum fructuarius nõ poſsidebat vſumfructũ fundi. tunc ergo vindicabit vſumfruc. cum dictis vtilitatibus: non vt pro ſeruitutibus ſeruitutis: ſed quaſi ſit pars ipſi⁹ vſusfru. Sed quid ſi alius poſsidet vſumfructum: & alius debet ſeruitutẽ, & ſic ſpediatur ire quãdo eſt in quaſi poſſeſsione? proponat vtile iterdictũ quaſi vti poſsidetis, quaſi prohibeatur vti frui: vt &.j.ſi ſer.vin.l. ij.§.pe. ſed certe poſsidẽ ti datur: vt.j.eo.l.pen.§. vlti. & ideo dic vt. ſ.in prin.l.in.gl.quia ſoli.

e *Vtrum.* alias hic incipit lex, & aliàs non.

f *Præſtandum.* vt vtilitatem & partem vſusfructus: vt ſubiicit.

g *Vtilitates.* quando antea ſeruitus fundo non debebatur: quo caſu loquitur prin.huius.l.

h *Non poteſt.* ſine magno incommodo. Accur.

i *Non eſſe præſtandas.* vt &.ſ.de vſufru.l. ſi is qui binas. argu. eſt infra de cõtrahen.emp.l.in venditionibus.§.fi.&.l. ſeq. Accurſius.

Si ab herede] CASVS. Teſta. legauit mihi vſumfruc.in prædio heredis.hic heres antequã tradat mihi rẽ, arbores aut domos ſubuertit. quæritur nunquid tenetur mihi ad intereſſe? Et reſpon.quòd ſic. Viuia.

k *Seruitutes.* ſed videtur ꝙ non poſsit proprietarius ſeruitutem imponere: vt.ſ.de vſufr. ſed & ſi quid.j.§.ſed nec.quæ eſt contra. Sol.hic impoſuit ſeruitutẽ eo tẽpore quo nondũ ceſſerat dies vſusfr.quia relictus erat ſub cõdi.vel in diẽ.hoc nõ valet: vt.j.quẽad.ſer.amit.l.ſi is cui.§. fi.&.j.de cõdi.& demõ.ſi fundũ à teſtatore. Dic ergo meli⁹, hoc prædiũ erat heredis, nõ defũcti. Vel ibi iã cõſtituto vſufr. hic nõ.

l *Seruetur.* vt.ſ.qui.mo.vſusfru.amit.l.repeti.§.fi.&.l.ſeq. Accur.

Qui vſumfructum.] CASVS. Si leget mihi teſtator vſumfruc. ſiue alij,& eidem fideicommiſit mihi reſtituere vſumfruc. videatur. Item ſi vſufructu legato iter ademptum ſit, inutilis [a] eſt ademptio: quia ſemper ſequitur vſumfructum Sed ſi vſusfructus ſit legatus ad quem aditus non eſt [b] per hereditarium fundum, ex teſtamento vtique agendo fructuarius conſequetur vt cum aditu [c] ſibi præſtetur vſusfructus. [d] Vtrum [e] autem aditus tantùm & iter, an verò & via debeatur fructuario legato ei vſufructu, Pomponius libro quinto dubitat: & recte putat, prout vſusfructus perceptio deſiderat, hoc ei præſtandũ. [f] Sed an & alias vtilitates [g] & ſeruitutes ei heres præſtare debeat, puta luminum & aquarum, an verò non? Et puto eas ſolas præſtare compellendum, ſine quibus omnino vti nõ poteſt. [h] ſed ſi cũ aliquo incõmodo vtatur, nõ eſſe præſtandas. [i]

Vbi petitur vſusfructus contra heredem, iudex debet condemnare heredem ad intereſſe deteriorationis. Baldus.

II. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

SI ab herede ex teſtamento fundi vſusfructus petitus ſit, qui arbores deiecciſſet, aut ædificium demolitus eſſet, aut aliquo modo deterioré vſumfructum feciſſet aut ſeruitutes [k] imponendo, aut vicinorum prędia liberãdo, ad iudicis religionem pertinet vt inſpiciat qualis ante iudicium acceptum fundus fuerit: vt vſufructuario hoc quod intereſt, ab eo ſeruetur. [l]

Ius minus validum non datur maiori tẽpore quàm ius magis validum. h.d. Vel ſic: Ius vetus non eſt maioris rationis quàm ius directum. Baldus.

III. IVLIANVS libro ſeptimo Digeſtorum.

QVi vſumfructũ traditũ [m] ſibi ex cauſa fideicommiſſi deſiit in vſu habere tanto tempore, quanto ſi legitimè eius factus eſſet, amiſſurus eum fuerit, actionem ad reſtituendum eum [n] habere non debet. eſt enim abſurdum, plus iuris habere eos, * qui poſſeſsionem dũtaxat [o] vſusfructus, nõ etiam dominium adepti ſint.

IIII. IDEM libro trigeſimoquinto Digeſtorum.

FVndus detracto vſufructu legatus eſt Titio, & eiuſdem fundi vſusfructus Sẽpronio ſub conditione. dixi interim cum proprietate vſumfructum eſſe: [p] licet placeat, [q] cum detracto vſufructu fundus legatur, apud heredẽ vſumfructum eſſe: quia paterfamilias cum detracto vſufructu fundum legat, & alij vſumfructum ſub conditione, nõ hoc agit, [r] vt apud heredem vſusfructus remaneat.

Confeſſoria datur fructuario: nec poteſt proprietarius ex perſona fructuarii agere cõtra tertium confeſſoria: quia quis habet intentare ius ſuum, non ius tertii: ſed negatoria competit domino: & ſic nec poſſeſſor nec petitor habet ius in re: prævalet tamen poſſeſſor propter modum poſſeſſionis.h.d. vſque ad §. vtrum autem. Baldus.

V. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Edictum.

VTi frui ius ſibi eſſe ſolus poteſt intendere [s] qui habet vſumfructum: dominus autem fundi non poteſt: [t] quia qui habet proprietatem, vtendi fruendi ius ſeparatum [u] non habet. nec enim poteſt ei ſuus fundus ſeruire. [x] de ſuo enim non de alieno iure quemque agere oportet. [y] quamquam enim actio negatiua domino competat aduerſus fructuarium, magis tamen de ſuo iure agere videtur quàm alieno: cum inuito ſe negat [z] ius eſſe vtendi fructuario, vel ſibi ius eſſe ꝓhibẽdi. Quòd ſi fortè qui agit, [a] dominus proprietatis non ſit: quãuis fructuarius [b] ius vtendi nõ habet, vincet tamen iure quo poſſeſſores ſunt potiores, [c] licet nullum ius habeant.

A Primo caſu de iure ciuili. Secũdo de iure prętorio quo ĩducũtur fideicommiſſa: & in vtroque caſu perdo non vtendo ſi non vtar. Viuianus.

m *Traditum.* à legatario cui fuerat vſusfructus legatus: ideoque non potuit facere fructuarium.

n *Eum.* vt ſibi fideicõmiſſario reſtituatur.

o *Dumtaxat.* quam ſolam habent, iure ciuili inſpecto. ſed de iure prętorio etiam proprietatẽ habent cum vſufructu: vt ſupra, quib. mo. vſusfr. amit. l. j. §. j. & .l. ſi legatũ. & .l. Pomponius. §. fin. Et eſt ratio ſimilis ei quæ eſt hic, & infra de ca. & poſtli. reuer .l. in bello. §. ſi quis ſeruũ. in fine. §. vbi dominus factus plus iuris debet habere quàm nõ dominus. * *Fla. eius.*

Fundus.] CASVS. Teſtat. legauit mihi nudã proprietatem fundi: & ſic deduxit vſumfru. alij vſumfru. ſub cõditione ſi nauis ex Aſia venerit, legauit. quæritur cuius interim ſit vſufruct. dum pendet condition: an heredis, an proprietarij? Et reſpõ. quòd eſt proprietarij: & eſt ratio: quòd quia deduxit teſtator vſumfr. pro fructuario, videtur nõ deduxiſſe pro herede vſũfru. interim. Viuianus.

p *Eſſe.* & ita apud Titium, non apud heredẽ: vt argu. ſupra de vſufru. l. ſi Titio vſusfruc. j. reſpon. Accurſius.

q *Placeat.* ſ. aliàs. Accurſius.

r *Non hoc agit.* ſcilicet in mente. Sed hæc videtur mala ratio: vt argu. contra infra de ſtat. lib. l. qui pecuniam. vbi dicit quòd dare iuſſus, videtur heredi iuſſus. Sed hic quaſi certum eſt ad heredem non peruenturum: vt arg. infra de con dic. inde. l. Iulianus.

s *Vti frui. Intendere.* ſcilicet per confeſſoriam.

t *Non poteſt.* ſcilicet intendere confeſſoriam: licet ipſe petat vſumfructum cauſalem.

u *Separatum.* ſcilicet quòd dicitur ſeruitus: & dicitur formalis.

x *Seruire.* id eſt ſeruitutem debere: vt infra de iu. do. cum in fundo. in prin. & infra de ſeruitu. vrba. præ. l. in re communi. hoc tamen quandoque fallit: vt infra de ſer. ru. prædi. l. tria.

y *Oportet.* niſi haberet mãdatũ: vt.ſ.de nego. geſt. l. pupilli. §. fi.

z *Negat.* i. negãdo dicit. ſimile negat. j. de ĩ diẽ addic. l. vbi. quãdoq; ponitur negat, ꝓ dicit: vt ĩ authẽ. de tri. & ſe. §. illud. col. iij.

a *Qui agit.* negatoria.

b *Fructuarius.* quondam, vel qui putatur. Io.

c *Potiores.* ſcilicet petitore non implente ſuam intentionẽ: etiã ſi ipſe fructuari⁹ qui eſt in poſſeſsione, nihil ꝓbet: vt.C. de edẽ. l.

qui accuſare.& Cod.de rei vindi.l.res alienas.& inſtit. de interdi.§.commodum.Cæterum ſi is qui intendit negatoriam,probet ſe dominum:denegabitur facultas fruendi fructuario, niſi de ſuo iure probet:quia præſumitur res libera niſi cõtra probetur:vt.C. de ſerui.altius.&.C.de pig.acti.l.nec ereditores.§.vt autẽ.Si autẽ non poſsidet fructuarius, ſemper, id eſt ſiue aduerſari[a] probet ſe dominum,ſiue non:ſemper imponitur ei neceſsitas probandi.

Iura realia poſſunt intẽtari contra quẽlibet,non ſolum contra eum à quo quis habet cauſam.b.d.& ad hoc ſemper allegatur. Baldus.

Vtrum autem aduerſus dominum duntaxat in rem actio vſu fructuario competat, an etiam aduerſus quemuis poſſeſſorem, quæritur.Et Iulianus libro ſexto Digeſtorũ ſcribit,hãc actionem aduerſus quemuis poſſeſſorem ei competere. [b] Nam & ſi fundo fructuario ſeruitus debeatur,fructuarius non ſeruitutem [b] ſed vſumfructũ vindicare debet aduerſus vicini fundi dominum. Si partis fundi vſusfructus conſtituatur, poteſt de eo in rẽ agi:ſiue vindicet [c] quis vſumfructum,ſiue alij neget.

In his autem actionibus quæ de vſufructu agũtur,etiam fructus [d] venire plus quàm manifeſtum eſt.

Si lite pendente moritur fructuarius: pro futuro tempore nulla ſit condemnatio. b.d. vel ſic:Extra li.conteſta. non abſorbet defenſionem ſuperuenientem. Bal.

Si poſt litem de vſufructu cõteſtatam fuerit finitus vſusfructus,[e] an vlterius fructus deſinant deberi? Et puto deſinere. Nam & ſi mortuus fuerit fructuarius, heredi eius actionem præteritorum [f] duntaxat fructuum dandam Pomponius libro quadragẽſimo ſcribit.

Fructuario [g] quivicit,omnis cauſa reſtituenda eſt. Et ideo ſi ſerui fuerit vſusfructus legatus: quidquid ex re fructuarij vel ex operis ſuis cõſecutus eſt poſſeſſor, debebit reſtituere. Sed & ſi fortè tempore vſusfructus amiſſus eſt,alio quidẽ poſsidente,alio autẽ liti ſe offerente,non ſufficit eum vſumfructũ iterum renouare: [h] verũ cauere quoq; eum de euictione vſusfructus oportet. quid enim ſi ſeruũ aut fundũ [i] is qui poſsidebat,pignori dedit,iſq; [k] ab eo qui pignori accepit, iure [l] vti prohibetur? Debebit itaque habere cautũ.

In confeſſoria & negatoria quando intentatur à non poſſidente, veniunt fructus: ſed imponitur ſilentium victo. Baldus.

Sicut fructuario in rem cõfeſſoria [m] *agẽti fructus præſtãdi ſunt, ita & ꝓprietatis domino, ſi negatoria actiõe vtatur. [n] ſed in omnibus [o] ita demum,ſi non ſit poſſeſſor qui agat.nam & poſſeſſori competunt. ꝙ ſi poſsidẽt,nihil fructuũ nomine cõſequẽtur.[p] Quod*ergo officium erit [q] iudicis quàm hoc,vt ſecurus cõſequatur fructuarius fruendi licentiam,proprietatis dominus ne inquietetur? [r]

VI. PAVLVS libro vicenſimoprimo ad Edictum.

QVi de vſufructu iudicium accepit,ſi deſierit poſsidere ſine dolo, abſoluetur.[s] quòd ſi liti ſe obtulit, & quaſi poſſeſſor actionẽ de vſufructu accepit,damnabitur.[t]

DE OPERIS SERuorum.

TITVLVS VII.

I.PAVLVS libro ſecundo ad Edictum.

OPera in actu conſiſtit:[u] nec ãte i rerũ natura[x] eſt,quàm ſi is dies venit [y] † quo præſtãda eſt:quẽadmodum cum ſtipulamur, *Quod ex Arethuſa natum erit.* [z]

II. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Edictum.

OPeræ ſerui legatæ capitis minutiõe [a] nõ amittũtur.

III.GAIVS libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.

OPera ſerui.CASVS. Legaſti mihi operas ſerui. ꝙ ſi capite minuar,non tamen perdo vſumfruc.illarum operarum.Viuianus.

OPera ſerui.CASVS. Aliquis legauit mihi operas ſerui. licet mihi ius ipſarum operarum ſit factũ, tamen iſtud legatum incipit deberi die adueniente: vel cum indictæ fuerint à me.Et ſũt quãdo indixero vt operetur:ſicut cũ aliquis promittit mihi partum futurum Arethuſæ:quia prius non debetur quàm dies venerit.Viuianus.

a *Competere.*ideoque dicitur in rem.lo.

b *Seruitutem.* ſcilicet directo:& dic vt ſupra eo.l.j.Azo.ſeruitute tamen vtetur:vt infra ſi ſer. vind.l.ij.§.ij. Sed arg. contra infra de ſerui.l. ei qui. Sol.ibi nihil dicit de fructuario: licet de ſimilibus dicat. Et eſt ratio: quia hic eſſet ſeruit[s] ſeruitutis.

c *Vindicet.* per confeſſoriam, alij per negatoriam.

d *Etiam fructus.* vt & infra.l.proxi.§.fi.

e *Finitus vſusfructus.*capitis deminutione.

f *Præteritorum.*vt & ſupra de rei vin.l.fructus. in fi.&.l.ſeq.& ſupra de vſufruc.qui vſumfru.in fi.&.l.queſitum.&.l.defuncta.

Fructuario.]CASVS. Principium.l.planũ eſt. [SED SI.]Egi contra Titium confeſſoria, qui ſe liti obtulit cum Mæuius poſsideat: & ſic lite pendẽte amiſi vſumfru. non vtendo. quæritur quid reſtituitur? Et reſpon. vſusfruc. mihi de nouo conſtituendus eſt per dolo ſum qui ſe liti obtulit.Item de cautione debet mihi promittere.poteſt enſ eſſe quòd Mæuius qui præſcripſit, obligauit alicui:qui auocabit à me rem per hypothecariam, & ſic non permittet me frui. & ſic qui ſe liti obtulit, cauet de euictione: & ita de nouo conſtituitur.[SICVT.]Idem dicit qd.ſ. prox. quia ſi fructuarius rem in qua habet vſumfru.amittat,& aliquis eũ poſsidebat,poteſt agere confeſſoria:non vt res ſibi à fruc.tradatur:ſed vt ſecurius vti poſsit. Idem ſi dominus propriet. poſsidet: & aget fructuarius. Viuianus.

g *Fructuario.*aliàs incipit.§.& aliàs lex.

h *Renouare.*quis renouabit? Reſpon.doloſus quidem ſine dubio tenetur de dolo,in quo venit vt conſtituat vſumfru.aliàs iuratur in litem:vt.l.arbitrio.ſupra de dolo.ſed liberatus tenetur in ſubſidium:vt.ſ. de dolo.l.pe.& de eo per quem fac.eſt. l.fi.in princ.

i *Aut fundum.*in quibus eſt conſtitutus vſusfructus.

k *Iſque.*ſcilicet vſufructuarius.Accurſius.

l *Iure.*vt quia præſcripſit poſſeſſor: & ſic potuit obligare:vt ſupra de rei vin.l.ſi poſt acceptum.

m *Confeſſoria agens.*ſcilicet directa: item Publiciana: quando à non domino vſusfru.eſt conſtitutus:vt ſupra de Publi.l.ſi ego.§. i.hoc tamen ita ſi ſatiſdedit.aliàs non facit fructus ſuos: vt ar.infra de vſufru.leg.l.vxori vſufructu.

n *Vtatur.*vt infra ſi ſer.vind.loci corpus.§.in confeſſoria.

o *Sed in omnibus.*id eſt in prædictis duobus.

p *Conſequentur.*quia perceperunt ipſi: vel potuerunt percipere: vt ſupra de rei vin.l.Iulianus.§. pe. patet ergo ex prædictis has actiones etiam poſsidenti dari:vt inſt.de act.§.æque. & infra ſi ſer.vindi.l.& ſi forte.§. ſciendum.licet P.in negatoria dixerit contra.

q *Erit.* aliud ſcilicet hoc caſu cũ actor poſſidet,quàm hoc &c.

r *Inquietetur.*q.d. nullũ, imò & aliud eſſe videtur,vt præteritos fruct[s] faciat reſtitui: vt ſupra lege proxi.§.fin.Accurſius.

Fla. eu. *Fla. Qui*

s *Abſoluetur.* vt &.ſ.de rei vin.ſinautem.§.j.

t *Damnabitur.*vt & ſupra de rei vind. ſinautem.j. reſpon.

u *Conſiſtit.* eſt enim diurnum officium:vt infra de ope.liber.l.j.

x *In rerum natura.*obligatio operarũ, vel opera ipſa.

y *Venit.* quia venit cũ eſt indicta opera incerta.ſed ſi certa: tunc cum potuit præſtari,& non eſt præſtita:vt hic,& infra de ope.li.quotiens.& infra de vſufru.le.l.operæ. quod eſt poſt aditam hereditatem,non prius:vt infra quan.dies le.ce.l.ij.in fi.Accurſius.

† *Cuius.* *de op. ſuo.* *Leon pr.* *trans.*

z *Natum erit.*nam & hic expectatur natiuitas: vt infra de verb. oblig.inter ſtipulantem.§.ſacram.&.l.interdum.& infra de condi. & demon.l.j.in fi.Accurſius.

a *Minutione.* minima. nam nec non vtendo, nec morte,licet vſucapione proprietatis ſic: qđ eſt mirabile.nam ſecus in vſufru. vt.j.de vſufruc. le.l.ij. &.ſ.de vſufruct.locum.§. proprietarius. Nec ob.j.vſufruc.quemad.ca.l. idem eſt. vbi dicitur quòd morte extinguitur:quia ad cætera legata de quibus erat ibi facta mẽtio,refertur,non ad legatum operę. Item nec ob.inſtit. de acquiſit.per arroga.§.j. vbi opera periit cap. demi. quia ibi de *operis libertorum,*

libertorum,quæ ius in personam non tribuunt,cum sit liber: hic in seruorum,quæ ius tribuunt.& cum non sit personale, non perit,vt dixi,nisi magna vel media ca.demi.qua omnia iura publicantur.Accursius.

In hominis.] C. ASVS. Aliquando legat mihi aliquis vsumfructum,& aliquando operas serui.In hoc secũdo casu locabo operas: & habebo inde mercedem ex operis illius serui:& iste seruus operabitur mihi: & habebo eius operas. & hoc dicit hæc lex.Viuianus.

* *Flo.constit.*

a *Vsufructu.* id est commoditate. nam non vsusfructus, sed opera serui fuit legata: quæ differt ab vsufructu: vt supra.l. proxi.& sic facit ad ti.& probatur infra. l.proxi. vel expone hanc vt illã. Accursius.

b *Mercedes.* locabit igitur operas serui ille cui legata opera est:vt infra de vsufruct.leg.l.ij. Accursius.

† *Mediastinus quale genus mancipiorum fuerit, Budæus sup.cap.x. Nauiaup.*

Rectus hominis.] C. ASVS. Si habeo in seruo vsum operarum, videor pretium lucrari, quod sumptib' deductis restat.Viuianus.

Vnitas quædam est inter vsumfr. & operas.

c *In operis.* vnitaté quãdam voluit notare inter vsumfructum & operas. vt enim illud dicitur:ego sum in patre, & pater in me est: ita hic in fructu sunt operæ: & in operis est vsusfructus. non est hæc tamen vt illa omnimoda similitudo:vt patet ex differentiis multis notatis supra eo.l.operæ.Accursius.

d *Fructus.* quasi dicat, siue legetur opera in homine,habebit legatarius fructum hominis:& ecõtra si legetur vsusfruct. in homine,habebit operas.Accursius.

e *Intelligitur.* hoc non ideo dicit vt debeãt expensæ restitui illi qui habet operas:vt infra commo.in rebus.§.possunt.sed propter vltimum annum in quo legatum operæ finitur.nam pro quota anni non durauit opera,reddidit æstimationem retentis sumptibus:sicut in dotali prædio: vt infra solu.matri.l.fructus. vel lege plane vt sonat: vt infra solut. ma.l.vlt.in princ.& in fin.

Operis.] C. ASVS. Legasti mihi operas in seruo.videris mihi legasse omne ius quod ex eo percipi potest. Viuianus.

f *Vsum.* & plus.nam non proprie possunt operæ dici vsus, vel vsusfructus:vt.j.ad le.Falc.l.j.§.si operis. quod & probari potest per multa dissimilia,quæ no.supra eo.l.operæ.

Cum de serui.] C. ASVS. Titius legauit mihi operas serui:postea egi confessoria,vel actione ex testaméto.aduersarius fuit in mora.tenetur mihi ad operas serui quas amisi.s.ad æstimationem earum.aliter melioris serui & deterioris æstimatur opera. Item si talis est seruus,vt eius opera sit nulla, nulla sit æstimatio: & si alicuius vtilitatis est seruus,non plus æstimatur quàm dominus eum seruum in affectione habuerit. Vlterius dicit, quòd dominus deducit sumptus quos fecit in seruum. Viuianus.

g *Pro modo.* congruo arbitrio boni viri.

h *Restituenda sunt.* scilicet operæ, id est earum æstimatio. ipsę enim eædem fieri non possunt: vt.j.de condic.indeb.si non sortem.§.libertus.

IN hominis vsufructu[a] operę sunt, & ob opas mercedes[b].

IIII. IDEM libro secundo de liberali causa Edicti Vrbanici.

FRuctus hominis in operis[c] consistit:*& retro in fructu hominis operę sunt.Et vt in cęteris reb' fructus[d] deductis necessariis impẽsis intellegitur,[e] ita & in operis seruorum.

V. TERENTIVS CLEMENS libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

OPeris serui legatis vsum[f] datum intellegi & ego didici,& Iulianus existimat.

VI. IVLIANVS libro quinquagésimoquinto ad Edictum.

CVm de serui operis artificiis agitur, pro modo[g] restituendæ sunt[h]: sed mediastini † secundum ministerium. & ita Mela scribit. Si minor annis quinque vel debilis seruus sit, vel quis alius cuius nulla opera esse apud dominũ[i] potuit, nulla æstimatio fiet.Item voluptatis vel affectionis æstimatio nõ habebitur[k]: veluti si dilexerit eũ dominus, aut in deliciis habuerit. cæterùm deductis[l] necessariis impẽsis fiet æstimatio.

DE VSV ET HABITATIONE.

TITVLVS VIII.

I. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale.

NVnc videndum de vsu & habitatione[m]. Constituitur etiã nudus vsus[n], id est sine fructu: qui & ipse iisdẽ modis cõstitui solet,quibus & vsusfructus[o].

II. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

CVi vsus relictus est,vti potest:frui non potest. & de singulis[a] videndum. Domus vsus relictus est aut marito,aut mulieri. Si marito, potest illic habitare non solus[q], verùm cum familia quoq; sua. An & cũ libertis, fuit quęstionis.Et Celsus scripsit, & cum libertis.posse hospitem quoque recipere. nam ita libro octauodecimo Digestorum scripsit. quam sententiam & Tubero probat. Sed an† etiam inquilinum recipere possit, apud Labeonem memini tractatum libro Posteriorum.Et ait Labeo eum qui ipse habitat,inquilinũ posse recipere:item & hospites & libertos[r] suos,

III. PAVLVS libro tertio ad Vitellium.

ET clientes.

IIII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

CAeterum sine eo ne hos quidem habitare[s] posse. Proculus autem de inquilino notat,[t] non bellè inquilinum dici,qui cum eo habitet.[u] Sedum hæc & si pensionem percipiat, dum ipse quoque inhabitat, non erit ei inuidendum[x]. Quid enim si tam spatiosæ domus vsus sit relictus homini mediocri, vt portiuncula contentus sit? Sed & cum his quos loco seruorũ in opere[y] vtitur, non vsus, sed habitatio constituitur.

i *Apud dominum.* serui possidentem seruum:& facit.ĩ.de rei vin. l.cæterum.Accursius.

k *Non habebitur.* vt ratione affectionis possessoris condemnetur in plus: licet ratione affectionis actoris quãdoque reus condemnetur:vt infra de tu.& ra.distra.l.j.& infra man.l.cum seruus extero. & de ser.export.l. seruus ea.loari.

l *Deductis.* factis ab operario in eius alimentis, non ratione téporis quo vsus est opera,sed vltimi anni quo debet ad proprietarium peruenire:vt dixi supra eo.l. fructus. vel plane,vt in prin.huius.l.dixi.Accur.

DE VSV ET habitatione.

m *Nunc videndum. Et habitatione.*

Habitatio quid sit.

EST autem habitatio ius habitãdi in aliena domo;quod nõ est vsus vel vsusfructus:vt instit. eo. §.si cui.

n *Etiam nudus vsus.* i.nõ solum vsusfru.Sed quid est vsus nudus? Respon.

Vsus nudus quid sit, & in quo consistat.

quia est sine fructu: & potest ita definiri: Vsus est ius vtendi rebus alienis salua rerum substantia.fruendi enim in definitione vsus nõ ponitur vt.j.l.proxi.j.respon.licet in vsufructu ponatur:vt.ĩ. de vsufruct.l.j. Ex qua definitione patet q vsus nõ potest esse proprie in rebus quæ solo vsu cõsumuntur:sicut nec vsusfru.cũ in eis nõ possit esse salua substãtia.licet videatur contra.ĩ.de vsufr.ea.re.quæ vsu consu.l.j.&.ij.ait enim, vsu consumuntur. vnde videtur quòd vsus fit in eis.sed certe ibi nõ loquitur de vsu, qui est seruitus.Azo.

o *Et vsusfructus.* vt instituo.eo.in princ. sed fallit in casu:vt.j.eo.l.vsus pars.Accursius.

† *Non secus dum Bald. quòd ille qui habet simplicẽ possessionẽ rei, potest illam locare.*

p *Cui vsus. Singulis.* scilicet in rebus vel personis,in quibus hęc ita se habeant.

q *Non solus.* immo & solus potest. ergo legatur solus,pro solum: & dicatur non solum ipse maritus,verum cum &c.sic.j.de vulg. sub.l.qui liberis.vel subaudias,tãtum,vel solum. Et dicatur, non tantum solus,sed etiam &c.sic subauditur tantum, vel solum,vel simile:vt.j.de rebus dub.si is qui ducenta.§.j.&.j.de pec.licet.in fi.l.vel infinitetur nomen,& dicatur, potest habitare non solus. sic & infra de testa. qui testaméto.§.si seruus.& infra de fun.do, l.dotale prædium.j.§.fi.&.ĩ.de iudi.l.j.&.ij.

r *Et libertos.* posse recipere ait.Azo.

s *Cæterum. Habitare.* vt infra eod.l.sed nec. Sed contra.C.eo. de vsufruct.& habi.cum antiquitas.Solu.ibi in habitatione,vt possit locari:hic in vsu.

t *Notat.* reprehẽdit Labeonem,qui inquilinum vocauit eum qui recipiatur ab vsuario gratis.& quod subiicit,non velle.i.non debere,iuxta illud:Sic volo,sic iubeo &c.

u *Qui cum eo habitet.* & est ratio: quia qui mercedem non præstat,domum non conducit:vt.j.de do.inter vi.& vxo.si vir vxori.j.respon.sed gratis recipitur.Sed quid si præstet mercedem,vt statim subiicit?Respon.est inquilinus.Accursius.

x *Inuidendum.* Inuidiosus ego,non inuidus esse laboro.

a *Liberi ſint.* vt infra de verbo. obliga. ſi ſtipulatus fuero per te. Accur.

b *Matrimonio.* id eſt debito iure matrimonij. matrimonium enim non ideo diſſolueretur: nec enim debet afferre impedimentum nuptiis contractis vel contrahendis: vt. C. de inſti. & ſubſtit. l. reprehendenda. & infra de cõdi. & demonſtra. l. cum tale. §. ſi arbitrio. Accurſius.

c *Cum marito.* cui ſit vſus legatus.

d *Dubitatum.* in vxore dubitabatur: quaſi deberet ſequi forum & domum viri, non vir eius domum: vt infra ad municipa. l. de iure. §. finali. & §. ij. & C. de dignita. l. mulieres.

e *Immo & ſocer.* cui vſus legatus eſt. Ioan.

f *Vnà ſit.* aliàs cum viro iuncta ſit, id eſt inſimul cũ eis patre & vxore vnũ ſcilicet ſit, id eſt vna perſona: & ita ponitur cũ, pro quia. Nam quæ eſt ratio in filia, eadem & in nuru: vt. ſ. ſolema. l. quia parẽtis. vel ponitur cum, pro quando. & verbũ ſit, proprie ponitur nullo adiecto.

Ratio eadẽ eſſe debet in filia quæ & in nuru.

g *Non aliter. Honeſte.* No. argu. quòd ſcholaris ſocius nõ poſſit inducere ganeas. ſic ſupra de vſufruc. ſi pendẽtes. §. j. in quibuſdam plane perſonis nihil ſæui criminis exiſtimari naturale fœdus permittit: vt. C. de epiſc. & cleric. l. eum qui. & in authen. quomodo opor. epiſc. §. quanta igitur. coll. j.

h *Vſum.* quaſi non voluerit teſtator. Accur.

i *Sed neque locabunt.* vt & ſupra. l. cæterum. in prin. Accur.

k *Remittendam.* vt. C. de inſtitut. & ſubſtitu. l. reprehendenda.

l *Cæterarum. Promiſcuo.* ſic. C. de fur. l. quamuis. Accur.

m *Si habitatio. Pene.* differt enĩ in quibuſdam: quia poteſt locari habitatio, ſed vſus nõ: vt. ſ. e. ſed neque. & C. eo. de vſufr. & hab. l. cum antiquitas. & in aliis: vt ſtatim dices.

n *Et Papinianus.* & proetiam. Accurſius.

o *Donare.* cui habitatio eſt conceſſa: de alio enim non videtur loqui poſſe. hoc tamẽ corrigitur quo ad locationem: vt. C. eo. l. cum antiquitas.

ris habet, habitabit: licet liberi ſint[a], vel ſerui alieni. Mulieri autem ſi vſus relictus ſit, poſſe eam & cum marito habitare Quintus Mucius primus admiſit: ne ei matrimonio[b] carendũ foret cum vti vult domo. Nam per contrariũ quin vxor cũ marito[c] poſsit habitare, nec fuit dubitatũ[d]. Quid ergo ſi viduæ legatus ſit? an nuptiis cõtractis poſt conſtitutum vſum mulier habitare cum marito poſsit? Et eſt verum (vt & Pomponius libro quinto, & Papinianus libro nonodecimo quæſtionum probat) poſſe eam cum viro & poſtea nubẽtem habitare. Hoc amplius Pomponius ait & cum ſocero habitaturam.

V. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

Immo & ſocer[e] cũ nuru habitabit, vtique cũ vir vnà ſit[f].

VI. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

Non ſolùm autem cum marito, ſed & cum liberis libertíſque habitare, & cum parentibus poterit: & ita & Ariſto notat apud Sabinũ: & hueuſq; erit procedendum, vt eoſdem quos maſculi, recipere & mulieres poſsint.

VII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

Non aliter autẽ mulier hoſpitem recipere poteſt, q̃ ſi is ſit qui honeſtè[g] cũ ea quæ vſum[h] habeat, habitaturus ſit.

VIII. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

Sed neq; locabũt[i] ſeorſum, neque cõcedent habitationem ſine ſe, nec vendent vſum. Sed ſi vſus ædium mulieri legatus ſit ea cõditione, ſi à viro diuortiſſet: remittendam[k] ei conditionem, & cum viro habitaturam. quod & Pomponius libro quinto probat.

IX. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

Cæterarum[l] quoq; rerum vſu legato, dicendum eſt vxorẽ cũ viro in promiſcuo[l] vſu eas res habere poſſe.

X. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

Si habitatio legetur, an perinde ſit atque ſi vſus, quæritur. & effectu quidẽ idem penè[m] eſſe legatũ vſus & habitationis, & Papinianus[n] conſenſit libro octauodecimo quæſtionum. Deniq; donare[o] non poterit: ſed eas perſonas recipiet quas & vſuarius. Ad heredem tamen nec ipſa tranſit: nec non vtendo amittitur, nec capitis deminutione[p].

Cauſa finalis arctat & reſtringit legatum. Baldus.

Sed ſi χῆνος[q] ſit relicta, an vſus ſit, videdum. & Papinianus libro ſeptimo reſpõſorum ait, vſum eſſe, non etiam fructum relictũ. Sed ſi ſic relictus ſit, *Illi domus vſusfructus habitãdi cauſa*: vtrum habitationem ſolam, an verò & vſumfructum habeat, videdũ. Et Priſcus & Neratius putant ſolam habitationem legatam: quod eſt verum. Planè ſi dixiſſet teſtator, *vſum habitandi cauſa*: nõ dubitaremus quin valeret[r]. Vtrũ autẽ vnius anni ſit habitatio, an vſq; ad vitam, apud veteres[s] quæſitum eſt. & Rutilius, donec viuat, habitationem cõpetere ait. quam ſententiam & Celſus probat libro octauodecimo Digeſtorũ. Si vſus fundi ſit relictus, minus vtique eſſe q̃ fructum, longéq; nemo dubitat. Sed quid in ea cauſa[t] ſit, videndum. & Labeo ait, habitare eum in fundo poſſe: dominúmq;[u] prohibiturum illò venire: ſed colonum non prohibiturum, nec familiam, ſcilicet eã quæ agri colendi cauſa illic ſit. Cæterum[†] ſi vrbanã familiam illò mittat, qua ratione ipſe prohibetur, & familiã prohibendã eiuſdẽ rationis eſt. Idẽ Labeo ait & cella vinaria & olearia eũ ſolũ vſurũ: dominum verò inuito eo non vſurum.

XI. GAIVS libro ſecundo Rerum Cottidianarum, ſiue Aureorum.

Inq; eo fundo hacten' q̃ morari licet, vt neque domino[x] fundi moleſtus ſit: neq; his per quos opera ruſtica fiũt, impedimento ſit: nec vlli alij ius quod habet, aut vendere aut locare[y] aut gratis concedere poteſt.

XII. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

Plenũ autẽ vſum debet habere, ſi & villę & prætorij[z] ei relictus eſt. Venire plane proprietarium ad fructus percipiendos, magis dicẽdum eſt: & per tempora fructuum colligendorum etiam habitare illic poſſe admittendum eſt.

Præter habitationem quam habet[a] cui vſus datus eſt, deambulandi quoq; & geſtãdi ius habebit. Sabinus & Caſsius & lignis ad vſum cottidianũ, & horto, & pomis, & holeribus, & floribus, & aqua vſurum, non vſque ad compendium[b], ſed ad

p *Nec capitis deminutione.* vt ſupra de capi. demin. l. ſi legatum. neque legatum operæ: vt infra de vſufru. leg. l. ij.

q *Sed ſi clareſſis.* id eſt habitatio, vel vtilitas habitationis. Accurſius.

a Extenta nota ſuma

r *Quid valeret.* ſcilicet iure habitationis. Sed ar. *gloſ. quidẽ* contra infra de auro *alicas ſtipu.* & arg. le. l. ſpecies. & ĩ. *lega.* de vſufructu ea. re. quæ *vſu conſu.* l. finali. & de *extra cetera* vſufruct. l. dominus. §. ſi ex *vſum* mancipa. & ĩ. j. de a'i. & cib. leg. *adde quæ* l. pe. in fi. quibus. ll. dicitur per hæc verba, ſcilicet habitatio, vel æquipollẽtia quibus hic vſus *appellatur.* *ne vſufru. cetera* eſt, proprietatem conti- *Bolo.* neri. *ADDITIO.* Sol. ſecundum Bar. & dic q̃ in illis non erant verba ſimilia vel æquipollẽtia iſtis: quia ipſa res fuit relicta cũ adiectione quadam, per quam adiectionem legata non minuuntur neque adimũtur. hic fuit relictus vſusfructus vel vſus cum adiectione quadam, per quam adiectionem legatum augetur: & ſic vbiq; ſit interpretatio in benigniorẽ partem: vt. l. in teſtamentis. infra de reg. iur.

Ita ſcitur. ſi mentio tenta de ſenatu Baldus, ad hoc quod ſi quis ſit in cui domus, non ſcit ſa mulie.

ſ *Apud veteres.* cum ſimpliciter legata eſſet.

t *In ea cauſa.* id eſt in vſu. Accurſius.

u *Dominúmque.* id eſt vſuarius prohibebit dominum: niſi ipſe dominus colat: vt. j. e. l. fundi. §. ſicut is.

x *Inq; . Neque domino.* volenti tantummodo colere: non etiam inhabitare.

y *Locare.* vt infra. l. pro xi. §. equitij. verſic. operas. & hæc omnia ſeorſum à ſe cõcedit his qui ſecum inhabitant: vt ſupra. e. l. ij & l. cæterum. & l. ſed neq;. & j. l. prox. §. ſi vſus.

z *Lenum. Prætorij.* locus eſt in quo paterfa. reſidere ſolebat, & merces & ſpecies tanquam in horreis retinere: vt. C. de offic. rectoris prou. l. nulli. ij. & ſumitur ex eo quòd prætorium ſolet dici locus in quo prætor reddit iura.

a *Quam habet.* in fundo: vt. ſ. e. l. habitatio. §. ſi vſus fundi.

b *Ad compendium.* i. ad

lucrum,ne.ſ.vendat.ſic.ĩ.famil.erciſc.ſi filia.§.idem Papinianus.

a *Vſurum.*cum ait Nerua,ſed male,vt ſtatim ſubiicit.

b *Foliis.* Ad vermes qui pariunt ſericum.Ioan. vel pro bobus, vel pro vaccis, vel pro myrtis herba, vnde fit tinctura cerdonum,vnde tingunt corium.

c *Et.*pro etiam.

d *Negauit.* ergo & de frumento.

e *Iubentius.*ſ.ait.

f *Pro dignitate.* & officio:vt & ſupra de iudic. ſed & ſi ſuſcepit.§.ſed & ſi proponas.& infra.e.l. §.equitij.

g *In villa.*id eſt domũcula quæ gratia fructuũ reponendorum parata eſt: & appellatur ruſticum prædium: vt infra de verbo.ſignifica.l.ſundi appellatione.quod tamen intelligo ſi commodo ibi morari poteſt ratione vicinitatis oppidi, putei,& Eccleſiæ: alioquin contra:vt infra eo. l.diuus.Accurſius.

h *Horum.*ſcilicet proprietario.

i *Ad focorandũ.*in quo eſt vtilitas: vt hic,& inſtitut.eo.§.penul. &.C. de curſu publi.lib.xij.in omnibus.Accur.

k *Modico lacte.*vſque ad vſum ſuum: & idem in cæteris fructibus: vt ſupra ea.l.§.Sabinus. licet alij vt Pla.in lacte ſpeciale dicant.

l *Strictè.* Immo large: vt infra de regu.iur.l.in teſtamentis.Accur.

m *Sed ſi boum armenti.* Armenta dicuntur boũ: vt hic,& infra de verb. ſignifi.l.boues. in princ. Accurſius.

n *Etſi.*id eſt quamuis. & incipit reſpondere. Accurſius.

o *Circenſibus.* quia curru aureo præponebatur cum equis ſuis ad certãdum, & ad currum ducendũ in certaminibus: vt.C.de fer.l.fina.

p *Inſtituti.*i.propoſiti.

q *Senſiſſe.*Ex ſciẽtia defuncti interpretor eius voluntatem:vt hic &.C. de fideicõ.l.prædia obligata. &.ĩ.de reb.dub.l. qui habebat. & arg.ĩ.de reg.iur.l.cuius per errorem.&.ĩ.de iudic.ſed & ſi ſuſcepit.§.j. Sed argu. cõtra.ĩ.de leg.iij.ſi quis. in prin.ij.reſpon.vbi oportet eum etiam ſpecialiter dicere contra,vt à prima recedatur voluntate.Accurſius.

r *Miniſterii.*ſcilicet ſerui.

ſ *Conceſſiſſe.*hoc enim facere non poteſt ſeorſum à ſe: ſed ſimul ſic:vt hic,&.ĩ.l.proxi.&.C.de vſufru.l.vſufructu.ij.Accur.

t *Vſum exigat.* ſcilicet huiuſmodi legatũ:ſed de quo dicit,ipſi?? Reſpon. ſecundum R. filij vel ſerui qui ſoli vtentur, non etiam pater vel dominus:vel alij qui ſunt in eiuſdem poteſtate: vt arg. inſti.de ſtip.ſer.§.ſed cum factum.& hoc ſi non contemplatione patris vel domini ſit relictus.ſed tu dic,patris vel domini,vt ipſe tantum vtatur.q.d.non alij qui ſunt in eorum poteſtate: ipſe tamen filius vel ſeruus cui fuit legatus,vtetur cũ patre:& probantur hæc omnia.ĩ.e.filio. in fi.& ſic poſito caſu non eſt contra.C. e.l.fina.quæ eſt contra.vbi dicitur nec patris morte huiuſmodi vſumfru.filio perire,nec econtra.præterea ibi tractat cuius morte finiatur:hic ad quem non finitus porrigatur.

ad vſum, ſcilicet non vſque ad abuſum.Idem Nerua:& adiicit ſtramentis etiam vſurum [a]: ſed neque foliis [b] neque oleo neque frumento neque frugibus vſurũ. Sed Sabinus & Caſsius & Labeo & [c] Proculus hoc amplius, etiam ex his quæ in fundo naſcuntur, quod ad victum ſibi ſuiſque ſufficiat, ſumpturum & ex iis quæ Nerua negauit [d]. Iubentius [e] etiam cum cõuiuis & hoſpitib' poſſe vti.quę ſentẽtia mihi vera videtur. aliquo * enim largius cum vſuario agendum eſt pro dignitate [f] eius cui relict' eſt vſus:ſed vtetur his(vt puto) dũtaxat in villa [g].Pomis autẽ & holeribus & floribus & lignis videndũ vtrũ eodẽ loco vtatur duntaxat, an etiam in oppidũ ei deferri poſſint. Sed melius eſt accipere & in oppidum deferenda. neque enim graue onus eſt horum [h], ſi abundent in fundo.Sed ſi pecoris ei vſus relictus eſt, puta gregis ouilis,ad ſtercorãdum [i] vſurum dũtaxat Labeo ait: ſed neque lana neque agnis neque lacte vſurũ. hæc enim magis in fructu eſſe.Hoc amplius,etiam modico lacte [k] vſurũ puto.neque enim tam ſtricte [l] interpretandæ ſunt voluntates defunctorũ. Sed ſi boum armenti [m] vſus relinquatur,omnem vſum habebit & ad arandũ,& ad cætera ad quæ boues apti ſunt.

Vulg.aliquante.

Armentũ.

Nota quòd verba teſtatoris debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ cui datur ſeu ad quem diſpoſitio confertur.

Equitij quoque legato vſu, videndum ne & domare poſſit, & ad vehendum ſub iugo vti.Et ſi [n] fortè auriga fuit, cui vſus equorum relictus eſt,non puto eum Circenſibus [o] † his vſurum: quia quaſi locare eos videtur. Sed ſi teſtator ſciens eum huius eſſe inſtituti [p] & vitæ,reliquit, videtur etiã de hoc

† *Circenſes hoc erant qui in circo ſedebant, hoc eſt loco muri ſeptorium quo equi poſtea ſolebant exercebantur. vide Alex.ab Alex.lib.5. cap.8.*

vſu ſenſiſſe [q]. Si vſus miniſterij [r] alicui fuerit relictus,ad ſuũ miniſterium vtetur,& ad liberorum,cõiugíſque. Neque videbitur alij cõceſsiſſe [ſ],ſi ſimul cum ipſis vtatur. quanquam ſi filiofamilias vſus ſerui ſit relictus,vel ſeruo,patri dominóve adquiſitus,ipſius dũtaxat vſum exigat [t], non etiam eorum qui ſunt in poteſtate. Operas autẽ ſerui vſuarij non locabit, neq; alij vtendo* concedet.& ita Labeo. Quemadmodũ enim concedere alij operas poterit,cum ipſe vti debeat?Idem tamen Labeo putat,ſi fundum conduxerit quis,vſuarium ſeruum poſſe ibi operari.Quid enim interest, in qua re opera eius vtatur? [u] Quare & ſi lanam conduxerit vſuarius expediẽdam,poterit etiam per vſuarias ancillas opus perficere. Idémque ſi veſtimẽta texenda redemerit [x], vel inſulam vel nauem fabricandam, poterit ad hæc operis vti vſuarij:*nec offendetur illa Sabini ſententia [y],ancillæ vſu dato,ad lanificium eam non mitti, nec ex operis mercedẽ capi: ſed ſibi lanã facere iure cogere. Sibi enim [z] facere videtur, qui non operas eius locauit,ſed opus quod conduxit expediit. Idem & Octauenus probat.

vulg.ſeruus

vulg.vtatur.

Sanus ex operis quæritur ſeruus ex opera. Primo,ſi locet: & hoc modo non quæritur vſuario: vt hic.Item ſecundo,operando in re vſuarij; hoc modis puta in agro: & hoc ſic: & hoc dicit lex contraria. Tertio,vt ſi quæris.

XIII. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.

SEd ipſi ſeruo ancillæve pro opera mercedem imponi [a] poſſe,Labeoni placet.

Per ſeruum vſuarium adquiritur ex re, non ex opera: ſed per vſufructuarium adquiritur vtroque modo. Bartolus.

XIIII. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

PEr ſeruum vſuarium [b] ſi ſtipuler, vel per traditionem accipiam, an adquiram quæritur, ſi ex re mea, vel ex operis eius.Et ſi quidẽ ex operis eius, non valebit [c]:quoniam nec loeſt in vſu. Secundo legauit mihi vſumfructum,& tibi vſum:& dicit quòd ambo habemus vſum:ego quidem formalem:tu vero actualem:ſed fructum habeo,id eſt qui ſupereſt detracto vſu.Tertio autem &c.quod eſt planum.Viuianus.

b *Per ſeruum vſuarium.* vel ex operis eius, ſi ſtipulatus per eum fuero.Accurſius.

c *Non valebit.* immo contra:vt.ĩ.eo.plenum.§.fina.Solu.tribus modis quærit ſeruus ex opera. Primo,ſi locet: & hoc modo non quæritur vſuario: vt hic.Item ſecundo,operando in re vſuarij; hoc modo puta in agro: & hoc ſic: & hoc dicit lex contraria. Tertio,vt ſi quæris.

u *Opera eius vtatur.*quaſi dicat,nihil.& ſic ex opera quærit. Sed contra infra eod.l.per ſeruum. in princ.Sol.vt ibi.Item ad huius operam etiam cogere poteſt: vt ſupra de vſufruct.ſed ſicuti.§. quoniam.

x *Redemerit.*id eſt conduxerit,vel id eſt de ſuo texẽdo certũ quid accepturus conuenit: vt ſupra de rei vindica.l.redemptores.

y *Sententia.* quæ ſcilicet ſequitur.

z *Sibi enim.*Bene dico quòd non offenditur.

a *Ed ipſi.Imponi.* Nõ quòd ſit locatio:vt ſupra de vſufruct.l.ſi ſeruo fructuarius.in principio.

Per ſeruum vſuarium.] CASVS. Seruus in quo habeo vſum, ex re mea mihi quærit:non ex operis ſerui. [VSVS-FRVCTVS.] Duo æquiparantur, ſcilicet ſi aliquis legat mihi vſumfructum fundi, vel fructum ſingulis annis.nam vtrolibet habeo ius fruendi,ſic quòd vſus commoditas nihil videtur adimere fructui: nec eſt vſusfructus ſine commoditate vtendi: ſed econtra eſt vſus ſine vſufructu, quod eſt ius ſiue cõmoditas fruendi. quare vſusfructus non eſt ſine vſu.probat argumẽtum Pomponius.Legaſti mihi vſumfructum ſinevſu. non valet legatum:quia ſi poſtea ademit fructũ, videtur adimere vſum legatum per hoc quòd adimitur fructus: niſi cõ ſenſerit & voluerit teſtator remanere vſum. [SED SI.]Legat mihi aliquis vſumfructum, poſtea ex interuallo adimit vſum:non valet ademptio: ne remaneat vſusfructus ſine vſu. [VSV.] Teſtator legauit mihi vſum fundi: poſtea legauit mihi vſumfructum. vſus cõfunditur cum vſufructu qui

vulg.vſus

ſtipuletur, vel alio modo extrinſecus velit ex opera quærere. & hoc non poteſt, vt hic. Item videtur etiã hoc caſu vltimo acquiri vſuario: vt inſti. per quas perſo. nob. acqui. §. j. quæ eſt contra. Solu. ibi non debet eſſe in litera, vel vſum: ſed tantum de vſufructu loquitur: vt & ibi dixim°. vel ſi habes ibi, vel vſum, dic prout modo diximus. Accurſius.

a *Cum.* id eſt quando. & ſic nõ. hoc caſu mihi acquiri: niſi & hoc caſu proprietario ſtipularetur. nã tunc ei quæreret, ſed per cõdictionem ſine cauſa redderet: vt hic, &. j. de ſtipu. ſer. l. penul.

b *Aes fructus.* cũ dico, annuos fructus: vel, per ſingulos annos: vt. ã. de vſufru. ſi quis. Acc.

c *Poteſt.* re ipſa. nam qui fruitur, & vtitur: ſed nõ conuertitur. Ioan. ſeruitus tamen vna poteſt eſſe ſine alia: vt infra ea. l. §. poterit. &. j. titu. j. l. huic. §. fi. Accurſius.

d *Inutile.* quia vtilitas vſus in fructu continetur: niſi diciſſet contra, quia tunc nullum eſt, vt hic. vnde qui fructum habet, vſum habere videtur quo ad commoditatem: vt &. ã. proxi. §. & I. de vſufructu. l. ſi alij. ratione auté ſeruitutis, maxime quando diuerſę perſonæ legauerunt, dicitur eſſe fructus ſine vſu: vt in fine huius. l. & j. de accepti. & per iuſiurandũ. §. ſi quis vſumfructũ. vt dixi proxi. §. Et no. hic mirabile argu. pro conuerſis. ſi enim in ipſa conuerſione dicat: facio me conuerſum, his tamen mihi retentis: nulla eſt conuerſio: vt nullum legatũ: vt hic, &. j. de teſt. tu. l. certarum. Si auté prius fiat conuerſio, vel legetur vſusfructus, & poſtea iter vel vſus adimatur: vel quid ſibi conuerſus reſeruet: nihil valet ademptio vel retentio: vt in vlt. reſpon. huius. §. &. j. de ſer. l. pro parte. §. pro parte. &. ã. ſi vſusfr. pet. l. j. §. j. & j. de adi. leg. l. j. &. l. iij. §. ſi loci. poſſet tamen primum dictum ſic exponi: inutile eſt legatum ſ. ſicut adiecit teſtator: quia non valuit adiectio: eſt tamen vtile perinde ac ſi nil ſit adiectum. ſed prima ſententia verior eſt: quia vbi verba male ordinantur in legato, ita quòd repugnantiam faciant vel perplexitatem, non valet: vt. j. de condi. inſti. ſi Titius. & j. de regulis iur. vbi repugnantia. &. j. eo. l. vſus. & j. de ſer. l. vix. *ADDITIO.* Dic quòd aliquando inutile adiicitur vtili, & tunc non vitiat: aliquando vtile & inutile ſimul proferuntur: & tunc conſtituunt vnum totum, & ideo totum vitiatur, ſecundum Iac. Bar. & Bal.

Verba male ordinata legatã vitiãt.

e *Si forte.* aliàs eſt lex. Accurſius.

care operas eius poſſumus. ſed ſi ex re mea, dicimus ſeruum vſuarium ſtipulãtem, vel per traditionem accipientem, mihi adquirere: cum a hac opera eius vtar.

Qui legat fructum, videtur legare vſumfructum: quia vſus fructioni ineſt ex neceſſitate. & ſi teſtator legat vſumfruc. ſine vſu, ita quòd is legando adimat vſum, qui eſt de ſubſtantia legati, non tenet legatum: ſecus ſi poſt legatum adimat, quia non tenet ademptio. l. d. ſubtiliter. Bal.

Vſusfructus an fructus b legetur, nihil intereſt. nam fructui & vſus ineſt: vſui fructus deeſt. Et fructus quidem ſine vſu eſſe nõ poteſt: vſus ſine fructu poteſt. c. Denique ſi tibi fructus deducto vſu legatus ſit, inutile d eſſe legatum Pomponius libro quinto ad Sabinum ſcribit. & ſi fortè e vſufructu legato fructus adimatur, totum videri ademptum f ſcribit. Sed ſi fructus g ſine vſu, videri conſtitutum h, qui & ab initio conſtitui poteſt. Sed ſi fructu * legato vſus adimatur, Ariſto ſcribit nullam eſſe ademptionem. Quæ ſententia benignior eſt. Vſu legato, ſi eidem fructus legetur: Pomponius ait confundi i eum cum vſu. Idem ait & ſi tibi vſus, mihi fructus legetur, concurrere k nos in vſu, me ſolum fructum habiturum. Poterit l autem apud alium eſſe vſus, apud alium fructus ſine vſu, apud alium m proprietas: veluti ſi qui habet fundum, legauerit Titio vſum: mox heres eius tibi fructum legauerit, vel alio modo conſtituerit.

** vſufructu*

XV. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

FVndi vſu legato, licebit vſuario & ex penu, quod in annum dũtaxat ſufficiat, capere: licet mediocris prędij eo modo fructus conſumantur n: quia & domo & ſeruo ita vteretur, vt nihil alij fructuum nomine

f *Totum videri ademptum.* quia ſub eo eſt.

g *Sed ſi de fructu.* aliàs hic incipit lex: aliàs. §. Accurſius.

h *Conſtitutum.* ſcilicet remanere. Accurſius.

i *Confundi.* Quia vnam ſeruitutem habebit fructuarius.

k *Concurrere.* quia qui fructum habet, & vſum propter cauſam fruendi. vnde id tantum conſequitur, quod vſuario ſupereſt: vt. ã. de vſufru. l. ſi alij.

l *Poterit autem.* contra ã. l. proxi. §. vſusfructus. Solu. vt ibi. Acc.

m *Apud alium.* Nec eſt inter legatarios ius accreſcendi, cum diuerſis teſtamentis legata percipiant: vt. ã. qui. mo. vſusfru. amit. l. ſi ſub conditione. Accurſius.

Vndi.] *CASVS.* Si legas mihi vſum fundi, poſſum ego vſuarius vſum vel penum habere, etiam ſi nihil aliud remaneret: ſicut vſuarius nõ debet prohibere dominum proprietatis volẽtem colere: & econtra proprietarius vſuarium impedire non debet. Viuianus.

* *quia*

n *Conſumantur.* Quia ita paucos fructus tẽt reddebat propter ſuam paruitatem vel mediocritatem, quòd etiam ſoli vſuario non ſufficerent. Accurſius.

o *Non poteſt.* vt ſupra eo. ſi habitatio. §. fina. & quod ſubiicit, alioquin &c. eſt interpoſitio. Accurſius.

p *Heres.* i. dominus.

* *nemici*

q *Si ita legatus.* Pertinent. vt & infra de fund. inſtru. l. ſi cui fundum. in fin. Sed contra infra eo. titu. quæſitum. §. ſed & ſi fundus. vbi dicit non contineri inſtrumentum agri hoc legato: fundum, vt inſtructus eſt, lego. ſed ſibi ſubaudi, tantum: quaſi dicat, non tantum agri: ſed & patriſfam. inſtrumentum.

* *pomponius*

r *Per ſaltuarium.* a hinc *a Sabino* trahũt Bononiẽſes vulgare. Accurſius. *dicunt ſaltuũ*

ſ *Fines.* id eſt ipſum *Eſt autem* prædium, quod confinia *ſaltus, ſine habet.* ſic Co. de aquæ- *haud finis* duc. l. j. *finis, i. ſaltus finis.*

t *Seruo.* ſic vt. ã. de vſufruc. l. ex re. *Inſularium*

u *Donari.* vt noſtro, nõ *vero inſule* vt alieno. *cuſtos dari*

x *Filiofamilias vel ſeruo edium vſu legato, & vtile.* vt &. ã. eo. l. ple- * *legatum.* §. ſi vſus. *Bald.*

Si domus.] *CASVS.* Habeo vſumfru. domus quæ indiget refectione. quis reficere tenetur, quæritur. Et prima facie dicitur quòd tã heredes quàm fructuarij. Poſtea adhibet diſtinctionem: & ſi talis eſt domus, in qua poſſint habere vſum & heres & legatarius: tunc refectio pertinet ad vtrumque. ſi eſt talis, quæ nõ ſufficiat, pertinet ad vſufructuarium tantum. Viuianus.

y *Ipſa reficere.* tũc demũ, licet nõ ſol°: vt quia teſtator voluit heredem

XVI. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

SI ita legatus eſſet vſus fundi, vt inſtructus eſſet: earum rerum quæ * inſtrumento fundi eſſent, perinde ad legatarium vſus pertinet q, ac ſi nominatim ei earum rerum vſus legatus fuiſſet. Dominus proprietatis etiam inuito vſufructuario vel vſuario fundum vel ædes per ſaltuarium r vel inſularium cuſtodire poteſt. intereſt enim eius, fines ſ prædij tueri. eáque omnia dicenda ſunt quolibet modo conſtitutus vſusfructus vel vſus fuerit. Seruo t cuius vſum duntaxat, non etiam fructum habemus, poteſt & à nobis quid donari u, vel etiam ex pecunia noſtra negotiatũ eſſe: * vt quidquid eo modo adquiſierit, in peculio noſtro ſit.

XVII. AFRICANVS libro quinto Quæſtionum.

FIliofamilias vel ſeruo ædium vſu legato, & vtile x legatum eſſe exiſtimo, & eodem modo perſecutionem eius competituram, quo competeret ſi fructus quoque legatus eſſet. Itaque nõ minus abſente quàm præſente filio ſeruóve, pater dominúsve in his ædibus habitabit.

XVIII. PAVLVS libro nono ad Plautium.

SI domus vſus legatus ſit ſine fructu, communis refectio eſt rei in ſartis tectis tã heredis quàm vſuarij. Videamus tamen, ne ſi fructum heres accipiat, ipſe reficere y debeat. Si vero talis ſit res, cuius vſus relegatus * eſt, vt heres fructum

* *legatum*

redem ſimul cum vſuario habitare: vt. j. titu. j. l. vſu quoque. aliàs non poſſet: vt. j. eo. l. diuus. §. j. & hoc ſubiicit. item nõ habet hic heredem pro fructuario: aliàs contra. ff. eo. per ſeruum. §. pe.

a *Non poſſit.* quod eſt in tribus caſibus, vt dices iam in. l. diuus. §. j. in vſufructuario autem quando reficiat, dic vt no. ff. de vſufruc. l. ſi cuius. §. fructuarius.

b *Vſus pars.* Vt lego tibi ex hoc prædio tertiam partem vſus, & duas partes alij. Vel dic ſic: Lego tertiam partem vſus neceſſarij tibi ex hoc prædio, cũ prædium latum ſit. nam neutro caſu valet: ſed in vſufru. ſecus: vt ſubiicit.

c *Pro parte.* ſ. tali vt modo diximus. cum enim vſuarius ad ſuum vſum habere debeat: quandoque minus, quandoque plus accipit: vt in ſecundo. idẽ in duobus vſuariis. nã hodie eſt plus mihi neceſſariũ, quàm tibi: vel econtra. Nec ob. ſi dicas: pone quòd duo habẽt vſum, quorum nulli fructus ſufficerẽt: nonne pro parte certa diuidunt. i. pro dimidia: vt euenit. ff. eo. l. fundi. & j. e. l. diuus. & ff. de vſufru. ea. re. quæ vſu conſu. quoniã. § j. Rñ. hoc occaſione potius quàm ratione contingit. ar. j. de riuis. Labeo. Item quid ſi dicat, lego tibi tertiã partem vſus tibi neceſſarij: nõ adiecta re in qua habeat ſeruitutem? Rñ. tunc pars rerum corporaliũ ad ſui ſuſtentationẽ neceſſariarũ, non ſeruitus eſt legata. Itẽ prædio adiecto: vt lego tibi tertiam partem vſus in hoc prædio. i. vtaris hoc prædio pro tertia parte pro indiuiſo ad tui ſuſtẽtationem: non valet: vt I prædiali ſeruitute: quia & ipſa non recipit diuiſionẽ: vt hic, &. j. de ſer. l. ij. &. l. pro parte. Vel ergo totum prædium afficiatur ſeruitute, vel in nihilum, arg. j. de libe. cau. l. duobus. Vel, vt dicunt quidã, etiam in parte certa prędij nõ poteſt legari vſus: quia cũ quandoque minus, quandoque plus eſt ei neceſſariũ quã percipiat de prælio, non autẽ debet habere plus q̃ ſit ei neceſſariũ: ergo, vt dicunt, etiã in certa parte p̃dij nõ legatur. ſic hic intelligũt. quod nõ placet: quia eadẽ ratiõe nec i toto prędio poſſet legari. In vſufr. autẽ eſt aliud: quia diuiſionẽ recipit: vt hic, &. j. ad. l. Falc. l. j. §. ſi vſusfr. Eſt enim diuiduus, ratione iuris: quia ius hoc à ſingulis pro parte petitur: & quia pro parte diuiſa & indiuiſa conſtituit: vt. ff. de vſufr. l. v. nec inſpicitur quid egeã, vel non egeã, quia totũ habeo: ſed omnes alię ſeruitutes, & ratiõe iuris, & ratione rei in qua cõſtituũtur, ſunt indiuiduæ ſecundũ Azo. Itẽ ei quod dicit, vti pro parte non poſſumus, eſt contra. j. commo. l. ſi vt certo. §. h. Sol. vt ibi.

d *Seruus... accipiat.* mihi quærit. Accurſius.

Vſus aquæ.] CASVS. Titius legauit mihi vſum aquæ vt ego biberẽ & haberem quantum neceſſe haberẽ, etiam ſi in domo mea ſit neceſſe lauari. dicit quòd iſta ſeruitus non tranſit ad heredes: quia perſonalis eſt.

e *Et ideo.* bona ratio: vt. j. de reg. iur. l. priuilegia. & l. in omnibus. Accurſius.

Diuus.] CASVS. Titius legauit mihi vſum ſiluæ remotæ. tãtũ habeo quantũ ſi mihi vſum fr. reliquiſſet, vt poſsim vendere. [LICET.] Habeo vſum alicuius domus: licet vna camera

A ſufficiat: tamen aliis partibus proprietarius non vtetur, quia aliis vtar forte aliis temporibus, vt faciunt domini ędium qui ſecundũ diuerſitatem temporum diuerſis partibus vtuntur. [VSV] Si ego vſuarius vtar vltra modum, prohibebor ſtatum ponendo: quia forte illud eſſet mihi vtilius.

percipere non poſsit, [d] legatarius reficere cogendus eſt. quæ diſtinctio rationem habet.

Seruitus vſus, eſt eſſentialiter indiuidua: ſeruitus vſusfructus, eſt diuidua. Bal.

XIX. IDEM libro tertio ad Vitellium.

VSus pars [b] legari nõ poteſt. nam frui quidem pro parte poſſumus, vti pro parte [c] non poſſumus.

XX. MARCELLVS libro decimotertio Digeſtorum.

SEruus cuius mihi vſus legatus eſt, adquirit mihi ſi inſtitor erit, & operis eius vtar in taberna. nam mercibus vendundis emendisque adquirit mihi: ſed & ſi iuſſu meo per traditionem accipiat [d].

XXI. MODESTINVS libro ſecundo Regularum.

VSus aquæ, perſonalis eſt: & ideo [e] ad heredem vſuarij tranſmitti non poteſt.

XXII. POMPONIVS libro quinto ad Qu. Mucium.

DIuus Hadrianus cum quibuſdam vſus ſiluæ [f] legatus eſſet, ſtatuit fructum quoque eis legatum videri: quia niſi liceret legatariis cædere ſiluam & vendere, quemadmodum [g] vſufructuariis licet, nihil habituri eſſent ex eo legato.

Facultas alicui competens, non eſt angustãda ſeu arctanda: quia etiam magnum ius in habilitate & potentialitate conſiſtit, & magnum interſſe reputatur.

Licet tam angustus eſt legatarius cui domus vſus legatus eſt, vt non poſsit occupare totius domus vſum: tamen eis [h] quæ vacabunt, proprietarius non vtetur: quia licebit vſuario aliis & aliis [i] temporibus tota domo vti: cum interdum domini quoque ędium, prout temporis conditio exigit, quibuſdã vtantur, quibuſdam non vtantur. Vſu legato, ſi plus vſus ſit legatarius quàm oportet: officio iudicis qui iudicat quemadmodum vtatur, quid continetur? ne aliter q̃ debet vtatur.

B

XXIII. PAVLVS libro primo ad Neratium.

NEratius: Vſuariæ rei ſpeciẽ is cuius proprietas eſt, nullo modo cõmutare poteſt. Paulus: deteriorẽ enim cauſam vſuarij facere non poteſt. Facit autem deteriorem, etiam in [k] meliorem [l] ſtatum commutata.

VSVFRVCTVARIVS quemadmodum caueat.

TITVLVS IX.

1. VLPIANVS libro ſeptuagenſimonono ad Edictum.

C SI cuius rei vſusfructus legatus ſit, æquiſsimum prætori viſum eſt, de vtroq; legatarium cauere, & vſurum ſe boni viri arbitratu: & cũ vſusfructus ad eũ pertinere deſinet, reſtituturum [l] quod inde extabit. Hæc ſtipulatio, ſiue mobilis [m] res ſit, ſiue ſoli, interponi debet. Illud ſciendum eſt, ad fideicommiſſa [n] etiam aptariam debere. Planè & ſi ex

Vſusfructus eius rei cuius.] CASVS. Fructuarius ſatisfacit proprietario de duobus, ſcilicet de vtendo arbitrio boni viri. Item quòd finito vſufru. reſtituet rẽ, ſiue in re mobili ſiue immobili ſit relictus vſusfructus, ſiue relictus ſit per fideicõ. ſiue per donationem cauſa mortis, ſiue inter viuos. [CAVERE.] Exponit primam clauſulam qua cauetur de vtendo ſcilicet arbitrio boni viri. nam dicit quòd duo continet: vt non deſtruat aliquo modo: item quòd deſtrui non permittat: nam facere debet plãtationes, & foſſata, & ſepes. Secundo conſulit quòd tam proprietarius D quàm fructuarius deſcribat qualitates rei, vt appareat ſi deterioraretur: quod per hoc apparebit, ſi non vtatur arbitrio boni viri. nam totiens de hoc committitur ſtipulatio quotiens male vtitur. [HABET AVTEM.] Hæc ſtipulatio quam exponit fructuarius, duo continet. de bene vtendo. item de reſtituendo finito vſufructu. & prima committitur quotiens male vtitur: ſecunda finito vſufructu. Sed quid reſtituet: quia dare non poſſet, id eſt facere rem accipientis, cum non eſſet ſua? Reſtituet igitur quicquid ex eo prouenit. Tertio dicit quòd in hac ſecunda clauſula de reſtituendo, continetur quaſi æſtimatio rei: vt ſi Titius quidã vſucapit rem meam, & tu potuiſti impedire vſucap. & non feciſti: teneris mihi ad æſtimationem rei, ſicut reſtituere rem promiſeras: vel quod inde extabit. Quando ergo fructuarius promiſit rem reſtituere finito vſufructu: quocumque modo amittatur, ſtipulatio committitur. Viuianus.

Reſtituturum. ſimiliter cauet legatarius cui ad tempus eſt relictum legatum: vt. C. de lega. l. fi.

Mobilis. quo verbo etiam mouentia continentur, & econtra: vt. j. de verbo ſigni. l. mouentium.

Ad fideicommiſſa. ſi vſusfru. per fideicom. ſit relictus.

f *Silua.* procul forte remotæ. R.

g *Quemadmodum.* i. ſicut. Et ſic not. caſum vbi tãtum habet vſuarius quantum fructuarius: vt hic. ſic & ſupra eo. l. fundi. & ſupra de vſufru. ea. re. quæ vſu conſu. l. hoc ſenatuſcõſultum. §. fina. & l. quoniam. §. j.

h *Tamen eis.* partibus. ſ. domus.

i *Aliis & aliis.* ſic &. j. de act. emp. ſi ſterilis. §. ſi. Sed ar. cõtra. j. de ſer. ſi cui. ſed cur impedit hic vſuarius frui dominum: cũ hoc nõ contingat in prædio ruſtico: vt ff. eo. fundi. §. j. Reſpon. in domo habes ſecretai vt no. C. de loca. & conduc. l. cer. i. Accurſius.

k *Neratius. In meliorẽ.* vt inſtit. de actio. §. prꝛterea. & infr. loca. item quæritur. §. j. & ff. de vſufru. hactenus. §. ſi. & l. ſequẽ. Sed argu. contra. j. ſi ſer. vin. & ſi forte. §. fina.

VSVFRVCTVARIVS quemadmodum caueat. Idem in vſuario: vt infra eo. l. hoc. §. ſed & ſi vſus. Accurſius.

l *Qui cuius.*] CASVS. Fructuarius ſatisfacit proprietario de duobus, ſcilicet de vtendo arbitrio boni viri. Item quòd finito vſufru. reſtituet rẽ, ſiue in re mobili ſiue immobili ſit relictus vſusfructus, ſiue relictus ſit per fideicõ. ſiue per donationem cauſa mortis, ſiue inter viuos. [CAVERE.] Exponit primam clauſulam qua cauetur de vtendo ſcilicet arbitrio boni viri. nam dicit quòd duo continet: vt non deſtruat aliquo modo: item quòd deſtrui non permittat: nam facere debet plãtationes, & foſſata, & ſepes. Secundo conſulit quòd tam proprietarius D quàm fructuarius deſcribat qualitates rei, vt appareat ſi deterioraretur: quod per hoc apparebit, ſi non vtatur arbitrio boni viri. nam totiens de hoc committitur ſtipulatio quotiens male vtitur. [HABET AVTEM.] Hæc ſtipulatio quam exponit fructuarius, duo continet. de bene vtendo. item de reſtituendo finito vſufructu. & prima committitur quotiens male vtitur: ſecunda finito vſufructu. Sed quid reſtituet: quia dare non poſſet, id eſt facere rem accipientis, cum non eſſet ſua? Reſtituet igitur quicquid ex eo prouenit. Tertio dicit quòd in hac ſecunda clauſula de reſtituendo, continetur quaſi æſtimatio rei: vt ſi Titius quidã vſucapit rem meam, & tu potuiſti impedire vſucap. & non feciſti: teneris mihi ad æſtimationem rei, ſicut reſtituere rem promiſeras: vel quod inde extabit. Quando ergo fructuarius promiſit rem reſtituere finito vſufructu: quocumque modo amittatur, ſtipulatio committitur. Viuianus.

Reſtituturum. ſimiliter cauet legatarius cui ad tempus eſt relictum legatum: vt. C. de lega. l. fi.

Mobilis. quo verbo etiam mouentia continentur, & econtra: vt. j. de verbo ſigni. l. mouentium.

Ad fideicommiſſa. ſi vſusfru. per fideicom. ſit relictus.

mortis cauſa donatione vſusfructus conſtituatur, exemplo legatorum [a] debebit hæc cautio præſtari. Sed & ſi ex alia quacumque cauſa conſtitutus [b] fuerit vſusfructus, idem dicendum eſt. Cauere autem debet, viri boni arbitratu perceptu iri * vſumfructum: hoc eſt non deteriorem ſe cauſam vſusfructus facturum: cæteráque facturũ quæ in re ſua faceret [c]. Rectè autem facient [d] & heres & legatarius, qualis res ſit cum frui incipit legatarius, ſi in teſtatũ [e] redegerint: vt inde poſsit apparere an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit. Vtilius [f] autem viſum eſt ſtipulatione de hoc caueri: vt ſi quis non viri boni arbitratu [g] vtatur, committatur ſtipulatio ſtatim: nec expectabimus vt amittatur vſusfructus. Habet autem ſtipulatio iſta duas cauſas: vnam, ſi aliter quis vtatur quàm vir bonus arbitrabitur: aliá de vſufructu reſtituẽdo. Quarum prior ſtatim committetur quàm aliter fuerit vſus: & ſæpius committetur [h]: ſequens committetur finito vſufructu. Sed quod diximus [i], id quod inde extabit reſtitutu iri: non ipſam rem [k]

a *Legatorum*. quibus per omnia fere connumerantur. quod dic vt inſtitu. de dona. §. hæc. Accurſius.

b *Conſtitutus*. vt inter viuos. Accurſius.

c *Ita ve ſua faceret*. diligens paterſami. & ob id ſolũ videtur cautio neceſsaria. quod dic vt. ff. de vſufru. ſi cuius. §. denique.

d *Facient*. conſiliũ eſt. ſic. ff. de reli. at ſi quis impediat. §. ſed interdum. & ſtatim dices. Acc.

e *In teſtatum*. id eſt in teſtationem ſcriptis conſectam, æſtimando eum quantum valet communiter tempore cœpti vſusfru. vt. C. de iure do. ſi inter. & ff. de ope. no. nuntia. l. non ſolum. §. penulti.

Sic. ff. de vſuf. ea. l. 6. ſi tibi decẽ. vide Auto. Aug. lib. 2. emen. ca. 2.

f *Vtilius*. quàm non. vel vtilius, id eſt vtile.

g *Arbitratu*. Quod duo continet, vt non omittat facienda: & vt non facienda non faciat: vt. ff. ea. l. §. cauere.

Boni viri arbitratu quid contineatur.

h *Sæpius committetur*. id eſt poteſt committi: vt infra de verbo. oblig. l. ſcire. §. ſi à fure. & hoc ideo, quia continet intereſſe ſicut quælibet prætoria: vt. ff. rem ra. habe. ſi procurator. & rẽ pup. ſal. fo. l. non quaſi. §. ſi quis. & ff. de verbo. obliga. ſi ſic ſtipulatus ſum. ſecus ſi mera pœna eſſet: vt ſupra de arbi. l. ſi duo. in fi. quæ eſt cótra. Accurſius.

i *Sed quod diximus*. ff. in principio.

k *Rem*. ſ. ſibi dari. illud enim non tenet: vt infra de verbo. obl. l. ſcire debemus. §. ſi à fure. & l. nemo. in principio. Accurſius.

l *Interdum autem inerit*. id eſt ineſſe videbitur in cautione.

m *Vſucapionem*. hoc idem imputatur marito: vt. ff. de fundo. l. ſi fundum. & quod dicit vſucapioné, pro preſcriptione accipe. vſucapio enim triénij non interpellatur lit. cõteſt. vt. ff. pro emp. l. ij. in fi. Item quod dicit interpellare. ſ. ciuiliter, vel naturaliter, ſecundũ Io. imò ſecundum Azo. de naturali interruptione non videtur poſſe loqui: quia aut dices fructuarium deiectum, aut proprietarium: aut imputari fructuario q̃ aliũ poſsidentem non deiiciat. ſic enim fit naturalis interruptio: vt. ff. de vſucap. l. naturaliter. ſi enim ponas fructuariũ deiectum eſſe, verum eſt q̃ incontinenti ſuam naturalem poteſt recuperare poſſeſsionem: vt quilibet alius: vt. ff. de acqui. poſ. naturaliter. & ff. de vi & vi arma. l. iij. §. cum igitur qui cum armis. & §. vnde vi interdictum. hoc autem domino proprietatis in ciuili quæſtione non prodeſt, nec nocet: quia deiecto fructuario non ideo deſinit dominus poſsidere, cum per eum non poſsideat: licet ſecus ſit in colonis & inquilinis: vt infra de acquiren. poſſ. peregre. §. quibus explicitis. Cum igitur domino id nec prodeſſet nec noceret, fructuario nihil poteſt imputari à domino. multo minus imputabitur ſi dicas dominũ deiectum. tunc enim fructuarius cum vel deiectus non eſſet, vel aliquid non amiſiſſet, incontinenti vel ex interuallo alium deiicere de iure non poſſet. vnde nihil poteſt ei imputari: vt. C. de inſtitu. & ſubſtit. l. reprehendenda. Eadem ratione nec ei imputabitur ſi alium bona fide poſsidentem non deiecit. Item de ciuili non videtur quòd poſsit loqui, quia illa fit per lit. conteſt. vt. C. de præteri. xxx. an. l. cum notiſsimi. j. reſpon. & §. imò. & §. illud. hoc autẽ facere nó poteſt fructuarius, cum actionẽ non habeat: vt ſupra de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. fin. Reſpon. de ciuili intelligitur: & ideo ei imputabitur, quia ſibi mandaſſe videtur omnem rei cuſtodiam: vt infra. l. proxi. vel erat procurator omnium bonorum, vel ſpecialis in hoc: vel erat ex his qui ſine mandato agunt: vt ſupra de nego. geſt. l. finali. §. ſinautem is fuit. & ſupra de procurato. ſed & hæc. j. reſpon.

n *Am fructuarius cuſtodiam*. ſcilicet omnem.

Mnes autem. CASVS. Titius legauit mihi vſumfructum ſub conditione, qua pendente heres mihi tradidit, & ſtipulatus eſt de reſtituendo finito vſufructu. extitit poſtea conditio: committitur ſtipulatio, quaſi deſierit vſusfructus. qui tamen nondum competierat. [*SI VSVSFRVCTVS.*] Titius legauit mihi vſum: & adiecit, vt quotiens amitteretur, quòd eſſet mihi reſtitutus. heres dedit eum mihi, & ſtipulatus eſt reſtitui. finito eo amiſi vſumfructum. committitur quidem ſtipulatio, ſed exceptio erit mihi neceſsaria. [*SED ET SI QVIS.*] Teſtator legauit mihi vſumfruct. & cum haberem liberos, proprietatem eiuſdem rei mihi legauit. heres mihi tradidit, & ſtipulatus eſt ſibi reſtitui eo finito. habui liberos: & ſic finitus eſt vſusfruct. formalis: quia iam habeo plenam proprietatem. committitur ſtipulatio: ſed habeo *quotieſq; & exceptionẽ. [*SI HERES.*] Titius legauit mihi vſumfruct. & heres mihi tradidit. ſtipulatus eſt reſtitui ſibi finito vſufruc. poſtea heres alienauit proprietatem. committitur ſtipulatio eo finito? Et dicit quòd non. nam heredi non, vel heredi heredis: quia non intereſt. Titio non: quia non fuit ſtipulatus. ſed Titius debuit ſibi ſtatim ſtipulari proprietatem habere: & ſi hoc non fecit, agat rei vindi. vel nego. geſt. finito vſufructu. Viuianus.

quotieſcũq;

ſicut quãdoque pro quã decẽque. l. 2. §. 1. fol. mar. & l. ſi res alienauit proprieta. ante. co. & alibi ſæpe.

o *Amittitur*. quia multi ſunt: vt inſtit. de vſufru. §. finitur. Acc.

p *Deſinere*. quamuis legatus ſit ſub conditione, & ea pendente ſit traditus ab herede ignorante conditionem, ſecundum Io. ſed hoc non placet: quia ſecundũ hoc tranſlatum eſſet pendente cõdi. dominium vſusfru. vt. ff. de ſolu. ſub conditione. & de iure do. ſed niſi. Item non poteſt dici legatarium non eſſe capacem: quia tunc acciperet licet nó caperet: vt. ff. de verb. ſign. aliud eſt. & de his qui. vt indig. heredem. tamen poteſt reſponderi prædicta eſſe vera. & quod dicit lex, quamuis nec cœperit: ſubaudi, efficaciter. illud enim negari non poteſt traditam eſſe poſſeſsionem: quia ex ſtipulatione aliter agi non poteſt.

q *Quod nec cœpit*. de iure vel de facto, cum tamen incipere poterit: aliquin quod nondum incepit, & incipere nó poteſt: vt quia hereditas non adita non deſinit eſſe: vt infra de condi. & de. Titio vſusfru. & ſupra qui. mo. vſusfruct. amit. l. j. & iij. item no. hic deſinit quod non cœpit, & perditur quod non habetur: vt hic, & ar. in decre. xxiij. q. j. §. ex his. circa fi. q. & di. xxiij. quorundam. j. q. j. ſi quis cõfugerit. & xxiiij. q. j. audiuim⁹. & v. q. vj. quia iuxta. & diſtin. xvij. concilia. Sed ar. contra. ff. de condi. cau. da. ſi extraneus. & ff. de reg. iur. l. non poteſt. iij.

Perdi ea poſſit quod nõ habetur.

r *Niſi vtiliter*. id eſt niſi expreſſum fuerit nominatim, vt tunc demum ſtipulatio committeretur, quando ita amiſſus fuerit vſusfru. vt nó repetitus videatur. Vel dic niſi, id eſt quia vtiliter cautum eſt vt finito vſufructu res reſtituatur: ideo committitur quotiens amiſſus fuerit: ſed quia in amiſsione repetitus eſt, exceptio obiicitur. Ir.

f *Amiſſo vſuf*. cõſolidatióe: qa liberos habuſti: vt &. ff. eo. l. pri.

Dic poteſt.

a *Dici poſſit.* Cum enim ad proprietatem debet redire, ipſe autem proprietatem non habet. Accurſius.

b *Cui poteſt.* ſcilicet committi.

c *Ad ſtipulationem.* quia ipſe ſibi non eſt ſtipulatus: & eſt bona ratio: vt & ſupra de eden. l. quædam. §. is autem. & infra de dam. infec. l. dani. §. emptor. & infra de verbo. oblig. l. ſi ita quis. §. fi. & infra de act. & obli. l. quæcũque. Sed ar. contra. infra de iure do. l. cum in fundo. §. ipſius.

d *Peruenit.* ſcilicet proprietas.

e *Alia cautione.* ſcilicet reſtitui, videlicet emptori.

f *In rem.* No. ergo ar. quòd is qui ſuccedit in locum domini, poteſt poſtulare vt fiat ſibi fidelitas per ſacramentũ.

g *Actione.* vel negatoria, vel rei vin. Acc.

Si fructuarius] CASVS. Titius legauit mihi vſumfru. fundi, & heres mihi tradidit: & ſtipulatus eſt. poſtea ego fructuarius emi proprietatem: & ſic finitus eſt vſusfru. formalis per confuſionem: & dicit quòd committitur ſtipulatio, ſed excep. eliditur, vel ipſo iure non committitur. Sic verba illa, arbitrio boni viri, inſerta in prima clauſula ſupra eo. l. j. in princi. intelliguntur repetita in ſecunda clauſula. Viuianus.

h *Arbitrium.* quod eſt in prima clauſula.

i *Hucuſque porrigitur.* id eſt trahitur ad ſecũdam clauſulam: vt ſubintelligatur repetita prima.

k *Excipere.* quod eſt tutius: vt ſupra. l. proxi. §. ſed & ſi quis.

Hvic.] CASVS. Heres ſtipulatus eſt à me fruc. quia vtar arbitrio boni viri. dicit quòd videor promittere quòd non committetur dolus ab aliquo extraneo, nec à me, nec ab herede meo, nec ab eo cui de nouo darem me in adoptionem, licet ad iſtos non tranſeat vſusfruct. *SED ET SI.*] Vſuarius ſicut fructuarius ſatisfdat de duobus: de vtendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo. ſic & ille qui habitationem, vel operas ſerui habet, vel alterius animalis: licet nõ per omnia aſsimilentur vſufructuario. Idem ſi quis legat mihi annuum reditum fundi: quod eſt vſusfructus, id eſt commoditas, nõ ſeruitus. h. d. cum. l. ſequen. Viuianus.

l *Huic.* id eſt in hac.

m *Abſturúmque.* in re vſusfructus nomine retinenda.

n *Continetur.* interpretamur eam contineri ex verbis in ea poſitis. certe & de culpa lata & leui tenebitur, cũ arbitrio boni viri debeat frui, ſiue in faciendo, ſiue in prætermittendo quid amittatur: ſed de dolo tantum ſuo proprio tenebuntur eius vniuerſales ſucceſſores: cum ad eos non tranſeat vſusfructus.

o *Et cum in rem ſit.* quia ſic dolum malum abeſſe, & hoc quantum ad ſe, & vniuerſales ſucceſſores, non quantum ad extraneos: vt j. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta. §. ſed ſi quis. verſi. ſi quis dolũ.

p *Concepta.* interpretatiue: vt dixi.

q *Et adoptiui patris.* licet neque ad heredem, neque ad patrem adoptiuum fructuarij tranſeat vſusfru. vt diximus ſupra qui. mo. vſusfru. amit. l. repeti. j. reſpon. &. §. j. Azo.

r *Caueatur.* vt & infra eo. l. vſu quoque.

s *Sine vſu.* i. ſine ſeruitute vſus, quia ſine vtilitate vſus eſſe non poteſt: vt. ã. titu. j. l. per ſeruum. §. j. ſecundum Irne. Vel dic hoc caſu etiam ſine cõmoditate eſſe fructum ſine vſu: vt &. ã. titu. j. l. per ſeruum. §. ſi vſusfructus. ſecundum Azo. quod non placet.

t *Licet per omnia.* i. non per omnia. nã vſusfru. amittitur capi. demi. operæ autem minime: vt &. ã. de op. ſer. l. ſecunda. idem & de habitatione, quæ nec tẽpore perimitur, nec capi. demi. vt. ã. titu. j. ſi habitatio. §. j. Item ſunt: & aliæ differentiæ: vt. j. de vſufr. lega. l. ij.

u *Dẽ eſt.* Hęc lex Pauli iungitur alij legi Pauli, quam non habemus: & forte dicebat idem quod ſuperior Vlpiani. & dic idem eſt, vt non imitetur vſumfruc. id eſt non ſit vſusfruc. & dic annuum reditũ dandum de manu heredis: & ſic de vindemia, & aliis dãdis de manu heredis: vt. ã. de vſufruc. l. defuncta. §. j. & dictio ſicuti, ſimilitudinariè vel exẽplatiuè ponitur. Vel dic prædicta percipienda à ſe legatario, cui annuus reditus, vel annua. i. vindemia. & dic, idem eſt vt fiat cautio: quia vſusfru. eſt: vt. ã. de vſufr. l. ſi quis ita legauerit. & de an. le. ſi in ſingulos. & de vſufruct. le. l. patrimonij. & l. fundi Trebatiani. & verbum quanuis, ponitur pro quia: vt. j. fam. ercíſcun. l. ſi maritus. & verbum ſicuti, lege vt primum. Vel tertiò dic legatum vſumfr. reditus & vindemiæ: quo caſu æſtimabitur, ſicut cętera quæ vſu conſumuntur: & cauebitur. Accurſius.

x *Et in reditu.* ſcilicet relicto, vt quis eo vtatur: ſicque erit vſusfructus ipſius reditus, non fundi. & ideo de eo qđ ſupererit, reſtituendo caueat. vel dic reditus fundi legatos annuos, vt eos percipiat legatarius. Azo. & tunc eſt vſusfructus fundi: vt. ã. de vſufruct. ſi quis ita legauerit. Accurſius.

y *Meſiu.* nam non eſt vſus fructus.

z *Quæ legata.* præter legatum operæ: vt infra de vſufruc. le. l. ij. Accurſius.

** Hæc reſtituenda ſunt Alciat. lib. 2. Parerg. ca. 3. pulchrè conciliat cũ. §. ſ. l. per ſeruũ. ã. de vſu & habita.*

1. PAVLVS libro ſeptuagenſimoquinto ad Edictum.

IDem eſt[a] & in reditu[z] prædij, ſicuti ſi vindemia legata eſſet, vel meſsis[y]: quamuis ex vſufructu ea percipiantur, quæ legata[x] morte legatarij ad heredem redeunt.

VII. VLPIANVS libro ſeptuagenſimonono ad Edictum.

ET ſi vſusfructus nomine re tradita ſatisdatum non fuerit, Proculus ait poſſe heredem rem vindicare[a]. & ſi obiiciatur exceptio de re vſusfructus nomine tradita, replicandum erit. quæ ſententia habet rationem. Sed & ipſa ſtipulatio condici poterit[b]. Cũ vſusfructus pecuniæ legatus eſſet, exprimi debent hi duo caſus in ſtipulatione, *cum morieris, aut capite minueris, dari.* Idcirco hi duo ſoli[c] caſus, quoniam pecunię vſus aliter amitti non poteſt quàm his caſibus[d].

VIII. PAVLVS libro ſeptuagenſimoquinto ad Edictum.

SI tibi vſusfructus, & mihi proprietas legata ſit, mihi

ſi tibi.

A

B

C

D

ET ſi vſusfructus.] CASVS. Teſtator legauit mihi vſumfructum. heres tradidit: & oblitus cautionem non exegit. poterit heres vindicare: nec excipiam: cum non ſatisdem de prætéritis duobus. Item & iſta ſtipulatio de reſti. poteſt peti condic. incerti. &. §. cum vſusfructus. cum. l. ſequen. planus eſt. Viuianus.

a *Rem vindicare.* immo non videtur vindicanda res: vt. ã. de vſufru. ea. re. quæ vſu conſu. l. hoc ſenatuſconſultum. §. j. quę eſt cõtra. Sol. ibi loquitur de re mobili, quæ vſu conſumitur: vt veſtimenta, vaſa, & ſiqua ſimilia, quæ ſtatim fiunt accipientis. vel dic non eſſe contra: quia ibi non dicit rem non vindicari.

b *Condici poteſt.* incerti condic. vt. d. l. hoc ſenatuſconſultum. §. j. & hoc idem quod ſuperiori. j. reſpon. dicitur in emphyteuta, vt ſi non ſit ſoluendo primus emphyteuta, dominus vrgdicet rem à ſecundo, vt aut ſoluat canonem, aut reddat rem: vt arg. infra de pign. actio. ſi cum venderet. & ita vindicabit dominus id quod poſſidet ſecundus emphyteuta: vt infra de priui. credi. l. ſi ventri. §. in bonis.

c *Duo ſoli.* ſcilicet exprimuntur.

d *Caſibus.* vt ſupra de vſufruc. ea. re. quæ vſu conſu. l. in ſtipulatione. &. l. quoniam. Accurſius.

a *Si tibi. Et heredi.* propter rem. Accurſius.
b *Et mihi.* propter ſpem.
c *Legata ſit.* ſcilicet proprietas. Accurſius.
d *Deſierit.* ſcilicet deficiente conditione: quo caſu non poteſt proprie dici deſinere: vel forte repudiatione deſierit ad me pertinere. nam ſi rem mihi legatam repudio, deſinit ad me pertinere cũ potui habere. Ir.
e *Sibi cauere.* qualiter ſint vſuri: vt ſupra de vſufruct. l. ſi cuius. §. ſed ſi inter.
f *In caſum.* vt & ſupra de vſufructu earum rerum quæ vſu conſu. l. ſi tibi decem.

SI *vſusfructus.*] CASVS planus eſt vſque ad. §. illud. & ibi dicitur quòd ſemper vſufru. debet cauere ſe vſurum arbitrio boni viri, & de reſtituendo vſufruct. eo finito, quoquo modo ſit vſusfru. conſtitutus. [PLANE.] Titi[a] legauit mihi vſum fundi, & eiuſdem fundi proprietaté à decennio in antea. non ſatisdabo: quoniam eſt veriſimile quòd non male vtar, cum ſperem proprieta. ad me pertinere. [SI VESTIS.] Titius legauit mihi vſumfructũ veſtis: & heres tradidit, & ſtipulatus eſt. dicit quòd licet reddam attritam ſine dolo, non committetur ſtipulatio. [SI PLVRES.] Legaſti mihi vſumfructum fundi. pluribus heredib. inſtitutis deceſsiſti. omnibus illis tuis heredibus ſatisdare debeo ego. Viuianus.

* *Aliarum vt cauetur & cum ſi.*

g *Domino proprietatis cauebam.* hoc propter ſpem: vt ſupra. l. proxi. & infra de aqua plu. arcend. l. in diem. §. fina.
h *Recta via.* de hoc diximus infra de condict. indeb. l. dominus teſtamento.
i *Iure ipſo.* ſcilicet ciuili: vt ex teſtamento, vel inter viuos.
k *Prætoris.* vt in ſuperficie, & fundo emphyteutico: vt infra de ſuperfi. l. j. §. quod autem. & quando per fideicommiſ. relinquitur: vt ſupra quibus mod. vſusfruct. amit. l. ſi legatum. Item & tunc quotiens legata valent iure prætorio: vt infra de iniuſt. rup. teſtamento. l. poſthumus. & de leg. præſtan. l. j. & inſtit. quib. modis teſt. infir. §. non tamen per omnia.
l *Aut actiones.* ſcilicet in rem: vt. ij. e. ſi vſusfruct. nomine. vel incerti ad præſtandam cautionem: vt ſupra de vſufruct. ea. re. quæ vſu conſu. hoc ſenatuſconſultum. §. j.
m *Hanc cautionẽ.* eſt ergo hoc caſu vſusfru. ſine cautione: & ſic non eſt de ſubſtantia. Idem eſt in patre: vt. C. de bonis quæ lib. l. cum non ſolũ. §. ij. idem in fiſco: vt. j. vt leg. vel fideicó. no. ca. l. j. §. ſi ad fiſcum. idem in alio caſu: vt cum relicta eſt proprietas cũ vſuſ. incipiet finiri, eadẽ ratione qua & iſte qui eſt ex die: arg. ij. eo. l. omnes. §. ſed & ſi quis. Sed ego quæro quare interim nó cauendum eſt. Sed ſi mihi ſub cõditione proprietas legata ſit: quidam, & Marcianus, & heredi[a] & mihi[b] cauendum eſſe putant. quæ ſententia vera eſt. Item ſi mihi legata[c] ſit: & cum ad me pertinere deſierit[d], alij: & hic vtriſque cauendum, vt ſupra, placuit. Quòd ſi duobus coniunctim vſusfructus legatus ſit, & inuicem ſibi cauere[e] debebũt, & heredi in caſum[f] illum, *ſi ad ſocium non pertineat vſusfructus, heredi reddi.*

IX. VLPIANVS libro quinquagenſimoprimo ad Edictum.

SI vſusfructus mihi legatus ſit, eúmque reſtituere ſim Titio rogatus, videndum eſt quis debeat cauere, vtrum Titius, an ego qui legatarius ſum. An illud dicimus, mecum heredem acturum, * cum fideicommiſſario me agere debere? Et eſt expeditius hoc dicere, ſi mihi ſpes aliqua durat vſusfructus, & cum tu amiſeris, poteſt ad me recidere, hoc eſt ad legatarium. ita rem expediri, vt tu mihi, ego domino proprietatis caueam[g]. Quòd ſi fideicommiſſarij cauſa vſusfructus mihi relictus eſt, nec eſt vlla ſpes ad me reuertendi fructus: recta via[h] fideicommiſſarium cauere oportet domino proprietatis. Illud ſciendum eſt, ſiue iure[i] ipſo quis vſumfructum habeat, ſiue etiam per tuitionem prætoris[k], nihilo minus cogendum eſſe fructuarium cauere, aut actiones[l] ſuſcipere. Planè ſi ex die proprietas alicui legata ſit, vſusfructus purè: dicendum eſſe Pomponius ait, remittendã eſſe hãc cautionem[m] fructuario: quia certum ſit ad eum proprietatem vel ad heredem eius peruenturam. * Si veſtis[o] vſusfructus legatus ſit, ſcripſit Pomponius, quanquam heres ſtipulatus ſit finito vſufructu veſtẽ reddi: attamẽ non obligari promiſſorem, ſi eam ſine dolo malo attritam reddiderit. Si plures domini ſint proprietatis, vnuſquiſque pro ſua parte ſtipulabitur.[p]

B X. PAVLVS libro quadrageſimo ad Edictum.

SI ſerui qui nobis communis erat, vſumfructum tibi legauero, neceſſaria erit hæc cautio heredi meo. quamuis enim de proprietate poſsit cõmuni diuidundo experiri, tamen cauſa vſusfructus qui tuus[q] proprius eſt, ad officium communi diuidundo iudicis non pertinebit.

Etiã cohabitans cũ proprietario, debet ei cauere de vtendo arbitrio boni viri. Bald.

XI. PAPINIANVS libro ſeptimo Reſponſorum.

VSu quoque domus relicto, viri boni arbitratu cautionem interponi oportet.[r] Nec C mutat ſi pater heredes filios ſimul habitare cum vxore legataria[ſ] voluit.

Nemo cenſetur rem ſuam præterquam à ſuo. ad hoc allegatur. Vel ſic: Omnis conditio degenerat contra furem. Baldus.

XII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

SI vaſorum[t] ipſorum vſusfructus relictus ſit, non erit cautio[u] ſenatuſconſulti neceſſaria: ſed illa ſola, *boni viri arbitratu vſurum fruiturum.*[x] Si igitur tradita[y] ſunt fruendi cauſa, nemo dubitat non fieri eius qui accepit. Non enim ideo traduntur, vt dominium recedat D ab eo qui tradit: ſed vt vtatur fruatur legatarius. Ergo cum non fiant fructuarij vaſa, vindicari[z] à proprietario poſſunt, cautione non data. Videndũ

A uero? Reſpon. quia præſumitur quòd citius veniet dies proprietatis, quàm finiatur vſusfructus. certum eſt enim diem extiturum: vt infra de leg. j. l. ſi poſt. §. ꝙ ſi idem. caſum enim aduerſamque fortunam &c. vt infra de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Item eſt alia ratio: quia præſumitur quòd diligenter eam tractabit: cum ſperet ſuam futuram.

n *Peruenturã.* ſed nondum peruenit: vt infra de condict. furt. l. ſi ſeruus. & eſt ſic infra ad legem Falcid. l. ſed ſi non. §. fina. & ad Trebell. ſi cui. §. primo.
o *Si veſtis.* ſcilicet ſcenicæ: in qua vſusfruct. legari poſsit: vt ſupra de vſufr. ſed & ſi quid. §. & ſi veſtimentorum. alioquin cum fructuarius ad eius æſtimationẽ ſe obligaſſet, quod ſit in cæteris veſtibus: vt ſupra de vſufructu. ea. re. l. iij. & iiij. & inſtitu. de vſufruct. §. conſtituitur. reddere rẽ deteriorem non poſſet, id eſt in peiori æſtimatione: vt infra de iure dotium. l. plerumque. §. ſi prædiis. & §. fina.
p *Stipulabum.* vt ſupra de vſufruct. l. ſi cuius. §. ſed ſi plures.

SI *ſerui.*] CASVS. Si ſeruum habeo tecum communem, poſtea lego tibi vſumfruc. meæ partis, & ita proprietas meæ partis heredi meo remanet: ſatisdabis heredi meo de vtendo arbitrio boni viri. quæ ſatisda. neceſſaria eſt heredi meo. nã licet habeat cõmuni diui. ad proprieta. quia illa eſt communis: tamen pro vſufruc, non habet: quia ille non ſit communis: ſed tantum tuus. Viuianus.
q *Quiſmus.* ſcilicet vſusfructus, quaſi dicat, non cõmunis. tunc enim pertinet ad officium iudicis communi diuid. vt. ij. de vſufruct. l. ſi cuius. §. ſed ſi inter duos.

VSu.] CASVS. Titius legauit vxori vſum dom[s], & filios cõmunes: eoſdémq; heredes voluit in ea re permanere. videbat quòd vxor nó teneretur ſatisdare: quia nó ſit veriſimile quòd male poſsit vti:

cum ſemper illi præſentes ſunt: ſed ſatisdare debet. & hoc dicit.
r *Oportet.* vt ſupra eo. huic. §. ſed & ſi vſus.
ſ *Legataria.* id eſt vſuaria. Et no. ar. ꝙ non minus tenetur ſcholaris de equo, quamuis nútius Bononiæ vadat ſecum. Accurſius.
t SI *vaſorum.* ſcilicet argenteorum, vel aureorum, quæ ipſo vſu non conſumuntur. alioquin contra: vt inſtitutio. de vſufructu. §. conſtituitur. Azo.
u *Cautio.* ſcilicet vt vaſa debeant æſtimari, & cautio fiat de tãta pecunia reſtituenda ſi moriatur, vel capite minuatur. Accurſius.
x *Et fruiturum.* quæ verba & reſtitutionem rei continent: vt ſupra eod. l. j. j. reſpon. & §. habet.
y *Tradita.* ſcilicet vaſa.
z *Vindicari.* vt ſupra eo. l. ſi vſusfructus nomine.

a *De condictione.* non dicit cautionis: quia illa datur: vt ſupra eo. l. ſi vſustructus nomine. ſed de condictione ipſius rei.

b *Niſi furi.* A furibus enim & ſimilibus poſſum condicere: vt infra de condict. triti. l. j. in fine. & l. ij. & inſtitu. de obliga. quæ ex male. §. finali. & infra ſi certum pet. l. ſi quis nec. §. fin. & hoc ideo ab eis, quia ideo furripiunt vt faciant ſuam, ſecundum M. Sed nunquid poſ- eſt de condictione,[a] an poſsit locum habere. & proditum eſt, neminem rem ſuam niſi furi[b] condicere poſſe. A ſeſsionem rei meæ quam alius habet, poſſum condicere etiam à non fure? Reſpon. poſſum per triticariam. cum enim omnes res condicantur: vt infra de triti. l. j. §. & generaliter. & poſſeſsio eſt res: vt inſtitu. de re. corpo. & incorpo. ergo ipſa condicitur. ſed certe quod condicitur, non eſt meum: ſcilicet ipſa poſſeſsio: proprietatem autē quæ eſt mea, non poſſem condicere: vt hic, & inſtitu. re. de actio. §. ſic itaque.

*Vulg. à fu

Seruitutum ſchematiſmus.



QVANDOQVIDEM NON EST SIMPLEX ſeruitutis vocabulum, neque poteſt commodè in genere definiri: prius eſt vt in ſpecies ſuas diuidatur, quæ deinde ſuis finitionibus explicentur.

1 Omnium igitur ſeruitutum ſumma diuiſio eſt, quòd quædam ſunt perſonales, quædam reales, quædam vero mixtæ. quę diuiſio etſi videatur eſſe trimembris, re tamen ipſa eſt bimembris. Seruitutes enim omnes aut perſonales ſunt, aut reales. nam quæ mixtę ſunt, ſub ſimplicibus continentur: ſecundum ea quæ tradūt iuris interpretes in. l. ij. in principio. ff. de verbrum oblig.

2 Sequens diuiſio eſt, Seruitus perſonalis quędam ex iure diuino eſt, quædam ex iure gentium, quædam ex iure ciuili.

3 Seruitutem ex iure diuino eam voco, cuius cognitionē ex ſacris literis habemus. Hanc ſeruituté non puto indiſtinctè vocandam diuinā, quod quidam faciūt in deſcriptione huius typi. quis enim ſeruitutem peccati diuinam vocauerit? Et tamen huius ſeruitutis cognitionem ex iure diuino habemus, vt & peccati cognitionem ex lege diuina habemus: nemo tamen peccatum diuinum vocauerit. Hanc ſeruitutem diuido in honeſtam & turpem.

4 Honeſta ſeruitus, eſt qua quis volens ſe totum deo mācipat, totum ſe illi deouet, ac præceptis illius ſponte obſequitur. Ad hanc ſeruitutem inuitamur præcepto dominico, quo dictum eſt, Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Deut. cap. 6. Porro ſeruitutis huius effectus eſt, vt per eam & filij dei, & heredes, ac proinde liberi efficiamur. Dedit eis poteſtaté filios dei fieri, his qui credūt in nomine eius. Ioan. 1. lā cū apoſtolus dicat ibi libertaté eſſe, vbi ſpirit' domini adſit, palā eſt eū vere liberū eſſe, qui deo ſeruit: cū idipſū nemo poſsit, niſi qui ſpiritu dei agitur.

5 Turpis ſeruitus eſt, qua quis per peccatum in mancipatū diaboli venit, qui & ipſe peccati auctor eſt, & mendacij pater. De hac ſeruitute mentio fit paſsim in ſacris literis, tum in veteri, tum in nouo teſtamento. Iudicum cap. 2. Fecerúntque filij Iſraēl malum in conſpectu domini, & ſeruierūt Baalim, & dimiſerunt dominum deum patrum ſuorum. & Matthęi ſexto. Nō poteſtis deo ſeruire & mammonæ. & Paulus auaritiam vocat idolorum ſeruitutem. Coloſſen. 3. Epheſ. 5. cap.

6 Seruitus perſonalis ex iure gētium eſt, quæ à perſona ſeruili perſonæ liberæ debetur. quod facile colligere eſt ex definitione Iuriſcon. Florentini quam habes in. l. iiij. §. j. de ſtatu homi. lib. j. Digeſtorum. Seruitus, inquit, eſt conſtitutio Iuriſgentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur. Porro ſeruitus hæc ex bellis ortum habuit, quæ & ipſa iuriſgentiū ſunt: per tex. in. l. Ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iure.

7 Seruitus perſonalis ex iure ciuili tribus modis contingit. Primo cum liber homo maior an. xx. paſſus eſt ſeſe venūdari ad pretium participandum. §. ſerui autem. ij. de iure perſo. inſtitu. lib. j. vbi Accurſius diffuſe tractat quot ſint neceſſaria in hac ſeruitute conſtituenda. Secundo, cum quis libertus effectus, per ingratitudinem in ſeruituté reuocatur: de quo eſt text. in. l. ij. iij. & iiij. C. de lib. & eor. libe. In Authen. vt liber. decętero' &c. §. illud vero adiicimus. colla. 6. conſtit. 6. Exiſtimauit tamen Cornelius Tacitus libro hiſto. 13. eos qui vindicta manumiſsi eſſent, nō poſſe occaſione ingratitudinis in ſeruitutem reuocari, in quo articulo vide Alciat. libro Diſpun. 3. cap. decimoquarto. Tertio, Cum quis ſeruus pœnæ efficitur: quod accidit iis qui vel in metallum damnantur, vel beſtiis ſubiiciuntur. §. pœnæ ſeruus. quibus modis ius patr. poteſt. ſol. inſtitu. libro primo. Hodie tamen, inquit Accurſius in. d. §. pœnæ ſeruus, nemo bene natus efficitur pœnæ ſeruus: per tex. in authen. de nup. §. quod autē. & §. ſi vero. col. iiij. quod verum eſſe putat Ang. niſi ſit executio mortis, aut ſaltē præſens capitaliter condemnetur ab habente poteſtatem. Addūt quidam quartum modum, nempe ex mendicitate, per text. in. l. vnica de mendican. valid. libro vndecimo. C.

8 Seruitus realis, eſt ius quoddam prædio inhęrēs, quod dominantis

nantis vtilitatem auget,ſeruientis libertatem minuit.& hoc cõtingit cum res mea rei tuæ, prædium meum prædio tuo ſeruit. Prædictam definitionem magno conſenſu approbant iuris interpretes in.l.j.ff.de ſeruitu.Hæc etiã prędialis ſeruitus dici poteſt, quòd ſine prædiis conſtitui non ſoleat.l.j.ff. comm. præ. tã vrb. quàm ruſt.§.ideo autem.de ſeruitu.inſtitu.lib.ſecundo.Iam cum prædiorum alia vrbana ſint,alia ruſtica:quæ non loco ſed materia diſtinguuntur.l.vrbana prædia.ff. de verbo.ſigni.ſeruitutem realem in vrbanam & ruſticam diuiſimus.

9 Vrbana ſeruitus eſt,quę vrbano prædio debetur.not.Azo in ſumma,titu.de ſerui.libro tertio.C.nec inſpicitur an ſeruitus hęc à prædio vrbano an à ruſtico debeatur:ſed duntaxat conſideratur id prædium cui ſeruitus debetur.Cepol.in tract.de ſerui.cap. xj. Sunt autem vrbana prædia, ædificia omnia quæ habitandi gratia parãtur,ſiue in ciuitate,ſiue in agris.d.l. vrbana prædia.ff. de verbo.ſignifi.§.prædiorum vrbanorum.de ſeruitu. Inſtit.lib. ij.Huius ſeruitutis duæ ſunt ſpecies:nam quędam eſt affirmatiua, quædam negatiua.

10 Affirmatiua ſeruitus eſt,quæ verbis affirmatiuis concipitur. huius plures ſunt ſpecies,quas hic ſuo ordine deſcribimus.

11 Stillicidium auertendi ſeruitus,eſt ius quo licet alicui ſtillicidiũ domus ſuæ in domũ aut aream vicini auertere.Stillicidium porro vicini nemo cogitur ſuſcipere, niſi ſeruitute conſtituta: quod colligitur ex.l.ſeruitutes.in.§.ſi antea.ibi, ſtillicidiũ quoquo modo acquiſitũ.ff.de ſeruitu.vrb.præd. Zaſius in para. ſuis. eodem titulo.

12 Itineris ſeu aditus ſeruitus, eſt ius quo licet mihi ire in domum meam per prædium tuum.neque enim ſeruitus itineris tantummodo ruſtica eſt,ſed etiam vrbana, cùm vrbano prædio debetur,argu.l.iter.ff.comm.præd.l.ſeruitutes.§.ſi domo. de ſerui. vrb.prędiorum.Cum tamen quis habet ius eundi in domũ ſuam per vicini domum,interdiu duntaxat ea ſeruitute vti debet, non etiam noctu.d.l.iter.Zaſius in para.ſuis ti.de ſerui.vrb.præd.idque propter periculum quod vicino poſſet accidere,ſi domũ ſuã cogeretur nocte apertam relinquere.

13 Oneris ferendi ſeruitus,eſt ius quo vicinus tenetur ſuſtinere onera domus meæ ſupra columnam ſuam aut parietem ſuum. l.eum debere.ff.de ſerui.vrb.præd.vide Zaſium in.d.titu.de ſerui.vrbano.prædio.apud quem etiam videre potes quid differat hæc ſeruitus à reliquis.

14 Tignum immittendi ſeruitus,eſt ius quo vicino licet immittere trabes ſuas in parietem vicini.de hac ſeruitute fit mentio in l.j.ff.de ſeruitu.vrbano.præ. & in.l.malum.§.j.ff.de verborũ ſignifica. iam cum tigni appellatio late pateat. l. tigni. ff. de verbo.ſignific. hic duntaxat pro trabibus ſumitur.vide Zaſium in.d. titu.de ſer.vrb.præd.

15 Proiiciendi ſeu protegendi ſeruitus,(vna enim

16 & eadẽ eſt,quãuis diuerſum Cepola ac reliqui eiuſdẽ farinæ interpretes ſenſerint)ius eſt,quo vicino licet ædes ſuas protuberãdi ſiue exporrigẽdi mœnianis ſeu podiis pẽſilibus,aut tecta ſua protendendi in ſolum vicini. atque hæc eſt propria ſignificatio verborum proiiciendi & protegendi à iuriſconſultis vſurpata. l. malum.§.j.vbi Alcia.ff.de verb.ſigni.l.j.§.j. ff. de impen. in reb. dot. fac. vide Budæum in annot.in.l.ſi vero.ff. de his qui deiec. vel effu.Zaſium in.d.titu.de ſeruitu.vrb. præd.

17 Seruitus,proſpectus,eſt ius quo vicinusvicino claritatẽ prẽſtare tenetur aperta feneſtra vel foramine aliquo. Azo in ſumma.C.de ſeruit.vbi differentiam ponit inter ſeruitutem luminũ & ſeruitutem proſpectus:quem ſecutus eſt Cepol.in tract.ſerui. ca.xxxiij.& xxxiiij.

18 Luminum ſeruitus,eſt ius quo vicinus vicini lumina excipere cogit.l. luminũ.& ibi pulchre per Barto.ff.de ſerui.vrb.præd.

19 Altius tollendi ius, non eſſe ſeruitutem ſed libertatem potius putat Zaſius in.d.tit.de ſerui.vrb.præd.poſt gloſſ.in.l. j. eodem titu. poſt tamen nonnunquam accidere, vt altius tollendi neceſsitas incumbat vicino iure ſeruituris: vt ſcilicet is teneatur altius ædes ſuas tollere,ne in domum meam proſpiciatur, cum forte domus mea ſubſidat ac depreſſa ſit, via autem prætereundi in altum exporrigatur,aut etiam ne vento expoſita ſit, argu. l. Si arborem.§.interdum.ff.eodem titulo.

20 Seruitus vrbana negatiua eſt,quę verbis negatiuis concipitur,cuiuſmodi eſt ſeruitus

21 Altius non tollendi, per quam prohibetur vicinus domum ſuam inuito vicino altius tollere:de qua in.l.j.ff.eo.titu.in.l. Altius.C.de ſeruit.& aq gloſſ.in.l.loci corpus.§.pe.in verb.altius. ff.ſi ſer. viud. viridaria tamen habere ſupra eam altitudinem is qui ſeruitutem debet, non prohibetur.l.ædificia.ff.de ſer.vrbanorum prædiorum.

22 Ne luminibus officiatur ſeruitus, eſt ius quo vicino non licet quicquam facere per quod vicini lumina obſcuriora reddantur.l.inter ſeruitutes.ff.eodem. A

23 Ne proſpectui officiatur ſeruitus,eſt ius quo vicino non licet quicquam facere quod vicino officiat ad gratiorem & liberum proſpectum.l.inter ſeruitutes.§.eodem.

24 Stillicidium non auertendi ſeruitus,eſt ius quo vicino non licet facere quin ſtillicidiũ ſuum in prædium vicini defluat, quo is forte opus habet ad ciſternam ſuam replẽdam. de hac eſt text. in. l.j.vbi Bartolus.ff.eodem.

25 Ruſtica ſeruitus eſt,quę prędio ruſtico debetur.Sunt autem ruſtica prædia,quæ vel percipiendorum vel colligendorum fructuum gratia fiunt.l.eo iure.§.ſtabula.ff. in quibus cauſis pignus vel hypothe.Ferrarius Mõtanus titulo de ſeruitutibus ruſticis, lib.tertio.Et hęc ſeruitus duplex eſt,nominata & innominata.

26 Nominata ſeruitus ideò dicitur, quòd ſpeciale nomen à iure impoſitum habet, argu.l.iuriſgentium.§.primo. ff. de pactis.Sunt autem ſeruitutes nominatæ quatuor, Iter, Actus, Via, Aquæductus.

27 Iter,eſt ius eundi ambulandi hominis,non etiam iumentum agendi vel vehiculum.titu.de ſeruitutibus ruſticorũ prędiorum inſtitut.libro ſecundo. & cui eſt ius itineris, is & lectica portari,& equo vehi poteſt. l. qui ſella. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. B

28 Actus eſt ius eundi ambulandi hominis, agendi iumentum vel vehiculum.d.titu.de ſeruitutibus ruſticorum prędio.inſtitutionibus libro ſecundo.

29 Via, eſt ius eundi agendi & ambulandi hominis. inſtitutio. eo.ineſt autem huic ſeruituti quiddam ampliusː nam qui ius viæ habet,& trabem aut tignum trahere, & rectam haſtam ferre poteſt,modò fructus non lędat.dicta.l.qui ſella. ſecundo reſponſo. ff.eodem titulo.

30 Aquæ ductus eſt ius aquę ducendæ per fundum alienum.inſtitu.eod.titu.& in.l.j.ff.eo. quod ius conſtitui poteſt tã in aqua inuenienda,quàm in iam inuenta.l.Labeo.ff.eod. Vide quæ de hac ſeruitute ſcripſit eleganter Zaſius in para.ff.eo.titu.

31 Seruitus ruſtica innominata eſt ea cui non eſt ſpeciale nomẽ iuris impoſitũ,ſed ab ipſo actu denominatur. huius generis ſunt hæ quinque ſequentes.

32 Ius paſcendi, eſt ius pecoris paſcendi in fundo alieno prædij mei cauſa.de hac ſeruitute eſt text.in.l.j.§. in prædiis ruſticis. C ff.de ſeruitutibus ruſticorum prędiorum.& in.§.inter ruſticorũ. inſtitutio.eodem tit. Atque hæc quidem ſeruitus merito dicitur ruſtica, cum bona pars fructus prædij ruſtici in pecore conſiſtit. l.pecoris.ff.eodem.Vide Zaſium in para.ff.eod.titu.

33 Ius pecoris appulſus, eſt ius quo licet mihi pecora agri mei ad fontem vel riuum agere per prædium vicini. Azo in ſumma C.de ſerui.de hac ſeruitute fit mẽtio in.l.j.§.in prædiis.ff.de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.& in.l.j.§.Trebatius. &.§.ſeq. ff.de aqua quot. & æſtiua.

34 Aquę hauſtus,eſt ius hauriendi aquam è fonte vel puteo vicini. Azo in ſumma.C.de ſerui.Hãc ſeruitutem qui habet,etiam iter habere intelligitur.l.iij.§.qui habet.ff.eo. nec conſtitui poteſt aquę hauſtus niſi ppter vtilitatẽ vicini fundi.l.ergo.ff.eodẽ.

35 Ius calcis coquendæ,eſt ius quo licitum eſt vicino calcẽ coquere in fundo vicini pro vtilitate prædij ſui ruſtici. de hac eſt text.in.l.j.§.in prædiis.& in.l.ergo.ff.eodem.

36 Ius arenæ fodiendæ,eſt ius quo licet vicino arenam è fundo vicini effodere in prædij ſui ruſtici vtilitatem:de qua eſt text. in dicta.l.j.§.in prædiis.ff.eodem.

Adde etiam ius cretæ fodiendæ & lapidis eximendi: quæ ſeruitutes eatenus conſtitui poſſunt,quatenus ad prædium opus ſit, D cuius gratia conſtituuntur.d.l.ergo.in fin.&.l.ſequen.ff.eodem.

37 Supereſt videre de ſeruitutibus mixtis. Eſt autem ſeruitus mixta, quæ à re perſonæ debetur:cuiuſmodi ſunt vſusfructus,vſus,& habitatio:nam quæ à perſona rei debetur,de qua in.l.Mæuia. ff. de manumiſ. teſta. & in.l. Titio centum. §. Titio. ii. ff. de condit.& demon.non proprie ſeruitus eſt,ſed onus quoddam liberæ perſonæ impoſitum.

38 Diuiditur autem ſeruitus mixta in diuiduam

39 & indiuiduam. & has quidem ſpecies ideo ſeruituti mixtæ tribuimus,quòd ſola ſeruitus vſusfructus eſt diuidua. l.j. §. ſi vſusfructus. ff. ad legẽ Falcidiam.reliquæ omnes indiuiduæ ſunt. l.ſtipulationes non diuidũtur. ff. de verborum obligationibus. differentiæ rationem reddit Barto.in dicta.l.Stipulationes.numero viceſimonono,& viceſimoſeptimo.

40 Vſusfructus,eſt ius alienis rebus vtẽdi fruendi ſalua rerum ſubſtantia.l. j. ff. de vſufructu. & eſt duplex, formalis & cauſalis.Formalis eſt,qui à proprietate rei ſeparatur,& is proprie ſeruitus eſt,& per confeſſoriam actionem petitur. Cauſalis eſt, qui cum ſua cauſa,id eſt proprietate coniunctus eſt: & is non eſt ſeruitus,cum res ſua nemini ſeruiat: nec per confeſſoriam petitur,

ſed per

ſed per negatoriam uertitur.l. ſi cum teſtamento argentum. §. pe.& ibi gl. ff. de exce.rei iud.gloſſ.in.l.omnium.ff. de vſufruct. In quibus autem rebus conſtituatur vſusfructus, & ad quid teneatur vſufructuarius, vide Azonem in ſum.de vſufruct. Zaſium in para.ff.eod.titu.

41 Vſus, eſt ius alienis rebus vtendi ſalua rerum ſubſtantia, non etiam fruendi.hæc definitio colligitur ex.l.ſecunda.ff. de vſu & hab. quam etiam ponit gloſ. in.l.j.eod.titu.vide Ferrarium Montanum Inſtitu.de vſu & habit.

42 Habitatio eſt ius alienas ædes inhabitandi ſalua ædium ſubſtantia. cui autem hoc ius conceſſum eſt, non ſolum habitare ei licet, ſed etiam alteri adcommodare, aut etiam locare. vnde ab vſu ſimplici differt. l. cum antiquitas. C. de vſufruct. vbi etiam gloſſ.notat in quibus ab vſufructu differat habitatio.

43 Poſtrema diuiſio ſeruitutũ hæc eſt, quòd quædam ſunt continuæ, quædam diſcontinuæ. Seruitus continua eſt quæ cauſam continuam atque perpetuam habet, & abſque continua humana opera ſemper eſt in vſu ſiue actu ſiue potentia:cuiuſmodi ſunt ſeruitutes aquæductus, altius non tollendi,vſusfructus,vſus, iuriſdictio: in quarum nonnullis quãuis factum hominis ſemper interuenire ſit neceſſe,vt in vſufructu,vſu,& iuriſdictione: tamen quia animo poſſideri ſolent, continuis adnumerantur.ita eleganter,vt cætera, Ferra. Monta. inſti.de ſerui.poſt Bar.in.l.iuſto.§.non mutat.ff.de vſuca.huiuſmodi ſeruitutes præſcribuntur.x.an.inter præſentes,xx.inter abſentes,exemplo rerum immobilium.l.fi.in fi.C.de præſcri.longi tempo.l.ij.C.de ſerui. Quot autem ſint neceſſaria ad hoc vt præſcriptio in his locum habeat,vide apud Bar.& Bald.in.l.ij.de ſeruit,Ferra.Monta.inſti.de ſerui.Zaſium in para.ff.eo.tit.

44 Seruitus diſcontinua eſt, cuius vſus per ſolam operam humanam habetur. Vnde quia homo non aſſiduè, ſed ex intercapedine operatur,cauſam diſcontinuam,hoc eſt interpolatam obtinet, cuiuſmodi eſt iter, actus, aquæ hauſtus.l.ſeruitutes.iiij.ff.de ſeruit.Harum ſeruitutum nullo tempore nec longiſſimo quidem præſcriptio procedit,vt quarum non eſt continua poſſeſsio. d.l. ſeruitutes.iiij.ff. de ſeruitu.Niſi ſi forte quis huiuſmodi ſeruitute vſum ſe diceret tanto tempore, cuius initium memoriam hominum excederet. l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de aq. quot. & æſti. Hoc autem tempus in obſcuro interpretamur centum an. quia is finis vitæ longæui hominis eſt.l.an vſusfructus.in fi.ff.de vſufru.

Atque hæc quidem ſatis abundéque ſufficiant ad ſeruitutum ſpecies deſcribendas:ſi tamen illud vnum admonuerimus,eũ qui ſeruitutẽ adſerit,eam probare debere:cum res omnis libera præſumatur.l.altius.& ibi.gl.C.de ſerui.

a *Dic quòd eſt mixta ho, quia ei miſcetur,ſecundũ l.ab hoc.& addit modificans vtilitatis,* quæ dicam infra.

b *Ille non ſunt reprie ſeruites ſe ex.Bar. e.circa q̃ ſtitur à p- marti: q̃ſ ſi reperitur ſic in liber ti & colo- ni & conſti- tis.Bar.& Fle.*

Digeſtorũ

ſeu Pandectarum liber octauus.

DE SERVITVTIBVS.

TITVLVS I.

Seruitutum alia perſonales: alia reales. hoc dicit. Bartolus.

1. MARCIANVS libro tertio Regularum.

1 SEruitutes [a] aut perſonarum ſunt, vt vſus,& vſusfructus: aut rerum,vt ſeruitutes ruſticorum prędiorum, & vrbanorum.

11. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Edictum.

VNus ex dominis [b] communium ædium, ſeruitutem imponere non poteſt [c].

Seruitutes poſſunt imponi ſolo, & ſuperficiei. Vel ſic: Seruitutes poſſunt deminuere ſolo militatem, & ſuperficiei. Baldus.

III. PAVLVS libro vicenſimoprimo ad Edictum.

2 SEruitutes prædiorum aliæ in ſolo [d], aliæ in ſuperficie conſiſtunt.

Seruitus non poteſt extingui tempore vel conditione, neque conſtitui ex tempore ipſo iure, ſed ope exceptionis. hoc dicit. Iſta eſt difficilis lex & ſubtilis: & iſta eſt vna lec. ſecundum aliam lec. hoc dicit: Seruitus non poteſt conſtitui ſub conditione, vel in diem: & ſi apponatur, reicitur, & remanet conſtitutio pura.

IIII. PAPINIANVS libro ſeptimo Quæſtionum.

3 SEruitutes ipſo quidem iure [e] neque ex tempore [f], neque ad tempus,neq; ſub conditione [g]*, neq; ad certam conditionem, verbi gratia, *quandiu* vel ruſticam,pure debet conſtituere.ex tempore, puta ab anno in annum: vel ad tempus,id eſt vſquè ad annum: vel ſub condi- tione: non valet de rigore iuris: ſed de æquitate ſic. ſi vero ante petar, vel poſt diem, repelletur excep. [*MODVM.*] Concedis mihi ſeruitutem in fundo eundi vel agendi hoc modo, vt certæ res inde vehantur in partem:vt certo equo,vno ſcilicet vel pluribus,vel tali vehiculo,vel talimon videtur conſtituta ad tempus,vel tempore:& ideo valet ſeruitus. [*INTERVALLA.*] Seruitus ad tempus conſtitui non poteſt: vt dictum eſt in princi. huius.l.ſed cõſtituitur ſeruit' vt quis vadat certis diebus in hebdomada,puta tribus:vel certis horis in die: an valeat ſeruitus ita conſtituta,quæritur.Et reſpon.quòd ſic valet.& hoc dicit iſte.§. & proxjmus.§.l.proxi. Viuianus.

Ex tempore. vt valeant poſt tempus: vel ad tempus vt valeant vſque ad aliquod tempus:vt infra de act.& obli.l. obligationum fere.§.j.& poteſt poni exemplum, vt ſi conceſſi tibi ſeruitutem alternis horis vel diebus: licet finiatur illud tempus, quo vt vteris dictum eſt, non tamen deſinet ſeruitus eſſe ipſo iure: vt ſic incipiat alterno iterum veniente tempore: durat enim omni tempore ex quo eſt inchoata:& ſic eſt vna,non plures: vt infra ea.l. §.fi.&.j.l.proxi.§.fi.& infra de ſerui.ruſti.prædio.l.vna.licet ſit argu.contra quòd videantur plures:vt infra de aqua plu.arcen.ſi prius.j.reſpon.Sed certè diuerſis vicibus fuerunt conſtitutæ ſeruitutes aquæ nocturnæ & diurnæ:ſed tamen qui vult ea alternatim cõſtituta vti temporibus exceptis, repellitur exceptione dolí:vt hic ſubiicit. Eſt tamen arg.quòd ex die poſsit conſtitui:vt.j. titu.ij.l.Labeo.ſed certè ibi pure conſtituitur.Accurſius.

Sub conditione. Ioan.ponit exemplum vt ſi pure conſtituí tibi ſeruitutem,dico tamen vt ita demum vtaris ea,vel ita demũ poſſis vindicare,ſi nauis ex Aſia venerit. Alij dicunt quòd ſub conditione conſtitui ſi nauis ex Aſia venerit: ſed ante conditioné tradidi:vel quaſi per patientiam trãſtuli dominium: & vt infra de ſol. ſub cõditione.& infra de iure do.ſed niſi.Si ergo deficiat cõditio, nihilominus durat ſeruitus in primo caſu ſecundum Ioan. Idem in ſecundo:vt.j.de le.j.l.nemo poteſt.ſed tamẽ exceptione repellitur: vt hic ſubiicit,&.j.de actio. & oblig.l.obligationum fere.§.placet. Tertij dicunt poni exemplum ſub hac conditione, ſi volam.ſub qua etiam alia obligatio eſſe non poteſt:vt.j.de act. & obli.ſub hac.& pro hoc facit quod de modo hic ſubiicit,quãdiu volam.tu dicas,non poteſt ſub conditione conſtitui.ſ.extinctiua,qua exiſtente extinguatur ſeruitus:ſed ſub conditione qua exiſtente incipiat, bene poteſt:ſicut & dominium poteſt ſic trãſferri & poſſeſsio: vt infra de acqui. poſſeſ. qui abſenti.§. ſi quis

b *Vnus ex dominis.* ſcilicet qui pro indiuiſo ſunt domini.

c *Non poteſt.* niſi alij conſentiant vel tũc,vel etiã poſtea: vt.j.de ſer.ru.præ.per fundum.& l.vnus.&.j. cõmunia prædio.l.fi. Acc.

d *Seruitutes. In ſolo.* poteſt intelligi, id eſt aliæ ruſticæ ſeruitutes: & aliæ vrbanæ. Vel verius aliæ in ſolo, id eſt proprietate ſoli: & aliæ in ſuperficie: vt infra de ſuperfic.l.j.§.fina. & dicam tunc ab ipſo ſuperficiario conſtitui. idem in emphyteuta: quia ſunt quaſi domini: licet quidam dicant quòd ipſe ſuperficiarius non conſtituat: ſed verus dominus in ſolo cuius ſuperficies eſt alterius: quaſi ipſe cum habeat ſeruitutem, alij cedere nõ poſſit: vt ſupra de vſufruct. ſed & ſi quid. §. fin. Sed certè non eſt ſeruitus quam habet ſuperficiarius, ſed dominium vtile ipſi' ſuperficiei: quod eſt contrarium ſeruituti:cũ ſua res nemini ſeruiat:vt infra titu. j. in re communi.

Seruitutes ipſo iure.] CASVS. Si aliquis vult mihi conſtituere ſeruitutem vrbanam vel ruſticam,pure debet conſtituere.ex tempore, puta ab anno in annum: vel ad tempus,id eſt vſquè ad annum: vel ſub conditione: non valet de rigore iuris: ſed de æquitate ſic. ſi vero ante petar, vel poſt diem, repelletur excep. [*MODVM.*] Concedis mihi ſeruitutem in fundo eundi vel agendi hoc modo, vt certæ res inde vehantur in partem:vt certo equo,vno ſcilicet vel pluribus,vel tali vehiculo,vel talimon videtur conſtituta ad tempus,vel tempore:& ideo valet ſeruitus. [*INTERVALLA.*] Seruitus ad tempus conſtitui non poteſt: vt dictum eſt in princi. huius.l.ſed cõſtituitur ſeruit' vt quis vadat certis diebus in hebdomada,puta tribus:vel certis horis in die: an valeat ſeruitus ita conſtituta,quæritur.Et reſpon.quòd ſic valet.& hoc dicit iſte.§. & proxjmus.§.l.proxi. Viuianus.

e *Ipſo quidem iure.* id eſt de ſubtilitate iuris:aliud autem eſt de æquitate quæ præualet:vt.j.proxi.ibi:ſed tamen &c. &.C. de iud. placuit. Item hoc in realibus ſeruitutibus.ſecus in vſufru. d vt ſupra de vſufru.l.iiij.&.v.

f *Ex tempore.* vt valeant poſt tempus: vel ad tempus vt valeant vſque ad aliquod tempus:vt infra de act.& obli.l. obligationum fere.§.j.& poteſt poni exemplum, vt ſi conceſſi tibi ſeruitutem alternis horis vel diebus: licet finiatur illud tempus, quo vt vteris dictum eſt, non tamen deſinet ſeruitus eſſe ipſo iure: vt ſic incipiat alterno iterum veniente tempore: durat enim omni tempore ex quo eſt inchoata:& ſic eſt vna,non plures: vt infra ea.l. §.fi.&.j.l.proxi.§.fi.& infra de ſerui.ruſti.prædio.l.vna.licet ſit argu.contra quòd videantur plures:vt infra de aqua plu.arcen.ſi prius.j.reſpon.Sed certè diuerſis vicibus fuerunt conſtitutæ ſeruitutes aquæ nocturnæ & diurnæ:ſed tamen qui vult ea alternatim cõſtituta vti temporibus exceptis, repellitur exceptione dolí:vt hic ſubiicit. Eſt tamen arg.quòd ex die poſsit conſtitui:vt.j. titu.ij.l.Labeo.ſed certè ibi pure conſtituitur.Accurſius.

g *Sub conditione.* Ioan.ponit exemplum vt ſi pure conſtituí tibi ſeruitutem,dico tamen vt ita demum vtaris ea,vel ita demũ poſſis vindicare,ſi nauis ex Aſia venerit. Alij dicunt quòd ſub conditione conſtitui ſi nauis ex Aſia venerit: ſed ante conditioné tradidi:vel quaſi per patientiam trãſtuli dominium: & vt infra de ſol. ſub cõditione.& infra de iure do.ſed niſi.Si ergo deficiat cõditio, nihilominus durat ſeruitus in primo caſu ſecundum Ioan. Idem in ſecundo:vt.j.de le.j.l.nemo poteſt.ſed tamẽ exceptione repellitur: vt hic ſubiicit,&.j.de actio. & oblig.l.obligationum fere.§.placet. Tertij dicunt poni exemplum ſub hac conditione, ſi volam.ſub qua etiam alia obligatio eſſe non poteſt:vt.j.de act. & obli.ſub hac.& pro hoc facit quod de modo hic ſubiicit,quãdiu volam.tu dicas,non poteſt ſub conditione conſtitui.ſ.extinctiua,qua exiſtente extinguatur ſeruitus:ſed ſub conditione qua exiſtente incipiat, bene poteſt:ſicut & dominium poteſt ſic trãſferri & poſſeſsio: vt infra de acqui. poſſeſ. qui abſenti.§. ſi quis

a Tamẽſi ſub cõditione promitti poſſim.l. exiſtimo. de verb. oblig. inter quæ p- multis iteres eſt.nõ cõſtituere,eſt impunere. l. ij. ii. eo.

d Quia per ipſum non imprimitur character in prædio ſeruiẽte. Bar. & Pau.

e Diſplicet Bar.o.quia hic loquitur de conſtitutione conditionali.

f Reprobatur: quia ſic non eſſet cõſtitutio conditionalis. Bar.

g Iſtud dicũ gl. dicit ſingulariter nota. Paul. ad hoc quòd per patiẽtiã videtur ſero mitus quaſi gradiẽs.

a *Bisplicu Bart. & Pau.* Quod autem subiicit ad certam conditionem: dic[a], si sit tibi seruitus constituta donec nauis veniat: vel dum volam. & sic modus quidam est: & dicitur ad certam conditionem constitui. Sed quare non potest constitui prædictis modis? Respon. secundum M. quia nec dominium sic trãsfertur. hęc falsa: vt dixi per. l. infra de acquiren. possess. qui absenti. §. si quis. Est & alia ratio, quia tempus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis: vt in. d. l. obligationum ferè. §. placet. nec cõditio: vt. d. l. de leg. j. nemo potest. tu potes dicere quòd ideo est, quia cum quadam perpetuitate voluit lex constitui eas propter vtilitatem prædiorum. sed hoc de subtilitate iuris: secus de æquitate: vt statim dicit.

a *Pacti.* taciti. nam si conuenio vt valeat ad diem, per cõsequens videor facere ne teneat post diem. & sic in aliis exemplis. sic & instit. de verb. obli. §. at si ita. & j. de verbo. obli. eum qui ita. §. qui ita. Doli autem exceptio locum habet vbicunque alia locum habet: vt. j. de excep. do. l. ij. §. & generaliter.

b *Contra placua.* s. si post conditionem extinctiuam petat, secũdum Aldr. nam licet possit petere, quia perpetuo videtur constituta: tamen exceptione repellitur. vel aliter ante conditionem si petat, quod potest[b]: quia purè constituta videtur: tamen repellitur nisi adueniente conditione. Vel secundum Azo. dic occurretur. i. obuiabitur vindicanti contra placitum. i. pactum: siue vltra tẽpus, siue ante tẽpus: siue ante conditionem, siue post.

b Reprobatur per prædis scriben.

Immittida posset etiam attenta. i vt sit sensus huius. l. prorsus alius quàm diximus: s. vt conditiones vel dies vel modi appositi pro nõ appositis habeantur, sicut habemus in vltima voluntate de cõditione impossibili: vt inst. de here. instit. §. impossibilis. Et quod dicitur occurretur, dic, id est succurretur volenti venire cõtra pactũ. sic ponitur. j. de ver. obli. vbi autẽ non apparet. §. qui vero à Titio. Sed hoc non placet: quia nihil est adeo conueniens, quã pacta seruari. & ideo primũ intellectũ approbo. arg. ff. de pac. l. j. in prin. Ac.

c *Causam.* vt ad tẽpus vel ex tẽpore constituta videatur: sed perpetua est & pura, & non definit. sic. C. de cur. furi. l. cum alii. & hoc cum semel est constituta. secus si pluribus vicibus: vt infra de aqua plu. arcen. si prius. quæ est contra.

Via, iter.] CASVS. Si quis vult mihi seruitutem viæ & itineris concedere vel constituere: eisdem modis potest constituere quibus vsumfru. Viuianus.

d *Fore.* quia vsusfr. ex certo tempore, & ad certum tempus cõstitui potest: vt. i. fami. ercis. & puto. §. vsusfructus. C. de vsufru. si pater. & p[illegible] parte. sed seruitutes non: vt. j. ad legem Falci. l. j. §. si vsusfructus. & infra eo. l. viæ.

e *Diximus.* vt. ff. de vsufru. l. iij & instit. eo. §. si.

f *Secumi potest.* & dicitur sub modo, non ad tempus constitui: vt supra. l. proxi. in fi.

Ad certam.] CASVS. Titius volebat incertæ partis fundi sui pro diuiso concedere seruitutem. an possit, quæritur. Et rñ. *volam*, constitui possunt. Sed tamen si hæc adiiciantur, per pacti[a] vel doli exceptionem occurretur contra placita[b] seruitutem vindicanti. idque & Sabinum respondisse Cassius retulit, & sibi placere.

Seruitutes & earum vsus possunt modificari in ipsa constitutione, licet non extingui. Bartolus.

Modum adiici seruitutibus posse constat: veluti quo genere vehiculi agatur, vel non agatur: veluti vt equo duntaxat: vel vt certum pondus vehatur: vel grex ille trãsducatur, aut carbo portetur. Interualla dierũ & horarum non ad temporis causam[c], sed ad modum pertinent iure constitutæ seruitutis.

Seruitus prædialis potest constitui eisdem modis quibus personalis. Bar.

V. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale.

VIa, iter, actus, ductus aquæ, iisdem fere[d] modis constituũtur, quibus & vsumfructum constitui diximus[e]. Vsus seruitutiũ temporibus fecerni potest[f]: fortè vt quis post horam tertiam vsque in horam decimã eo iure vtatur, vel vt alternis diebus vtatur.

VI. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum.

AD certã partem[g] fundi seruitus tã remitti[h] quàm cõstitui[i] potest.

VII. VLPIANVS libro tertio decimo ad legẽ Iuliã & Papiam.

IVs cloacæ mittendæ* seruitus est[k].

Non potest imponi seruitus prædio, quæ non respicit vtilitatem alterius prædii. Bar.

VIII. PAVLVS libro quintodecimo ad Plautium.

VT* pomum decerpere liceat, & vt spatiari, & vt cœnare in alieno* posimus: seruitus imponi non potest[l].

Pro parte seruitus retinetur, licet ab initio pro parte non constituatur. Bartolus.

Si prædium tuum mihi[m] seruiat: siue ego partis prædij tui dominus esse cœpero[n], siue tu mei, per partes seruitus retinetur: licet ab initio per partes adquiri non poterat[o].

Verba contractus debent ciuiliter intelligi: & qui semel locũ elegit, variare non potest hoc dicit. Vel sic: Ius seruitutis respicit fundum, & qualibet partem eius. Idem in eius vsu abinitio: sed cum per certum locum cœperi, non potest postea variare. Bar.

IX. CELSVS libro quinto Digestorum.

SI cui simplicius[p] vsu via per fundum cuiuspiã cedatur[q] vel relinquatur[r], in infinito, videlicet per quamlibet eius partem ire agere licebit[f], ciuiliter modó. nam quædam in sermone tacite excipiuntur[t]. Non enim per villam ipsam, nec per medias vineas ire agere sinendus est: cum id æquè commodè per alteram partem facere possit minore seruientis fundi detrimento[u]. verum constitit, vt quà primùm viam direxisset, eà demum ire agere deberet: nec amplius mutandæ[x] eius potestatem haberet: sicuti Sabino quoq; videbatur, qui argumẽto

i *Constitui.* s. ab initio.

k IVs cloacæ. *Seruitus* ff. scilicet rustici prædij: vt. j. de seruitu. rusti. prædio. l. ij.

VT pomũ.] CASVS. Si cõcedas mihi seruitutem vt liceat mihi in fundo tuo spatiari, & ibidẽ cœnare &c. quæritur an valeat talis seruitus? Et rñ. q̃ non. [SED PARDIVM.] Fundo meo fundus Titij seruitu. debebat, partem Titij fundi qui seruit. meo debebat, emi vel emisti, cui seruitus debebatur: an retineatur seruitus? Et respõ. quòd sic, licet ab initio per partes adquiri non posit.

Comũ. l. 16. de iurisd. omn. iud. ff. Dur.

*Debet quis posse seruitutes constituendo in alieno prædio. l. hortos. ff. de seruitu. rusti. prædio. l. ij. & ibi Bar. & Doct. & ff. de aqua quot. & æstiu. l. ij. §. ij. & ibi Bar. & Doct. & ff. de aqua plu. arcen. l. ij. §. ij. & ibi Bar. & Doct. & ff. de seruitu. rusti. prædio. l. ij. §. ij. & ibi Bar. & Doct. & ff. de seruitu. l. ij. & ibi Bar. & Doct. & ff. de seruitu. l. ij. & ibi Bar. & Doct. & ff. de seruitu. l

a *Ritu.* relicti, vel conceſsi. Accurſius.
b *Quem.* ſcilicet riuum.
c *Qualibet.* parte fundi.
d *Non liceret.* in aliam partem fundi: ſed dominus poteſt ex cauſa mutare ſine incommodo eius cui debetur ſeruitus: vt. j. de reli. l. ij. §. penul.

Si iter.] CASVS. Si legas mihi vt eá per fundũ tuum, quò iri non poteſt niſi opere facto: an poſſum opus facere vt poſsim ire? Et reſpon. quòd ſic. Viuianus.

e *Licet.* ei cui ſeruitus debetur.
f *Iter facere.* ſic. j. tit. j. l. ſeruitutes. §. ſi domo.

Pro parte.] CASVS. Tria dicit. Primo, quia non poteſt acquiri ſeruitus partim prædio: vt puta medietatem pro indiuiſo: ex hoc autem naſcitur ſecundæ quæſtionis ſolutio, quæ talis eſt: Stipulatus ſum à te ſeruitutem viæ fundo meo: & antequam ſeruitus conſtitueretur, vẽdidi medietatem fundi dominaturi pro indiuiſo: quia primam partem alienaui. ſic corrumpitur ſtipulatio. Tertio dicit quòd teſtator non poteſt partem ſui fundi afficere ſeruitute pro indiuiſo. & ſi in totũ conficiat, quia potuit: & in dimidiã adimat pro indiuiſo: non valet ademptio. Viuianus.

Coniunge. l. ea pars. pro lect. Duar.

g *Pro parte dominii.* prędij dominantis. Acc.
h *Traditur.* puta vt fundus tuus ſeruiat medietati mei prædij pro indiuiſo: hoc fieri non poteſt: vt hic, & j. de ſer. le. l. ſi is qui duas. circa princi. & j. communia prædi. ſi quis duas. §. j. ſed ad certam pro diuiſo ſic: vt. ſ. e. l. ad certam.
i *Partem.* dimidiam pro indiuiſo. ſecus pro diuiſo: quia tunc etiã à principio ſic poteſt conſtitui: vt. ſ. e. l. ad certam. Accurſius.
k *Corrumpit.* loquitur hic in eo caſu cum non erat adhuc in poſſeſsione ſeruitutis: ſed tantum ſtipulatus. aliàs eſſet contra ſupra e. l. vt pomum. §. ſi prædium. nam multa impediũt facienda, quæ non impediunt iam facta: vt hic, & dixi. ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. patre. Accurſius.
l *Non poſſit.* ſcilicet ſic vt in prin. huius legis. & infra de verbo. oblig. pluribus. §. ſi. in prin.
m *Pro parte quoque.* dominij ſcilicet fundi ſeruientis.
n *Via poteſt.* ſcilicet expreſsim: vt infra de adimen. le. l. legata. §. ſi. ſed tacite poteſt: vt ſupra eo. l. vt pomum. § ſi prædium. & differt hic caſus à ſuperiori primo legis: quia hic vetatur conſtitui in parte fundi ſeruientis: ibi in parte eius cui ſeruitur.
o *Non dubito. Per ſeruum.* ſcilicet municipij. ſic & infra de acquiren. poſſeſ. l. ij.

Si tam.] CASVS. Si concedas mihi viam, ita quòd neque vehiculum poſsit ire, nec equus aliquis, iſtud dicitur potius iter: non autem eſt actus nec via. ſed ſi poſſum ducere iumentum per locum illum: tunc erit etiam actus. Viuianus.

p *Quàm via.* nam via plus continet: vt infra de ſer. ruſti. prædi. l. j. & l. via in princi.
q *Actus adquiſitus.* magis quàm via. nam via plus continet: vt infra de ſerui. ruſti. prædi. l. j. & l. via. ſed in vehiculo paria ſunt: vt prædicta l. via. Accurſius.

Seruitutes.] CASVS. An ſeruitutes vſucapiantur? dicit quòd non, duplici ratione: quia incorporales ſunt: & ſicuti nó poſſidentur, ita non vſucapiuntur. Item quia non ſunt continuæ: & ponit exemplum in itinere. Secundo quæritur an poſsim acquirere ſeruitutem itineris per prædium tuum ad ſepulchrum meũ, quod vltra habeo in meo agro? Dicit quòd ſic, & acquiſitam remittere: quia mea priuata eſt, licet ſepulchrum ſit religioſum, &

riui [s] vtebatur, quem [b] primò qualibet [c] ducere licuiſſet: poſtea quàm ductus eſſet, transferre non liceret [d]. quod & in via ſeruandum eſſe verum eſt.

Licet in prædio ſeruiente ædificare vt cõmode quis poſsit vti ſeruitute. Bar.

x. IDEM libro octauodecimo Digeſtorum.

SI iter legatum ſit quà niſi opere facto iri non poſsit, licere [e] fodiẽdo, ſubſtruẽdo, iter facere [f], Proculus ait.

Seruitus non poteſt adquiri pro parte: & actus non perfectus vitiatur ſi deuenitur ad eum caſum à quo non potuit inchoari. Bar.

XI. MODESTINVS libro ſexto Differentiarum.

PRo* parte [g] dominij ſeruitutem adquiri non poſſe, vulgo traditur [h]. Et ideo ſi quis fũdum habens, viam ſtipuletur, & partem [i] fundi ſui poſtea alienet, corrumpit [k] ſtipulationem, in eum caſum deducẽdo, à quo ſtipulatio incipere non poſsit [l].

Pro parte quoque [m] neque legari neque adimi via poteſt [n]: & ſi id factum eſt, neque legatũ neque ademptio valet.

Fundo ciuitatis poteſt adquiri ſeruitus. Bartolus.

A ſic in bonis nullius perſonæ. Item ſi inter meum & tuum prædiũ erat locus publicus: an poſsis tu mihi conſtituere ſeruitu. quòd liceat portare inde aquam per collum? Et reſpon. quòd ſic Viuia.
r *Accedunt.* & ſine eis eſſe nó poſſunt: vt. j. cõmunia prædio. l. j.
ſ *Vſu non capiuntur.* bene ſequitur. nam ſi ſunt incorporales, vt hic, & inſt. de rebus cor. & incor. §. fin. ergo non poſsidentur: vt. j. de acqui. poſſ. l. iij. j. reſpon. & j. de acquiren. re. do. ſeruus. §. incorporales. ergo non vſucapiuntur: vt infra de vſucap. l. ſine poſſeſsione. Sed videntur vſucapi: vt infra de vſucap. ſi aliena. §. j. quæ eſt contra. Sed ibi cum ædificio poſſunt, per ſe non: vt hic. Item videntur poſsideri: & ſic præſcribi: vt infra de iti. actúque pri. l. fin. &. ſ. de peti. here. l. regulariter. & infra communia prædi. l. ij. quæ ſunt contra. Sol. quod dicitur incorporalia poſsideri legib' prædictis, ſubaudi quaſi: nam vere non: vt infra titu. j. ſi ædes. §. fin. in fi. & ſic ſubauditur inſti. de vſufr. §. conſtituitur. Accurſius.

Incorporalia.

t *Ideo.* ſcilicet non vſucapiuntur.
u *Certam.* ſi hæc ſecunda bona eſt ratio, nullum interdictum poſſeſſorium pro ſeruitute dabitur vel vti poſsid. vel de itin. actu. priua. cum poſsidentibus dentur: vt infra eo. l. quotiens. &. j. ſi ſer. vindi. l. ſicuti. §. ſi.

** Seruitutes non poſſunt vſucapi. l. ſequitur. §. vli. de vſuc. non poſſunt eũ poſſidere.*

B XII. IAVOLENVS libro quarto Epiſtularum.

NOn dubito quí fundo municipum per ſeruum [o] rectè ſeruitus adquiratur.

In ſeruitutibus realibus ſi non valet quod ago vt ago, valeat vt valere poteſt. Bar.

XIII. POMPONIVS libro quartodecimo ad Quintum Mucium.

SI tam angusti loci demonſtratione facta via conceſſa fuerit, vt neque vehiculum neque iumentum eà inire poſsit, iter magis quàm via [p] aut actus adquiſitus [q] videbitur. Sed ſi iumentum eà duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur adquiſitus.

Incorporalia quæ non habẽt cauſam continuam, non vſucapiũtur. b. d. vel ſic: Incorporalia non habẽtia cauſam continuam, nõ poſſunt præſcribi. b. d. & ſubtilis eſt. Bar.

XIIII. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

C SEruitutes prædiorum ruſticorum etiam ſi corporibus accedunt [t], incorporales tamen [u] ſunt, & ideo vſu * non capiuntur [ſ]: vel ideo [t] quia tales ſunt ſeruitutes, vt non habeant certam [u] continuámque poſſeſsionem. Nemo enim tam perpe-

Et hic dicit quòd nemo habet certam earum poſſeſsionem: ſed certè hic plus dicit, continuámque. nam poteſt eſſe quòd tempore interdicti quaſi poſsidet, vnde rectè ſibi competit interdictũ: vt infr. de itine. actu. pri. l. j. §. hoc interdictum. Vt tamen plene ſcias quæ ſeruitutes vſucapiantur, vel non: dic quòd ſeruitus aut habet perpetuam cauſam, aut quaſi perpetuam: aut nec perpetuam, nec quaſi perpetuam. Si perpetuam, vt aquæductus: tunc præſcribi poteſt: vt. C. eod. l. ij. Item altius tollendi: vt infra titu. j. ſed ſi iter. in princi. quaſi perpetuam eodem modo: vt ſtillicidium vel ductus aquæ ex cœlo cadentis: vt infra titu. ij. in. l. foramẽ. Et quod dico has præſcribi, intellige. x. annis inter præſentes: vel. xx. inter abſentes: exemplo rerũ immobilium: vt Cod. eo. l. ij. & fortè etiam ſine titu. ſecundum Azo. certè immo ſine fortè: vt infra ſi ſer. vindi. ſi quis diuturno. quod tempus incipit currere ex quo cœpit vti iure ſeruitutis non vi, non clam, non precario: vt infra quemadmo. ſer. amit. l. fin. & infra de iti. D actúque priua. l. j. §. Iulianus. Si autem non habeat perpetuam cauſam, vel quaſi, vt via, & ſimiles: non vſucapiuntur, id eſt non præſcribuntur: vt hic: niſi tanto tempore, cuius non ſit memoria: vt infra de aqua plu. ar. l. j. §. fina. & l. ij. §. antepe. & de ſeruitute tali intelligitur infra de aqua quoti. & æſti. l. hoc iure. §. ductus. Vel ducitur ibi ex flumine publico: & ideo exigitur tantum tempus cuius non extet memoria. Sed quomodo poſt xxx. annos intenditur negatoria, quæ iam ſublata eſt: vt Cod. de præſcrip. xxx. an. l. ſicut? Reſpon. ratione præſentis itionis: vt ſupra de iudi. non aliàs. §. j. Licet autem dixerim ſeruitutes quæ non habent perpetuam cauſam, vel quaſi perpetuam, non præſcribi: tamen poteſt dici, ſecundum Io. quòd ſi quis dicat ſibi cõſtitutam talem ſeruitutem ex titulo nec id probare poſsit per teſtes vel inſtrumenta: & in adminiculum ſuæ intentionis indugat coniecturam quia vſus eſt ſeruitute prædij domino ſciente & non contradicente per. x. vel. xx. annos, præſumatur ſeruitus conſtituta ex cauſa quæ prætenditur præteſsiſſe: vt infra de aqua plu. ar. l. j. in fi. & infra de vſur. l. cum de in rem verſo. econtra qualiter præſcriptione amittantur, dices infra quemad. ſer. amit. ſi ſic.

Incorporalia hic, ac ſine poſſeſsione eaq; continua nulla eſt vſucapio l. 3. C. 25. de vſucap. vilitatis ta meo cauſa receptũ eſt, vt tẽpore & diuturno ſic acquiratur. l. ſi quis diuturno. ſi ſeruit. vind. nã vſus earum, poſſeſsionis loco eſt. l. 15 j. e. & Paul. ph. ſi. de inſtrd. inſtit.

a *Seruientis.* contra videbatur quòd non poſſunt eſſe hæ ſeruitutes niſi inter dominos prædiorum: vt infra communia prædio. l.j. Sed certè licet ſepulchrum ſit nullius, tamen ius ſepeliendi eſt priuatum: cuius cauſa ſeruitus cõſtituitur: vt.j.ſi ſer.vind.l.j.Ac.

b *Interueniente.* inter prædium ſeruiturum & dominaturum.

c *Hauſtus.* id eſt ius aquæ deferédæ ſuper collum, vel ſuper aſinum, non traiiciédæ aquæ per terram: vt ſubiicit. Idem eſt in aliis ſeruitutibus quæ non nocent publico: vt.j.eo.l.ſi.&.j.de aqua plu.arc.ſi prius.§.licet. Item non nocet medius locus publicus, id eſt via ad augmẽtum inſulæ: vt infra de acquir. re.do.l.maritus.

d *A principe.* vel à ſenatu: vt.j.de flumi.l.ij.

e *Incommodo.* maximo: vel dic magno: vt ar.C. de preci.impera. offe. l. quotiens. Accurſius.

f *Impedit.* ergo pl' quãdoque habent religioſa quàm publica: vt ex his duobus. §. §. colligitur: &.j. de aqua plu. ar. ſi prius.§.ſacro. Acc.

g *Quotiens. Hominum.* id eſt perſonales.

h *Nihil agitur.* non valet ſeruitus: quia mea nõ intereſt imponi: vt & hic,&.j.ſi ſer.vindi.l.ſicuti.§.fin. nec aliud pactum tale: vt ſupra de pac.l.pe. ſed videtur cõtra infra eo.l. ei fundo. Solu. ibi in ipſa traditione fuit appoſitum: vt.C. de pac.inter empt.& vé. l.ſi.& ſupra de pac. l. traditionibus. ſecũdũ quoſdam. Tu dic quòd in lege contraria non intererat tunc quando ſeruitus imponebatur: ſed poſtea debebat intereſſe, vel ſperabatur: vt ſupra de vſufruc. ſi infantis. Cæterum ſi nec tunc nec poſtea intereſſet, nõ valet conſtitutio: vt hic.

i *Gratia.* quia tunc intereſt: & ſic valet: vt infra de aqua quoti.& eſti. l.j.§.ſi quis. Acc.

k *Pretia.* No. qui ſeruitutem debet, nõ facit, ſed patitur: vt hic, &.j. de aqua pluuia arcen. l. j. in fin. niſi in caſu quãdo gratia ſeruitutis aliàs conſtitutæ cogaris aliquid facere: vt reſtituere parieté, vel columnã quę onus meũ ſuſtineat: vt.j.tit.j. l. eum debere. &.j.ſi ſer.vind.l.ſicuti.§.j.&.§.diſtant. Accurſius.

l *Et qui. Vtilem petitionem.* id eſt efficacem vindicationem per cõfeſſoriã: vt hic,&.j.de ope.no.nun.l.creditoris. ſed fructuario nõ dat: vt.ã.ſi vſuſtr.pe. vti frui.§.vtrũ. quę eſt cõtra. Sed illud ideo, qa ſeruit' ſeruitutis eſſe nõ poteſt: vt.j.de vſufr.le.l.j.

m *Vtilis petitio.* id eſt efficax hypothecaria.

n *Va. Indiuiſus eſt.* ſecus in vſufr. vt.j.ad.l.Fal.l.j.§.ſi vſufruc.

o *Patum.* & obtinẽt. ſed an vtitur qui primo obtinet? Dic vt no. infra de ver.obli.l.ij.§.ex his.

p *Petitio.* No. inſolidum tranſit: vt hic,& infra de verb.oblig. l.ij.§.pe.& ſi.&.j.fami.ercis.heredes.§.an ea. & ſic trãſit ad aliũ, vt hic,& infra communia prædio.ſi ei cuius.& infra tit.ij.ſi vnus ex ſocijs.§.j.& ſic eſt contra ſupra eo. l. pro parte. Sed illud eſt ideo, quia obligatio ſeruitutis non poteſt tranſire cum quis alienat, niſi cedat: quod ibi eſſe nõ poteſt: quia tradita non erat. ſed ſecus in heredibus, ſecũdum Ioan. nam in omne ius defuncti ſuccedent.

Cõtra. 2. & 4. h.

ipſe no mi. na. Dor.

q *In omnibus..*] Pone caſum prædium teſtatoris ſeruiebat prædio heredis: & fundum ſeruientem teſtator legauit ſub conditione: & ſic medio tempore ſunt ſeruitutes extinctæ, vt infra tit.j.ſi quis ædes. ſed debent reponi: vt hic dicit,& in prædicto. l. ſi quis ædes. & infra de hered.vendi.l.ij.§. fina. & quod ſubiicit, legatario, ſcilicet conditionali. Vel pone econtra prædium heredis ſeruire prædio teſtatoris: & teſtator legauit prædii heredis quod ſeruiebat. Nam non tranſit dominium ſtatim in legatarium: & ideo extinguitur ſeruitus, etiam ſi ita, pure legauerit. & ſic ob. doli exceptio legatario contra legatum vindicanti. Sic poſito caſu non poteſt opponi quòd non videatur confundi ſeruitus, quaſi recta via tranſeat dominium in legatarium: vt infra de fur. à Titio. & infra de pecu. ſed ſi damnum. §. præterea. quia ſecundum primũ caſum pendente conditione dominus eſt: vt infra ad *Sila.* l. j. §. ſerui. ſecundum alium non tranſit, ra ſeruitus cum non fuerit defuncti. Sed in perſonali ſeruitute ſcilicet vſufruc. aliud eſt: quia irreuocabiliter extinguitur: vt infra de leg. ij. is cuius. & l. cum filius. §. domi. nus. & facit infra de le. j. l. legatarius. §. j. Accurſius.

in ſolido

Quia in ſolidum non tranſit.

Nũ quidem dente conditione dominus eſt: vt infra ad Sila. l. j. §. ſerui. ſecundum alium non tranſit, ra ſeruitus cum non fuerit defuncti. Sed in perſonali ſeruitute ſcilicet vſufruc. aliud eſt: quia irreuocabiliter extinguitur: vt infra de leg. ij. is cuius. & l. cum filius. §. domi. nus. & facit infra de le. j. l. legatarius. §. j. Accurſius.

Et fundo.] *CAVS.* Habebam duos fundos: vnum vendidi: cui ſeruitutem inutilem impoſui propter fundum. retẽta valet ſeruitus tã: & bene poſſum talem ſeruitutem recipere. Viuianus.

r *Non vtilis.* ſed contra. ſupra eod. l. quotiens. Solu. vt ibi. Accurſius.

Quotiens.] *CAVS.* Si vendas mihi viam, cauere debes mihi ne me impedias: & quòd patiaris me ire: quia vſus cum patientia habebitur pro traditione. & ſi impedias me vti ſeruitute, potero agere. Viuianus.

f *Emerem.* qua aliquis à te emit.

Traditio

Seruitutes ad ſepulchrum, eſt priuati iuris: & de ea poteſt diſponi vt de ſeruitute priuati. Bartolus.

Seruitus itineris ad ſepulchrum, priuati iuris manet: & ideo remitti domino fundi ſeruientis[a] poteſt: & adquiri etiam poſt religionem ſepulchri hæc ſeruitus* poteſt.

Locus medius impediens commodum ex vno loco peruenire ad aliam, impedit ſeruitutem conſtitui. Bartolus.

Publico loco interueniente[b] vel via publica, hauſtus[c] ſeruitus imponi poteſt, aquæductus nõ poteſt. A principe[d] autẽ peti ſolet, vt per viam publicam aquam ducere ſine incõmodo[e] publico liceat. Sacri & religioſi loci interuentus etiam itineris ſeruitutem impedit[f]: cum ſeruitus per ea loca nulli deberi poteſt.

Non poteſt imponi ſeruitus de eo quod fundi vtilitatem non reſpicit. Bartolus.

XV. POMPONIVS libro trigeſimotertio ad Sabinum.

QVotiens nec hominũ[g] nec prædiorũ ſeruitutes ſunt: quia nihil vicinorũ intereſt, non valet, *veluti ne per fundum tuum eas, aut ibi conſiſtas. Et ideo ſi mihi concedas ius tibi non eſſe fundo tuo vti frui, nihil agitur[h]. Aliter atque ſi cõcedas mihi, ius tibi non eſſe in fundo tuo aquã quærere minuendæ aquæ meæ gratia[i].

valet.

Qui debet ſeruitutem, cogitur pati: non agere. Bartolus.

Seruitutium nõ ea natura eſt, vt aliquid faciat quis, veluti viridia * tollat, aut amœniorem proſpectũ præſtet[k], aut in hoc, vt in ſuo pingat: ſed vt aliquid patiatur, aut non faciat.

viridaria.

Creditori & emphyteuta competit vtilis actio pro ſeruitute. Bartolus.

XVI. IVLIANVS libro quadragenſimonono Digeſtorum.

EI* qui pignori fundum accepit, non eſt iniquũ vtilem petitionem[l] ſeruitutis dari: ſicuti ipſius fundi vtilis petitio[m] dabitur. Idem ſeruari conuenit & in eo ad quem vectigalis fundus pertinet.

Seruitutes ſunt individuæ: & tranſeunt in heredes inſolidum actiuè & paſſiuè. Bar.

XVII. POMPONIVS libro ſingulari Regularum.

VIæ, itineris, actus, aquæductus pars in obligationem deduci nõ poteſt: quia vſus eorum indiuiſus eſt[n]. Et ideo ſi ſtipulator deceſſerit plurib' heredibus relictis, ſinguli ſolidã * viam petunt[o]. Et ſi promiſſor deceſſerit pluribus heredibus relictis, à ſingulis heredibus ſolida petitio[p] eſt.

in ſolidũ

Seruitus confeſſa aditione, debet per legatarium reſtaurari. Bartolus.

XVIII. PAVLVS libro trigeſimoprimo Quæſtionum Papiniani notat.

IN omnibus[q] ſeruitutib' quæ aditionibus confuſæ ſunt, reſponſum eſt doli exceptionem nocituram legatario, ſi non patiatur eas iterum imponi.

Poteſt imponi ſeruitus de eo quod nõ intereſt tunc, ſed ſperatur intereſſe in futurum. Bartolus.

XIX. LABEO libro quarto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

EI fundo quem quis vendat, ſeruitutem imponi, etſi nõ vtilis[r] *ſit, poſſe exiſtimo: veluti ſi aquã alicui debere ducere nõ expediret, nihilo minus cõſtitui ea ſeruitus poſſit. Quædã enim debere habere poſſumus, quãuis ea nobis vtilia non ſunt.

Qui debet ſeruitutem: debet pati aduerſarium vti, quod pro traditione habetur. Bartolus.

XX. IAVOLENVS libro quinto ex poſterioribus Labeonis.

QVotiens via aut aliquod ius fundi emeretur[s], cauendum putat eſſe Labeo, per te non fieri quo minus eo iure vti poſſis: & bene poſſum talem ſeruitutem recipere. Viuianus.

Cõtra.

a *Traditio.* ſed patiẽtia tantum: vt. ff. eo. quotiens. §. fi. Accurſius.
b *Accipiendum eſſe.* vt. ij. titu. j. ſeruitutes. in prin.
c *Veluti poſſeſſoria.* id eſt quaſi poſſeſſoria, per quæ tueamur ſeruitutes: vt ar. infra vti poſ. l. fi. & de aqua plu. ar. l. fi. Sed quę ſunt hæc? Reſpon. directũ & vtile de iti. actu. pri. vt infra de iti. actu. pri. l. j. & l. inde. §. idem Iul. & infra ſi ſer. vindi. l. ij. §. Pomp. Item datur interdictum vti poſſ. vt infra ſi ſer. vin. ſicuti. §. Ariſto. ibi, ſed interdictum &c. quia & inter fructuarios & vſuarios datur: vt infra vti poſ. l. fin. Item inter corriuales: vt infra de aqua quoti. & æſti. l. j. §. inter corriuales.

d *Si intercedat.* inter prædium ſeruitutium & dominaturum. & quidam habent hic rubricam de ſeruitutibus vrbanorum prædiorũ.

e *Neque itineris.* ſed ſecus ſi ſolum priuatum eſt in medio: vt infra de ſeruit. & ſic ſer. ruſti. prędio. qui ſella. §. fi. quæ eſt contra. & facit. ff. e. ſeruitutes. §. publico.

f *Quia cœlum.* No. cuius eſt ſolum, eius debet eſſe vſque ad cœlum: vt hic, &. j. quod vi aut clã. l. fi. §. pen.

g *Quę* ſcilicet ædes.

h *Tecum nullo modo.* No. de ſeruitute contra dominum tantùm agi: vt hic, &. j. ſi ſer. vindi. l. ſi forte. §. hęc autem actio. vt ar. j. de aqua plu. arc. apud. §. fin. & hoc ideo, quia fructuari nó prohibebat. aliàs vtili etiam ſecum agitur: vt. j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. hn. & argu. ſupra ſi vſusfruc. peta. l. vtifrui. §. vtrum. Accurſius.

*Hic caput initiũ facit totali ſequẽti Pader. Flaren. ita ꝛ, Vrbanorũ, ſit ſecundũ. Eſt &c. *Vulg. prohibendi.* *Non enim hoc ſolo ſit aduerſus ſeruitutẽ luminũ, ſed quoq; modo quid fiat ad luminis impedimentũ. l. 15. j.* *Correctum erat, nõ ſolũ eũ qui contradicit, ſed &cum &c. ab iis qui ignoũt ſæpe ita loqui iuriſconſultos, vt inter conſentire non poſſunt, ligatur. L. R.* *a vt deſiſtat à turbatione: tum autẽ ad declarationem ſeruitu. Pau.* *vrbanũ prędiũ quid ſit.*

DE SERVITVTIBVS VRBANORVM PRÆDIORVM.

Dixit in præcedentibus de ſeruitutibus in genere: nunc incipit dicere de ipſis in ſpecie. Accurſius.

i *Vrbanorum prædiorum.* Prædiũ vrbanũ dicitur eſſe omne ædificium vbicunque poſitũ: vt. j. cõmunia prædio. l. j.

k *Tollẽdi.* vel ambo pro vno, vel dic pro diuerſis poni. & ſecundum hoc tollendi, vt proſpectui officiatur.

l *Et officiendi.* Quare ſeruitutes vrbanæ ponuntur in affirmatiua & negatiua, vt hic: & ita altius tollendi dicitur ſeruitus, cum magis ſit libertas: vt. j. eo. l. cuius. ſed ſeruitutes ruſticæ tantum in affirmatiua: vt iter, actus, & ſimiles: vt. j. tit. j. l. j. Reſpon. ſecundũ Io. ideo quia vrbicę non admittuntur niſi quis libertatem vſucapiat. ſicut enim in ſeruitute quærenda eſt neceſſarium factum vtẽtis, & bona fides: vt. j. quemad. ſer. amit. l. ſeruitute. ita in libertate præſcribenda: vt. j. eo. l. hoc autem. Et huius ſimilitudinis ratione libertas ſeruitus appellatur, & hoc illa ratione, quia videtur ſeruire ille qui hucuſq; habuit ſeruitutem, eo ipſo q̃ amittit. Sed hæc ſecũda ſol. non ſufficit: quia idem eſt in ruſtico. Et ſecũdum hoc nó eſt verè ſeruitus altius tollendi: maximè cũ hoc non inuenimus in ruſticis. ſ. non licere ire agere eſſe ſeruitutem. Vel dic planius: quia hic dicit q̃ ſit ſeruitus alti⁹ tollẽdi, & ſtillicidiũ nó auertẽdi: ſed iura. ſ. libertatis: vt. j. e. l. cum eo. & l. cuius. prout ergo refertur ad ſeruitutes, proprie ponitur iura: vt inſti. de reb⁹ cor. & incor. §. fi. prout ad libertates, dicitur ius libertatis. ſic verbũ ſemel poſitũ, ꝓprie & improprie ponitur: vt. ff. de offi. procõ. & le. l. ij. Vel tertio dic q̃ altius tollẽdi, & officiendi luminibus, ſeu ſeruitus: quia licet noceat lumini, tamen in aliis expedit mihi: vt quia plures homines veniebant ad me, & faciebã expenſas plures. Item de ſtillicidio non auertendo poteſt poni exemplum in ciſterna cum ex tuo tecto repleri debet, & modo vis auertere. licet quidam dicant quòd improprie idem dicunt & in ruſticis.

m *Aream.* argu. quòd ſeruitus denominatur à prędio cui debetur. nam area ruſticũ prędiũ eſt. *Seruitus, à prędio cui debetur, denominatur.*

n *Vicini.* hæc eſt vera ſeruitus.

Vminum.] C A S V S. Facit hæc. l. differentiam inter has duas ſeruitutes, promittis mihi dare lumina: & promittis non nocere luminibus meis? Nam primo caſu ſatis eſt ſi quoquo modo per feneſtrã tuæ domus, vel alio modo das mihi lumen ſufficiens. Secundo, nil debes facere quo minus habeam totum lumen quod ex cœlo habere poſſum.

o *Excipiat.* ſ. quoquo modo, id eſt vt differat à caſu ſequenti. Et dic excipiat, id eſt recipiat: ſic vt ad nos poſsit venire etiam per foramina, vel quocunque modo. & ita minus eſt dare ſeruitutem luminum, & plus non nocere luminibus. Accurſius.

p *Inuitis.* ſimile, infra de aqua plu. ar. in concedendo.

Nuitum.] C A S V S. Dicitur hic, quòd ſi habeo ſeruituté per domum alicuius, eo neſciente & nolente mihi conſtituere ſeruitutem: ille dicitur inuitus, niſi expreſſe conſentiat. Secundo apparet ex his quòd furioſi & infantes conſentire non poſſunt, nec ſeruitutem concedere: vt dictum eſt.

q *Inuitum.* in aliquo forte edicto continebatur, vel. l. xij. tabu. quòd nemo conſtituat ſeruitutem inuitus.

r *In ſeruitutibus.* cõſtituendis. Nam licet vadã per prædiũ tuum, vel aquam proiiciam in tuo te ſciente: non ſtatim eſt ſeruitus, niſi præſcribam. Vel econtra, ſcilicet amittendis. nam licet altius tollas me ſciente, non ſtatim eſt libera. & ad hoc accedit lex ſequẽs: ſed ad primum lex præcedens.

ſ *Contradicit.* ſ. tantũ. Et ſic no. quis dicitur inuitus eo ipſo quòd non conſenſit expreſsim. quod dic vt. ff. de pecu. l. filius. §. inuitus.

t *Ad factum.* i. conſenſum ſuũ, qualemqualẽ interponãt: ſed verum exigimus hic conſenſum, qui in eis non eſt: & factum vocat conditionem: ius verò ſeruitutis ipſum conſenſum, quo ſeruitus conſtituitur. q d. ſi non conſenſerit expreſsim, videtur inuitus.

u *Hæc verba.* id eſt hoc verbum inuitus. & ſic plurale pro ſingulari. ſic. ff. de peti. hered. l. diuus. §. fi. Accurſius.

Hæc autẽ iura.] C A S V S. Primo ponit regulã, q̃p tam vrbanę ruſticę ſeruitutes nó vtẽdo amittuntur. Secundo q̃p plus eſt neceſſe in amiſsiõe vrbanę, q̃ ruſticę: quia í ruſtica ſufficit me nó vti: in vrbana autẽ, & me nó vti, & te poſsidẽte vti libertate. Et de hoc ponit duo exẽpla. Primũ, quia ſi debes mihi ſeruitutẽ ne ædes tuas alti⁹ tollas, ne luminib⁹ meis noceas: licet ego feneſtras meas à parte dom⁹ tuę obſtructas habeo per longũ tẽpus, & ſic nó ſum vſus ſeruitute: tamẽ non amitto ſeruituté, niſi tu ædes quę mihi ſeruituté debẽt, altius eleuaueris. Secundo ponit exemplũ vt in textu ibi: ité ſi tigni. & clarũ eſt. & bene dicit, altius exaltatũ habueris in tuo. nam ſecus ſi arborem poſuiſti tãtum: nam nó ideo videris vti libertate propter motum naturalem arboris.

a *Non vtendo pereunt.* ſcilicet vrbicæ ſeruitutes.

b *Ne luminibus.* poteſt dici quòd exemplificat de vna ſeruitute, reddendo cauſam quare ſit conſtituta. nam cui debetur ſeruitus ne luminibus officiatur, ei debetur ne alius tollatur: vt ſupra eo. l. luminum. §. cum autem.

a. Hæc ratio non eſt bona: quoniã in ſeruitutibus vrbanis ſumptus etiam in ſolo præcedit: quod in ruſticis aliquã do requiritur.

c *Tuus.* Ratio[a] diuerſitatis eſt, quia in vſu ſeruitutis vrbanæ ſumptus fit quòd in præſcribenda libertate neceſſariũ eſt factum vtentis: vt hic, & ſi iter. ſ. ti. t. & me in ſeruitute aquæ ductus. ſed alia ratio eſt quia ſi quædam ſoramina haberentur, quæ poſtea obſtructa. i. claudebantur, non ſtarent in ſuo ſtatu, & ſic deberetur ſeruitus de nouo. Videtur fauore libertatis in totum amitti: vt arguit infra de re iudi. inter pares. Alia ratione vitatur. Bar. quòd pro parte obſtructa: vt eadem ſit ratio totius ad partem: vt infra de vſur. qui ſcit. j. reſpon. Tu dicas in nihilum amitti: vt ar. infra de ſer. ruſti. prædi. l. vna eſt via. &. C. de agri. & cenſi. l. cum ſcimus. §. fina.

d *Habuerit.* Et ſic nota ſ. ſi ſoramina ſint obſtructa, quædam non? Videtur fauore libertatis in totum amitti: vt arguit infra de re iudi. inter pares. Alia ratione vitatur. Bar. quòd pro parte obſtructa: vt eadem ſit ratio totius ad partem: vt infra de vſur. qui ſcit. j. reſpon. Tu dicas in nihilum amitti: vt ar. infra de ſer. ruſti. prædi. l. vna eſt via. &. C. de agri. & cenſi. l. cum ſcimus. §. fina.

Libertas ſeruitutis vrbanæ non præſcribitur, ſi dominus prædii dominanti ſolummodo non vtatur: ſed requiritur factũ præſcribentis, ſcilicet quòd domus altius eleuetur, vel feneſtra obturentur. Bar.

V. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.

HAec autem iura, ſimiliter vt ruſticorum quoq; prædiorum, certo tempore non vtendo pereunt[a]: niſi quòd hæc diſſimilitudo eſt, quòd nõ omnimodo pereunt non vtendo: ſed ita, ſi vicinus ſimul libertatem vſucapiat: veluti ſi ædes tuę ædibus meis ſeruiant ne altius tollantur, ne luminibus[b] meatũ ædium officiatur, & ego per ſtatutum tempus feneſtras meas perfixas habuero, vel obſtruxero: ita demum ius meum amitto, ſi tu per hoc tempus ædes tuas[c] altius ſublatas habueris[d]. alioquin ſi nihil noui feceris, retineo ſeruitutem. Item ſi tigni immiſſi ędes tuę ſeruitutem debent, & ego exemero tignum, ita demum amitto ius meum, ſi tu foramen vnde exemptum eſt tignũ, obturaueris[e], & per conſtitutum tempus ita habueris. alioquin ſi nihil noui feceris, integrum ius ſuum permanet.

Licet arbor alterius excellatur, non præſcribitur libertas contra ſeruitutem altius non tollendi. Bartolus.

VI. POMPONIVS libro vicenſimoſexto ad Quintum Mucium.

QVod autẽ[f] * ædificio meo ne poſſe conſequi vt libertatem vſucapere dicitur[g], idem me non conſecuturum, ſi arborem eodem loco ſitam habuiſſem, Mucius ait: & rectè[h]: quia non ita in ſuo ſtatu & loco maneret arbor, quemadmodum paries, propter motum naturalem[i] arboris.

Vnus ex ſocijs non poteſt communem parietem deſtruere cauſa reſpiciendi. Bar.

VII. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.

PArietem.] CASVS. Si communis paries eſt inter me & te: vt puta inter domum tuam & meã eſt paries cõmunis, qui vtranque domũ ſeparat: ſi vis eũ deſtruere vel reficere, non potes. Vi.

k *Naturali.* id eſt iure naturali, quod ius gentium appellatur: vt inſti. de rerum diui. §. ſingulorum.

l *Communis eſt.* Sed contra. j. communi diui. ſi ædes. Sol. vt ibi.

m *Reficiendi ius.* ſeruitutis. Accurſius.

CVm eo.] CASVS. Si habeo domum, poſſum eam exaltare vſque ad cœlum, ſi non debeo alij ſeruitutem. Viuianus.

n *Actio.* vt. j. eo. l. cuius. &. C. e. altius. Sed cõtra. C. eo. l. fi. Solu. ſpeciale ibi in area propter fructus. Itẽ cõtra. j. l. proxi. in fi. Solu. ibi ſpeciale in herede: quia ipſe cõceſſiſſe videtur alterum, ne faciat inutilem conceſſionem: niſi forte ſit inter viuos, ſi alterã vẽdo, fauore vltimæ voluntatis. Accurſius.

GAurus.] CASVS. Habeo domos duas: vnam tibi lego. primo quæritur, an heres meus poſſit exaltare retentã, vt auferat lumen legatæ. Secũdo, ſi heres ſuam velit exaltare, an poſſis prohibere. Tertio, an per retentam debeat heres præſtare viam ad legatam, quia lumen non habeat: quæritur. Videtur cum legatur vſusfruct. quia ſit dandũ ei. Ad primam reſpõ. quòd poteſt heres exaltare retẽtam: & auferre lumina legatæ. Item ſi vni leget vſumfr. alteri proprietatẽ: poteſt altera exaltari in præiudicium alterius luminis. duo tamen videbantur obſtare dictæ ſolutioni. Primum vſufruc. legato datur iter. Item hauſtus aquæ relicto iter datur: à ſimili hic domo legata lumen debetur. Hoc nõ obſtat: quia vſusfru. ſine itinere nil valet: ſed domus ſine lumine valet: dum tamen aliquid lumi nis relinquatur.

a. Hæc ratio non eſt bona: quoniã in ſeruitutibus vrbanæ ſumptus etiam in ſolo præcedit: quod in ruſticis aliquã do requiritur.

Libertas ſeruitutis vrbanæ non præſcribitur, ſi dominus prædii dominanti ſolummodo non vtatur: ſed requiritur factũ præſcribentis, ſcilicet quòd domus altius eleuetur, vel feneſtra obturentur. Bar.

Vnus ex ſocijs non poteſt communem parietem deſtruere cauſa reſpiciendi. Bar.

Paeſt quis obſcurare domum vicini, ſi ſeruitus conſtituta non fuerit. Bar.

VIII. VLPIANVS libro quinquagẽſimotertio ad Edictum.

CVm eo qui tollendo obſcurat vicini ædes quibus non ſeruiat, nulla † competit actio[a].

Primo ponit quatuor quæſtiones. Secundo reſpondet ad primam. Tertio reſponſionem extendit ad extraneam quæſtionem.

Quarto rationem dat ex ea præſumptam materiam: ex quo colligitur ſolu. quarta quæſtionis. Quinto reſponſionem facit ad primã limitat & declarat. ſecunda ibi, Marcellus reſpondit ibi, Idem dicẽdum. quarta ibi, Non autem. quinta ibi, Sed ita. Et breuiter hoc intendit: Hæres non poteſt in domo quæ ſibi remanet, ædificare ita quod vſus adium legatarum taliter perimatur. ſecus ſi aliter incommode. Bartolus.

IX. MARCELLVS libro quarto Digeſtorum.

GAurus Marcello. Binas[o] ædes habeo: alteras tibi lego. heres ædes alteras altius tollit, & luminibus tuis officit. quid[p] * cum illo agere potes? & an intereſſe putes, ſuas ædes altius tollat[q], an hereditarias? Et de illo quæro, an per alienas ædes acceſſum heres ad eam rem quæ legatur, præſtare debet: ſicut ſolet quæri[r] cum vſusfructus loci legatus eſt, ad quem locum accedi niſi per alienum non poteſt. Marcellus[r] reſpondit: Qui binas ædes habebat: ſi alteras legauit, non dubium eſt quin heres alias poſſit altius tollendo obſcurare lumina legatarum ædium[t]. Idem dicendum eſt ſi alteri ædes, alteri aliarum vſumfructum legauerit[u]. Non autẽ[x] ſemper ſimile eſt itineris argumẽtum[y]: quia ſine acceſſu nullum eſt fructus legatum: habitare autem poteſt & ædibus fundũ. §. in lege. &. ſ. ſi vſusfr. pe. l. j. §. vſusfr. & eſt ratio diuerſitatis, vt dixi. ſ. d. vſufr. ſed ſi quid. §. proprietatis. in ſolu. contrarij ibi ſignati. *ADDITIO.* Dic q̃ iſta ratio nõ obſtat: qa procedit in contractibus & non in vltimis voluntatibus, ſecundum Bar.

Et vice alteri: poteſt altera exaltari in præiudicium alterius luminis. duo tamen videbantur obſtare dictæ ſolutioni. Primum vſufruc. legato datur iter. Item hauſtus aquæ relicto iter datur: à ſimili hic domo legata lumen debetur. Hoc nõ obſtat: quia vſusfru. ſine itinere nil valet: ſed domus ſine lumine valet: dum tamen aliquid lumi nis relinquatur.

Licet arbor alterius excellatur, non præſcribitur libertas contra ſeruitutem altius non tollendi. Bartolus.

Locus arbor altius excellatur, non præſcribitur libertas contra ſeruitutem altius non tollendi. Bartolus.

Paeſt quis obſcurare domum vicini, ſi ſeruitus conſtituta non fuerit. Bar.

Licet arbor alterius excellatur, non præſcribitur libertas contra ſeruitutem altius non tollendi. Bartolus.

*Vnus ex ſocijs non poteſt communem parietem deſtruere cauſa reſpiciendi. Bar

obſcuratis. [a] Cęterũ [b] vſufructu loci legato, etiam acceſſus [c] dãdus eſt: quia & hauſtu relicto, iter quoque ad hauriẽdum præſtaretur. [d] Sed ita [e] officere luminibus, & obſcurare legatas ædes conceditur, vt non penitus lumen recludatur, ſed tantum relinquatur, quãtum ſufficit habitantibus in vſus diurni moderatione. [f]

Non poteſt quis ædificare contra formam ſtatutam ne luminibus vicini officiat. Bar.

XX. VLPIANVS libro primo de Officio Conſulis.

QVi luminibus vicinorum officere, aliúdve quid facere contrà commodum eorum vellet: ſciet ſe formam ac ſtatum [g] antiquorum ædificiorum cuſtodire debere.

Si dubium eſt de menſura, recurritur ad arbitrum. Bartolus.

Si inter [h] te & vicinum tuum non conuenit ad quam altitudinem extolli ædificia quæ facere inſtituiſti oporteat, arbitrũ* accipere poteritis.

Plantatio arborum non eſt contra ſeruitutem altius non tollendi, ſed eſt contra ſeruitutem ne officiatur proſpectui. Bartolus.

XXI. IAVOLENVS libro decimo ex Caſſio.

AEdificia quæ ſeruitutem patiuntur [i] ne quid altius tollatur, viridia * ſupra eam altitudinem habere poſſunt. [k] at ſi de proſpectu eſt, eaque obſtatura ſunt, non poſſunt. [l]

Non licet ſupra vel iuxta parietem communem aliquid facere, propter quod deterior aretur paries. Bartolus.

XXII. PROCVLVS libro ſecundo Epiſtularum.

QVidam Hiberus nomine, qui habet poſt horrea mea inſulã, [m] balneária [n] ſecit ſecundum parietem communem. Non licet [o] autem tubulos habere admotos [p] ad parietem [q] cõmunem: ſicuti ne parietem quidem ſuum per parietem communem. De tubulis eo ampli⁹ hoc iuris [r] eſt, quòd per eos flamma torretur [s] paries. Qua de re* volo [t] cũ Hibero loquaris, ne rẽ illicitam faciat. Proculus reſpõdit: [u] Nec Hiberum pro ea re dubitare puto, quòd rem nõ permiſſam faciat tubulos ſecundum communem parietem [x] extruendo.

Parietem communem licet incruſtare & pingere: non tamen ex hoc tempore demolitionis plus æſtimabitur. Bartolus.

Parietem communem incruſtare licet ſecundum Capitonis ſententiam: ſicut licet mihi pretioſiſsimas picturas habere in pariete communi. Cęterũ ſi demolitus ſit vicinus, [y] & ex ſtipulatu actione dãni ſecti agatur, [z] nõ pluris quàm vulgaria [a] tectoria [b] æſtimari debent. quod obſeruari & ĩ cruſtatiõe oportet.

Quis poſſit in ſuo libere ædificare, ſi ſeruitus non impediat, & lex ſeruetur. Bar.

XXIII. PAPIRIVS Iuſtus libro primo de Conſtitutionibus.

IMperatores Antonin' & Verus * Auguſti reſcripſerunt in ea area quę nulli ſeruitutem debet, poſſe [c] dominum vel alium voluntate eius ædificare intermiſſo legitimo ſpatio à vicina [d] inſula.

propter damnũ in rebus aliis futurum: & túc aut vnus ædificat: & tunc cauetur, vt hic &. j. de dam. infec. l. inter quos. &. l. in cõmuni. &. l. ſeq. Aut ambo focij: & túc aut ambo vltra modũ, aut vnus tãtũ. Primo caſu nõ cõmittitur cautio, etiã iterpoſita: vt. j. de dãno infec. l. ex dãno. §. quotiés. In ſecũdo ſic: vt in prędicto titu. l, inter quos. Aut nullus vltra modũ: & túc nõ cauetur. ſed ſi cautũ fuerit, cõmittitur: vt in eo. titu. l. damni. §. cum parietem. & hoc etiã caſu poteſt hic loqui. Vel dic ſecũdo, vicinus non ſocius qui cauet vicinis quibuſlibet, non ſociis tantum. & cum commiſſa eſt ſtipulatio, agit qui pinxit, non ad æſtimationẽ picturarũ. ad quod infra de damno infec. l. ex damni. §. fin. & ſecundum hunc modũ non habent locum glo. hic poſitæ.

a *Obſcuratis.* vt ſupra de vſufru. ſi is qui binas.
b *Cæterum.* id eſt certè.
c *Acceſſus.* id eſt iter, ſicut in vita teſtatoris forma ſeruabatur vt infra de vſufruc. leg. l. damnas. §. j.
d *Præſtaretur.* vt infra tit. j. l. iij. §. qui habet.
e *Sed ita.* redit ad primum.
f *Moderatione.* vt neque nimium, neque valde parum: ſed congruenter & moderato modo ad ſufficientiam tantum habeant, inſpecta etiam legatarii dignitate: vt. ſ. de vſu & ha. l. plenum. § præter. ſicut in ſeruo in genere legato, qui mediocris dãdus eſt: vt infra de lega. j. legato generaliter. Sed nonne videtur, quòd in totũ poteſt obſcurare: vt ſupra l. proxi? Sol. vt ibi. Accurſius.

Qui à cõde dabatur l. vlt. de ædi. & l. ab diuerſis. cundi. & cmunſ.

Vulg. vidaria.

QVi luminibus.] CASVS. Volebas domum tuam tollere: potes quidem tuam, dummodo ſerues antiquum ſtatum & formam.

g *Formam, ac ſtatum.* poteſt poni in ea ciuitate, quæ habet ſtatutum, vt vltra certum modum ędificia non extollantur: vt Florentia: vt. C. de ædifi. pri. l. j. Alij ponunt in ea ſeruitute, quæ eſt acquiſita ex tẽpore, cuius non extat memoria: vt infra de aqua plu. arcen. l. j. in fin. &. l. ij. in prin. &. C. eo. ſi manifeſte. Sed nonne ſeruitus altius non tollendi, habet perpetuam cauſam? Certe ſic. ergo. x. an. præſcribitur: vt dixi ſupra titu. j. ſeruitutes. Et ſic hæc poſitio non valet: decennium tamen incipit currere ab eo tempore, quo vicinus cœpit ædificare, & tu prohibuiſti iure huius ſeruitutis, non prius: vt infra quemadmod. ſer. amit. l. fin. Vel dic tertio formam ac ſtatum, id eſt formalem ſtatum qui eſt ſeruitus: quia ante diruptionem ſeruitutem debebat: alioquin. ſi per mille milia annorum in areola mea quæ iuxta tuum palatium fuit, non ædificaui: non tamen poſſum prohiberi: vt. C. eo. altius. & ſupra eo. l. cum eo.

h *Si inter.* Pone caſum vt infra eo. l. ſi domus.

AEdificia.] CASVS Plana eſt, quia facit differentiam inter ſeruitutem altius non tollendi, & ſeruitutem proſpectus.

i *Patiuntur.* ſcilicet hanc ne quid &c.
k *Poſſunt.* quia cum dicitur ne quid altius tollatur, de ędificio dictum videtur: vt ſupra eo. quod autem.
l *Non poſſunt.* extolli etiam viridaria.

QVidam.] CASVS. Iuxta parietem nobis communem balneárias ſtuphas conſtruxiſti: ex quarũ vapore paries communis incendebatur. nõ debes hoc facere, ſicut nec facere etiam poſſes, ſi velles ſupra illum parietem communem ædificare, vel ponere tuum parietem: & ſi facias, conueniam te inde: ante tamen loqui debeo. [PARIETEM.] Habeo parietem communem: illum pingere bene potero. Secundo, ſi vis deſtruere, & melius reficere, & caues mihi de damno infecto, damnum parietis & rerum amiſſarum veniet in ſtipulatione: nõ autem preciositas parietis per picturam, vel incruſtationem.

m *Inſulam.* ſcilicet diſtinctam ab horreis meis communi meo & ſuo pariete.
n *Balneária.* aliàs balneariam fecit, hoc eſt, balneum omnibus habuit patulum. Budæus.
o *Non licet.* nunc incipit reſpondere in perſona Proculi.
p *Admotos.* id eſt adiunctos. Et ſunt tubuli vaſa quædam lapidea inhærentia parieti: per quæ ignis tranſit ad ſuperiora, vel in balneũ immittitur.
q *Ad parietem.* aliàs, ad parietem: aliàs, per parietem. id eſt ſupra parietem: vt infra eo. titu. ſed ſi inter me. in fin. & infra eo. l. fiſtulam. §. iuxta, Vel dic id eſt nimis prope: quia intra duos pedes, vel vnum: vt infra fini. re. l. fi.
r *Iuris.* ſcilicet q eis habere non licet.
s *Torretur.* id eſt incenditur.
t *Volo.* dixit Proculus.
u *Reſpondit.* id eſt dixit prædicta.
x *Secundum parietem cõmunem.* id eſt iuxta. ſecus autem in ſcalis: vt infra eo. fiſtulam. §. fin. Et no. ex hac. l. magnam humilitatem iuriſcon. vbi dicit, qua de re volo &c. ſic. C. de fer. l. ſi. Accur.
y *Demolitus ſit vicinus.* ſcilicet communem parietem. Et ideo cauit mihi de damno infec. quia in rebus meis propriis damnum timeba, & domibus meis propriis pictis. nam propter damnum, quod contingeret vel daretur in pariete communi, vel domo cõmuni culpa ſocij, agitur communi diui. & ideo non poteſt agi ex ſtipulatione: vt infra de damno infec. ſi ædibus. &. l. gendum ſuę in parietis. Et vt plene videas, no. quia aut timetur dãnum de communi pariete, & tunc nõ cauetur: vt. d. l. ſi ædibus. Aut

* *Verba ſunt eiusqui Proculi per epiſtolã conſulit. Itaque valde falluntur qui verba Proculi eſſe putant, atque inde cõſequi aiunt non poſſe actione aduerſus alium intendi niſi præcedente admonitione ac denunciatione: quod paruidiculum eſt. Duar. 2. diſp. ca. 8.*

* *Verus ad Seuerus leno quá traſtat Ateo. Aug. li. ſingulari ad Modeſtinum.*

z *Agatur.* hoc ita ſi culpa reficientium, non ſuo vitio [a] corruit, aliàs contra: vt infra de damno infec. l. nam & ſi nõ ſit. licet aliàs in ædificium communis parietis tale damnum in hac ſtipulatione veniat: vt infra de damno infec. l. fluminum. §. præterea.

[a] *Natura li. Aug.*

a *Vulgaria.* id eſt quæ vulgo habentur ſine incruſtatione, vel pictura: vt infra de damno infec. l. ex damni. j. reſpon. hoc in propriis meis rebus, non ipſo pariete: vt modo dixi.
b *Tectoria.* non picturas. Accurſius.
c *Imperatores. Poſſe.* cõtra. C. e. l. ſi. §. ſi. Sol. ibi ſpeciale ꝓpter aream.
d *A vicina.* vt ſi eſt publica, ad. xv. pedes. ſi priuata, ad. x. pedes

vt.C.de ædi.priuat.l.ſi cui.&.l.mœniana. Aliàs autem nouum opus nuntiabitur:vt infra de ope.no.nun.l.j.§. nuntiatio. Accurſius.

Ponit differẽtiam inter ſeruitutes ne proſpectus officiatur:& ne luminibus officiatur. Et legitur glo.duobus modis:Vno modo, ne officiatur proſpectui ſimpliciter. & iſta mihi plus placet. Bar.

XIIII. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Sabinum.

INter ſeruitutes ne luminibus officiatur,& ne proſpectui offendatur, aliud & aliud obſeruatur:quòd [a] in proſpectu plus quis habet, [b] ne quid ei officiatur ad gratiorem proſpectum & liberum: in luminibus [c] autem non officere,ne lumina cuiuſquã obſcuriora fiãt. Quodcunque igitur faciat ad luminis impedimẽtum, [d] prohiberi poteſt,ſi ſeruitus debeatur. [e] opuſque ei nouum nũtiari [f] poteſt, ſi modò ſic faciat vt lumini noceat.

XV. PAVLVS libro ſecũdo Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

LVmẽ, id eſt [g] vt cœlum videreꝰ. Et intereſt inter lumen & proſpectum. nam proſpectus etiam ex inferioribus [h] locis eſt:lumen ex inferiori loco eſſe non poteſt.

Arbor quæ impedit videri cœlum,contra ſeruitutem luminis habetur:ſecus ſi impediat venire ſolem,niſi modum impediat. depreſſio autem ædificii vel arboris,regulariter non eſt contra ſeruitutem luminum. Bartolus.

XVI. VLPIANVS libro vicẽſimonono ad Sabinum.

SI arborem ponat vt lumini officiat: æquè dicendum erit, contra impoſitam ſeruitutem eum facere. [i] nam & arbor efficit quo minus cœli videri poſsit. Si tamen id quod ponitur,lumen quidem nihil impediat,ſolem autem auferat:ſi quidem eo loci quo gratum erat eum non eſſe,poteſt dici nihil [k] contra ſeruitutem facere. Sin vero heliocamino, [l] vel ſolario, [†] dicendum erit, quia vmbram facit in loco cui ſol fuit neceſſarius, [†] contra ſeruitutem impoſitam fieri. Per contrarium ſi deponat ædificium,vel arboris ramos, quo facto locus opacus quondam cœpit ſolis eſſe plenus, non facit contra ſeruitutem.hanc enim debuit, ne luminibus officiat: nunc non luminibus officit, ſed pl' æquo [m] lumen facit. Interdum dici poteſt,eum quoque qui tollit [n] ædificium vel deprimit, [o] luminibus officere, ſi forte κατ' ἀντανάκλασιν, [*] vel preſſura [p] quadam lumen in eas ædes deuoluatur.

Pactio obſcura interpretatur contra proferentem. Bartolus.

Hæc lex [q] traditionis, *Stillicidia vti nunc ſunt, vt ita ſint*:hoc ſignificat, impoſitam vicinis neceſsitatem ſtillicidiorum excipiendorum:non illud, vt etiam emptor ſtillicidia ſuſcipiat ædificiorum vicinorum. Hoc igitur pollicetur [r] venditor, ſibi quidem ſtillicidiorum ſeruitute luminis,vt cœlum &c. Et quandoque ſufficit ſi ſine ſole videat:quandoque ſol ex neceſsitate præſtatur:vt infra eo.l.ſi arborem.j.reſpon.

Pauper quandoque plus habet, quã diues.

h *Inferioribus locis.* inferiora loca vocat omnia ædificia quæ inferiora ſunt cœlo: quæ non præueniunt oculos in videndo cœlum: ſiue deſuper, ſiue ex latere: & ideo ſi per feneſtras, vel per quem alium modum proſpicias, cum cœlum non videas, non diceris habere lumen: licet omnis diei claritas ex ſole, & per hoc ex cœlo proueniat.poteſt tamen dici, te habere proſpectum. quicunque enim habet lumen,habet proſpectum: ſed non econtra. Magis autem videntur,vt excedẽtia, & exceſſa: cum lumini nihil debeat opponi,ſed proſpectui ſic: dummodo poſsit proſpici:& econtra proſpectus deſuper, & infra: ſed lumen tantum ex cœlo.

Nouũ opus nũtiari, an poſsit pro ſeruitute.

SI arborem.]CASVS. Quatuor dicit vſque ad.§. hæc lex. Vendidi tibi domum:& dixi, vt ſtillicidia, vel ſeruitutes ſtillicidiorum tibi neceſſariæ nunc ſunt, ita remaneant: nec aperui, verum deberet domus vendita,vel debetur ei. Et dic, interpretandum pactum contra venditorem, vt domui venditæ debeatur ſeruitus:non vero ipſa debeat.idem de aliis ſeruitutibus, ſecũdum Placen. Viuianus.

i *Facere.* hoc quando debetur ſeruitus ne luminibus officiatur. Secus ſi altius non tollendi tantum ſit ſeruitus: quia tunc arborem habere poteſt:vt.ff.eo.l.ædificia.&.l.quod autẽ.

k *Poteſt dici nihil.* caute dicit nihil:quia ſufficiens remanet: impedit tamen,quia facit vmbram:vt ſtatim dicit. Vnde diſtingue:nocet,vt ibi:vel non,vt hic.

l *Heliocamino.* Helios Græcè, Latinè dicitur ſol. & eſt locus in quo paterfa.moratur ad ſolem. [a] Vide Alcia.lib.12.Parerg.ca.1.

m *Æquo.* quod plus eſt: vt infra de in litem iurando. l.antepe. & infra de verbo.obl.l. vbi autem.§.j. & infra quemad.ſer.amit. is cuius.& ſi ſer.vin.l.ſi eo loco.§.ſi.

n *Tollit.* id eſt remouet in totum.

o *Deprimit.* in parte.

p *Preſſura.* ex reuerberatione. vnde illud, Refulſit ſol in clypeos aureos:& reſplenduerunt montes ab eis.

q *Hæc lex traditionis.* id eſt hæc pactio in tradendo appoſita.

r *Pollicetur.* ſuo obſcuro eloquio,& ſic ad ſui periculum obſcure loquitur:vt infra de contrahen.empt.l. cum in lege. &. C.de do.promi.l.ſi.in.ſi.&.j.de euic.l.qui libertatis.§.j.Sed quomodo ſeruit' rei véditæ debebitur niſi nominatim actũ ſit:vt.j.de euic. l.qui libertatis.ſi.ſi.&.j.de cõtrahẽ.emp.in vẽdẽdo? Reſpõ.& hoc agi videtur ĩ prẽiudiciũ véditoris, vt teneatur ad intereſſe,ſi nõ debeãtur iſtę ſeruitutes. Et dic hic intelligi,ſi eſt. Si autẽ nõ debẽtur,nũquã debebuntur prolatione iſtorũ verborũ:vt.j.cõmunia prędi.l.quicquid.&.j.de euic.l.qui libertatis.§.penul. Accurſius.

SI fiſtula.]CASVS. Conceſſi tibi talem ſeruitutem, vt liceret tibi per meum parietem,quem frangebam,ponere fiſtulas, vt inde aquam ad tuã domum duceres:& ſic debebam tibi ſeruitutem in recipiẽdo fiſtulas.ſi propter hoc paſſus ſum damnũ, agam act.in

Pauper quandoque plus habet, quã diues.

† *Videtur hoc in loco, quæ vera ad ſui intellectum, vera tamen hora ſui, vt puta mala, non gaudium verum.*

† *tempeſtas grauis, vt imprimis pluuioſa. tſtat comites plus quã Cicero in Pomponiã. § prædiũ. de pactis. fi. prædia. inſ. ° parere ſtimi ens. &c. Arg. lib. 4. cõi. ca. 16. Acciadeg, aere ædificare.*

a Hilar. minus, id verbo intelligitur ſolem ferens. Eſt enim ſolarium vaporarium, in aperto loco ſitũ, ad cuius ſolis ſuperiora. Budæus.

act. in factũ:vel ſtipulabor de dãno infecto pro dãno futuro. Vi.

a *Aedibus meis.*ſeruientibus.

b *In factum.*licet enim debeã tibi ſeruituté fiſtulę recipiẽdę:ſine leſione tamẽ ex culpa tua veniẽte vti debes:aliàs teneris actione in factum ſubſidiaria.l. Aquiliç:cum detur damnum de non corpore in corpus, ipſa ſcilicet geſtione fiſtularũ: vt hic:& inſtit. ad. l. Aquil.§.fin. & infra loca. & conduc. qui domum. in fi.contra.nam ibi negat Aquil . vbi poſſum ſtipulari de dam. infec. Sed non videtur pro eodem vel ſimili damno actionem in factum concurrere cum ſtipulatione damni infecti: licet hoc innuit hic: cum actio in factum culpam coerceat:vt inſti.ad leg. Aquil.§ iniuria . Stipulatio vero vitium naturale,non per culpam factum:vt infra de damno infec.fluminum.§. præterea ſi furni.quæ eſt cõtra.ad fin.huius. reſp.& hoc eſt verum.Et ita hic dicit,diuerſis caſibus dari actionem in factum: & interponi ſtipulationem damni infec . Item vitium naturale nõ præſtatur ab eo cui ſeruitus debetur:vt infra ti.j.l.ſi mihi .§. ſeruitus . & ſic hæc ſtipulatio ſola non habet locum . Reſpon. non eſt ita.nam illud naturale damnum nõ præſtatur ab eo cui ſeruitus debetur : quod non contingit propter vitium rei :ſed extrinſecus: vt in.l. ſi mihi . ponitur exemplum.Sed id damnũ,quod contingit propter rei vitium,& debilitatem ex defectu naturæ contingentem, præſtatur per cautionem dãni infecti:& eodem caſu confiteor non concurrere actionem in factũ. nam vt illa detur,oportet culpam in committendo admitti : vt ſupra de vſufructu. l. ſi cuius.§.denique.

† *Caſtellum aqua concepta receptũ dicitur, atque immiſſarii: quod loco oppatuit ſit, vt ſi aqua exhauſta ſolo arderibus facto, tus venas ſuficiens tora conſumpſerit: n bileminus de recepta cuio, hoc eſt caſtello, vel per emiſſa riũ, vel per ſaliẽtes,quo opus ſit, ẽ mittantur. Bud. in. l. fundi.§.La beo gene liter.j.de act.emp.*

c *Damni.*ante damnum.nam ante præſtatur:ſed & negatoria agere poſſum,ſi ſeruitutem non debeo:vt.j.ſi ſer.vind.l.fiſtulas.

Fiſtulam.]CASVS.Si parietem communem habueris: iuxta illum fiſtulas,id eſt inſtrumenta per quæ aquæ ducantur, iure habere nõ potes.Sed an balineum poſſes habere iuxta parietem communem,quæritur.Et dicit Paulus quòd ſic:nec potes prohiberi:ſicut nec prohiberis id in tuo facere. Sed Neratius diſtinguit:aut nocet,aut non.ſi nocet , potes prohiberi . ſi non nocet, non potes prohiberi. Viuianus.

d *Fiſtulam iunctam.*quaſi vnitam, vt ipſe paries corrumpatur.aliàs ſecus:vt in ſcalis: vt infra ea.l.§.fi. Et dic quòd caſtellum eſt receptaculum quod aquam publicam ſuſcipit : vt infra de aqua quoti. & æſti.l.j.§.antepe.

e *Paries.*imò videtur quòd ſic:vt infra ſi ſer. vin.l.ſi quando.§. fin.Sol.vt ibi,quia ibi in alieno:hic in ſuo.

f *In cubiculo .* id eſt camera,quã habet iuxta cõmunem parietẽ.

g *Tepidarii.*id eſt balineis:quia in eo ſæpe eſt aqua tepida.

h *Ex figlino.*id eſt lateribus non coctis,& lutoſa materia.

i *Retineatur.*ſcilicet camera.

k *Maneat.*Non ergo debet ei incumbere: vt ſupra eo . quidam Hiberus.& .l.inter.

tem deberi:ſe autem nulli debere. Quæ de ſtillicidio ſcripta ſunt,etiam in cæteris ſeruitutibus accipienda ſunt, ſi in contrariũ nihil nominatim actũ eſt.

Damnum quod datur ex fiſtulis, venit in actione in factum,& in cautione damni infecti.h.d. Et legitur iſta lex duobus modis. Primo,quòd fiſtula eſſent applicata ædibus meis iure ſeruitutis.& hoc proſequitur prima glo.magna . Secundo, quòd nulla ſeruitus deberetur.& hoc proſequitur gloſ.vlt. Bartolus.

XVII. POMPONIVS libro decimo ad Sabinum.

SI fiſtulæ per quas aquã ducas,ædibus meis [a] applicatæ damnũ mihi dent, in factũ [b] actio mihi cõpetit:ſed & dãni [c] infecti ſtipulari à te potero.

Iſta eſt lex notabilis, & quotidiana: & leguntur hoc intendi: In pariete communi nõ licet aliquid facere, vel ei aliquid adhibere per quod paries corrumpatur, & quod ſubductio parietis ſtare non poſſit.hoc dicit tota lex.

XVIII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

FIſtulã iunctam [d] parieti cõmuni, quæ aut ex caſtello † aut ex cœlo aquam capit, non iure haberi Proculus ait:ſed nõ poſſe prohiberi vicinum quo minus balineum habeat ſecundum parietem communem, quamuis humorem capiat paries: [e] non magis quàm ſi vel in triclinio ſuo vel in cubiculo [f] aquam effunderet. Sed Neratius ait,ſi talis ſit vſus tepidarij, [g] vt adſiduum humorem habeat, & id noceat vicino, poſſe prohiberi eum. Iuxta communem parietem cameram ex fi-

A l *Scalas.*quia ſcilicet ſine læſione habetur in pariete contingenti.aliàs nulla eſſet ratio: quia etſi fiſtula remoueri poteſt, non tamẽ iure habetur:vt ſupra ea.l.in pr n.Sic ergo not.quòd aliquid facio in re communi inuito ſocio,qnod mihi prodeſt,alij nõ nocet.Sed quid ſi ambo volumus ponere fœnum in turrim communem? Reſpon. quod alteri nocet,poteſt prohiberi: vt infra communi diui.l.Sabinus . Accurſius.

Seruitutes.]CASVS. Vrbana ſeruitus poteſt retineri per poſſeſſionem . Et de hoc ponit duo exempla,in quibus ſi habeo immiſſum * tignum in murum tuum retineo ſeruitutem. [*SI DOMO.*] Dicit quòd ille cui ſeruitus eſt conceſſa , poteſt facere riuos & foſſas , per quos vel quas vtatur ſerui. ſi aliter vti non poterat: vt ſupra eo.l.ſeruitutes. [*SI SVBLATVM.*] Si tu debes mihi ſeruitutem ſtillicidij recipiendi ex domo mea : & iſta domus diruatur:refici debet eadem qualitate & ſpecie.aliàs eſſet aliud ædificium. [*SI SERVITVS.*] Area tua debet recipere ſtillicidium domus meæ. ſi vis ædificare in illa area non potes. Hoc eſt verum,ſi non poſſet propter ædificium hoc ſtillicidium cadere : aliàs potes ędificare vſque ad tectum domus meæ : & hoc cum.§.fin.infra eodem.[*SI ANTEA.*] Si domus tua recipiat domus meæ ſtillicidium non poſſum mutare tectum meum : ſcilicet ſi eſt ex tegulis, facere ipſum ex tabulis. Et eſt ratio : quia leuius cadit aqua ex tegulis, quàm ex tabulis . *STILLICIDIVM* . Siue ex teſtamento, vel ſtipulatione vel quocunque alio modo domus tua recipiat ſtillicidium domus meæ,poſſum domum meam exaltare : deprimere autem non poſſum.& eſt ratio in litera. Item poſſum facere retro ſtillicidium . id eſt poſſum retro trahere ſtillicidium,id eſt quòd cadat tantum ante:ſed facere ſtillicidium plus alte non poſſum.& eſt ratio in litera. Viuianus.

* *hæc*

† *Manianã locus eſt proiectus ac prope dẽs:in quo ludi ſpectarẽtur, qualia Romæ & foro fuiſſe notũ eſt. vn de Labeo ff. de verbo. ſigni. Proiecta, inquit, ſunt ea,quæ ita prominẽt,vt nunquã cõquieſcant cuiuſmodi ſunt maniana, & ſuggrũdia.qua vero aliquid habent, vbi cõquieſcãt: immiſſa, nõ proiecta vocantur: veluti tigna, trabes, quæ immittuntur.*

* *Aliquid eſt querſor.*

B *Licet aliquid facere id ſine quo ſeruitus vti non poteſt. Bartolus.*

C *Quantum ad iura ſeruitutum realium, ædificium deſtructum & reſtitutum idem videtur: ſecus quo ad perſonales ſeruitutes. Bartolus.*

D

m *Conſuetudinẽ.*ſcilicet hãc,vt immiſſum habeã, quod eſt ſupra.

n *Manianum.*immiſſum dicitur,quod in alia parte quieſcit:mœnianum,non:vt infra de verb.ſig.l. malum.§.j. & ipſra eodem.l. hoc quod.

o *Aliquid.*id eſt in partibus quibuſdam.

p *Poſſideo.*idem & in ſeruitute ſtillicidij.& aliis: vt infra ſi ſeru. vin.& ſi forte.§.ſciendum.Accurſius.

q *Eſſet.*vt ſi domus in inferiori, area in ſuperiori parte montis eſſet.Azo.

r *Ex plano.*id eſt per viam planam: & ſic tempore aquæ lubrica erat via.

ſ *Crudum.*ſcilicet lapideos longos.

t *Clinos.*foſſas terreſtres per gyrum.Et ſic not.quòd poteſt operari id ſine quo ſeruitus eſſe non valet : vt hic, & ſupra titu.j. ſi iter.& infra de iti.actuq́e pri.l.iij.& infra ti.j. l. Quintus . Secus ſi ſine eo poteſt vti:vt infra de aqua plu.arcen. l.ij. in prin. quæ eſt contra:vt hic ſubiicit.

Si ſublatum

a *Si sublatum sit ædificium.* dominans.
b *Intelligatur.* propter vtilitatem intelligitur idem quod non est idem, sed mutatum, vel auctum, vel deminutũ: vt hic, & .j. de excep. rei iudi. & an eadẽ. §. idem. & supra de iudi. proponebatur.
c *Interpretetur.* scilicet aliquis.
d *Vsusfructus interit.* in eo constitutus: vt supra quibus modis vsusfruct. amitti. l. repeti. §. rei mutatione.
e *Pars.* & quidem maxima: vt infra de solut. qui res. §. aream. in fine §. sed non est ita in reali seruitute, quæ restituitur: vt hic, & infra eod. si testamento. & l. eum. & infra si ser. vind. & si forte. §. etiam. & sic æquitas non trahitur ad equinum: quare secus.
Plo. casitare. & mox casitauerit f *Ibi ædificare.* scilicet sic vt non recipiatur stillicidium: alioquin est cõtra finem huius legis.
g *Casitauerit.* id est frequenter ceciderit.
h *Non potest.* si ex ea materia grauius casitauerit.
i *Stillicidium.* id est seruitus stillicidij: vel id est domus cui debetur seruitus stillicidij.
k *Quoquo modo.* inter viuos, vel in vltima voluntate. Accursius.
l *Interdum.* quasi dicat, non semper. Azo.
m *Non potest.* illud ædificium cui debetur seruitus, non potest demitti inferius. Azo.
n *Flumen.* rectius enim cadit. Accursius.
o *Eadem causa.* id est eadẽ ratione. Nam qua ex causa potest tolli altius, quia leuior est seruitus: eadem potest retro trahi: vt subiicit. Et qua ratione non potest deprimi, quia sic fit grauior: eadem non potest produci vltra: vt subiicit. Accursius.
p *Ei conceditur.* vt .i. e. l. §. si seruitus. contra. Solu. vt ibi.
q *Si domus. Deberet.* & ne &c.
r *Tolleretur.* propter lumen.
s *Concesserō.* remittẽdo. Accursius.
t *Tollere.* quia sic remisit: vt hic, & infra quemadmodum serui. amitti. stillicidij. & infra titu. j. si mihi. Sed quid est ecõtra si remisi seruitutem stillicidij non recipiendi? Respond. & illam altius non tollendi videor remisisse. non potest non recipere, nisi altius tollat: vt argu. supra de iurisdict. omnium iudic. l. ij.
u *Qui ædificium. Luminibus.* id est fenestris vnde lumen venit.
x *Quæ postea.* vt de fenestris factis, vel faciendis. Vel dic etiam futuro ædificio: vt .j. l. proxi. §. fin.

Si sublatum sit ædificium[a] ex quo stillicidium cadit, vt eadem specie & qualitate reponatur, vtilitas exigit vt idem intellegatur[b]. Nam alioquin, si quid strictius interpretetur[c], aliud est quod sequenti loco ponitur: & ideo sublato ædificio vsusfructus interit[d], quanuis area pars[e] est ædificij. Si seruitus stillicidij imposita sit, non licet domino seruientis areæ ibi ædificare[f] vbi casitare* cœpisset stillicidium.

Dominus domus dominantis non potest facere id per quod cõditio seruitutis fiat deterior, sed melior. Bartolus.

Si antea ex tegula casitauerit[g] stillicidium: postea ex tabulato vel ex alia materia casitare non potest[h]. Stillicidium[i] quoquo modo[k] adquisitum sit, altius tolli potest. leuior enim fit eo facto seruitus: cum quod ex alto cadet, lenius & interdum[l] direptũ, nec perueniat ad locũ seruiẽtem. Inferius demitti non potest[m]: quia fit grauior seruitus, id est ℘ stillicidio flumen[n]. Eadẽ causa[o] retro duci potest stillicidium, quia in nostro magis incipiet cadere. Produci non potest, ne alio loco cadat stillicidium, q̃ in quo posita seruitus est. Lenius facere poterimus, acrius non. Et omnino sciendum est meliorẽ vicini conditionẽ fieri posse, deteriorem nõ posse: nisi aliquid nominatim in seruitute imponẽda immutatũ fuerit.

Dominus domus seu prædii debentis recipere stillicidium, potest ibi ædificare: dummodo stillicidium seu seruitutem debitam non impediat. Bartolus.

Qui in area in qua stillicidiũ cadit ædificat, vsque ad eum locum perducere ædificium potest, vnde stillicidiũ cadit rectè. Sed & si in ædificio cadit stillicidium, supra ædificare ei conceditur[p]: dum tamen stillicidiũ rectè recipiatur.

Quando vni competunt plura iura, non sublato aliud illæsum remanet. h. d. vel sic: Quando vni competunt plura iura: si vnum remittit, aliud remittere non dicitur. Bartolus.

A Si seruitus.[q] [CASVS.] Si ex vna parte domus meæ erant fenestræ, quæ tuæ domui debent seruire: si ex altera parte faciam fenestras, non videor de his cauisse si ita dictum fuit, vt lumina vti nunc sunt, ita sint. si autem dixi, ne luminibus officiatur: omne lumen significatur, & præsens, & futurum: & sic ad totam domum videor lumen constituisse. & sic ratio generalis omnia comprehendit. Viuianus:

XX. POMPONIVS libro trigensimotertio ad Sabinum.

SI domus† tua ædificiis meis vtramque seruitutem deberet[q], ne altius tolleretur[r], & vt stillicidium ædificiorum meorum recipere deberet, & tibi cõcessero[s] ius esse iuuito me altius tollere[t] ædificia tua: quod ad stillicidium meum attinet, sic statui debebit, vt si altius B sublatis ædificiis tuis stillicidia mea cadere in ea non possint, ea ratione altius tibi ædificare non liceat. si non impediantur stillicidia mea, liceat tibi altius tollere.

Seruitus ne luminibus officiatur, porrigitur ad lumina præsentia, vel ad futura, si est actum: & in dubio indefinita locutio æquipollet vniuersali. Bartolus.

XXI. IVLIANVS libro secundo ex Minicio.

QVi ædificiũ habet, potest seruitutem vicino imponere, vt non solum de his luminibus[u] quæ in præsentia erunt, sed etiam de his quæ C postea[x] fuerint, caueat.

XXII. POMPONIVS libro trigensimotertio ad Sabinum.

SI seruitus imposita fuerit, lumina[y] quæ nunc sunt, vt ita sint: de futuris luminib[b] nihil[z] caueri videtur. Quòd si ita sit cautum, ne luminibus[a] officiatur, ambigua est scriptura, vtrúm ne his luminibus officiatur quæ nunc sunt, an etiam his quæ postea quoque fuerint. & humanius est, verbo generali omne lumen significati, siue quod in præsenti, siue quod post tempus conuentionis contigerit.

Ædificio futuro potest seruitus imponi & adquiri. Bartolus. D

Futuro† quoque ædificio quod nõdum est, vel imponi[b] vel adquiri[c] seruitus potest.

XXIII. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

CVius ædificium iure superius[d] est, eius est in infinito supra suum ædificium imponere[e]: dum inferiora ædificia nõ grauiore seruitute oneret[f], quàm pati debent.

† *Nota hoc. & ad eam adde l. si heres. infra de cond. & demon.*
† *Nota hic & ad dicta per Bar. ad l. si quis in tantum. ff. de seruit. urb. prædio. & ibi per Bar. & Doct. & per Bar. ad l. si ita stipulatus. §. si fundus. ff. de verb. obligat. & per Bar. ad l. si ita stipulatus. §. si ita. ff. de verb. obligat. & per Bar. ad l. si ita stipulatus. §. si ita. ff. de verb. obligat.*
Casitauerit. pendeat de altero. quasi dicto iure. ro. §. Lucrat. in fin. & C. ad Vell. iubemus. & infra de aurum. & de contrahen. emp. l. in lege. & infra de verb. oblig. si stipulatus. §. cum stipulamur. & de lega. ij. cum pater. §. dulcissimis. e contra pro generalitate facit infra ℘ xi. respon. ibi, & humanius est &c. vt supra de in ius vocan. l. quique. §. parentes. & infra de lib. & posthum. l. placet. & C. quæ res pigno. oblig. poss. l. fina. & C. de hered. vend. l. fina. & de lega. iij. hoc legatum. j. respon. & l. quæsitũ. §. prædia. Sol. hoc est regulare, vt stetur generalitati: & si quandoq; est contra, illud speciale est: vt .j. de reg. iu. l. semper. Accursius.
Idem ℘.
a *Luminibus.* nec est dictum, quæ nunc sunt, vt ita sint. Accursius.
b *Imponi.* vt seruiat.
c *Vel adquiri.* vt seruiatur ei: nõ vt sit seruitus: vt infra communia prædio. l. j. sed vt quis obligetur nomine seruitutis: vt infra de verb. obliga. existimo. & .j. si ser. vindi. l. fi. & .j. tit. j. l. Labeo. Accursius.
† *Facit. l. quæsitum de qua hic per Bar. & decisiones, quæ non vere sunt de ista §. nostri tollendi. de ædificiis. ad dissimilem. casus de decisionibus.*

CVius.] [CASVS.] Domus mea erat. possum domum meam quantuncúque volo alti tollere: dúmodo si tua domus quæ meæ seruiat, nõ grauet in plus. Viui.
d *Superius.* puta versus ripam: vt supra eo. l. seruitutes. §. si domo.
e *Imponere.* vt supra eo. l. cũ eo. & l. imperatores. Accursius.
f *Oneret.* vt supra eod. l. seruitutes. §. stillicidiũ. & infra de aqua plu. arcen. l. j. §. item sciendum. Accursius.

HOc quod.] [CASVS.] Dictum est supra. l. j. quòd licet immittere tignũ in domum vicini. i. seruitutem tigni immittendi.

Hoc

Hoc dicit eſſe verum quando habeo domum ex qua immitto in vicini domum: aliàs ſi domum nõ habeo, ſed immitto in alienum ædificium, & cedit ſolo: nõ eſt ſeruitus. [*SI EX TRIBVS.*] Tu habebas domum ex ſuperiori parte: ego in medio domum meam habebam: Titius autem habebat inferius. ego autem conſtitui ſeruitutem ad domum tuã: & inter meam & domum Titij eſt paries communis. Titius vult altius tollere illum parietem cõmunem. an poſsit, quæritur. Et reſpondetur quòd ſic, licet ego dominus medietatem ædium non poſſum altius tollere: nec ego teneor prohibere illum Titium. Viuia.

Seruitus tigni immittendi poteſt deberi ei qui non habet ædificium. Bartolus.

XXIIII. POMPONIVS libro trigenſimotertio ad Sabinum.

HOc* quod dictum[a] eſt de immiſsis, locum habet ex ædificio alio in aliud. aliter[b] enim ſupra alienum ædificium ſuperius habere nemo poteſt.

Seruitus quæ tibi debetur à domo vicina, non impedit dominum alterius domus ædificare ſupra parietem communem. Bartolus.

Si ex trib[c] ædibus in loco impari poſitis ædes mediæ ſuperioribus ſeruiant ædibus, inferiores autem nulli ſeruiant, & paries[c] communis qui ſit inter ædes inferiores[d] & medias, altius à domino inferiorum ædium ſublatus ſit, iure eum altius habiturum Sabinus ait.

In re communi non poteſt quis aliquid facere, vel prohiberi iure ſeruitutis: ſed ei per communi diuidundo iudicium ſuccurritur. Bartolus.

XXV. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

IN re communi nemo dominorum iure ſeruitutis neque facere quicquam inuito[e] altero poteſt[f], neq; prohibere[g] quo minus alter faciat. nulli enim res ſua ſeruit[h]. Itaque propter immenſas contentiones[i] plerumque res ad diuiſionem peruenit: ſed per communi diuidundo actionem conſequitur ſocius quo minus opus fiat[k], aut vt id opus quod fecit, tollat*, ſi modò toti[l] ſocietati prodeſt opus tolli.

Pro eo quod ſit ex ædibus propriis in cõmunes, vel econtra: poteſt agi negatoria. Bartolus.

XXVI. POMPONIVS libro trigenſimotertio ad Sabinum.

SEd ſi inter te & me communes ſint Titianæ ædes, & ex his aliquid non iure in alias ædes meas proprias immiſſum ſit, nempe tecum mihi agere licet[m], aut rem perdere. † Idem fiet, ſi ex tuis propriis ædibus in communes meas & tuas ędes quid ſimiliter eſſet proiectum. mihi enim ſoli tecum eſt actio.

Inuito ſocio non poteſt quis ædificare in re communi: licèt ſibi permittatur à domino prædii ſeruientis. Bartolus.

nomen vineæ ponitur hic p prædio in quo ipſa plantata eſt:& ita ponitur contentũ pro continente:ſicut & pactum pro paciſcente:vt.C.de fer.l.fin.& ecõtra continens pro contẽto.& nomine ventris,quod eſt in ventre:vel cuſtodia, pro cuſtodita perſona:vt.ĩ.de oſti.procon.ſolent.in princ.Itẽ nomine vineæ continentur quandoque vites tantum: vt hic cum dicit:& ideo ſublatis vineis &c.&.ĩ.qui.mo.vſusfruc.amit.quid tamen. §.ij.Et p dicit hæc ſcire in quæſtione ruſtici, qui conuenit domino dare quartã partẽ fructuũ vineæ: & ruſticus habeat tres. ruſticus plantauit arbores in eadẽ vinea:& de fructibus arborũ nil vult dare domino.nã ſi nomine fructuum vineæ,omnes fructus ſoli cõtinentur:ergo dominus habebit quartã partem hac ratione.& alia:quia quod in principali ſtatuitur, & in acceſſoriis:ar.j.de leg.iij.l.nomẽ.in prin.& alia,quæ in primis,& in ſequẽtibus:vt.j.de pac.do.inter ſocerũ.§.cum inter.Si vero nomine vineæ cõtinentur vites tantũ,ergo dominus debet habere omnes fructus arborũ:colonus nihil. Ac.ADDITIO. Pro intellectu iſtius glo. dic ſecundũ Bart. quòd ſic debet intelligi fructuum vineæ,hoc eſt illius terræ vineatæ.hoc eſt vt debeãtur fructus arborum:vt per iſtam legem.

k *Si totus.* quia dictum eſt vt poſsit mutare.

l *Impediatur.* vt &.j. ſi ſerui.vin.loci.§.ſi quis mihi. Azo. nec econtra:vt.j.e.l.Quintus.in fi.&.ĩ.tit.j.l.ſeruitutes.§.ſi antea.

m *Si iter,actúſve.* vel alia ſimilis ſeruitus:vt.ĩ.de ſerui. ſi cui.

n *Vtroque.* id eſt in itinere,& in actu.

o *Viam.* id eſt iter,vel actum.vel primo loquitur cum quæritur de latitudine & loco.hic de latitudine tantum.

p *Dabæ.* vt infra eo.§.fin.&.l.ſi mihi conceſſeri &c.l.ſeq.

q *Si loc u.* q.d.non totus, ſed pars eius eſt tantũ deſignata per quam ſit eundum:vt.j.de verb.ſig.locus. Accurſius.

r *Latitudine.* actus,vel itineris.

ſ *Patetom ſſus.* quia nec pars fundi vt ſupra fuit deſignata:nec etiam latitudo viæ:vt ſubiicit.

t *Dabitabitur.* qua parte ſit eundum,& via eligenda.

a *Officium.* vt.ſ.e.l.§.ſi totus.in fin.

b *Per quem. Non poterō.* in vtroq; caſu intellige ſi impeditur ſeruitus poſſeſſoris: aliàs poſſum vel eiſdē, vel diuerſis tēporibus, vt.ſ.eod.l.ij. §.ſi aquæductus.&. j.de aqua plu.ar.l.in concedendo.&.j.de aqua quo.& æſti.l.hoc iure.§.is qui.&.l. Lucio.&.l.ſi.Accur.

Vinctus.]*CASVS.* Si habeo iter per fundum tuum vel aquæductum, poſſum ibi ponere fiſtulam vel canales vt per eā ducatur aqua magis libere: dummodo non deterioretur riuus vnde aqua ducitur ex fundo tuo.

c *Erit.*ſ.conſtitutum.

d *Genere.*ſ. conſuetū: de quo cōſueuerūt talia heri: non autem de inſolito, niſi hoc actum ſit, vt.j. de aqua plu.ar. l.ſi prius.§.placuit.quæ eſt contra.Accurſius.

e *Domino.* vt hic, & infra titu.j.qui per certū. &.j. de aqua quoti. & æſti.l.hoc iure.§.is qui. &.l.finali.

Ius.] *CASVS.* Si volo aucupari in fundo tuo cōtra tuā voluntatem, non poſſum: & ita quidam imperatores reſpōderūt. Viuianus.

f *Diuus Pius aucupibus.* idem in venatione. ſed cum aucupatio in alieno prohibeatur hac. l. ergo id quod capitur, non fit accipientis: vt C.de le.& conſtit.non dubium.& ſi fiat, videtur quòd debeat reſtituere: argu. ſupra de præcu. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. & de pe.here.ſi poſſeſſor ex hered. Sed tamen contradico: vt inſtitu.de re.di.§.feræ.& §. illud. &. §. plane. & argu.C.de fur.l.ſi.§.ſed cū in ſecūda. Sed an poterit venator adhuc in fundo retineri vt reddat quod ceperit? Dic quòd non, per prædic. ll.vt argu.in authen.vt nul. in. §. quia autem. colla. ix. & huius.l. ſed aget iniuriarum ſi intrauerit eo prohibēte: vt infra de iniur.l.iniuriarum.§.ſi quis.

tri officium [a] inuocandum eſt.

Si mihi conceditur ſeruitus via, non poteſt alij concedi alia per quam ſeruitus primi impediatur. Bartolus.

XIIII. POMPONIVS libro trigenſimoſecundo ad Q.Mucium.

PEr quem locum viam alij ceſſero, per eundem alij aquæductum cedere non potero [b]. Sed & ſi aquæductum alij conceſſero, alij iter per eūdem locum vendere vel aliàs cedere non potero.

Qui habet ius aquæductus, poteſt facere in riuo quicquid vult ſi prædij domino non noceat. Bartolus.

XV. IDEM libro trigēſimoprimo ad.Q.Mucium.

QVintus Mucius ſcribit, cū iter aquæ vel quotidianæ vel æſtiuæ, vel quæ interualla longiora habeat, per alienum fundū erit [c], licere fiſtulam ſuam vel ſ.ctilem vel cuiuſlibet generis [d] in riuo ponere, quæ aquam latius exprimeret: & quod vellet, in riuo facere licere, dum ne [e] domino prædij aquagiū deteriꝰ faceret.

XVI. CALLISTRATVS libro tertio de Cognitionibus.

DIuus Pius aucupibus [f] ita reſcripſit: [ὑπὲρ οὗ λόγου, ἀνόητον τὸν ὑμᾶς ἐκ ἀμετρέως χαίρειν ἐξέυεν. [id eſt Non eſt conſentaneum rationi, vt per aliena prædia inuitis dominis aucupium faciatis.]

Aqua ex flumine publico ad irrigandos agros ſeruitem mei ſ.um dividitur: niſi alicui aliter ſit conceſſum. Bartolus.

XVII. PAPIRIVS IVSTVS libro primo de Conſtitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus Auguſti reſcripſerūt, aquam de flumine publico pro modo poſſeſſionum ad irrigādos agros diuidi oportere [g]: niſi proprio quis iure plus ſibi datum oſtenderit [h]. Item reſcripſerūt, aquam ita demum permitti duci [i], ſi ſine iniuria alterius id fiat.

Si per plures fundos iter ad vnum ſ.tenitus vna eſt: & per vſum in parte retinetur ſ.ruitus tota. Bartolus.

XVIII. VLPIANVS libro quartodecimo ad Sabinum.

VNa eſt via, etſi per plures fundos [k] imponatur: cùm vna ſeruitus [l] ſit. Denique quæritur, an ſi per vnum fundum iero, per alium nō, per tantum tempus quanto ſeruitus amittitur, an retineam ſeruitutem. Et māgis eſt vt aut tota amittatur, aut tota retineatur. Ideoque ſi nullo vſus ſum, tota amittitur: ſi vel vno, tota ſeruatur. [m]

Seruitus nō poteſt adquiri pro parte, ſed per plures poteſt adquiri, & per multa poteſt pervenire ad plures. Bartolus.

XIX. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

SI vnus ex ſociis ſtipuletur [n] iter ad communem fundū, inutilis eſt ſtipulatio: quia nec dari ei poteſt. Sed ſi omnes ſtipulentur, ſiue communis ſeruus [o], ſinguli ex ſociis ſibi dari oportere petere poſſunt: quia ita dari eis poteſt à teme ſi ſtipulator viæ plures heredes reliquerit, inutilis [p] ſtipulatio fiat.

Qui habet duo iura, remittendo vnum non videtur remittere aliud. Bartolus.

XX. POMPONIVS libro trigenſimotertio ad Sabinum.

SI mihi eodem tempore cōceſſeris & ire agere per tuū locum, & vti frui eo ius eſſe, deinde ego tibi conceſſero ius mihi vti frui non eſſe: non aliter eo loco vtēris fruēris, quàm vt ire agere mihi rectè liceat. Item ſi & ducere per tuum fundum aquam iure potuero, & in eo tibi ædificare inuito me ius non fuerit [q]: ſi tibi cōceſſero [r] ius eſſe ædificare, nihilo minus hanc ſeruitutem mihi præſtare debebis, ne aliter ædifices, vt infrà eodem.l.itinere. Accurſius.

Imperatores.]*CASVS.* Plures habēt prædia iuxta flumē publicum: quilibet poteſt inde aquā ſumere ad irriganda ſua prædia: dummodo nō plus ducat, quàm neceſſe prædium habet: niſi prius de.oſtendat ſibi plus licere. Item ita den ū poſſum ducere, ſi ſine alterius incommodo poſſum id facere. Accurſius.

Si mihi.] *CASVS* planus eſt vſque ad.§.ſeruitus. Debebatur mihi ius per prædium tuum. feci aquæductum manu, poſtea naturaliter creuit aqua ex vicinis prediis: vel ex fonte ibi nato. non teneor domino ſeruiētis prædij. [*SI FINDO.* Quidā fons erat in agro Titij: ex quo fonte aquam per fundum Scij ad fundū meum ducebā. poſtea adquiſiui fundum Scianum. an remaneat ſeruitus in fundo Titij? Et reſpon. quòd ſic. [*HAVRIENDI.*] Ex prædio meo ad vicinum prædiū qua ſui ſeruitutem aquæ hauriendæ, vt biberent coloni agri mei. prædialis ſeruitus eſt, non perſonalis. Viuianus.

a *Officium.* vt.ſ.e.l.§.ſi totus.in fin.

b *Per quem. Non poterō.* in vtroq; caſu intellige ſi impeditur ſeruitus poſſeſſoris: aliàs poſſum vel eiſdē, vel diuerſis tēporibus, vt.ſ.eod.l.ij. §.ſi aquæductus.&. j.de aqua plu.ar.l.in concedendo.&.j.de aqua quo.& æſti.l.hoc iure.§.is qui.&.l. Lucio.&.l.ſi.Accur.

c *Erit.*ſ.conſtitutum.

d *Genere.*ſ. conſuetū: de quo cōſueuerūt talia heri: non autem de inſolito, niſi hoc actum ſit, vt.j. de aqua plu.ar. l.ſi prius.§.placuit.quæ eſt contra.Accurſius.

e *Domino.* vt hic, & infra titu.j.qui per certū. &. j. de aqua quoti. & æſti.l.hoc iure.§.is qui. &.l.finali.

f *Diuus Pius aucupibus.* idem in venatione. ſed cum aucupatio in alieno prohibeatur hac. l. ergo id quod capitur, non fit accipientis: vt C.de le.& conſtit.non dubium.& ſi fiat, videtur quòd debeat reſtituere: argu. ſupra de præcu. qui proprio. §. procurator vt in cæteris. & de pe.here.ſi poſſeſſor ex hered. Sed tamen contradico: vt inſtitu.de re.di.§.feræ.& §. illud. &. §. plane. & argu.C.de fur.l.ſi.§.ſed cū in ſecūda. Sed an poterit venator adhuc in fundo retineri vt reddat quod ceperit? Dic quòd non, per prædic. ll.vt argu.in authen.vt nul. in. §. quia autem. colla. ix. & huius.l. ſed aget iniuriarum ſi intrauerit eo prohibēte: vt infra de iniur.l.iniuriarum.§.ſi quis.

g *Operetur.* imò diſtinguitur an ſit nauigabile: vel per illud fiat aliud: vt tunc non poſſit ducere. aliàs ſic, vt infra de aqua plu. ar.l.ſi autem.in fin.& infra de flu.l.quo minus. Accurſius.

h *Oſtenderit.* ſcilicet ab eo qui ius dandi habuerit, vt princeps vel ſenatus: vt prædicta.l.quo minus. infra de f.u. vel conſuetudine cuius non extat memoria, vt infra de aqua quoti.& æſti.l. hoc iure.§.ductus aquæ.

i *Duci.* ex flumine publico. Accurſius.

k *Fundos.* vel vnius vel plurium dominorum.

l *Vna ſeruitus ſit.* imò & plures poſſunt eſſe: vt plene dices.j. quemadmo.ſer.amit.nam ſatis.§. ſed ſi is fundus. & §. cæterum. Acc. *ADDITO.* Dic quòd hic ſunt plura prædia ſeruientia, & vnum dominans: ibi plura prædia dominātia: vt per Bart. in.d.l.nam ſatis.

m *Seruatur.* vt.j.ſi ſer. vin.l.ſi eo. §.ſi. & quēad.ſer. amitt. ſi ſtillicidij.§.hna.in fine.

Si vnus.] *CASVS.* Si ego & tu habemus fundum communem habemus, & ego viam ad illum funcum ſtipulor, non valet ſtipulatio. ſed ſi ego & tu ſtipulemur ſeruitutem pro fundo cōmuni, valet ſtipulatio. ſi de ſeruitute communis noſter ſeruus ſtipuletur, qui ſtipulari poteſt, idem eſt. [*SI STIPILATOR.*] Si ſtipulor viam per fundū tuum, & decedam pluribus heredibus relictis, vtilis erit ſtipulatio. Viuianus.

n *Stipuletur.* vt.j. tit.j. l.proprium.in fine.

o *Communis ſeruus.* nā per ſeruum talis ſeruitus adquiritur, vt infra de ſtipul. ſer.l. ſi communis ſeruus meus. Sed contra infra de ſeruit. leg. l. & ſi maxime. in fin. Sol. ſecundum R. ibi in vltima voluntate: hic in ſtipulatione quæ fit inter viuos.

p *Inutilis.* Si habes in litera, vtilis, dic fiet, id eſt remanebit: vt infra de verb.obli. pluribus. §.& ſi placeat. ſic ponitur fieri, id eſt remanere. ſ.de iudi.l.Iulianus. j.& vnuſquiſque inſolidū hic aget: vt.j.fami. erciſcun. heredes. §.an ea.&.ſ.de ſ.ruitutibus. l.viæ. Si vero habes inutilis, dic ſcilicet donec de loco cōſentiāt:

q *Nō fuerit.* qa antea cōſtituta fuerat ſeruitꝰ altius nō tollēdi.

r *Conceſſero.* & ſic vna remiſſa, altera remanet: vt hic, & ſupra titu.j.

titu.j.l.ſi domus. Sed contra infra quemadmo.ſer. amit. ſi ſtillicidij. Sed certe ibi vna ſeruitus tantum debebatur: hic autem duæ. Accurſius.

a *Secundum.* id eſt iuxta. & ſic nota quòd ſuſtinetur quod naturaliter fit. ſic infra de aqua pluuiarcen.l.j.item ſciẽdũ. Sed ar. contra infra eo.titu.l.ij.§.apud manumiſſam. Sed ibi de æquitate, q̃ prævalet: vt C.de iudi. l.placuit.

b *Fuerit.* ſcilicet in tertio prędio, quod pone erat Titij: & adquiſiui ſeruituté per Scianum: aliàs nec in fundo vbi eſt fons, poſſet eſſe ſeruitus: vt ſupra eo. qui ſella.§.fin.

c *Sed prædij.* id eſt prędialis. hoc tamen niſi actum eſt vt ſit perſonalis, ſecundum quoſdam: quod non placet: vt dixi.ĩ.eo.pecoris. in fin. Accurſius.

d *Si mihi.* facit ſupra eo.l.certo.§.ſi totus. & §.ſi locus. & ſupra de ſer.ſi cui. & infra eod.l.ſi via.

e *Seruiet.* de iure. Acc.

f *Sed quo. Seruiet.* de iure & de facto.

VIA.] C A S V S. Hęc lex reſpicit illam quæ eſt.ĩ.eo.viæ. & dicit quòd certa debet eſſe viæ latitudo. id verum eſt quádo non eſt actum: niſi aliud fuit dictum. aliàs minor & maior quã ibi ducatur poſſet conſtitui: vt hic dicit. [S I L A C V S.] Lacum perpetuum habes in tuo fundo. ſi cõcedas mihi ſeruitutem quòd ego poſsim ire ad fundum meum per illum lacum, valet ſeruitus: & poteſt talis ſeruitus imponi. §.ſequens planus eſt. [Q V Æ C V N Q V E.] Per fundum tuum mihi conſtituiſti ſeruituté pro fundo meo, quòd proximus tuo fundo erat. & vendo iſtum meũ fundum particulatim, quilibet emptor prædictã ſeruitutem habebit: & agere etiam poteſt. & ſi vnus habet vnã partẽ mei fundi iuxta tuũ fundum ſeruientem, & alter non, ſed remotam habet à tuo fundo: poterit venire ad fundum tuum, ſi iſti alij qui habẽt proximas partes fundo tuo, patiantur: aliàs non.

† *No. ſecũdum Bald. quòd inde ſi mutata permiſſio reſtringatur ad loca manus dãnoſa. cõcor. text. in l. ſi cui. ſupra de ſeruit.*

g *Non via.* ſic not. quòd licet intendam viam conſtituere, erit tamen iter. & ſic quod non valet vt ago, valet vt valere poteſt: vt.ĩ.de ſer.l.ſi tam anguſti. Sed ar. contra.j.de iure codicil.l.j.

h *Lacus perpetuus.* maximè.

i *Nauigandi.* quia nauigiũ non minuit aquam, ſed aquęductus ſic: & ideo conſtitui non poteſt: vt ſupra tit.j.l.foramen.

k *Sua conditione.* ſequitur ſeruitus fundum: vt hic, & infra eo.l.cum fundo. & infra titu.j.cũ fundus. & ſupra quibus mo.vſusfruct. amit.l. neque. C. de ſerui. & aqua.l. & in prouinciali. hoc fallit in tribus caſibus: vt.ĩ.eo.l. pocoris. dixi: & quælibet

ff. Vetus.

quàm vt ductus aquę meus maneat. totiuſque eius rei conditio talis eſſe debet, qualis eſſet ſi vna dumtaxat initio conceſſio facta eſſet.

† *Pro læſione ex ſeruitute naturaliter contingente, non tenetur dominus. Bartolus.*

Seruitus naturaliter, non manufacto, lædere poteſt fundum ſeruientem: quemadmodum ſi imbribus creſcat aqua in riuo, aut ex agris in eum confluat, aut aquæ fons ſecũdum a riuum vel in eo ipſo inuentus poſtea fuerit.

Licet fundum meum redimam, non extinguitur ſeruitus quæ à certo fundo debetur. Bartolus.

Si fundo Seiano cõfinis fons fuerit, b ex quo fonte per fundum Seianum aquam iure ducebã: meo facto fundo Seiano manet ſeruitus. Hauriẽdi ius, non hominis ſed prædij c eſt.

Licet totus fundus debeat ſeruitutẽ, tamen debet quis vti per eam partẽ quæ minus lædatur. Bartolus.

XXI. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

SI mihi d cõceſſeris iter aquę per fundũ tuũ, nõ deſtinata parte per quam ducerem, totus fundus tuus ſeruiet. e

XXII. POMPONIVS libro trigẽſimotertio ad Sabinum.

SEd quę loca eius f fundi tũc cum ea fieret ceſsio, ædificiis, arboribus, vineis vacua fuerint, ea ſola eo nomine ſeruient. f

XXIII. Paulus libro quintodecimo ad Sabinum.

VIa conſtitui vel latior octo pedibus vel anguſtior poteſt: vt tamen eã latitudinẽ habeat, qua vehiculum ire poteſt: alioquin iter erit, non via. g

Per lacum perpetuũ poteſt conſtitui ſeruitus nauigandi. Bartolus.

Si lacus perpetuus h in fundo tuo eſt, nauigãdi i quoque ſeruitus vt perueniatur ad fundũ

A alia eius conditio: vt infra de adqui.rerum do.l.traditio. & infra de contrahen.empt.l.alienatio. & ſupra de vſufruct.hactenus. & C.de diſtract.pig.ſi debitor.

l *Venerit.* pro diuiſo, vel indiuiſo, ſcilicet fundus dominans.

m *Sequitur.* ſic & infra ſi ſeruit.vin.l.ij.in fin. & l.iij.

vicinum, imponi poeſt.

Si fundus publicetur, non extinguitur ſeruitus. Bartolus.

Si fundus ſeruiẽs, † vel is cui ſeruitus debetur, publicaretur, vtroq; caſu durant ſeruitutes: quia cum ſua cõditione k quiſque fundus publicaretur.

Ius ſeruitutis totum eſt in toto, & totũ eſt in qualibet parte totius: niſi vſum eius aliquid impediat. Bartolus.

B Quæcunque ſeruitus fundo debetur, omnibus eius partibus debetur: & ideo quamuis particulatim venierit, l omnes partes ſeruitus ſequitur, m & ita, vt ſinguli rectè agãt ius ſibi eſſe fundi. Si tamen fundus cui ſeruit[o] debetur, certis regionibus inter plures dominos diuiſus n eſt: quãuis omnibus partibus ſeruit[o] debeatur, tamẽ opus eſt vt hi qui nõ proximas partes ſeruienti fundo habebunt, tranſitum per reliquas partes fundi diuiſi iure o habeant: aut ſi proximi patiantur, tranſeant.

Non poteſt quis concedere aquam ex ſuo aquæductu quem habet ex fundo alieno. Bartolus.

C XXIIII. POMPONIVS libro trigẽſimotertio ad Sabinum.

EX meo aquæductu Labeo ſcribit cuilibet poſſe me vicino meo cõmodare: Proculus contra: vt ne in meam partẽ fundi aliam q̃ ad quam ſeruitus adquiſita ſit, vti ea poſsit. p Proculi ſententia verior eſt.

Diuiſio aquæ fit ad menſuram prædij dominantis, non inſpecta partium bonitate vel neceſſitate. Bartolus.

XXV. IDEM libro trigẽſimoquarto ad Sabinum.

SI partem fundi mei q certam tibi vẽdidero, aquæductus r D ius etiam ſi alterius s partis cauſa plerumque ducatur, te quoq; ſequetur: neque ibi aut bonitatis t agri, aut vſus u eius aquæ ratio habenda eſt, ita vt eam ſolam partem fundi quæ

n *Diuiſus eſt.* ſicq; vna ſeruitus fient duæ: vt infra quemad. ſerui. amit. nam ſatis. §. ſi ego. & ibi plene dices.

o *Iure.* hoc eſt quòd † ſit ei conſtituta, non q̃ tenẽatur niſi velint cõſtituere: vt hic, & infra quemadmo. ſer. amit.l.ſi quis ex. Sed arg. contra infra de leg.j. ſi fundum ſub conditione. §.iij. Sed ibi tenetur cõſtituere ex voluntate teſtatoris qui legauerat fundum excepta domo.

† *Adde l.3. & quod vide. Bal. C. de ſeruitu. in prin. & iſte tex. allegatur per Angel. §. ſi inſtit. eod. vbi ipſe dicit vnam pulchrã & mitis tenendã quæſtionem: quam vide.*

EX meo.] C A S V S. Si habeo aquæductum in fundo tuo, cuicumque volo poſſum concedere vicino. & hoc dicit Labeo, & male: quia corrigitur per Proculum per ſimile. Pone ergo quòd conſtituiſti certæ parti fundi mei prædictam ſeruitutem. nunquid ad aliam partem fundi mei poſsim ducere? Et reſpon. quòd non: ergo multo fortius nec alij concedere poſſum.

p *Poſsit.* non enim modus & c. vt. C. e. non modus. & ſupra e. l. ergo. §. Neratius. in fi. & infra eod.l. cum eſſent. in fi. Et hoc eſt verum antequã ingreſſa ſit eã partem cui ſeruitus eſt ſtatuta. poſtquam autẽ ingreſſa eſt, ad alias partes duci poterit: niſi nocitura ſit ei fundo cui inducitur: vt.j. de aqua quoti. & æſti.l.j. §.illud. quæ eſt contra.

SI partem.] C A S V S. Prædio totali ſeruitus aquæ ducendæ debebatur. ſi poſtea vendam dimidiã huius fundi mei, an illo aquæductu vtar in ſolidum: an iſta ſeruitus ſequat[ur] emptorem? Et reſpõ. quòd ſequitur emptoré. Vnde aqua inter me & emptoré diuiditur: ſed ad eam partem ad quã vtitur, vti bene potero: nec refert magis ſit neceſſaria vni quàm alteri. Item nec refert quæ ſit pretioſior, retenta, vel vendita pars. facit.ĩ.e. viæ. §. quæcunque.

q *Fundi mei.* ſcilicet dominantis.

r *Aquæductus.* ſcilicet toti fundo conſtitutus.

s *Alterius.* quæ apud me remanſit.

t *Bonitatis.* aliàs inſpicitur bonitas rei: vt argu. cõtra. infra de adquirendo rerum dominio.l.quicquid. A D D I T I O. Dic q̃ quando vna res nõ poteſt accedere duobus, accedet pretioſiori: vt ibi. ſed hic poteſt accedere duobus: ideo pretioſitas non inſpicitur ſecundum Bar.

u *Vſus.* aliàs inſpicitur vſus patriſfa. vt ar. cõtra infra de fun.

ff ij

inſtru.legẽ.Sciæ.§.Tyrannæ. *ADDITIO.* Dic ſecũdũ Bart. hic quod illud eſt ius reale competens prædio magis quàm perſonæ:vt.l.ſi mihi.in fine.ff.eo.& l.qui in aliena.de nego.geſtis. & ideo vſus patriſtami.non inſpicitur.prætorea vſus ſi fiat pro parte,reſpicit totum:vt.l.vna eſt via.ff.eo:ideo vſus patris non inſpicitur.

a *Pro modo.* id eſt pro quantitate.

b *Diuiſio.* Sic ergo diuiditur ſeruitus prædialis.Sed contra.ff.de ſeruit.l.viæ.& infra ad legem Falcidiam.l.j. §. ſi vſusfruct.Solut:ſpeciale in aquæductu, ſecũdum quoſdam. Tu dic quòd non ſeruitus, ſed aquę commoditas diuiditur.

Si via.]*CASVS.* Si teſtator ſimpliciter ſeruitu. legauit, heredi datur electio vt conſtituat ſeruitu.vnde velit: dũ tamen malitioſe nõ conſtituat heres.

c *Heredi.* & ſic datur electio heredi: Sed cõtra ſupra de ſer.ſi cui. Sol.ſemper à principio habet heres electionẽ: ſed ſi non eligat, trãſit res in legatarium. arg. infra de ſolu.l. prima, ſecunda,& tertia.& C. de dona.l. ſancimus.§. ne autem. ij. reſpon. Vel melius eſt electio ipſius legatarij,vt in legatis in genere relictis: vt inſtitu.de leg.§. ſed generaliter. Quod autem hic dicitur, obſeruatur quãdo nulla electa via legatarius per quamlibet partem incedit.& ſi inter eos dubium oriatur,arbiter eligitur:vt.ff. eo. certo. §.j.& §.finali.

Si cõmun.]*CASVS.* Ego & tu habemus fundum communẽ, cui fundo cõmuni ſeruiebat vicinum prędium:ſi emamus illum fundũ,ſeruitus extinguitur.ſed ſi non habemus fundum communem,ſed ego proprium meum,& tu tuum,& poſtea emamus communem fundum ſeruientem,non extinguitur ſeruitus.

d *Extinguitur.* aliter ſi duorum duo prædia fuerunt communicata.tũc enim ſeruitus remanet:vt infra eo.l.vnus.§.j. Et eſt ratio,vt ibi dicam.

e *In vtroque.* id eſt in ſeruiente,& cui ſeruitur.

f *Idem.*ſ.fundus Sempronianus,quem in cõmune redemimus.

g *Deberi poteſt.* quæ tamen non fuit cõmuis tempore ſeruitutis conſtitutæ.aliàs non poteſt:vt infra tit.j.l.ſi quis.§.item ſi duo. in fin.§.Et vt plene circa hanc.l.videas,dic ſecundũ Io. debet proprius tuus fundus meo proprio ſeruitutem.cõmunicatur alteruter,nõ extinguitur ſeruitus:vt ſupra de ſeruit.l.vt pomũ.§. ſi prædiũ.communicatur vterque ſimul, vel diuerſis temporibus,nõ extinguitur ſeruitus:vt ſupra de ſerui.vrb.prædi.ſi quis ædes.§.ſi partem.& infra eo.l.vnus.§.j.Item debet alienꝰ meo pprio ſeruitutem.in cõmune alienum redimimus: non extinguitur ſeruitus.multo magis ſi meum dominantem tibi communicauero,nõ extinguitur:arg.huius.l.in fi.Itẽ redimimus prius ſeruituté:poſt meum cõmunicaui tibi:extinguitur ſeruitus. Itẽ cõmunicaui tibi meum,poſt in cõmune redimimus ſeruituté: extinguitur ſeruitus:vt ar.huius.l.j.rñ. & infra.e. vnus.§.j. Itẽ fundus Męuij ſeruituté debet fundo Titij:redimimus vnũ:non extinguitur ſeruitꝰ:vt.ff.e.l.via.§.ſi fundꝰ.&.§.fi.&.C.e.l. & in ꝑuinciali.redimimus alterum,vel vtrumque ſimul: extinguitur

pretioſiſſima ſit,aut maximè vſum eius aquæ deſideret;ius eiꝰ ducendæ ſequatur:ſed pro modo [a] agri detenti aut alienati fiat eius aquæ diuiſio. [b]

Hæres potest eligere per quam partem fundi viam conſtituat ſine captione legatarij. Bartolus.

XXVI. PAVLVS libro quadrageſimoſeptimo ad Edictum.

SI via,iter,actus,aquæductus legetur ſimpliciter per fundum, facultas eſt heredi [c] per quã partẽ fundi velit cõſtituere ſeruitutẽ,ſi modò nulla captio legatario in ſeruitute fit.

Si à ſocio fundi dominantis emitur cõmunetti fundꝰ ſeruiens, ſeruitus extinguitur: ſecus ſi fundus dominantibus non poteſt eſſe communis. Bartolus.

XXVII. IVLIANVS libro ſeptimo Digeſtorum.

SI communi fundo meo & tuo ſeruiat fundus Sempronianus,& eundem in commune redemerimus: ſeruitꝰ extinguitur, [d] quia par vtriuſque domini ius in vtroque [e] fundo eſſe incipit.At ſi proprio meo & proprio tuo idem [f] ſeruiat,manebit ſeruitus:quia ꝑprio fundo per cõmunem ſeruitus deberi poteſt. [g]

Niſi plures domini de loco itineris conſentiant, ſeruitus eſſe inualiter non adquiritur. Bartolus.

XXVIII. IDEM libro trigeſimoquarto Digeſtorum.

ITinere ad prędium commune duorum legato, niſi vterque de loco itineris cõſentiat: ſeruitus neque adquiritur, [h] neque deperit.

Seruitus aquæ immittendæ intelligitur de ea quæ in fundo colligitur. Bartolus.

XXIX. PAVLVS libro ſecũdo Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

IS qui duo *† prædia confinia habuerat,ſuperiorem fundũ vendiderat. in lege [i] ita dixerat,vt aquam ſulco aperto emptori educere in fundum inferiorem recte liceat. Si emptor ex alio fundo aquam acciperet, & eam in inferiorem ducere vellet,quæſitum eſt an poſsit id ſuo iure facere,nécne. Reſpõdi,nihil [k] amplius quàm quòd ipſius fundi ſiccandi cauſa deriuaret, vicinum inferiorem recipere debere.

Quod ſeruituti accedit, iur: ſeruitutis accedit. Bartolus.

XXX. IDEM libro quarto Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

QVi * duo prædia habebat, in vnius vẽditione aquã [l] quæ in fundo [m] naſcebatur,& circa eam aquam latè decem pedes exceperat.quæſitum eſt,vtrum dominium loci ad eum pertineat: an vt per eum locũ accedere poſsit. Reſpondit,ſi ita [n] recepiſſet, *° circa eam aquam latè pedes decem* iter dũtaxat [p] videri vẽditoris eſſe.

Redemptione partium etiam pro indiuiſo, ſeruitus non extinguitur, niſi omnes redimantur. Bartolus.

IS qui duo.] *CASVS.* Prædio cõmuni meo & tuo Titius ſimpliciter ſeruitutem legauit. ſi non conſentiamus de loco itineris:nõ adquiremus ſeruitutem. Vi.

h *Adquiritur.* propter diſſentum nõ adquiritur:vt hic,& ff. de vſufruc.l.quotiens.ſed hodie vel forte cõſentiũt: vt.C. cõmunia de leg. † l.ſi.in princip. Vel alio modo iudex immittet vt faciat eos cõſentire: vt infra dè leg.j.l. huiuſmodi.§. fin. quæ eſt cõtra.Item quod dicit, non deperit: ideo eſt, quia quod non eſt,deperire non poteſt: vt.j. quãdo quéad.ſer. amit. ſi partem.j.reſpon.& ff. qui alienus mo.vſusfr. amit.l.j. circa principium.Acc.

IS qui duo.] *CASVS.* Duos fundos habebam,vnum verſus mõtem,alium magis inferius:confines tamen erant. vendidi illũ fundũ qui erat verſus mõtem: id eſt ſuperiorem fundum. conſtitui tibi ſeruitutem vt ſulco aperto ſuperioris fundi aquam tibi liceat immittere in agrum inferiorem. non licet tibi recipere aquã vicinorum. Viuianus.

i *In lege.* id eſt in pacto conuentionis.

k *Nihil.* nõ enim modus & c.vt.C. eodem.l. non modus. & ſupra eo.l.ergo.§.finali.&.l. ex meo.

QVi duo.] *CASVS.* Habebã duo prædia cõfinia,& in vno naſcebatur aqua:& ea vtebar ad aliud prædium. vendidi prædiũ in quo aqua naſcebatur. ego excepi aquam & fundo retento:& etiam circa eã aquã decem pedes ex eo,quod poſſem purgare riuum vbi illa aqua naſcebatur. Dicitur hic ꝙ ſeruitutem itineris tantũ videor excepiſſe. Viuianus.

l *Aquam.* id eſt ſeruitutem aquæ.

m *In fundo.* vendito.

n *Si ita.* ſi,id eſt quamuis.

o *Recepiſſet.*i.excepiſſet.ſic.j.tit.4.l.c.aliàs tñ legit excepiſſet.

p *Iter dumtaxat.* nõ dominium:vt.j.ſi ſer.vin.loci.Sed ar. cõtra.j.de aur.& ar.lega.ſpecies.& ſupra de vſufru.ea.re.quę vſu confu.l.fin.& j.de le.j.l.ſi fundus ſub cõditione.§.iij.His enim legibꝰ appellatione vſusfru. & vſus,& ædificij & ſoli,ꝓprietas intelligitur. *ADDITIO.* Dicit Dy.ꝙ hic.x.pedes fuerũt excepti propter ſeruituté aquæ:ideo iure ſeruitutis videntur excepti:ibi ſecus.& hoc innuit gloſſa.j.quæ exponit aquam,id eſt ſeruituté aquæ.Nec intelligas quòd illi decem pedes debeantur iure ſeruitutis ad aquã:quia ſic eſſet ſeruitus ſeruitutis:quod eſſe nõ poteſt:ſed illi decem pedes ſeruiunt ipſi prædio dominanti cui debetur ſeruitus aquæ,ſecundum Bartolum.

TRia.] *CASVS.* Ego & tu & Titiꝰ habebamus tria prædia. tuũ erat ſuperius:prædiũ Titij erat medium:prædium meũ erat inferius.adquiſiui ſeruituté aquæ ducendæ ex agro tuo ſuperiori:& per fundũ Titij ad fundum meum:poſtea emi fundũ tuũ ſuperiorem.nunc quæritur ſi vendo prædium meũ inferius:

an ſeruitus quam habebam, ſequatur emptorem? Et reſpō. ꝙ ſic. videbatur quòd ſeruit⁹ ſit amiſſa: quia vtraq; prædia vnius facta fuerūt: ſed dicit auctor huius. l. ꝙ non eſt amiſſa: & probat hoc modo: quia ego ducere aquam non potuiſſem, niſi prædiū Titij quod medium erat, ſeruituté deberet. ſic ergo poſtquā adquiſiui, nō poteſt amitti ſeruitus: niſi deſinam habere per fundum Titij.

a *Trium dominorum.* ita ꝙ quilibet ſuum habet.
b *Obiecta.* id eſt ſimul cōiuncta. aliàs adiecta.
c *Imo.* i. inferioris.
d *Summo.* i. ſuperiori.
e *Imo.* i. inferiori.
f *Concedente.* ſcilicet ſeruitutem. nā aliàs nō poſſet: vt ſupra eo. qui ſella. §. fina.
g *Idem.* ſcilicet dominus inferioris. Accur.
h *Amiſiſſe.* videtur quòd ſic. Accurſius.
i *Per quod.* ſ. medium.
k *Aliarum.* ſecus ſi eiuſdem cui ſeruitus debebatur: vt infra titu. j. l. in tradendis. §. interpoſitis. & l. quicquid. Io. & infra quemadmodum ſer. amit. l. ſi cum ſeruitus.
l *Duci deſiſſet.* ſcilicet tēpore. Et ſic not. ꝙ ſi aliqua ſunt neceſſaria in adquiſitione, quælibet eorum contraria ſunt neceſſaria in amiſſione. ſic infra de regulis iuris. l. nihil. & de verbo. obligatio. inter ſtipulantem. §. ſacram. & de adqui. poſ. quemadmodum. & l. quāuis.

Vndus.] C A S V S. Ego & tu communem fundum habebamus pro indiuiſo: poſtea egimus diuiſorio iudicio: & mihi tua pars adiudicata fuit: & ego tuam partem emi. poſtea prædicto fundo ſeruitutem adquiſiui per prædium tuū. bene poſſum talem ſeruitutem adquirere. Nec obſtat quod dicitur, quòd ſeruitus pro parte adquiri non poteſt: quia nunc ſum domin⁹ totius fundi: & ideo poſſum adquirere per partes, ſcilicet indiuiſas: vt ſupra de ſeruit. l. pro parte. j. ti. j. l. ſi quis duas. §. ſi quis partem. Viuianus.

m *Communis.* pro diuiſo.
n *Partem tuam.* quam pro indiuiſo habes.
o *Proprium.* ſcilicet fundum. & repete, tradidiſti.
p *Ait.* ſcilicet Africanus.
q *In id tempus.* ſic & contra, vt infra de vſufructu. l. Titio cum.
r *Meus.* totus. Accurſius.

Cum eſſent.] C A S V S. §. per plurium. talis eſt: Ego habebam fundum meum in quadā valle, & iuxta meum habebas tuum magis ſuperius: & Titius etiam habebat ſuum magis ſuperius quàm tuus eſſet. adquiſiui ſerui. aquę ducēdæ per omnia illa prędia ad fundum meum. poſtea volo concedere: an poſsim, quęritur. Et diſtinguitur: quia multum refert aut ab initio, id eſt tempore conſtitutæ ſeruitu. actum fuit vt mihi alij concedere liceret: & concedere potero. aut non fuit actum, & non poſſum. facit ad hunc. §. ſi. eod. ex meo. Viuianus.

XXXI. IVLIANVS libro ſecundo ex Minicio.

TRia prædia continua trium dominorū[a] adiecta[b] erāt. imi[c] prædij dominus ex ſummo[d] fundo imo[e] fundo ſeruitutem aquæ adquiſierat, & per medium fundum domino concedente[f] in ſuum agrum ducebat. poſtea idem[g] ſummum fundum emit: deinde inum fundū in quem aquam induxerat, vendidit. quæſitum eſt, num imus fundus id ius aquæ amiſiſſet: [h] quia cū vtraque prædia eiuſdē domini facta eſſeut, ipſa ſibi ſeruire non potuiſſent. Negauit amiſiſſe ſeruitutem: quia prædiū per quod[i] aqua ducebatur, alterius[k] fuiſſet. Et quemadmodum ſeruitus ſummo fundo, vt in imum fundum aqua veniret, imponi aliter non potuiſſet, quàm vt per medium quoque fundum duceretur: ſic eadem ſeruitus eiuſdem fundi amitti aliter non poſſet, niſi eodem tempore etiam per medium fundū aqua duci deſiſſet, [l] aut omniū tria ſimul prædia vnius domini facta eſſent.

In conceſſione partis facta ſocio, poteſt concedens fundum propriam ſeruitutem facere. Bartolus.

XXXII. AFRICANVS libro ſexto Quæſtionum.

FVndus mihi tecum communis[m] eſt: partē[n] tuam mihi tradidiſti, & ad eundē viā per vicinū tuum propriū.[o] Rectè eo modo ſeruitutē cōſtitutam ait[p]: neq; quod dici ſoleat, per partes nec adquiri nec imponi ſeruitutes poſſe, iſto caſu locū habere. Hic enim non per partem ſeruiturem adquiri: vt poſſim cum in id tempus[q] adquiratur, quo proprius meus[r] fundus futurus ſit.

Tempore diuiſionis poteſt agi vt fundus qui obuenit vni, ſeruus fundo qui obuenit alteri. Bartolus.

XXXIII. IDEM libro nono Quæſtionum.

CVm eſſent mihi & tibi fundi duo communes Titianus & Seianus, & in diuiſione[ſ] conueniſſet vt mihi Titianus, tibi Seianus cederet, inuicem partes eorum tradidimus: & in tradendo dictum eſt vt alteri per alterum aquam ducere liceret. rectè eſſe ſeruitutem impoſitā ait, maximè[t] ſi pacto ſtipulatio ſubdita ſit.

Qui habet ſeruitutem aquæductus, non poteſt concedere hauſtum aquæ ex riuo, niſi hoc pepigerit cum domino fundi ſeruientis. Bartolus.

Per plurium[†] prædia aquam ducis[u]. quoquo modo[x] impoſita ſeruitute, niſi pactum vel ſtipulatio etiam de hoc[y] ſubſecuta eſt, neque eorum[z] cuiuis, neque alij vicino poteris hauſtum ex riuo cedere. Pacto enim vel ſtipulatione interuenientibus & hoc concedi ſolet: [a] quamuis nullum prædium ipſum ſibi ſeruire, neque ſeruitutis fructus conſtitui poteſt.

Vnus ex ſociis non poteſt fundum cōmunem ſeruum facere: nec ei libertatem adquirere à ſocio, vel extraneo. Iul. Primo ponit vnum dictum. Secundo vnā illationē. Tertio reſpondet cuidam argumento contrario. Secunda ibi, & ideo ſeruis tibi, quamuis.

XXXIIII. PAPINIANVS libro ſeptimo Quæſtionum.

VNus ex ſociis fundi cōmunis permittendo[b] ius eſſe ire agere, nihil agit.[c] Et ideo ſi duo prædia quæ mutuò ſeruiebant, inter eoſdē fuerint communi: & ideo nec remittere ei debitā: vt in hoc exēplo: Habeo meum prædium proprium, tuum mihi ſeruit, puta in via: meum tibi ſeruit, vt in aquęductu. poſtea cōmunicamus ego tibi meū, & tu mihi tuū. quęritur an ſeruitus remittatur hinc inde? Et dicit quòd non. nam ſeruitus quæ debebatur tuo fundo ad meū primum, remanet ei debita etiam poſtquam cōmunicaſti mihi tuū: licet in parte ſeruitus fiat mea, & ſic videatur extinguiquia ſic vnus ſociorū remitteret: quod eſſe nō poteſt. [SI FONS.] Ex fonte qui erat in fundo tuo, aquæductum habebam: qui fons fuit poſtea deſiccatus. vnde ſteti per. x. vel. xx. an. quòd vſus nō fui prædicta ſeruitute. ſi poſtea redeat ad venā ſuā ille fons, & aqua ibi fit: ſum in integr. reſtituendus, vt iterum vtar. & hoc dicit cum. l. ſequen. quæ continuatur.

s *Vicia.*
t *Maxime.* nam idem ſi ſtipulatio non fit: vt ſupra de pactis. l. in traditionibus.
u *Ducis.* ſi habes ducis, planum eſt: vt dicit Ioan. ſi duci, quaſi dicat, impoſita hac ſeruitute aquam duci.
x *Quoquo modo.* ſiue in vltima voluntate: ſiue inter viuos.
y *Deboc.* ſ. vt liceat tibi cedere alij. Azo.
z *Neque eorum.* id eſt alicui eorum, per quorū prædia aquā ducis.
a *Solet.* Not. ex vi pacti hoc fieri poſſe: vt hic, & j. de riuis. Labeo. in fin. Sed duplici ratione videtur contra. Prima, quia ſi cedo illi per cuius prædiū aquam duco: in id quod mihi ſeruiebat, ſeruiet ſibi: quod eſt abſurdū, vt ſubiicit: cū nec etiā ſuo domino poſſit ſeruire, vel alteri rei eiuſdem domino, nedum ſibiipſi: vt. j. ſi vſusfr. pet. l. vti. Secunda, quia in ſeruitute mea conſtituo alij ſeruitutē, quod eſſe non poteſt: vt hic ſubiicit, & infra de vſufr. leg. l j. quæ eſt contra. Sol. ad vtramque: quia ſing. 469. hic nec ipſum ſibi ſeruiet: nec erit ſeruitus ſeruitutis, ſed prædium in quo aqua naſceba-tur, hanc ſeruitutem præſtabit: quam ego poſſum conſtituere, licet non ſim dominus: quia facio domini voluntate: vnde dominus facere videtur: vt. j. de publicia. l. ſi quis prohibuit. [a] Pacto autē non appoſito non potero hoc facere, niſi poſtquam agrum meum fuerit aqua ingreſſa: vt. j. de aqua quotidiana & aſtiti. l. j. §. illud. Et not. ſtrunā ſcriar. quòd poſſum facere procuratorem ad faciendum procuratorē. Accurſius.

†*Lud. Rol. in ſuo ſin. ſing. 469. ibi meminit de iſto text. & aliegat eū pro ſing. tamē ſi ſubtiliter videas tur, nō valet id ad quod ponderatur per Ludo. vide quæ dicunt hic in nouis inter pre. Boleg. a alias inſcipit, P. pi. lib. 6. quæſtiti. l. j. §. illud. Et not. ſtrunā ſcriabit. Procurator procuratorē facere po-teſt.*

VNus.] C A S V S. teſt. Plures ſunt domini vni[a] fundi. vnus eorum non poteſt ſeruit. imponere fuudo communi: & ideo nec remittere ei debitā: vt in hoc exēplo: Habeo meum prædium proprium, tuum mihi ſeruit, puta in via: meum tibi ſeruit, vt in aquęductu. poſtea cōmunicamus ego tibi meū, & tu mihi tuū. quęritur an ſeruitus remittatur hinc inde? Et dicit quòd non. nam ſeruitus quæ debebatur tuo fundo ad meū primum, remanet ei debita etiam poſtquam cōmunicaſti mihi tuū: licet in parte ſeruitus fiat mea, & ſic videatur extinguiquia ſic vnus ſociorū remitteret: quod eſſe nō poteſt. [SI FONS.] Ex fonte qui erat in fundo tuo, aquæductum habebam: qui fons fuit poſtea deſiccatus. vnde ſteti per. x. vel. xx. an. quòd vſus nō fui prædicta ſeruitute. ſi poſtea redeat ad venā ſuā ille fons, & aqua ibi fit: ſum in integr. reſtituendus, vt iterum vtar. & hoc dicit cum. l. ſequen. quæ continuatur.

a *Vni.* fundi. vnus eorum non poteſt ſeruit.
b *Permittendo.* vicino. Accurſius.
c *Nihil agit.* vt ſupra de ſer. l. ij. niſi alij poſtea cedant: vt infra eod. l. per fundum. ſed ſecus in perſonali ſeruitute, quæ ab vno cedi poteſt vt ſupra vſufructu. quemad. ca. l. antepenul.

a *Placet.*si enim tu mihi tuum, & ego tibi meum communicauimus, seruitutes retinentur quæ iuicem debebantur, siue eodem tempore hanc communicationem faciamus, vt hic: siue diuersis temporibus, vt. ff. titu. j. l. si quis ædes. §. fin. Sed an insolidum: an vero pro parte detinentur, pro qua remanet dominus prædij cui seruit? Quidam dicunt insolidum, & hanc literam sic legunt, quoniam seruitutes retineri placet: scilicet insolidum, per partes. s. fundi. q. d. occasione partis fundi totaliter seruitus retinetur. Argum. pro eis. j. de in dié addic. quòd si vno. §. fi. Sed tu dic pro parte tãtum retineri, vt hic dicit. & aperte habes. ff. de serui. l. vt pomum. §. j. Si autem quæris cur non possit seruitus remitti, vt hic subiicit, cũ pro parte tantum indiuisa debeatur? Respon. ipsa lex, quia nõ potest vnus solus imponere: vt in princ. huius. l. vnde sequitur quòd nec liberare. nam quæ sunt necessaria in adquirenda seruitute, & in ea amittenda: vt supra eo. l. tria. est & alia ratio naturalis, quia licet pro parte tua quam habes in prædio dominanti, debeatur: verum est tamen communi prædio deberi. & ideo quia vel mihi soli posset totus fundus adiudicari: ficq; ad me tranfiret seruitus si prius prædium meum alienassem, dicitur seruitutem non posse remitti, habito respectu ad id quod fieri potest: vt. ff. de iurisd. om. iudi. si idé. §. fi. & facit. ff. tit. j. l. si quis ædes. & j. tit. j. l. quicquid. Sed opponitur, quare extinguitur, quando prius erat cõmunis fundus cui seruiebatur: & postea seruiés emitur in cõmune: vt. ff. e. si cõmuni. quæ est cõtra. & nõ est hic quãdo ambo simul cõmunicantur? Respon. secundũ quosdã: quia ibi cœperat pars ius esse vtrique: quia & prior erat cõmunis, & seruiés factus est cõmunis. hic autẽ neuter erat cõmunis, & in vtroq; erat seruitus: idcoq; retinetur in vtroq;. Vel dici potest q̃ facilius in retẽto prædio seruiente retinetur seruitus quàm in adquisito. Tu dic differẽtiam esse inter redemptioné, vt ibi, & cõmunicationem: vt hic. nam in redẽptione vẽdens & emens loco vnius habẽtur: vt. j. de cõtrahen. empt. dolia. §. cũ qui. & plures ementes loco vnius sunt: vt. j. de cõdi. & demõ. l. cui fundus. vnde sicut vno redimente fundũ sibi seruiẽtem extinguitur seruitus: vt. ff. titu. j. si quis ædes. in prin. ita hic. sed hoc nõ potest dici in cõmunicatione, vt vice vnius fungãtur. quis enim ille est cuius vice illi ambo fungãtur? verum est tamen hunc pro parte vice alterius & econtra fungi ratione communicationis. Accur.

b *Debetur.* q. d. huic pro sua parte.

c *Prædio communi.*

d *Constitutum tempus.* ad amittendam seruitutem.

e *Quæritur.* & sol. statim. l. sequen.

f *Et Atilicinus. Rescripsisse.* ad quæstionem supra proxi. factam, dando etiam exemplum de facto. Accur.

g *Quod.* id est quia. Accursius.

h *Exaruisset.* id est deseccatus fuisset. Accursius.

municata, quoniam seruitutes pro parte retineri placet, a ab altero seruitus alteri remitti nõ potest. Quamuis enim vnusquisque sociorum solus sit cui seruitus debetur, b tamen quoniam nõ personæ, sed prædio c deberẽt*: neque adquiri libertas, neque remitti seruitus per partem poterit.

**prædio debetur*

Qui non vtitur ipso impedimento congruo tempore, seruitutem amittit: sed ei restituitur ex clausula generali. hoc dicit cum l. sequenti.

Si fons exaruerit, ex quo ductum aquæ habeo, ísque post constitutũ d tempus ad suas venas redierit: an aquæductus amissus erit, quæritur: e

XXXV. PAVLVS libro quintodecimo ad Plautium.

ET Atilicinus ait Cæsarem Statilio Tauro rescripsisse f in hæc verba: Hi qui ex fundo Sutrino aquã ducere soliti sunt, adierũt me, proposuerúntque, aquam qua per aliquot annos vsi sunt ex fonte qui est in fundo Sutrino, ducere non potuisse, quòd g fons exaruisset: h & postea ex eo fonte aquã fluere cœpisse: petierúntq; à me, vt ius quod non neglegentia aut culpa sua amiserãt, sed quia ducere non poterant, his restitueretur. Quorũ mihi postulatio cũ non iniqua visa sit, succurrẽdum his putaui. itaq; quod ius habuerunt tunc cum primùm i ea aqua peruenire ad eos non potuit, id eis restitui k placet.

Stipulatio pœnalis ad personam relata, non facit præsumi seruitutem impositã. Bartolus.

XXXVI. IDEM libro secundo Responsorum.

CVm fundo quem ex duobus retinuit l vẽditor, aqnę ducendæ seruitus imposita sit, empto prædio quęsita seruitus distractum m denuo prædiũ sequitur. Nec ad rem pertinet, quòd stipulatio qua pœnã promitti placuit, ad personam emptoris, si ei fortè frui nõ licuisset, relata est. n

Ex indeterminata concessione respectu fundi dominantis, præsumitur cõcessio personalis. b. d. quam l. no. cum l. sequen.

XXXVII. IDEM libro tertio Responsorum.

Λούκιος Τίτιος Γαΐῳ Σέῳ τῷ ἀδελφῷ πλεῖστα χαίρειν. Ὕδατος τοῦ ῥέοντος εἰς τὸν κρήνωνα τὸν κατασκευασθέντα ἐν ἰσθμῷ σοῦ τοῦ πατρός μου, δίδωμί σοι καὶ χαρίζομαί σοι ἀκύτυλον εἰς τὸν οἰκίαν σου τὸν ἐν τῷ ἰσθμῷ, ὅπου ἂν βούλῃ.

[id est, Lucius Titius Gaio Seio fratri suo S. P. De aqua fluente in fontem quem pater meus in Isthmo o instruxit, do cõcedóque tibi gratuitò digitũ, † p siue ad domum, quam in Isthmo tenes, siue quacunq; q tandem volueris.] Quæro an ex hac scriptura r vsus aquæ etiam ad heredes Gaij Seij pertineat. Paulus respondit vsum f aquæ personalẽ ad heredẽ Seij quasi vsuarij transmitti nõ oportere.

i *Cum primum.* id est quando. sic supra de mino. l. fin.

k *Restitui.* non ipso iure: vt. j. quemadmo. ser. amit. l. si locus. & l. si quis alia. sed ex illa generali clausula. ff. ex qui. cau. ma. l. j. §. fin. & sic amittitur, licet restituatur. Sed videtur non amitti, cum ea vti non potuerunt: vt. C. de anna. excep. l. j. §. fina. cum cõtra desides tantùm præscriptiones sint inductæ: vt. j. eod. tit. l. pen. in fi. quæ similiter est contra. hic autẽ nõ fuit deses. So. aliud in præscriptione seruitutũ, quàm in possessione rerum corporalium, in quibus exigitur bona fides & titulus: & possessioné ab alio detentam, & à se neglectã. sed in his incorporalibus sufficit quòd nõ petiit seruituté, & sic non fuit ea vsus vsque ad. x. ann. vt infra quemadmo. ser. amit. si partem. §. si per fundũ. Ité no. hic quòd restituta re in pristinũ statum, & pristina iura restituenda sunt: vt supra de rerum diuisione. l. in tantum. & infra si ser. vin. & si forte. §. etiã. & l. sicut. §. distant. & supra tit. j. l. eum. & infra de solu. quæ res. §. aream. in fine. ibi, diuersum dicemus &c. & infra qui. modis pignus vel hypo. sol. l. voluntate. & infra quemad. ser. amit. l. si locus.

l *Retinuit.* nam cum duos haberet fundos, & vnum venderet, dixit vt retentus alienato seruiret.

m *Distractum.* ab eo qui emit.

n *Relata est.* hoc faciebat quæstionẽ. nam quia pœnæ stipulatio interposita erat in persona emptoris primi, videbatur seruitus personalis: & ideo nõ trãsire debere ad secundũ emptorem: vt. j. l. proxi. quæ est cõtra. sed tamen nõ est ita: quia mens fuit vt prædio quæreretur, quę in pactis inspicitur: vt. ff. de pact. l. iurisgentium. §. vtrum. & facit infra de prob. l. si pactum.

Cum fundo.]CASVS. Habebam prædia: vnum tibi vendidi, & constitui tibi seruitutem aquæ ducendæ per re- † *Digitus tentum. certe recte ser- hoc loco fi-* vitus cõstituta est: vn- *gulum digi* de si postea Titio ven- *tum, figu* dis prædium, quod tibi *ram, aut* vendidi, sequitur Ti- *tiã vocat* tium emptorem seruitutis. Nec obstat quòd ti *nãsi mu* tius. nam cum si faceré cõtra seruitutem impositam. Viui. *dimetros digitales q̃ Bulbi.*

o *In Isthmo.* id est terra quæ est inter duo maria. Azo.

p *Digitum.* id est quantum fluit per digitum statuæ vel imaginis per cuius foramen stillat aqua. quandoque enim per rostrũ, quandoque per digitum fluit.

q *Quacunque.* ex hoc apparet quòd est personale ius: quia nõ alicuius prędij contẽplatione fuit tradita. & sic nõ est cõtra. ff. l. proxi. quia ibi ad certum prædium constituebatur. Accur.

r *Scriptura.* supradicta Græca, quæ est translata in Latinum.

s *Vsum.* id est potestatem. Accursius.

Flumine.

a *Flumine.* Pone casum vt distinguas, aut mihi constituis seruitutem in prædium quod habes vltra flumen: per qđ volo ad Ecclesiam forte ire. quo casu potest fieri si flumen in quo quasi incipit seruitus, transeatur.

b. *Vado.* i. per gradus quosdá lapideos. siue ponte. s. lapideo vel ligneo. Accursius.

c *Si pontonibus.* id est lignis vel nauiculis traiiciatur. si autē ex hac & ex illa prædium habeas: vel ex hac tantum sed ex illa habet alius: tunc quocunque modo flumen transeatur etiā pontonibus, potest cōstitui seruitus: & secundum hunc prosequere literam vsque in finē. Alij dicunt ꝙ hæc distinctio quæ fit in prin. transeatur vado siue pōte, an vero pontonibus, tollitur in fi. l. ibi, quod si est &c. & secūdū hoc legitur suspēsiue litera vsque ibi. & qđ dicit, si per vnius, id est iuxta: sed secundū quod prius exposui, placet.

** Pontones sunt fuminibus traiiciendis apparata. Alcia. 6. part. c. 13.*

d *Hoc ita.* i. viam constitui non posse si pontonibus traiiciatur.

e *Si per vnius.* i. iuxta vnius prædia: puta ab vna parte tantum, non vtraque: hoc enim statim ponetur. & hoc secundum primum modū ponendi casum. vel secundum aliū dices hoc ita. s. viam cōstitui posse indubitanter si per vnius, id est inter vnius præ. &c. quia habes ex vtraque parte tua prædia. ideo dixi indubitanter: quia & si alterius sint ex altera parte, idē est: vt infra statim subiicit. Accursius.

f *Mihi.* i. prædio meo dominaturo, in quo coloni mei stare nolunt, nisi acquiram eis viam ad ecclesiam, vel ciuitatem.

g *Ne.* id est an.

h *Ad viam publicam.* Et certe non est vetandum quin à pluribus ita constitui possit. Accursius.

i *Trans flumen.* id est vltra.

k *Idem iuris.* vt via cōstitui possit. Et rñ. quòd sic: vt in fi. soluitur. vbi dicit, qđ si est &c. & continua hic: bene dixi quòd ad viā publicam mihi seruitutem quærebam: vt. ī. proxi. nam vltra non est opus viam extendi: quia finitur ab eo loco quo incipit via publica vel ciuitas: vt subiicit: &. j. de lo. & iti. pu. l. fin. & ad vtrāque expositionem conuenit: & hic tacitæ obiectioni respondit sic: & caue quia non est hæc via seruitus prædialis.

l *Sit.* vt hoc casu possit cōstitui: licet pōtonibus traiiciatur: vel dic, vt & hic nō possit cōstitui, licet vado vel pōte possit trāsiri.

m *Traiiciatur.* cum loquatur hic quando priusquam perueniretur ad flumē, inceperat seruitus, quare finitur siue traiiciatur pōtonibus, vel alio modo? Respon. non ob hoc dicit hoc, vt vltra constitui non possit: sed si cōsueuit fieri. nam & publica via interueniente vltra potest constitui: vt supra de ser. l. seruitutes. §. publico. & tamen hic dicit ibi finiri.

n *Ad proprium.* cui debetur seruitus.

o *Quod si est.* scilicet vt prædia trās flumen sint eiusdem: & sic respondet tantum illi quæstioni quæ fit ibi: sed videamus &c. & quod subiicit, quamuis, sic construe: quāuis flumen publicum intercedat inter prædium &c. & quod flumen transeatur vado vel pontonibus vel quocunque modo, hoc secundū primum casum.

A flumine quod transitur ponte vel vado, potest incipere seruitus viæ: secus si pontonibus vel nauiculis transeatur: licet tale flumen seruitutem itineris aliàs captam nō interrumpit. Bartolus.

XXXVIII. IDEM libro primo Manualium.

FLumine[a] interueniente, via cōstitui potest, si aut vado[b] transiri potest: aut pontem habeat. diuersum, si pontonibus[c] * traiiciatur. Hæc ita,[d] si per vnius[e] prædia flumen currat. alioquin si tua prædia mihi[f] vicina sint, deinde flumen: deinde Titij prædia: deinde via publica, in quam iter mihi adquiri volo: dispiciamus ne[g] nihil vetet, à te mihi viam dari vsque ad flumen, deinde à Titio vsque ad viam publicam.[h] Sed videamus, num & si tu eorum prædiorum dominus sis, quæ trans flumen[i] intra viam publicam sint, idem iuris[k] sit[l]: quia via consummari solet vel ciuitate tenus, vel vsque ad viam publicam, vel vsque ad flumen in quo pōtonibus traiiciatur,[m] vel vsque ad proprium[n] aliud eiusdē domini prædiū. Quod si est,[o] non videtur interrumpi seruitus, quamuis inter eiusdem domini prædia flumen publicum intercedat.

COMMVNIA PRAEdiorum tam vrbanorum quàm rusticorum.

TITVLVS IIII.

Hic ponitur quæ dicantur ædificia rustica, & quæ vrbana. Bartolus.

I. VLPIANVS libro secundo Institutionum.

AEdificia† vrbana quidē prædia appellamus: cæterùm[p] & si in villa[q] ędificia sint, æquè seruitutes vrbanorū prædiorum constitui possunt. Ideo autem hę seruitutes prædiorum appellantur, quoniam sine prædiis constitui non possunt.[t] Nemo enim potest seruitutem adquirere vel vrbani vel rustici prædij, nisi qui habet prædium.[t*]

Im hauriendi vel ducendi aquam ex flumine per castellum, non est seruitus propriè: sed in hoc iure quæ tanquam in seruitute defendetur.

II. IDEM libro septimodecimo ad Edictum.

DE aqua[r] per rotam tollenda ex flumine vel hauriēda, vel si quis seruitutem castello impoſuerit, quidam dubitauerunt ne[s] hę seruitutes nō essent. Sed rescripto imperatoris Antonini ad Tullianum adiicitur, licet seruitus iure nō valuit, si tamen hac lege comparauit[z], seu alio quocunque legitimo modo sibi hoc ius adquisiit, tuendum esse eum qui hoc ius possedit[y].

III. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

COMMVNIA prædiorum tam vrbanorum quàm rusticorum.

Postquam specialia seruitutum vrbanorum & rusticorum dixit, nunc dicit quæ sunt communia. sic facit. C. communia vtri. iud. Sed in quo differt huius tractatus ab illo supra de ser? Respon. ibi magis intendit aliqua regulariter dicere. hic autem in casibus quibusdam communionem desiderat.

† *Possunt hic not. vtrū regulam ex fi. ex. nemi nō posse seruitutem adquirere vel constituere aut imponere, nisi sit dominus aliàs vt volunt doc. hic infra lidum: consortes: & ibi Ang. in §. ideo autē. insti. de ser.*

†* *In quibusdam exemplarib. additur, nec quisquam deinceps nisi qui habet prædium.*

[A]Edificia.] CASVS. Prædiorum alia sunt vrbana, & alia rustica: vrbana sunt quę sunt in ciuitate, vel in villa: si ibi sunt domus, nihilominus est vrbanū: aliud est rusticum. Secūdo dicit ꝙ nullus potest acquirere seruitu. nisi qui habet proximū prædiū. Item nullus concedere potest, nisi habeat prædium: de quo dic vt in apparatu. Accursius.

p *Cæterum.* id est certe.

b *Aquilia tenebitur.* idẽ ſi virginem immaturam ſtuprauerit, ꝙ teneatur Aquilia:vt.ſ. de iniur. ſi ſtuprum.in fin. Sed cum oliua immatura plus reddat fructuum,quàm matura:vt.ſ.de vſufruc.le. l.pe. quomodo agitur? Rñ.quia non ita ſanum vel bonum fructum reddit. Item cuius temporis fiet æſtimatio? Reſpon. idem quod in infante: vt ſupra eo.l.Neratius.§.ſi infans.Immo etiam ad futurum: vt.ſ.eo.liber homo.

minus amplius inquietet. [a] Nã [b] alia [c] quædã ſpecies damni eſt, ipſum quid corrumpere & mutare,vt lex Aquilia locum habeat:alia,nulla ipſius [d] mutatiõe [e] applicare aliud, cuius moleſta ſeparatio ſit. [f] Cum eo planè qui vinum ſpurcauit, [g] † vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit,agi poſſe [h] Aquilia Celſus ait: quia etiam effuſum,& acetum factum,corrupti appellatione continetur.Et non negat fractum & vſtum contineri corrupti appellatione: ſed non eſſe nouum, [i] vt lex ſpecialiter quibuſdam enumeratis,generale ſubiiciat verbum, quo ſpecialia complectatur.quę ſententia vera eſt. Rupiſſe eum vtique accipiemus qui vulnerauerit,vel virgis vel loris vel pugnis cecidit, vel telo vel quo alio, vt ſcinderet alicui corpus: vel tumorem fecerit: [k] ſed ita demum, ſi damnum iniuria datum eſt. Cæterùm ſi nullo ſeruum pretio viliorem [l] deteriorémve [m] fecerit: Aquilia ceſſat: [n] iniuriarúmque erit agendum duntaxat.Aquilia enim eas ruptiones [o] quæ damna dant, perſequitur. Ergo & ſi pretio quidem non ſit deterior ſeruus factus, verùm ſumptus in ſalutem eius & ſanitatem facti ſunt, in hæc mihi videri damnum datum:atque ideo lege Aquilia agi poſſe. [p] Si quis veſtimenta ſciderit vel inquinauerit, Aquilia quaſi ruperit tenetur. Sed & ſi quis milium vel frumẽtum meum effuderit in flumen, ſufficit Aquiliæ actio. [q] Item ſi quis [r] frumento harenã vel aliud quid immiſcuit,vt difficilis ſeparatio ſit,quaſi de corrupto agi poterit..

Not.in vers.quod ſi ad aliquem.quòd punitur ille qui dat opem mediate,non ſolum ſi immediate. Bal.

Si quis de manu mihi nummos excuſſerit, Sabinus exiſtimat damni iniuriæ eſſe actionem, [s] ſi ita perierint,ne ad aliquem peruenirent : puta ſi in flumẽ vel in mare vel in cloacam ceciderunt. Quòd ſi ad aliquem peruenerunt,ope conſilio furtum factum * agendum. [t] quod & antiquis placuit. [u] Idẽ etiam [x] in factum dari poſſe actionem ait. Si mulier [y] pugno,vel equa ictu à te percuſſa, eiecerit: [z] * Brutus ait Aquilia teneri quaſi * rupto. Et ſi mulum [a] plus iuſto onerauerit, & aliquid membri ruperit, Aquiliæ locum fore. Si nauem venaliciarum mercium perforaſſet, Aquiliæ actionem eſſe, quaſi ruperit, Viuianus ſcribit.

Allegatur iſte text.quòd aliud eſt damnum, aliud eſt furtum. damnum eſt cum rei corruptione:furtum eſt cum amotione. Bal.

Si oliuam immaturam decerpſerit, vel ſegetem deſecuerit immaturam,vel vineas* crudas, Aquilia tenebitur; [b] quòd ſi iã maturas, ceſſat Aquilia. Nulla enim iniuria eſt, cum tibi etiam impenſas donauerit, [c] quæ in collectionem huiuſmodi fructuum impenduntur.Sed ſi collecta hæc interceperit, furti tenetur. Octauenus in vuis adiicit:niſi, inquit, in terram vuas proiecerit, vt effunderentur. [d] Idem & in ſilua cædua ſcribit: vt ſi immatura, Aquilia teneatur:quòd ſi matura * interceperit,furti teneri eum,& arborum furtim cæſarum. [e] Si ſalictum maturum ita ne ſtirpes læderes, tuleris:ceſſare Aquiliam.

Nota quòd etiam bonum quis mihi faciendo,interdum facit mihi iniuriam, quod eſt multum notandum,ſecundum glo. Bal.

Et ſi puerum quis caſtrauerit,& pretioſiorem fecerit, [f] Viuianus ſcribit ceſſare [g] Aquiliam:ſed iniuriarum [h] erit agendum, aut ex edicto ædilium, [i] aut in quadruplum. [k]

Not.quòd conuentio facit ceſſare actionẽ legis Aquil.ſicut actionem ex contractu.

Si calicem diatretum [l] faciendum [m] dediſti: ſi quidẽ imperitia fregit,dãni iniuria tenebitur. ſi verò non imperitia fregit,ſed rimas habebat vitioſas, poteſt eſſe excuſatus. & ideo plerumque artifices conuenire ſolent cũ eiuſmodi materiæ dãtur, nõ periculo ſuo ſe facere.quę res [n]

c *Donauerit.* No.videri quem donare:vt inſti.de rerum di.§. ex diuerſo.Sed cõtra.ĩ.de neg.geſt.ſi pupilli.§.ſed & ſi quis.Sol.ibi animo lucrandi:hic animo damnum dandi tantùm.vel ibi nomine domini:hic ſuo.Item cõtra.j.fami.ercif.l. fundus qui.&.j.ſo. ma.l.fructus.Solu.ibi quãdo erat in retentione : hic autem petere volebat, ſecundum Io. Item contra. C.de rei vindicatione. l.domum.ſed ibi in expenſis circa rem factis,hic circa fructus.Item ibi erat in retentione.

** furti quidem ag.*

d *Vt effunderentur.* & ſic non tenetur furti, cum animum lucrandi non habuerit:vt.j.eodem.ſi quis te.§. fina. Accurſius.

** Eiicere, verbum eſt ad immaturam partum accommodatum: vt de cielli ps° dicitur pro abaſtin. Bu.*

e *Caſurum.* ſimili diſtinctione tenetur & interdicto quod vi aut clam: vt infra quod vi aut clam.l.ſi immaturam.

** quaſi de rupto.quaſi ruperit.*

f *Pretioſiorem fecerit.* quod intelligo ſecundum diuerſitatem locorum: vt in Apulia. ſed in Italia minoris eſt pretij.

g *Ceſſare.* vt arg. ĩ.ea.l. §.rupiſſe.Accurſius.

** Hal.vnus*

h *Sed iniuriarum.* Sic ergo.not.ꝙ etiam bonum quis mihi faciẽdo, facit mihi iniuriam: vt hic, quod eſt notandum .tenetur etiam iſte.l. Cornc. de ſica. vt.ſ. ad le. Cor.de ſi.l.iij.§.qui hominem. &.l.iiij.§. idem diuus.Item & hodie maior pœna imponitur, ſcilicet capitalis: vt. C. de eunuchis.l.j.&.ij.Accurſius.

i *Ædilium.* ſi quis talem vẽdat.nam eſt morioſus: vt infra de ædilit.edict. ſinautem. licet alia animalia non ſint vitioſa propter hoc: vt ĵ.de ædilit.edict. l.ædiles.§.ſed enim.

** immaturam*

** maturam*

k *In quadruplum.* ex.l. xij. tabula. ſcilicet actione in factum: vt & ſupra ſi quadrup. l.j. in princ.& prompte dicas hoc caſu dari actionem in quadruplũ: licet quidam dubitent. An autẽ vna prædictarum tollatur per aliam? Reſpon.

Actio vna an per aliã tollatur.

b Diatretum non ciuilis per criminalem:vt.C.quando ci.ac. cri. præiud.l. j. Sed vna criminalis per aliam ſic: vt infra de ac.l. ſenatus. Item vna ciuilis per aliam,niſi in id quod ex- cedit:vt infravi bo.rap. l.j.Accurſius.

calix torna tilis eſt, & celatui. Tra tum enim, diatretum Græce, fora tile, pertuſum,ſeruatile aut torne factum ſignificat. Budæus hic, & dam hic,& Alex. ab Alexan. Alb. lib.ſ. cap.17.

l *Si calicem diatretum.* forſitan à loco: vel ideo diatretum, quia duas capit menſuras.

m *Faciendum.* id eſt reficiendum.alioquin cur de futuris quæritur? Azo.

n *Quæ res.* id eſt quæ pactio.

a *Tollat.* id est facit non incipere. sic & non obligatus dicitur liberari quandoque, impropriè scilicet: vt. j. de verbo. obli. l. decē. No. tamen q̄ semper à periculo contingenti vitio materiæ, est excusatus: nisi contra dictum fuerit: vt. j. loca. ité quæritur. §. si gē ma. & l. si quis fundum. §. si quis vitulos. & l. fi. Accursius.

a *Extricatas margaritas, hoc loco Vlpianus intelligit quas ex rudi & informi habitu arte grammarii polita sunt. Budæus.*

b *Extricatas.* id est desertas, vel separatas ab inuicem. Accursius.

c *Pertusis.* id est perforatis.

Actio legis Aquiliæ nō est famosa.

d *Lege Aquilia.* ex eo quod dicit dari Aquiliam viro in vxorem, & idem dicitur infra de dona. inter vi. & vxo. l. si mulier dolo. & j. e. l. pe. colligo, quòd hæc actio non est famosa. nam si esset, nō daretur in vxorem: vt. C. re. amo. l. diuortij. Sed cur datur cō stante matrimonio: vt hic dicit, cum sit pœnalis: vt. C. re. amo. l. ij. Respon. hic dabitur in simplum tātum: vt. j. de ser. corrup. l. fi.

e *Fores.* id est ostia siue portas.

f *Commendauerit.* id est cōmodauerit alicui seruum cum mulo. Vel dic id est depositum, scilicet seruum & mulum similiter? vt subiicit: vel dic plane, vt sonat.

g *Loro.* id est fræno, siue camo. Accursius.

h *Præcipitaret.* scilicet mulus.

i *Si pro perito.* quod est vbi ad mulum regendū seruum petij, & ipse eū mihi obtulit: vt & infra loc. l. cū in plures. §. seruum.

k *Imperitum.* scilicet seruus. Azo.

l *Terrore.* scil. extranei.

m *Ex locato.* i. ex conducto: vt. j. posuit.

n *Actio.* vtilis cum nō corpore dedit damnum: vt institutio. eodem. §. finali.

Flostellari.

b *Victori legit Bud. pro eo quod erat tectori, & recte: quia victores cuparii sunt: qui vitibus cupas sarciūt vinciuntque. vitilia autē sunt quæ sic lēta sunt vt cōmode flectantur. Est vinire, vincire & inflectere. hac vide.*

o *Etiam Aquilia.* scil. noxalem: vt seruus cui pollex erit abscissus, detur pro noxia.

p *Item si victori.* b vetus lectio est, tectori, id est artifici. Azo.

q *Lacum.* genus vasis, torcular forte erat.

r *Pertuderit.* id est perforauerit.

† *Huic responso congruit Exodi cap. xi. circa fin.*

s *In factum.* non enim vinum tetigit, sed causam effusionis præstitit: vnde non tenetur directa Aquil. sed in factum: vt. j. eo. l. qui occidit. §. penul. Accursius.

t *Qui foueas. Occidit.* puta bos.

u *Aquilia.* vtili, vel in factum: quia non suo corpore dedit damnum: vt institu. eod. §. fi.

x *Obligati sunt.* sed & interdicto quod vi aut clam: vt. j. quod vi aut clam. l. si alius. § penul.

y *Nihil.* id est non. Accursius.

z *Denuntiatum est.* nam tunc cessat: vt. j. eo. l. si putator. Accur.

ex locato tollit [a] actionem, & Aquiliæ.

Actio legis Aquiliæ redditur inter virū & vxorem. Bal.

Si cum maritus vxori margaritas extricatas [b] dedisset in vsu, eaq; inuito vel inscio viro perforasset, vt pertusis [c] in linea veteretur: teneri eam lege Aquilia, [d] siue diuertit, siue nupta est adhuc. Si quis ædificij mei fores [e] confregerit, vel refregerit, aut si ipsum ædificium diruerit, lege Aquilia tenetur. Si quis aquæductum meū diruerit, licet cementa mea sunt quæ diruta sunt, tamen quia terra mea non sit qua aquam duco, melius est dicere actionem vtilem dādam.

Si ex plostro lapis ceciderit, & quid ruperit vel fregerit, Aquiliæ actione plostrarium teneri placet, si malè cōposuit lapides, & ideo lapsi sunt. Si quis seruum conductū [habens] ad mulum regendum, commendauerit [f] ei mulum: ille ad pollicem suum eum alligauerit de loro, [g] & mulus eruperit, sic vt & pollicem auelleret seruo, & se præcipitaret, [h] Mela scribit, si pro perito [i] imperitus [k] locatus sit, ex conducto agendum cum domino ob mulum ruptū vel debilitatum. sed si ictu aut terrore [l] mulus turbatus sit, tum dominum eius, id est muli & serui, cum eo qui turbauit habiturū legis Aquiliæ actionem. Mihi autē videtur & eo casu quo ex locato [m] actio [n] est, competere etiā Aquiliæ. [o] Item si victori [p] * locaueris lacum [q] vino plenum curandum, & ille eum pertuderit, [r] vt vinum sit effusum, Labeo scribit in factum [s] agendum.

XXVIII. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

QVi foueas † vrsorum cerniorúmque capiendorum causa faciūt, si in itineribus fecerunt, eoq; aliquid decidit, [t] factumque deterius est, lege Aquilia [u] obligati sunt. [x] at si in aliis locis vbi fieri solent fecerunt, nihil [y] tenentur. Hæc tamen actio ex causa danda est: id est, si neque denuntiatum [z] est, neque scierit aut prouidere potuerit. Et multa huiusmodi deprehenduntur, quibus summouetur petitor si euitare periculum poterit:

XXIX. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

QVemadmodum si laqueos eo loci posuisses, quo ius ponendi non haberes, [a] & pecus vicini in eos laqueos incidisset.

Non possum mea auctoritate tollere, quod supra meum pendet: sed quod in meo est. Bar.

Si protectum meum quod supra domum tuam nullo iure habebam, recidisses, posse me tecum damni iniuria agere Proculus scribit. debuisti enim mecū, ius mihi non esse protectum habere, agere: [b] nec esse æquum damnū me pati, recisis à te meis tignis. Aliud [c] est dicendum ex rescripto imperatoris Seueri, qui ei per cuius domum traiectus erat aquæductus citra seruitutem, rescripsit iure suo posse eum intercidere. & meritò. interest enim, quòd hic in suo protexit, [d] ille in alieno fecit.

Si nauis tua impacta [e] in meā scapham damnum mihi dedit, quæsitum est, quæ actio mihi competeret. Et ait Proculus, si in potestate nautarum fuit ne id accideret, & culpa eorum factum sit, lege Aquilia cum nautis agendum: quia parui refert, nauem immittendo, aut seruaculum [f] *ad nauem ducendo [g], an tua [h] manu damnum dederis, quia omnibus his modis per te damno adficior. sed si fune rupto, aut cum à nullo regeretur, nauis incurrisset, cum domino agendum non esse. [i]

Item Labeo [k] scribit, si cum vi ventorum nauis impulsa esset in funes [l] anchorarum alte-

Protectum.] CASVS vsque ad. §. si protectū. planus est. *[SI PROTECTVM.]* Tigna mea extendi super domum tuam. an possis tua auctoritate rescindere? & distin. quia aut protectum sustentatur domo mea, & non potes, sed cum iudice, si in tuo tantum sustentatur, tunc potes rescindere, & non teneris. hoc probatur exemplo. *[SI NAVIS.]* Planus est. Si nautę fuerunt in culpa, tenentur. l. Aqui. aliàs non tenentur nautæ, neque dominus nauis. Item Labeo eandem distinctionē facit quam facit. ff. proxi. §. hic, & in sequentibus. §. §. vsque ad. §. hoc plus. est vsq; in fi. l. Viuianus.

a *Non haberes.* f. teneris, nisi denuntiaueris: vt & ff. l. proxi. diximus.

b *Habere, agere.* f. negatoria. Et sic not. hic arg. contra eos qui dicunt negatoriam habere locum demum seruitute amissa: vt. j. arbo. fur. cæ. l. fin. Cauebit tamen mihi inferiori hic destruēr: vt infra ad exhib. l. thesaurus. & de glan. leg. l. j. Accursius.

c *Aliud est.* id est diuersum est. Azo.

d *Protexit.* i. caput protectus est in suo qui immittebat: licet super alterius domū protendatur: vt & j. vti possid. l. fi duo. §. item videamus. & §. sed & fi. hic autem alius fecit in alieno: & ideo iure præciditur etiā sua auctoritate: vt hic & arg. C. de decur. l. generali. & ff. de serui. vrba. prædi. l. sed si inter me. nam non debet quis in alienum fic quærere vel facere: vt &. C. de met. & metal. libr. xj. l. quoſdā. Sed contra, de relig. ossa. in princ. vbi etiam de suo non potest ossa mouere sine auctoritate maioris ab alio illata. Solu. speciale ibi fauore religionis: vt &. j. eo. titu. l. sunt personæ.

ſeruaculū. vtraqueliſ Florentina eſt. Alii vtriculum legūt: alii gubernaculū.

e *Impacta.* vt enim pactum alterum alteri adstringit: ita & hic quoque altera ab altera tenebatur. vel. i. impulsa. Accursius.

f *Gubernaculum.* id est instrumentum quo recte ducitur nauis.

g *Ad nauem ducendo.* aliàs à naue ducendo. i. remouēdo. aliàs ad nauē ducendo, id est ante nauē, cū retro ire debeat.

h *An tua.* mutatio personarum. Azo.

i *Non esse.* vt infra de publica. l. fi. §. fi propter. nam nec pro rebus inanimatis agitur noxaliter vel lege Aquil. nisi in casu: vt infra de damno infecto. l. prætor ait. §. hoc edictum.

k *Item Labeo.* supra posuit cum dominus nauis vim inferentis dedit damnum: hic cum dominus nauis vim patientis.

l *Funes.* scilicet nauis impulsæ.

a *Nullam actionem.* vt argu. infra eod. ſi quis ſumo. §. tina. & infra de aqua plu. arcend. l. j. §. de eo. ibi, quòd ſi aliter &c. & infra de incen. l. quo naufragium. §. quod ait prætor. & j. de præſcrip. ver. l. qui ſeruandarum. & infra de bo. lib. l. qui cum. §. ſi libertus. in fi. & infra de aqua plu. arcen. l. ſi in meo. Accurſius.

b *Fieri æſtimationem.* immo videtur fieri quaſi ſpei: vt & infra de actio. emp. l. ſi iactum. quæ eſt contra. Solut. hæc actio ſtricti iuris eſt: illa bo. fi. & ideo patet latius in ea iudi. officiũ. Vel melius, hæc actio non datur niſi pro præterito damno: & idcirco non æſtimatur futurum: vt infra de priua. deli. l. nũquam. §. item quæſitum. Sed argu. contra. not. ſupra eo. liber homo. j. reſpon. Azo.

c *Probandam.* ſi inſtrumentum eorum veluti indago fuerit ab aliquo inciſum. nam non æſtimantur aues. Accurſius.

d *Obruiſſet.* ſcilicet culpa nautarum.

e *Gubernatorem.* nihilo minus & in exercitorem: vt inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi delic. §. item exercitor. Et dic gubernatorem, ſcilicet retro: ductorem, qui ſcilicet ante vadit ducendo nauem.

f *In dominum.* nec in alium. Et ſic collige hic à contrario in dominum dari, quãdo non fuit fortuitus caſus.

g *Sufficere.* vt ſic ea intentata non detur in factum contra exercitoré. Accurſius.

h *Pecudes.* ſcilicet occiſæ. ſed ſi vulneratæ, agitur ex hoc tertio capite: vt ſupra eod. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis alteri. &. §. rupiſſe. & inſtitu. eo. §. capite.

i *Aliquis.* ſcilicet magiſtratus.

k *Cepiſſet.* non iure, & ſciẽs: vt differat à ſequẽtibus. Accurſius.

l *In factum.* & nihilominus vtilis Aquil. quia vtraque ex æquitate datur: vt. C. eo. l. de pecoribus. & infra vi bono. rap. l. ij. §. ſi publicanus. & eſt ſimile infra de noxa. l. ſed & eo nomine. Not. ergo ex hoc. §. magiſtratus conueniri: vt ſupra quod met. cauſa. l. iij. & infra de pericul. & com. rei vẽd. l. eum qui. ſed ſi iure feciſſet, non tenetur: vt infra de iniur. l. iniuriarum. §. j. & infra de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi publicus. quæ ſunt arg. contra. Item contra infra quod vi aut clam. l. ſi alius. §. eſt & alia. Solu. vt dices infra eo. ſi quis fumo. §. j. Accurſius.

m *Item ſi dum putat.* non tenebitur, cum iure faciat: & ſic nõ fuit culpa: vt infra de iniur. l. iniuriarum. §. j. Accurſius.

n *Accipienda.* ex vi repetitionis, vt plene no. inſti. eo. §. deniq; ff. Vetus.

rius, & nautæ funes præcidiſſent: ſi nullo alio modo niſi præciſis funibus explicare ſe potuit, nullam[a] actionem dãdam. Idémque Labeo & Proculus & circa retia piſcatorum in quæ nauis piſcatorum inciderat, æſtimarunt. Planè ſi culpa nautarum id factum eſſet, lege Aquilia agendum. Sed vbi damni iniuria agitur, ob retia, non piſcium, qui ideo capti non ſunt, fieri æſtimationem[b], cum incertum fuerit an caperentur. Idémque & in venatoribus & in aucupibus probandum[c]. Si nauis alteram contra ſe venientem obruiſſet[d], aut in gubernatorem[e], aut in ducatorem actionem competere damni iniuriæ Alfenus ait. Sed ſi tanta vis naui facta ſit, quæ temperari non potuit, nullam in dominum[f] dandam actionem. ſin autem culpa nautarum id factum ſit, puto Aquiliæ ſufficere[g]. Si funem quis quo religata nauis erat, præciderit, de naue quæ periit, in factum agendum. Hac actione ex hoc legis capite de omnibus animalibus læſis quæ pecudes[h] non ſunt, agendum eſt: puta vt de cane. ſed & de apro & leone, cæteriſque feris & auibus idem erit dicendum.

Etiam magiſtratus tenetur de damno dato, niſi id fecerit inuidice ſuum officium exequendo: præſertim contra rebellem ſeu reſiſtentem ſibi ſeu iuriſdictioni. Baldus.

Magiſtratus municipales ſi damnum iniuria dederint, poſſe Aquilia teneri. Nam & cum pecudes aliquis[i] pignori cepiſſet[k], & fame eas necauiſſet, dum non patitur te eis cibaria adferre, in factum[l] actio danda eſt. Item ſi dum putat[m] ſe ex lege capere pignus, non ex lege ceperit, & restritas corruptáſque reddat, dicitur legem Aquiliam locum habere.

Quod dicendum eſt & ſi ex lege pignus cepit. Si quid tamen magiſtratus aduerſus reſiſtentem violẽtius fecerit, non tenebitur Aquilia. Nam &[ſi] cum pignori ſeruum cepiſſet, ille ſe ſuſpenderit, nulla datur actio.

Dicta in vno capite legis, intelliguntur tacite repetita in alio capite eiuſdem legis. Baldus.

B Hæc verba, *quanti in triginta diebus proximis fuit*, etſi non habent, *plurimi*, ſic tamen eſſe accipienda[n] conſtat.

XXX. PAVLVS libro vicenſimo ſecundo ad Edictum.

QVi occidit[o] adulterũ deprehenſum ſeruum alienum, hac lege non tenebitur. Pignori[p] datus ſeruus ſi occiſus ſit, debitori actio competit. Sed an & creditori danda ſit vtilis, quia poteſt intereſſe eius quòd debitor ſoluendo non ſit, aut quòd litem tempore amiſit[q], quæritur. C Sed hic iniquum eſt & domino & creditori eum teneri: niſi ſi quis putauerit[r] nullam in ea re debitorem iniuriam paſſurum[s], cum proſit ei ad debiti quantitatem[t], & quod ſit amplius, conſecuturus ſit ab eo: vel ab initio in id quod amplius ſit quàm in debito, debitori dãdam actionem. Et ideo in his caſibus in quibus creditori danda eſt actio propter inopiam debitoris, vel quòd litem amiſit[u], creditor quidem vſque ad modum debiti habebit Aquiliæ actionem, vt proſit hoc debitori: ipſi autem D debitori in id quod debitum excedit, competit Aquiliæ actio.

Si quis alienum vinum vel frumentum conſumpſerit, non videtur damnum iniuria dare: ideoque vtilis[x] danda eſt actio.

Not. quòd ille qui non prauidet quod prauidere debuit, eſt in culpa. Baldus.

A QVi occidit.] CAIVS. Inueni ſeruum alienum cum vxore mea iacentem, & eum interfeci. an tenear Aquil. quæritur. Et reſpon. quòd non. [PIGNORI.] Titius obligauit mihi pignori librum ſuum: in quo alius dedit damnum. quæritur an competat mihi Aquil. vel Titio? Reſpond. quòd debitori datur, quia domino. ſed certe mihi creditori datur in duobus caſibus ſolũmodo in quantum eſt meum debitum: in reſiduum debitori datur. [SI QVIS.] Planus eſt. [IN HAC.] Siue ab initio interueniat culpa, ſiue ex poſtfacto: tenetur qui ignem immiſit. l. Aquil. aliàs nõ tenetur. [SI VLNE RATVS.] Planus eſt cum. l. ſequen. Vitianus.

o *Qui occidit.* ſicut pater poteſt quemlibet occidere quem in opere Veneris cum filia ſua inuenerit, & vbicumque: vt infra ad. l. Iuliam de adul. l. patri. & l. ſeq. & l. quod ait. Maritus verò non omnem, nec vbique: vt eo. tit. l. marito. in princ. & §. j. aliàs autem punitur occidés: vt C. ad leg. Iul. de adul. l. Gracchus. Azo.

p *Pignori.* Caſus eſt: dedit aliquis damnum in re mihi obligata à Sé pronio: an creditori, vel debitori, vel vtrique cõpetat Aquilia? debitori autem conſtat dari, quia domino: vt ſupra eod. l. item Mela. §. legis. ſed & creditori datur in duobus caſibus: ſcilicet ſi amiſit perſonalem actionem. Item ſi debitor non ſit ſoluẽdo. quibus duobus caſibus ſolum inquãtum eſt ſuum debitum, ei datur: in reſiduum ſi quid eſt, debitori datur. *Caſus ponitur.*

q *Amiſit.* per triginta annos tacens: quia licet non poſsit vltra debitum petere, poteſt tamen per pignoris retentionem ſeruare. ſed hoc non valet: quia hæc præſcriptio tempore harum legum non erat. ideo pone in iſtis actionibus, quæ iure iſto certo tempore finiebantur, vt redhibitoria, & quanto minoris: hypotheca vero in perpetuum.

r *Putauerit.* ſcilicet melius.

s *Paſſurum,* in eo quod erat debitum. Accurſius.

t *Quantitatem.* vt infra de pig. actio. l. ſi pignore,

u *Amiſit.* ſcilicet creditor. Azo.

x *Vtilis.* quia actio legis Aquiliæ pro corruptis locum habet. hoc autem non videtur corruptum, cum eo vſu conſumatur ad quem eſt inuẽtum: vt infra de præſcrip. verb. l. qui ſeruandarum. in fi. Accurſius.

a *Fecisse videtur.* Not.hanc regulam:vt hic,& infra vi bo.rap.l. antepenul.§.si cum seruum.& supra eo.si seruus seruum.§.si quis insulam.in fin.& infra ad.l.Cornel.de sica.l.nihil.& infra loca. l.videamus.§.fina.&.l.qui domum. in fi.arg.contra infra de ser. cor.l.Neratius.§.sunt enim &c.& supra eo.l.qua actione.§.Celsus.Item not.quòd generalitas restringitur cum culpa alicuius in faciendo præcesit, propter quam damnum est secutum.Item not.ex hoc.§. quòd vbicumque habet locum actio quod met. cau. vel de dolo, & hæc videtur locum habere: quia & illæ exigũt damnum,sicut ista: vt supra quod met. causa. illud. §.fina.& de dolo.l.cum quis.& hic.sed certè hic accipitur damnum pro destructione tantum:ibi autem largius:vnde non concurrit hæc cum illis semper.Accursius.

† *Cõcor.text. in cap.placet.1.q.1.*

b *Crimine.*cũ dolo præsumpto.

c *I putator.Si is.* scilicet ramus.Azo.

d *Proclamauit.*non impune omittitur denuntiatio: vt hic,& institut. eo.§.item.& infra mandat.inter.§.qui suscepit. &.l.si fideiussor.§. si cũ debitor. & supra eod.l. qui foueas.Accursius.

† *Hic habem° text. optimũ, & tenẽdũ mãu: & quãdo quis dicatur perire sua negligẽtia siue culpa, dic quòd illud est secũdum Bald. quando non permittit se curari: vel si concubuit cum vxore vel aliqua muliere: vel si noluit me dicis obedire.*

e *Si in priuato.* si per eũ locum iter erat:vt infra dicitur.

f *Prouisum.*sic infra loca.si merces.§.penul.

g *Non possit.*sic & infra de eui&t. & si rẽ quã. §.fi.in fi.

h *Vulgo iter fiat.* sic & infra titu.j.l.j.§.ij.

i *Non potuerit.* nec debuerit: vt & infra mandat.l.si fideiussor.§.si cũ debitor.Accursius.

† *Hoc pertinet cap. Deut.19.*

Illud.] CASVS. Siue collectio seruorũ tuorum dedit mihi damnum, siue faciant mihi furtum,liberaberis dando tantum quantum si vnus homo liber fecisset: quia in vtroque casu est eadem ratio: igitur & idem ius. Vlpianus.

k *Singulos.*id est nomine singulorum.

l *Fecisset.* vt & infra si famil.fur. fecis. dicatur. l.j.

m *Damni iniuria.*id est actione legis Aquiliæ.

n *Obseruandum.* immo videtur quòd non: vt supra de iurisdict. omnium iudi.si familia.quę est contra.Solu. vt ibi.

† *Iste text. allegatur quòd vbi est eadem ratio vel aquitas idẽ ius sta-*

In hac quoque actione quæ ex hoc capitulo oritur, & dolus & culpa punitur:ideoque si quis in stipulam suam vel spinam comburendæ eius causa ignẽ immiserit,& vlterius euagatus & progressus ignis alienam segetem vel vineam læserit, requiramus num imperitia eius aut neglegentia id accidit. nam si die ventoso id fecit,culpæ reus est.Nam & qui † occasionem præstat, damnum fecisse videtur[a]. In eodem crimine[b] est & qui non obseruauit ne ignis lõgius procederet. At si omnia quæ oportuit obseruauit, vel subita vis venti longius ignem produxit,caret culpa. Si vulneratus † fuerit seruus non mortiferè,neglegentia autem perierit,de vulnerato actio erit,non de occiso.

Nota clamantem excusari,& facit contra curẽtes equos,nam debent dicere,guarda guarda.Baldus.

XXXI.IDEM libro decimo ad Sabinum.

SI † putator ex arbore ramũ cũ deiiceret, vel machinarius hominem prætereuntẽ occiderit, ita tenetur,si is[c] in publicum decidat, nec ille proclamauit[d], vt casus ei° euitari possit.Sed Mucius etiam dixit,si in priuato[e] idem accidisset, posse de culpa agi.Culpam autẽ esse, quod cum à diligente prouideri poterit, nõ esset prouisum[f]: aut tum denũtiatum esset, cum periculum euitari non possit.[g] Secũdum quam rationem non multum refert, per publicum, an per priuatũ iter fieret:cum plerũque per priuata loca volgò iter fiat.[h] Quòd si nullum iter erit, dolum dumtaxat præstare debet:ne immittat in eum quẽ viderit transeuntẽ.Nã culpa ab eo exigẽda non est: cum diuinare nõ potuerit[i] an per eũ locum aliquis transiturus sit.

Casus quos nectit paritas aquitatis, & identitas rationis, non sunt quo ad iuris dispositionem separandi.Oldra.

XXXII.GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale.

ILlud quæsitum est†,an quod proconsul in furto obseruat quod à familia factum sit,id est vt non in singulos[k] detur pœnæ persecutio, sed sufficeret id præstari quod præstãdũ foret si id furtum vnus liber fecisset[l]: debeat & in actione damni iniuriæ[m] obseruari. Sed magis visum est, idem esse obseruandum[n].& meritò.cum enim circa furti actionem hæc ratio sit, ne ex vno delicto tota familia dominus careat,eáque ratio similiter & in actionem damni iniuriæ interueniat,sequitur vt idem debeat æstimari°, præsertim cum interdũ leuior sit hæc causa delicti: veluti si culpa & non dolo[p] damnum detur.

Quando plura delicta diuersis temporibus sunt facta, de quolibet venit imponenda pena: sed quando sunt eodem tempore, de vno punitur.Bartolus.

Si idem eundem seruum vulnerauerit, postea deinde[q] etiã occiderit:tenebitur & de vulnerato, & de occiso. duo enim sunt delicta[r]: aliter atq; si quis vno impetu pluribus vulneribus aliquẽ occiderit: tũc enim vna erit actio de occiso[s].

In actione legis Aquilia venit interesse commune,non interesse affectionis: & pretia rerum non matimur ex singulari affectione,sed æstimatione communi.Bald.

XXXIII.PAVLVS libro secundo ad Plautium.

SI seruum meũ occidisti, nõ affectiones æstimandas esse puto,veluti si filium tuum[t] naturalem quis occiderit, quẽ tu magno emptũ velles:sed quanti omnibus valeret.Sextus quoque Pedius ait, pretia rerũ non ex affectione nec vtilitate singulorum,sed communiter fungi[u]. Itaque cum qui filium naturalem possidet,non eo locupletiorem esse, quòd eum plurimo si alius possideret redempturus[x] fuit: nec illũ qui filium alienum possideat, tantum habere,quanti eum patri vendere posset. In lege enim Aquilia damnum[y] consequimur: & amisisse dicemur quod aut consequi potuimus[z], aut erogare cogimur[a]. In damnis quæ lege Aquilia[b] non tenentur,in factum datur actio.

A tur,secundum Azo.præterea ibi dicit in actione iniuriarum, hic in actione damni iniuriæ.

o *Æstimari.* Not.quòd vbi est eadem ratio, & idem ius. sic infra de fonte.l.j.§.interdum. & infra de adulter.si postulauerit. §.ratio. & argu.supra de eden.l.quædam.§.nummularios. & institut. quod cum eo.§.si igitur.ver.istas.& supra nau.caupo.stabu.l.nauta.§. fina. &.j. de bono. possessio. ex testa. mili. l.j.circa princip.Sed argu.contra infra de ₵ol. bo.si quis.in fi.j.respon. Item contra est vbicunque inuenitur maximè in aliqua lege. denotat enim quòd alia ratio in altera, tamen idem statuitur ius, secundum Azonem.

Concor.text. in.§.pacis ratione.instit. quibus modis pa. pos.sol.sext. in.§.si igitur.in fine. quod cũ eo qui in alie. potesta.est neg.ge.esse dicatur. in fi.Bologn.

p *Non dolo.* furtum autem non fit sine dolo. Accursius.

q *Deinde.* id est ex interuallo.Accursius.

r *Delicta.* vt & infra de priua.delic.l.nunquã. §.j.

B

C

De occiso. Not.quòd propter cõtinuationem vnum est delictum,licet plura vulnera.nam ecõtrario quandoque vnum est factum, & tamen plura delicta:vt furtum,rapina, damnum, iniuria: vt infra de priua.delict. l.nunquam. §.j. & facit infra de iniur.l.prætor. §.si plures.

t *Si seruum.Tuum.*mutat personas.

u *Fungi.*id est æstimari faciendo æstimationem,secundum eum locum vbi quis cogitur respondere. sunt enim varia pretia rerũ: vt infra de eo quod cer.loc. ideo. & infra de actio. emp.ratio.§.fin.& infra ad.l.Falcid.l. pretia rerum. &.l.in lege Falcidia.&.l.iij.§.fi.

D

x *Redimeremus fuit.* quod ergo dicitur:res tantum valet,quãtum vendi potest:intellige communiter:vt.j.de iure fisc.non intelligũ.§. diui fratres. &.j.ad.l.Fal.l.iij.§ prin. &.l.quærebatur.&.j.ad Treb.l.j.§.si heres.

y *Damnum.*id est damni æstimationem.

z *Posuim°.*s.cõmuniter. Et sic no.in.l.Aquilia lucrũ venire.sic.j.ne quid in lo.pu.l.ij.§.merito.& j.rẽ rat.habe.si cõmissa. &.ẽ.e.inde Neratius. in prin.Sed arg.cõtra.j.de aqua plu.arc.l.j.§.sicut. &.j.quæ in fraudem creditorum.l.patrem. &.l. qui autem.in prin.& infra de fur.si is.§.fi.

a *Cogimur.*vt impensas vulnerato seruo. Accur.

b *Lege Aquilia.*scilicet directa, vel vtili: vt infra de præscript. verb.l.

verb. l. quia. & hoc ſi æquitas ſuadeat actionem dari. alioquin contra, vt. ſ. eo. quemadmodum. §. ſed & ſi tãta. Accur.

a *Quia retro adcreuiſſe.* id eſt non deminutum eſſe. Accurſius.

b *An ſicut repudiante legatario.* qui ſolus eſt. Io.

c *Non eſſet.* repudiatum ergo legatum pro non legato eſt: vt hic, & infra ſi certum pet. proinde. §. j. in fine. & ſupra eod. l. ſi dominus. §. j. & infra de lega. j. ſeruum filij. §. j. in fi- *ff. Liberãe* ne. &. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. &. l. legatarius. §. ſi legatum. Accurſius.

d *Eique.* ſcilicet ſeruo inſtituto: at nunc liberto. Accurſius.

e *Computare non potuit.* quomodo enim viuens æſtimationé ſui vt mortui petet? & ſic eſt iuris impoſsibilitas. Accurſius.

f *Accidet.* vt ſupra eo. l. huic. §. fina. &. l. quia. & facit infra de his qui dele. vel effu. ſi vero. §. hæc autem actio. in fine.

g *Aquilia.* pro hereditaria portione qua heres eſt. nec ob. ſupra eod. l. inde Neratius. quia ibi ſubſtitutus, hic coheres. Accurſius.

Liber homo.]CASVS. Libero homini iuſsi vt alicui damnum daret. ſi habeo ius imperandi, ego teneor. ſi non habui ius imperãdi, ille homo tenetur qui fecit. [SI QVADRVPES.] Hũc. §. habuimus ſupra titu. j. § ſi poſt litem. Viuianus.

h *Cum eo eſt qui iuſsit.* & nihilo minus cum eo qui paruit, ſecundum quoſdam: vt infra de actio. & obligatio. l. ſeruus. ſed ſecundum nos non tenetur obediens: vt infra de regul. iur. l. ad ea. Et vt hoc plene videas, quæro qualiter tenetur obediens, ſi habuit ius imperãdi: cum ſecundum hoc iure fiat, non iniuria, ſi in ea re imperãdi ius habuerit: vt quia ſeruum alienum cum ſua vxore inuenerit: vt ſupra. l. iiij. & l. qui occidit. aut ſi hũ buerit ius imperandi aliud, non hoc, vterque debet teneri: non ſolus qui iuſsit: cum eĩ in damno dando ſicut in piratica facienda parere non teneatur: vt. d. l. infra de obligatio. & actio. l. ſeruus. nam cum ſeruus non teneatur domino in talibus parere: ergo nec ciuis magiſtratui, vel filius patri: vt ſupra de arbi. ſi cum dies. §. in cõpromiſſo. vnde ſi paruit, magis quàm ſeruus debet teneri. Rurſus ſi ius imperandi non habet, cur non tenetur: vt infra quod vi aut clam. aut qui. §. ſi quid. maxime cum aliàs facturus non erat: vt infra de iniur. non ſolum. §. Proculus. Idem ſi aliàs facturus erat: quia non oportet eius malitiam augeri mandando: vt infra de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. & ſic huius. l. diſtinctio nulla eſſe videtur. Sol. ad prædicta. hic pater vel magiſtratus ius imperandi aliàs habebat, non in ea re quam iuſsit fieri. obedienti autem ideo ſuccurritur, quia non erat atrox delictum. nec enim occidere hominem vel liberũ vel ſeruum alienum iuſsit: vel furtum facere magnę rei: vel rapinam. Eſt enim grauius delictum rapina, quàm damnum datum iniuria: cum ex ea quis criminaliter accuſetur, item pecuniariter in quadruplum. Item ex furto in duplum, vel quadruplũ: ſed ex damno ab initio in ſimplum tantum eſt actio. Item ex furto, vel rapina, vel iniuria, non agitur, niſi dolus intercedat. hic vero ſecus: vt ſupra eo. illud. huius autem, qui paruit, dolus non adfuit: nec culpa: vnde non tenetur: vt hic, & infra de reg. iur. l. non videtur. §. qui iuſſu. &. l. is damnum. & infra quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. ſi tutoris. Item ex pretio rei, minus vel maius videtur delictum: vt infra de incend. rui. nau. l. Pedius. §. j. Sciendum eſt ergo, quòd quædã ſunt in quibus omnino parere debent filius patri, vel ſeruus domino: vt ea in quibus nemo patrum vel dominorum nõ cogitur parere filius, vel ſeruus, vel ciuis magiſtratui: ſi tamẽ pareãt, excuſantur: vt in actione. l. Aquiliæ, & interdicto quod vi aut clam. alia ſunt in quibus omnino parere non debent: vt in atrociorib', in quibus ſi pareant, vterq; tenetur. Item quòd ſubiicit, quòd ſi non habuit ius imperandi, quòd tenetur qui fecit: ſupple, & nihilo minus qui iuſſit: vt infra de iniur. non ſolum. §. Proculus. &. j. de aqua plu. arcen. ſi colonus. in fi. &. j. de dam. infec. l. damni. §. ſi mandato. quæ ſunt cõtra, & de regul. iur. l. ad ea. & l. non videtur. §. qui iuſſu. *Filius & ſeruus non ſemper tenentur patris vel domini.*

i *Actio eſſet.* ſcilicet cõ- † *Hoc ſpectat Exod.* teſtata. Accurſius. *cap. 22. 23.*

k *Agitur.* à domino qua *Deut. 22.* drupedis: & dic poſt li- tem cõteſtatã ſuper pau- perie, fuit occiſa: vt. ſ. ti. j. l. j. §. ſi poſt. * *quæ.*

l *Ad corpus.* ſ. tantum. * *eiiciendo.*

m *Ad cauſam.* id eſt ad vtilitatem.

n *Eius.* pecudis.

o *In quo.* i. propter qđ.

Si eo.]CASVS. Si ſeruum meũ, quem bona fide poſsides, tuus prius interficiat: an Aquil. mihi teneris? Et reſpon. q; ſic. Viuianus.

p *A ſeruo.* quid ſi à te? Reſpon. vt ſupra de rei vindi. ſi homo.

q *Recte.* ſecus in petitione hereditatis: vt. ſ. de peti. here. ſed & ſi lege. §. cõſuluit. & in ſer. cor. vt. j. de ſer. cor. l. j. §. qui bona. Acc.

Quintus.]CASVS. Si conſulto equam meam prægnantem, vt eiiceret pullum, coëgiſti, Aquil. mihi teneris. Viuianus.

r *In cogendo.* id eſt dum cogeretur in quadam ſtrictura.

ſ *Eiecit.* ſcilicet illud.

t *Poſſe.* ſcilicet Aquilia directa: vt inſti. eo. §. cæterum. ſi autem non tetigit, tunc in factum: vt. j. eo. l. ſi boues. &. l. ſi.

Quamuis.]CASVS. Si inuenias animal alterius in agro tuo: ipſum occidere non debes, ſed expellere debes extra: vel denuntiare domino vt recipiat animal. Viuianus.

u *Quamuis.* aliàs incipit lex, quamuis: aliàs non: ſed. §. Póponius quamuis &c.

x *Si ſuum.* Not. in re aliena debere quem facere vt in ſua: vt infra de ſol. l. j.

XXXIIII. MARCELLVS libro vicenſimoprimo Digeſtorum.

TItio & Seio Stichum legauit. deliberante* Seio, cum Titius vindicaſſet legatum, Stichus occiſus eſt: deinde Seius repudiauit legatum. Perinde Titius agere poſsit, ac ſi ſoli legatus eſſet:

Ius adcreſcendi fingit retro, ſicut additio hereditatis etiam ſupra re præmpta. Bald.

XXXV. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

QVia retro adcreuiſſe[a] dominium ei videretur.

XXXVI. MARCELLVS libro vicenſimoprimo Digeſtorum.

NAm ſicut repudiante legatario[b] legatũ, heredis eſt actio, perinde ac ſi legatus non eſſet[c]: ita huius actio eſt, ac ſi ſoli legatus eſſet.

Heres non poteſt agere actione legis Aquiliæ pro teſtatore occiſo. nam actio impoſsibilis teſtatori, eſt impoſsibilis heredi. Baldus.

Si dominus ſeruum quem Titius mortiferè vulnerauerat, liberum & heredem eſſe iuſſerit, eíque[d] poſtea Mæuius extiterit heres, non habebit Mæuius cum Titio legis Aquiliæ actionem, ſcilicet ſecundum Sabini opinionem, qui putabat ad heredem actionem non tranſmitti, quæ defuncto competere non potuit[e]. Nam ſanè abſurdum accidet[f], vt heres pretium quaſi occiſi conſequatur eius cuius heres extitit. Quòd ſi ex parte eum dominus heredem cum libertate eſſe iuſſerit, coheres eius mortuo eo aget lege Aquilia[g].

Obedientia debita vel promiſſa excuſat à delicto. Baldus.

XXXVII. IAVOLENVS libro quartodecimo ex Caſſio.

LIber homo ſi iuſſu alterius manu iniuriã dedit, actio legis Aquiliæ cum eo eſt qui iuſsit[h], ſi modo ius imperandi habuit: quod ſi nõ habuit, cum eo agendum eſt qui fecit.

In lege Aquilia venit intereſſe in rem. & caſus ſuperueniens poſt lit. conteſtatam in re quæ erat in facultate ſoluendi, non excuſat debitorem. Baldus.

Si quadrupes cuius nomine actio eſſet[i] cum domino quòd pauperiem feciſſet, ab alio occiſa eſt, & cum eo lege Aquilia agitur[k]: æſtimatio non ad corpus[l] quadrupedis, ſed ad cauſam[m] eius[n] in quo[o] de pauperie actio eſt, referri debet: & tãti damnandus eſt is qui occidit, iudicio legis Aquiliæ, quanti actoris intereſt noxæ potius deditione defungi, quàm litis æſtimatione.

XXXVIII. IDEM libro nono Epiſtularum.

SI eo tẽpore quo tibi meus ſeruus quẽ bona fide emiſti ſeruiebat, ipſe à ſeruo[p] tuo vulneratus eſt, placuit omnimodo me tecum rectè[q] lege Aquilia experiri.

XXXIX. POMPONIVS libro ſeptimodecimo ad Q. Mucium.

QVintus Mucius † ſcribit: Equa cum in alieno paſceret, ſi cogẽdo[r], quod * prægnas erat eiecit[ſ]. Querebatur, dominus eius poſſet ne cũ eo qui coëgiſſet, lege Aquilia agere, quia equam in iciendo* ruperat. Si percuſsiſſet, aut conſulto vehemẽtius egiſſet, viſum eſt agere poſſe[t]. Póponi[u]: Quãuis[u] alienũ pec' in agro ſuo quis deprehendiſſet, ſic illud expellere debet, quomodo ſi ſuum[x]

a *Cepit.* id eſt paſſus fuit.
b *Actiones.* ſcilicet de paſtu pecoris: vt. &. j. de prę ſcrip. ver. qui ſeruandarum. in fine.
c *Includit.* animo celandi.
d *Abigere.* id eſt deducere.

IN lege.] CASVS. Titius debebat mihi. c. ſub conditione ſi nauis ex Aſia veniret: vel ad decennium. & hoc debitum probare poteram per inſtrumentum. venit Seius, & deleuit inſtrumentũ ita quòd non poteſt legi. quæritur an ſtatim poſsim conuenire Titium. l. Aquil. ad tantam pecuniam quanta per inſtrumentũ probari poterat? Et dicit quòd ſi poſſum probare tria, duo. ſ. plene, vnum ſemiplene, potero agere & vincere: ſed exactio ſeu executio ſententiæ differtur: & aut exiſtet conditio primæ obligationis: & fiet executio. aut non exiſtet cõditio: & tunc nõ fiet executio. Tria prædicta ſunt ob deletionem talis inſtrumenti, in quo ſic contineretur. Item ob cõtractum primum, qualiter fuit factus. Tertiũ, quòd teſtes inſtrumenti per quos poſſum nunc probare contractum, timetur non ſupereſſe tẽpore quo ſperatur exiſtere conditio: vt quia ſenes, vel regreſſuri, vel morituri. Sed hoc tertium probabit ſummatim.

* Flo. & agro

† Iſta lex eſt valde ſing. & habet tres lecturas ſecundum Bar. hic.

e *In lege.* id eſt in actione. l. Aquiliæ, ſecundum Azo.
f *Quoque.* id eſt quòd pecunia ſub conditione fuerit debita: quia promiſsioni interfuerunt. q. d. non tantum probare poſſum deletionẽ, & quòd ita erat ibi ſcriptum, ſed etiã hoc. i. principale debitum. ſi enim ita eſſet ibi ſcriptum: & deletionem tãtum poſſem probare: ſine dubio non ageretur Aquil. quia non ſequitur ſi ita probo deletum, & ita prius ſcriptum, quòd ita fuerit debitũ: quia quaſi exemplum eſt: arg. j. de fid. inſtru. quicumque. &. C. de eden. auth. ſi quis in aliquo documento. Sed contra. C. de prob. ſi de poſſeſsione. ſed ibi aduerſario ſurripuerat, & quia de ipſa p̃miſsione conditionali habebam teſtes, videbatur me non poſſe Aquilia agere. Sed contra eſt, ſi tamen præſumatur à iudice eos non eſſe futuros exiſtente conditione, vt ſubiicit.
g *Qui teſtes.* id eſt quos verisimile eſt quòd nõ ſint eo tempore: verbi gratia ſi ſint ſenes, vel aduenæ cito receſſuri: vt. j. ad Carb. l. iij. §. duę. & hoc ſummatim debet exponi* & ſi non petatur calumnioſè, cõdemnabitur reus. nam ſi verisimile eſt quòd per teſtes tempore exiſtẽtis conditionis poſſet probare, non ageret. Illud autem ſummatim non probatur, ſed plene ſit pecunia debita ſub conditione eo chirographo, vel non. Et not. de ſummaria cognitione ſimilia: vt dices infra ad exhi. l. iij. §. ſciendum eſt. regulariter autẽ contra: vt. C. de iudi. l. iudices. *ADDITIO.* Dic ſecundũ Barto. quòd regulariter de omni caſu plenarie cognoſcitur. fallit in caſibus in. l. iij. §. herodum. infra ad exhiben.

* a Bar. hic in pr. col. in vers. quare quid facit iudex. dicit hãc glo. nõ & ſing. & vide remiſsiones quæ tradũtur hic in vnis in tex. præa. Bolog.

h *Deberam vincere.* immo videtur quòd non, tribus rationibus. Prima, quia ſi tempore cõditionis exiſtentis iam ſuperſint teſtes, non agã tũc Aquilia, quia probationes alias habeo: vt. j. de fur. l. qui tabulas. §. inde poteſt. &. §. apocha. &. ä. de edẽ. l. argẽtari*. §. cum autẽ. &. ä. e. l. qui occidit. §. j. ſi autem non ſuperſint, nec tũc agam: quia potuerã petere eos publicari ad æternam rei memoriã: vt in auth. de teſti. §. penul. col. vij. &. j. de teſti. l. curent. quæ ſunt cõtra. vnde non videor pati damnum hac ratione: & ſi pendente conditione agã, ſimiliter videor excludi, cum habeã aliud auxiliũ: quia poſſum petere publicari teſtes. Sed reſpõ. quòd hic loquitur quando pẽdente conditione agitur Aquil. quod poteſt: licet probationes alias habeat, ſi verisimile eſt quòd nõ ſuperſint exiſtẽte conditione: quod ſummatim iudex perpẽdet habita cognitione. nec deletor poteſt obiicere agẽti quòd nõ poſsint publicari teſtes propter delictũ ſuum: vt dicitur. j. e. l. antep. & ibidem notaui. vel hoc auxilium publicãdi habet actor ſuo quodã extraordinario iure. Quidam tamen dicunt q̃ nihilo minus exiſtente conditione aget Aquilia, licet alias probationes habeat, minus tamen conſequitur agendo: quia minus damnũ eſt quàm ſi nullas alias haberet. & quod dicitur ibi in. d. §. apocha. in fi. ibi, nihil mihi videtur intereſſe. ita exponunt. i. non videtur differentia eſſe ſi ſint etiã aliæ probationes &c. Sed hoc non valet: quia quare tunc differretur exactio? certe immo nõ differtur: vt &. j. de condic. fur. l. ſi ſeruus. §. q̃ ſi pendente. &. j. de tab. exhi. locum. §. condemnatio. Prima ergo verior eſt: & ſic exactio differatur: & eſt ſpeciale, ne contradicãt duæ modo dictæ. ll. Secunda eſt ratio quare non videar debere vincere: q̃a quomodo vincam, cum ante conditionem nihil ago: vt. ä. quando di. vſufru. lega. ce. l. j. in fi? Sed dicagi hic propter præſens damnum: vt & ſtatim dices in ſolutione contrarij. Item tertia eſt ratio quòd non vincam: quia iudicium non eſt de futuris: vt. ä. de iudi. l. non quemadmodum. quæ eſt contra. Solu. hic præſens damnum, & præſens obligatio, & præſens actio eſt, & præſens cauſa. i. factum: & præſens ſententia, ſed non exactio vel executio. Vel dic quòd eſt mirabile & ſpeciale & notabile in Aquilia. ſunt & alia, vt pœna inbiciationis, & ſolutum indebitum ex ea cauſa. Item quòd veniat culpa leuiſsima. Tertia poſitio: quidam tamen dicũt quòd hic inducuntur teſtes vt publicentur: quod non placet Azoni, quia ſic ſe actor excluderet ab Aquilia, parando ſibi alias perpetuas probationes: vt & modo notaui. ſed ipſi dicũt non agi hic Aquilia: nec hoc hic dicitur. & quod dicit in fi. condemnationis & cõdemnatio, ſcilicet faciendæ & facienda. & in prin. l. in. l. Aquilia. non dices, id eſt in actione, ſed in tractatu Aquil. & eſt plana hęc lectura: & debeo vincere in eo quod peto. peto autem fieri probationẽ: & ſic fertur interlocutoria ſuper hoc. Ex prędictis patet tribus modis intelligi hanc. l. vt ex hac gloſ. colligitur. Accurſius.

† Iuxta æſtimationẽ dicim': vt inire rationẽ, hoc eſt inuenire modũ & rationẽ alicuius vel æſtimanda: Buda' hic.

Iudicium de futuris non eſt.

i *Exactio.* Not. mirabile, ſcilicet actionem in factum re iud. vltra quadrimeſtre vel bimeſtre tempus extendi: aliàs contra: vt C. de vſu. rei iu. l. ij. &. j. de re iud. l. debitoribus. & facit. ä. de peti. hered. quod ſi in diem. Accurſius.
k *Defecerit.* ſcilicet conditio. Accurſius.

SI quis.] CASVS. Quidam deleuit teſtamẽtum alterius. Aquil. non tenetur quo ad teſtatorem: ſed heredes & legatarij agere poſſunt Aquil. Cætera plana ſunt vſque ad. l. ob id. Viuianus.

Pro teſtamento delato non competit actio legis Aquiliæ teſtatori, ſed heredi vel legatario. Bal.

XLI. VLPIANVS libro quadragẽſimoprimo ad Sabinum.

SI quis teſtamentum deleuerit, an damni iniuriæ actio competat, videamus. Et Marcellus libro quinto Digeſtorũ dubitans negat cõpetere. Quẽadmodum enim, inquit, æſtimatio inibitur[l]? † Ego apud eum notaui, in teſtatore quidem hoc eſſe verum: quia quod intereſt[m] eius, æſtimari non poteſt: veruntamen in herede vel legatariis diuerſum[n], quibus teſtamenta penè chirographa[o] ſunt.

Ibidem Marcellus ſcribit, chirographo deleto competere legis Aquiliæ actionem.

Secretarius tenetur ad intereſſe ſi reuelat ſecretum. h. d. & ad hoc allegatur iſte. §. Baldus.

Sed & ſi quis tabulas teſtamẽti apud ſe depoſitas deleuerit[p], vel pluribus præſentibus legerit, vtilius eſt in factum & iniu-

Indicium de futuris non eſt.

Publicanit.

l *Inibitur.* aliàs habebitur. aliàs habetur. & aliàs inhibetur. Accurſius.
m *Intereſt.* quod dicitur non intereſſe teſtatoris: verum eſt propter relicta. ſed nonne poteſt intereſſe propter linum & ceram, filum & ſimilia? Reſpon. ſic, propter quæ agitur Aquilia.
n *Diuerſum.* ideo diuerſum, quia eorum intereſt: non tamen aperit quòd Aquilia detur. eſt tamen verum quòd datur hereditate adita: ſed prius facta deletione datur de dolo: vt. j. eo. l. qui tabulas. in fine. &. ä. de dolo. l. ſi quis tabulas. in fi. Accurſius.
o *Pene chirographa.* nõ vere. nã chirographum dicitur ſcriptura quam quis ſua manu emittit in ſuum prę iudicium: quod teſtator non facit. Vel largius accipe chirographum pro quolibet inſtrumento. & dic quòd pene dicit, quia heres neminem habet obligatum: magis autem ipſe obligatur: creditor vero habet. Itẽ quia in chirographo vertitur lucrum tantùm, in teſtamento & onus, ſecundum Azo. & ſecundum hoc dictio quibus, ad heredes tantùm refertur. Accurſius.

Chirographum quid ſit.

p *Deleuerit.* poſt aditam hereditatem.

a *Publicauit.* paupertatem teſtatoris manifeſtando: vt. C. quando & quibus quarta pars. l. ij. §. ſed vbi. Azo. & leg. Cor. de falſis tenetur: vt infra de pœnis. ſi quis aliquid. §. qui viui. & etiam iniuriarum: vt. j. depoſi. l. j. §. ſi quis tabulas.

b *Damni.* ſed & ſi non habuit animum damni dandi, tenetur: vt ſupra eod. ſed & ſi. §. iniuriam. & l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius. & in puero: vt in. §. & ſi puerum. in. l. ſi ſeruus ſeruum.

c *Cum facto.* id eſt cum contrectatione.

d *Exigit.* ſcilicet vt ſit furtum: cum furtum ſine affec. &c. vt inſtitu. de ob. ex delic. §. placet. vt quia erat debitor qui ſurripuit.

e *Qvi tabulas. Ad exhibẽdum.* Hac actione videtur non teneri, primo per. l. C. ad exhiben. l. exhibitionis. quę eſt cõtra. Solut. ibi non erat mutata forma rei: hic ſic. arg. infra ad exhibẽ. l. Iulianus ſcribit. §. ſed & ſi quis. Secundo, quia alibi dicitur dari de dolo: quod non eſſet ſi hic daretur: vt ſupra de dolo. l. ſi quis tabulas. quæ eſt contra. Solu. hic depoſitę erant vt heredi reſtituerẽtur: ibi vt perpetuo eſſent apud depoſitarium. vel hic tabularum dominus, ibi non: vel hic hereditatem adiit, ibi non. vel ſolue vt ibi.

f *Aquilia actio.* ſcilicet vtilis, vel in factum: vt ſupra. l. proxi. §. penul.

O B id.] C A E S. Titius inſtituit me heredẽ & antequã adirem, Seius dedit damnũ in her. poſtea obiit. quæritur an competat mihi. l. Aquil. act? Et dicitur quòd ſic: cum ſim dominus illarum rẽrum in quibus fuit damnum illatum: licet tunc non eram. ſi aliter dicas, tria ſequerentur inconuenientia. Primo, quia ſi de here. ad heredem act. non tranſiret: eadem ratione nec de eo cui cœpit competere, ad here. tranſiret: quod eſt falſum: quia tranſit. Item ſecundo, quia ſi damnum daretur in rebus capti ab hoſtibus, non daretur ei actio reuerſo: quod iniquum eſſet. Tertio, quia ſi daretur damnum in rebus Titij quondam, antequam poſthumus futurus her. adiret: poſthumo poſtea nato act. l. Aquil. non daretur: quod eſſet iniquum. igitur oportet vt ad heredem tranſeat hæc actio. hoc duobus probat exemplis. vnum eſt in actione arborum furtim cæſarum. aliud eſt in actione ſeu interdicto quod vi aut clam: quæ competit here. pro eo quod iacente here. factum eſt. Viuianus.

g *Eſt.* id eſt ob id damnum quod & c. Azo. Sed videtur nõ dari occaſione talis rei heredi actio furti: vt. j. de furtis. l. hereditariæ. quæ eſt contra. Solu. aliud in actione furti, vt ibi, & aliud in actione iſta.

riarum agi, ſi iniuriæ faciendæ cauſa ſecreta iudiciorum publicauit[a]. Interdum euenire Pomponius eleganter ait, vt quis tabulas delendo, furti non teneatur, ſed tantùm damni[b] iniuriæ: vtputa ſi non animo furti faciẽdi, ſed tantum damni dandi deleuit. nam furti non tenebitur. cum facto[c] enim etiam animum furis furtum exigit[d].

XLII. IVLIANVS libro quadragenſimooctauo Digeſtorum.

QVi tabulas teſtamenti depoſitas, aut alicuius rei inſtrumentum ita deleuit, vt legi nõ poſsit, depoſiti actione, & ad exhibendum[e] tenetur: quia corruptam rem reſtituerit, aut exhibuerit. Legis quoque Aquiliæ actio[f] ex eadem cauſa cõpetit. Corrupiſſe enim tabulas rectè dicitur & qui eas interleuerit.

In lege Aquilia venit damnum datum etiam hereditati aceatæ. Bartolus.

XLIII. POMPONIVS libro nonodecimo ad Sabinum.

OB id quòd antequam hereditatem adires, damnum admiſſum in res hereditarias eſt[g], legis Aquiliæ actionem habes, quod poſt mortem eius cui heres ſis, acciderit. Dominum enim lex Aquilia appellat[h] non vtique[i] eum qui tunc fuerit cum damnum daretur. Nam iſto modo[k] ne ab eo quidem cui heres quis erit, tranſire ad eum[l] ea actio poterit[m]: neque ob id[n] quod tum commiſſum fuerit cum in hoſtium poteſtate eſſes, agere poſtliminio reuerſus poteris. & hoc aliter[o] conſtitui ſine magna captione poſtumorum liberorum qui parentibus heredes erunt, non poterit. Eadem dicemus & de arboribus eodem tempore furtim cæſis.

h *Appellat.* vt &. ſ. eod. item Mela. §. legis.

i *Non vtique.* ſcilicet tantum. Ioan.

k *Modo.* ſi præſentem dominum tantum appellaret.

l *Ad eum.* ſcilicet heredem. Ioan.

m *Poterit.* eſt enim hæc actio perſonalis: vnde ad vniuerſalem non ſpecialem ſucceſſorem tranſit: ſicut nec alię præter duas: id eſt actionem quæ oritur ex interdicto de itin. actúque priua. vt. j. de iti. actúque priua. l. iij. §. hoc interdictũ. &. §. ſed & ſi quis. Et præter illam quę oritur ex interdicto quod vi aut clam: vt. j. quod vi aut clã. l. is qui in puteum. §. ſed & ſi poſtea. ſecundum Azo.

n *Ob id.* ſ. damnum.

o *Et hoc aliter.* ſcilicet quàm diximus. Acc.

p *Debuiſſe.* ne melioris conditionis, &c. vt infra quod vi aut clã. l. ſeruus.

I N lege.] C A S V S. Propter leuiſſimam culpam quis hac act. tenetur, ſi damnum det. Cætera plana ſunt vſque ad. l. ita vulneratus. Viuianus.

q *Leuiſſima.* niſi in duobus caſibus: vt. ſ. e. ſi putator. & infra de adquir. re. domi. homo liber. §. j. Accurſius.

r *Teneri.* & inſolidum.

ſ *Scientiam. Paulus.* vt &. C. de noxa. ſi ſeruus igno. & hoc ſiue de iure, ſiue de facto potuit prohiberi: vt. j. de noxa. l. in omnibus. ſecũdum Azonem.

t *Vulnerato ſeruo.* ſ. ratione expenſarum & operarum: vt. ſ. eod. ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe.

u *Cum liberum putares.* forte idẽ facturus ſi ſciſſes: vt in iniuria: vt. j. de iniur. item apud. §. interdum.

x *Duo.* ſcilicet homines.

y *Euerſus ſit.* Arg. contra. ſ. eod. item Mela. §. ſed ſi plures. &. j. tit. j. l. j. in fi. & l. ij. Accurſius.

z *Vim enim vi.* vt ſupra de iuſti. & iure. l. vt vim. vt ſupra quod me. cau. l. ſed & partus. §. j.

a *Permittunt.* eo ipſo q̃ non prohibent: vt. ſ. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. ſed quod eis. Azo.

b *Tenebor.* veritate inſpecta potius quàm meo cogitatu: vt infra de iniur. l. eum qui. §. ſi iniuria. &. j. quod vi aut clam. l. aut. §. & ſi quis dum. & infra de ſer. corrupt. l. doli mali. 6. ſi quis dolo. Sed ar. contra infra de iniu. item apud. §. interdum. &. l. ſi cum ſeruo. ſed illud in illa actione iniuriarum: ſecus in iſta. vel &c. vt not. in d. §. ſi iniuria. Item argu. contra infra de his quę in teſ. delen. l. ij. ibi, non magis quàm ſi &c. Accurſius.

c *Vleiſcendi.* Not. quòd incontinenti licet vim vi repellere, & eodem modo. Item non ad vltionem, ſed ad defenſionem: vt hic &. j. eo. ſi ex plagis. § j. &. C. vnde vi. l. j. &. ſ. eo. ſed & ſi quen- & q. que. circa prin. Sed videtur etiam ad vltionem permitti: vt. C. de metat. l. deuotũ, quę eſt contra. Sed certe nomẽ vltionis, ponitur

Puto eadem dici poſſe etiam de hac actione quod vi aut clam: ſi modò quis aut prohibitus fecerit, aut apparuerit eũ intellegere debuiſſe[p], ab eis ad quos ea hereditas pertineret, ſi reſciſſent, prohibitum iri.

XLIIII. VLPIANVS libro quadragẽſimoſecundo ad Sabinum.

IN lege Aquilia & leuiſſima[q] culpa venit. Quotiẽs ſciente domino ſeruus vulnerat vel occidit, Aquilia dominum teneri[r] dubium non eſt.

XLV. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

SCientiã hic pro patientia accipimus: vt qui ꝓh bere potuit[ſ], teneatur ſi non fecerit.

Not. quod licet vulneratus ſit liberatus, tamen poteſt agi de vulnere. quod net. & tenet menti. Bal.

Lege Aquilia agi poteſt & ſanato vulnerato ſeruo[t]. Si meũ ſeruum cum liberum[u] putares occideris, lege Aquilia teneberis. Cum ſtramenta ardentia tranſilirent, duo[x] concurrerũt, ambóq; ceciderũt, & alter flamma conſumptus eſt. nihil eo nomine poteſt agi, ſi non intellegitur vter ab vtro euerſus ſit[y].

Quod ſit ad defenſam, pœnam non meram. Bal.

Qui cũ aliter tueri ſe non poſſent, dãni culpam dederint, innoxij ſunt. Vim enim vi[z] defendere † omnes leges omniáque iura permittunt[a]. Sed ſi defendendi mei cauſa lapidem in aduerſariũ miſero, ſed non eum ſed prætereuntẽ percuſſero, tenebor[b] lege Aquilia. Illũ enim ſolũ qui vim infert, ferire conceditur: & hoc ſi tuendi duntaxat, non etiam vleiſcendi[c] cauſa factum ſit. Qui idoneum parietem ſuſtulit, damni iniuria domino eius tenetur.

XLVI. VLPIANVS libro quinquagenſimo ad Sabinum.

† *Hic habes tex. optimũ: & adde Angel. in l. i. j. ad leg. Cor. de ſic. & concur. tex. in cap. quia. 64. diſt.*

ibi pro defenſione, ſicut in Pſalterio ponitur in quibuſdã libris, defenſorem: & in aliis, vltorem: & ponitur ita in Eſaia. & ſic etiã In.C. quando li. vnicuique ſe vin. l.j. in fin. ibi, noſtram &c. ſecũdum Io. Item ad idem contra. j. de bo. lib. l. qui cum maior. §. ſi libertus. in fi. §. ſed ibi ciuiliter. ſ. coram iudice reconueniendo eũ ſe vltiſcebatur. Accur.

a *Si vulnerato. Actum ſit.* de vulnerato. Accurſius.

b *Sed ſi priore. Exiſtia.* ſic. j. de actione emp. l. ex empto. §. etiã. in fi. §. &. j. de euic. l. quia dicitur. Accur.

c *Si ſeruus. Dederit.* dolo, vel lata culpa, de quo ſolo tenetur liber factus actione in factum in duplum poſtquam fuerit liber factus: vt. j. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. fue. l. j. in prin. &. §. j. ex alio aũt facto tenetur. l. Aquil. vt ſubiicit.

d *Tenebitur.* de culpa leniſſima.

e *Alterius.* primum enim parit actionem in factum, vt dixi: ſecundum actionem. l. Aquiliæ.

f *Hæres.* ſ. actiones.

g *Si quis fumo.* quod dicitur perſequi, in vim paſſiui. Accurſius.

h *Videatur.* i. pſumatur.

i *Iniuria.* id eſt non iure. Accurſius.

k *Attulerit.* id eſt vt damnum datũ hoc ipſo quòd non eſt iure datum, videatur, id eſt pręſumatur, quòd attulit iniuriam, id eſt culpam cum ipſo damno, ſecundum Io. & ſic culpa pręſumitur. Vel dic, ſecundum Azo. planius, ſed in idem recidit, hoc ipſo quòd eſt damnum datũ, pręſumatur non iure datum, niſi contra probetur: vt in exemplo quod ſubiicit: niſi magna &c. & ſic culpa præſumitur: & fallit quod dicitur, qui culpam dicit &c.

l *Extinctus.* immo videtur teneri ſi ante extinguatur: vt. j. quod vi aut clam. ſi alius. §. eſt & alia. quæ eſt contra. Sol. hic erat iuſtus metus, ibi non: vt ar. j. loc. l. habitatores. in fin. & j. de incen. rui. nau. l. iij. §. pe. erat enim hic iam ortum incẽdium, & ſic putabatur illuc peruenturum. vnde verſus:

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.

Item facit ad hunc. §. ſ. eod. l. qui occidit. §. in hac. &. C. eo. l. j. Acc.

m *Qui domum. Præter naturale ius.* ſcilicet quo ædificium cedit ſolo.

SI vulnerato ſeruo lege Aquilia actũ ſit [a], poſtea mortuo ex eò vulnere agi lege Aquilia nihilo minus poteſt.

XXVII. IVLIANVS libro octagenſimoſexto Digeſtorum.

SEd ſi priore iudicio æſtimatione facta, poſtea mortuo ſeruo de occiſo agere dominus inſtituerit: exceptione doli mali oppoſita compelletur, vt ex vtroque iudicio nihil amplius conſequatur, quàm conſequi deberet ſi initio de occiſo homine egiſſet [b].

Diuerſitas factorum exigit diuerſitatem panarum. Bald.

XLVIII. PAVLVS libro trigẽſimonono ad Edictum.

SI ſeruus ante aditam hereditatem damnum in re hereditaria dederit, [c] & liber factus in ea re damnum det, vtraq; actione tenebitur [d]: quia alterius [e] & alterius facti hę res [f] ſunt.

XLIX. VLPIANVS libro nonõ Diſputationum.

SI quis fumo facto apes alienas fugauerit, vel etiam necauerit, magis cauſam mortis præſtitiſſe videtur quàm occidiſſe: & ideo in factum actione tenebitur.

Nota. quòd quis poteſt deſtruere alienum, ne deſtruatur ſuum: quia hoc videtur facere magis cauſa defenſionis, quàm offenſionis. Bartolus.

Quod dicitur damnum iniuria datũ Aquilia perſequi [g], ſic erit accipiendum, vt videatur [h] damnum iniuria [i] datum, quod cum damno iniuriã attulerit: [k] niſi magna vi cogente fuerit factum: vt Celſus ſcribit circa eũ qui incendij arcendi gratia vicinas ædes intercîdit. Nam hic ſcribit ceſſare legis Aquiliæ actionem. Iuſto enim metu ductus, ne ad ſe ignis perueniret, vicinas ædes intercîdit. & ſiue peruenit ignis, ſiue ante extinctus [l] eſt, exiſtimat legis Aquilię actionem ceſſare.

L. IDEM libro ſexto Opinionum.

QVi domum alienam inuito domino demolit, & eo loco balneas extruxit, præter naturale ius [m] quòd ſuperficies ad dominum ſoli pertinet, etiam damni dati nomine actioni ſubiicitur [n].

n *Subiicitur.* pro domo deſtructa. Accurſius.

LI. IVLIANVS libro octagenſimoſexto Digeſtorum.

ITa vulneratus eſt ſeruus, vt eo ictu certum eſſet moriturum. medio deinde tempore heres inſtitutus eſt, & poſtea ab alio ictus [o] deceſsit. quæro an cum vtroque de occiſo lege Aquilia agi poſsit. Reſpondit: [p] Occidiſſe dicitur vulgo quidẽ qui mortis cauſam quolibet [q] modo præbuit: ſed lege Aquilia [r] is demum teneri viſus [ſ] eſt, qui adhibita vi & quaſi manu cauſam mortis præbuiſſet: tracta videlicet interpretatione vocis à cædendo, & à cæde. Rurſus Aquilia lege teneri [t] exiſtimati ſunt [†] non ſolùm qui ita vulneraſſent, vt confeſtim vita priuarent: ſed etiam hi quorum ex vulnere certum eſſet aliquem vita exceſſurum. Igitur ſi quis ſeruo mortiferum vulnus inflixerit, eundémque alius ex interuallo ita percuſſerit, vt maturius interficeretur, quàm ex priore vulnere moriturus fuerat: ſtatuendum eſt vtrumque eorum lege Aquilia teneri. Idque eſt conſequens auctoritati veterum, qui cum à pluribus idem ſeruus ita vulneratus eſſet, vt non appareret cuius ictu periſſet, omnes lege Aquilia teneri iudicauerunt [u]. Aeſtimatio autem perempti non eadem in vtriuſque perſona fiet. Nam qui prior vulnerauit, tantũ præſtabit, quanto in anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis ex die vulneris trecentum * [x] ſexaginta quinque diebus. poſterior in id tenebitur, quanti homo plurimi venire [y] poterit in anno proximo quo vita exceſsit: in quo pretium [z] quoque hereditatis erit. Eiuſdẽ ergo ſerui occiſi nomine alius maiorem, alius minorem æſtimationem pręſtabit. nec mirum: cum vterq; eorum ex diuerſa cauſa & diuerſis temporibus occidiſſe hominem intellegitur. Quòd ſi quis abſurdè [a] à nobis hęc conſtitui putauerit, cogitet longè abſurdius conſtitui, neutrum lege Aquilia teneri, aut alterũ potius [b]: cum neq; impunita [c] † maleficia eſſe

o *Ictus.* id eſt percuſſus. Accurſius.

p *Reſpondit.* nõ reſpondet quæſtioni modo: ſed altius exorditur.

q *Quolibet.* manib⁹ vel corpore: vel ſine manibus & ſine corpore, prębita aliter occaſione mortis. Accurſius.

r *Aquilia.* ſcilicet directa. alius autem tenetur in factum, qui non ſuo corpore fecit.

ſ *Viſus.* ex primo capite.

t *Teneri.* vt de occiſo. nã vterq; tenetur quanti plurimi in anno proximo fuerit à tempore ſui vulneris: vt hic ſubiicit, æſtimatio aũté &c. &. j. de dam. infe. fluminum. §. idẽ Seruius. in fi. &. ï. eo. l. ait lex. de vulnerato aũté fieret æſtimatio intra. xxx. dies ex tertio capite. nec eſt cõtra. ï. eod. l. huic. §. ſi ſeruus. &. l. item Mela. §. Celſus. vbi dicit primũ vt de vulnerato teneri, licet eſſet vulnus mortiferum: quia non erat certum ex eo vulnere moriturum.

† *Hæc pœnalis æſtimatio intra. xxx. dies ex tertio capite. nec eſt cõtra. ï. eod. l. huic. §. ſi ſeruus. &. l. item Mela. §. Celſus. vbi dicit primũ vt de vulnerato teneri, licet eſſet vulnus mortiferum: quia non erat certum ex eo vulnere moriturum.* *Exod. xi.*

u *Iudicauerunt.* ita ergo & in propoſito: vt infra titu. j. l. j. in fi. &. l. ij. &. ï. eod. item Mela. §. ſed ſi plures. Sed arg. cõtra. ï. de rei vindic. l. ſi frumẽtum. in fi.

x *Trecenis.* nã tot dies habet annus: vt hic, & j. de ſta. li. cum heres. §. Stichus.

y *Venire.* i. vendi. Acc.

z *Pretium quoque hereditatis.* & ſic lucrum venit: vt. j. de eo quod cer. loc. l. ij. in fin.

a *Abſurde.* ex eo. ſ. quòd pro homine quódã pręſumpto mortuo, nunc quaſi mortuus teneatur: & ſic bis videtur mortuus, & diuerſis temporibus. quod videtur abſurdum: ſed eius contrarium eſſet abſurdius, vt ſubiicit. Accurſius.

* *trecenis*

b *Alterum potius.* ſcilicet quàm alium.

c *Impunita.* no. maleficia non eſſe impunita dimittenda: vt hic, &. ï. de iudi. ſi lõgius. §. j. &. j. de noxa. l. iiij. §. cum dominus. &. j. de fideiuſ. ſi à reo. §. fi. &. C. de pœnis l. ſi operis. &. j. de ſo. Stichum aut Pam. in fine. j. reſpon. &. j. de interroga. ac. l. qui ſeruum. in fi. j. reſpon. &. C. de defen. ciui. l. per omnes.

† *Maleficia impunita manere non debent.* † *Nec quòd delicta non debent remanere impunita. namq; expediẽs eſt reipu. vt maleficia pu-*

Diſpandi

iuiatur. cum cor. text. ff. de licitatio. §. quod illicite ff. de public.

a *Diſputandi*. id eſt contra rigorem iuris. nã de rigore iuris neuter tenetur. prior non: quia non occidit. ſecundus non: quia & ſine eius vulnere eſſet mortuus.

b *Vnum interim*. ſcilicet exemplum.

c *Exiſtimantur*. tot autem ſunt maleficia, quot perſonæ: vt infra de iniur. l. ſi plures. & omnes inſolidum tenentur: vt infra de fur. vulgaris. §. pe. Sed ar cõtra. i. quod cuiuſque vniuerſitatis. ſi municipes. & infra de dam. infec. damni. in fi. ij reſpon.

d *SI ex plagis. De occiſo*. ſi enim negligentia periiſſet, nõ ageretur de occiſo: vt ſupra eod. l. qui occidit. §. fin. Azo.

e *In ſemita*. id eſt in via.

f *Inerat*. no. quod dolor dicitur ineſſe flagello, ex eo quòd alij infert dolorem.

g *Niſi data ad hoc opera*. id eſt ad vindictam. & ſic ex quo incontinenti fecit, præſumitur quòd ad ſui defenſionem fecerit: vt aggreſſor interim eum nõ inuadat: niſi contra probetur: vt hic, & ſupra ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. l. j. §. cum arietes. ſecundum quoſdam. Et ſic poteſt contra probare: vt hic ſecundum Ioan. licet quidam contra. & adde quod no. C. vnde vi. l. j.

h *Vapulaſſet*. i. verberatus eſſet.

i *Vellet*. per quod vides quòd incepit tabernarius rixam: ergo non licet ob tutelam rerum mearum inferre vim? Reſpon. hoc quia non fuit cum moderamine. Accurſius.

k *Rixatus eſſet*. & ſic eum prius percuſſerit: collige ergo hic, & ex ſuperiori reſpon. argu. quòd non debes aliquẽ percutere ad defendendum, niſi prius te feriat. Sed contra eſt: vt infra de vi & vi ar. l. iij. §. eum igitur. & hic ſic euenit de facto.

l *In cliuo*. Cliuus locus eſt quidam.

m *Ducebant*. aſcendendo. Azo.

n *Prioris*. id eſt ſuperioris. Accurſius.

o *Muliones*. quorum tamen mulæ non erãt. Accurſius.

oporteat: nec facilè conſtitui poſſit, vter potius lege teneatur. Multa autem iure ciuili contra rationem diſputandi [a] pro vtilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt: Vnum interim [b] poſuiſſe contentus ero. Cum plures trabem alienam furandi cauſa ſuſtulerint, quam ſinguli ferre non poſſent, furti actione omnes teneri exiſtimãtur: [c] quamuis ſubtili ratione dici poſſit, neminem eorum teneri: quia neminem verum ſit eam ſuſtuliſſe.

Imperitia medici, vel negligentia infirmi, non imputatur percuſſienti augs delictum. Bald.

LII. ALFENVS libro ſecundo Digeſtorum.

SI ex plagis ſeruus mortuus eſſet, neq; id medici inſcientia, aut domini negligentia accidiſſet, rectè de iniuria occiſo [d] eo agitur.

Ille qui immediate percutit percuſſorem ſuum, videtur facere ad defenſam. Bald.

Tabernarius in ſemita [e] noctu ſupra lapidem lucernam poſuerat: quidam præteriens eam ſuſtulerat. tabernarius eum cõſecutus, lucernam repoſcebat: & fugientem retinebat. ille flagello quod in manu habebat, in quo dolon [f] inerat, [g] verberare tabernarium cœperat, vt ſe mitteret. ex eo maiore rixa facta, tabernarius ei qui lucernam ſuſtulerat, oculum effoderat. cõſulebat num damnum iniuria nõ videtur dediſſe, quoniam prior flagello percuſſus eſſet. Reſpõdi, niſi data opera [g] effodiſſet oculum, non videri damnum iniuria feciſſe. culpam enim penes eum qui prior flagello percuſſit, reſidere: ſed ſi ab eo non prior vapulaſſet, [h] ſed cũ ei lucernam eripere vellet, [i] rixatus eſſet, [k] tabernarij culpa factum videri.

Nota quòd iure ex facto oritur, & iure eſt implicitum facto. h. d. Bartolus.

In cliuo [l] Capitolino duo ploſtra onuſta mulę ducebãt. [m] prioris [n] ploſtri muliones [o] cõuerſum ploſtrum ſubleuabant, quò [p] facilè mulæ ducerent. interim ſuperius [q] ploſtrum ceſſim [r] ire cœpit: & cum muliones [s] qui inter duo ploſtra fuerũt, è medio exiſsẽt, poſterius [t] ploſtrum à priore [u] percuſſum retro redierat, & puerum cuiuſdã obtriuerat. dominus pueri conſulebat, cum quo [x] ſe agere oporteret. Reſpondi, in cauſa [y] ius eſſe poſitum. nam ſi muliones qui ſuperius ploſtrum ſuſtinuiſſent, ſua ſponte ſe ſubduxiſſent, & ideo factum eſſet vt mulę ploſtrum retinere nõ poſſent, atq; onere ipſo retraherentur, cum domino [z] mularũ nullam eſſe actionem: ſed cum hominibus [a] qui conuerſum [b] ploſtrũ ſuſtinuiſſent, lege Aquilia agi poſſe. Nam nihilo minus eũ damnũ dare, qui quod ſuſtineret, mitteret ſua voluntate [c], vt id [d] aliquẽ feriret: veluti ſi quis aſellum cum agitaſſet, non retinuiſſet. Aequè ſi quis ex manu telũ aut aliud quid immiſiſſet [e], damnũ iniuria daret. Sed ſi mulę quia aliquid reformidaſſent [f], & muliones timore permoti ne opprimerentur, ploſtrum reliquiſſent, cum hominibus actionem nullam eſſe, cum domino [g] mularum eſſe. Quòd ſi neque mulæ neque homines in cauſa eſſent, ſed mulæ retinere onus nequiſſent, aut cum cõniterentur [h], lapſæ concidiſſent, & ideo ploſtrum ceſſim rediſſet, atque hi quò conuerſum fuiſſet onus ſuſtinere nequiſſent: neque cum domino mularum, neq; cum hominibus [i] eſſe actionẽ. Illud quidem certe, quoquo [k] modo res ſe haberet, cum domino poſteriorum mularum agi non poſſe: quoniã non ſua ſponte, ſed percuſſę retro rediſſent [l]†. Quidã boues vendidit ea lege, vti daret experiundos: poſtea dedit experiũdos. emptoris ſeruus in experiũdo percuſsus ab altero boue cornu eſt. quærebatur nũ venditor emptori damnũ præſtare deberet. Reſpondi, ſi emptor boues emptos haberet, nõ debere [m] præſtare: ſed ſi nõ haberet emptos, tum ſi culpa hominis factum eſſet vt à boue feriretur, non debere præſtari: ſi vitio bouis, debere.

Si ludentes adinuicem ſe ſpingant, & ſpinſtus interim puerum caput, vel crus frangit: ſpingens non tenetur niſi ſtudioſe feciſſe, & extra naturam ludi. h. d. ex. com glo. Bal.

Cum pila cõplures luderent, quidã ex his ſeruulũ [n] cum pilã percipere conaretur impulit: ſeruus cecidit, & crus fregit. q̃rebatur an dominus ſeruuli lege Aquilia cũ eo cuius impulſu ceciderat, agere poteſt. Reſpondi, non poſſe, cũ caſu [o] magis q̃ culpa videretur factum.

a *Diſputandi*. id eſt contra rigorem iuris. nã de rigore iuris neuter tenetur. prior non: quia non occidit. ſecundus non: quia & ſine eius vulnere eſſet mortuus.

b *Vnum interim*. ſcilicet exemplum.

c *Exiſtimantur*. tot autem ſunt maleficia, quot perſonæ: vt infra de iniur. l. ſi plures. & omnes inſolidum tenentur: vt infra de fur. vulgaris. §. pe. Sed ar cõtra. i. quod cuiuſque vniuerſitatis. ſi municipes. & infra de dam. infec. damni. in fi. ij reſpon.

d *SI ex plagis. De occiſo*. ſi enim negligentia periiſſet, nõ ageretur de occiſo: vt ſupra eod. l. qui occidit. §. fin. Azo.

e *In ſemita*. id eſt in via.

f *Inerat*. no. quod dolor dicitur ineſſe flagello, ex eo quòd alij infert dolorem.

g *Niſi data ad hoc opera*. id eſt ad vindictam. & ſic ex quo incontinenti fecit, præſumitur quòd ad ſui defenſionem fecerit: vt aggreſſor interim eum nõ inuadat: niſi contra probetur: vt hic, & ſupra ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. l. j. §. cum arietes. ſecundum quoſdam. Et ſic poteſt contra probare: vt hic ſecundum Ioan. licet quidam contra. & adde quod no. C. vnde vi. l. j.

h *Vapulaſſet*. i. verberatus eſſet.

i *Vellet*. per quod vides quòd incepit tabernarius rixam: ergo non licet ob tutelam rerum mearum inferre vim? Reſpon. hoc quia non fuit cum moderamine. Accurſius.

k *Rixatus eſſet*. & ſic eum prius percuſſerit: collige ergo hic, & ex ſuperiori reſpon. argu. quòd non debes aliquẽ percutere ad defendendum, niſi prius te feriat. Sed contra eſt: vt infra de vi & vi ar. l. iij. §. eum igitur. & hic ſic euenit de facto.

l *In cliuo*. Cliuus locus eſt quidam.

m *Ducebant*. aſcendendo. Azo.

n *Prioris*. id eſt ſuperioris. Accurſius.

o *Muliones*. quorum tamen mulæ non erãt. Accurſius.

p *Quo*. pro vt. Azo.

q *Superius*. id eſt prius. Azo.

r *Ceſſim*. id eſt retro.

s *Muliones*. ſuperioris ploſtri.

t *Poſterius*. poſt quod nullum erat.

u *A priore*. id eſt ſuperiore. Azo.

x *Cum quo*. vel cum domino mularum: vel cum plauſtrariis.

y *In cauſa*. id eſt dicere, vt ille teneatur qui cauſam mortis præbuit. vel cauſam dicit factum ipſum cum quo iur eſt implicitum. facti ergo potius eſt quæſtio quàm iuris. Accurſius.

z *Cum domino*. inferioris vel ſuperioris ploſtri.

a *Cum hominibus*. i. cum mulionibus.

b *Conuerſum*. ſcilicet nunc. Accurſius.

c *Sua voluntate*. non iuſta neceſsitate. Ir.

d *Vt id*. ſcilicet conſecutiue: vt duobus probat exemplis.

e *Immiſiſſet*. etiam ſine voluntate: vt ſupra eo. ſcientiam. §. ſed ſi defendendi. Azo.

f *Reformidaſſent*. ſcilicet ſine cauſa.

g *Cum domino*. ſuperioris ploſtri.

h *Conniterentur*. aliàs conarentur: & aliàs corruerent.

i *Neque cum hominibus*. ob hoc quòd de medio exiuerit: ſed ex eo quòd nimis oneratuerunt tenentur: vel ſi per malum locum duxerint: vt ſi. eo. qua actione. §. ſed ſi quis plus.

k *Quoquo*. ſiue culpa mulionum, vel alterius damnum acciderit: vel vitio ſuperiorum mularum.

l *Retro rediſſent*. arg. cõtra infra de dam. infec. l. qui bona. §. cum inter. ſed ibi melius poterat ſibi cauere ab alio: & ideo mihi cauet.

m *Debere*. cum enim venditor bouem recipit, omnia retroagũtur: ſi tamen vellet, poſſet pro noxia dimittere: vt ſupra de alie. iudi. l. quia redhibito. & j. de ædi. edic. l. quòd ſi nolit. in prin.

n *Seruulum*. cum aliis ludentem Accurſius.

o *Cum caſu magis*. non data opera id fecit: vt. i. e. item Mela. in prin. eſt enim de naturali ludi, vnum alium impellere. Accurſius.

† *Ploſtrum. eſt nota ſecundũ Bald. quòd no eſt culpa in percuſſo, ſi retrocedat ſecus impercuſſore.*

Si bouis.

a *Boues.* id est vaccas alienas: vt bene conueniat quod sequitur. Accursius.

b *In factum actio.* vt & instit. eo. §. fi. Accursius.

Legis Aquiliæ.] CASVS. Si promisisti mihi animal: & ipsum ante moram occidi, vel vulnerauit: an Aquilia tenêar, quæritur. Et respon. quòd sic. sed si post moram occidi, non teneor.

LIII. NERATIVS libro primo Membranarum.

BOues[a] alienos* in angustũ locum coëgisti, eóque effectum est, vt deticerentur. datur in te ad exemplum legis Aquiliæ in factum actio[b].

De iniuria quam quis fa.it sibi, nemo agit. ad hoc allegatur ista lex. Baldus.

LIIII. PAPINIANVS libro trigensimoseptimo Quæstionum.

LEgis Aquiliæ debitori cõpetit actio cum reus stipulandi ante moram promissum animal vulnerauit[c]. Idem est & si occiderit animal. Quòd si post moram promissoris, qui stipulatus fuerat occidit, debitor quidem liberatur: lege autem Aquilia hoc casu nõ rectè experietur. nam creditor ipse sibi potius[d] quàm alij iniuriam fecisse videtur.

Not. quòd in actione l. Aquil. licet minuatur interesse, tamẽ non minuitur actio: quia habet oculos retro, & non est mor. persecutoria. Baldus.

LV. PAVLVS libro vicensimosecundo Quæstionum.

STichum aut Pamphilũ promisi Titio. cum Stichus esset[e] decem milium, Pamphilus viginti, stipulator Stichum ante moram occidit. quæsitum est de actione legis Aquiliæ[f]. Respondi, cum viliorem occidisse proponitur, in hunc tractatum nihilum differt ab extraneo[g] creditor. Quanti igitur fiet æstimatio? vtrum decẽ milium, quanti fuit occisus: an quãti est, quẽ necesse habeo dare[h], id est quanti mea interest[i]? Et quid dicemus si & Pamphilus decesserit sine mora[k]? Iam[l] pretium Stichi minuetur, quoniam liberatus[m] est promissor? Et sufficiet fuisse pluris cum occideretur, vel[n] intra annum. Hac quidem ratione etiam si post morte Pamphili intra annum[o] occidatur[p], pluris videbitur fuisse[q].

LVI. IDEM libro secundo Sententiarum.

MVlier si in rem viri damnum dederit, pro tenore legis Aquiliæ[r] conuenitur.

Not. quòd commodatarius equi non tenetur, si ille equus est ab alio equo percussus sine culpa sua. quod not. Baldus.

LVII. IAVOLENVS libro sexto ex Posterioribus Labeonis.

EQuum tibi commodaui. in eo tu cũ equitares, & vnà[s] cum plures equitarent, vnus ex his irruit in equum, téque deiecit: & eo casu crura equi[t] fracta sunt. Labeo negat tecum vllam actionem esse. sed si equitis[u] culpa factum esset, cum equite sanè, non cum equi domino agi posse[x], verum puto.

DE HIS QVI EFFVDERINT vel deiecerint.

TITVLVS III.

Not. quòd si quis proiicit lauaturam super pannos tuos, debet tibi emendare in duplum. Baldus.

I. VLPIANVS libro vicensimotertio ad Edictum.

PRætor ait de his qui deiecerint vel effuderint[y]: *Vnde in eum locum quo vulgo[z] iter fiet, vel in quo consistetur, deiectum vel effusum quid erit: quantum ex ea re damnum datum factúmve[a] erit, in eum qui ibi habitauerit, in duplum[b] iudicium dabo. si eo ictu homo liber periisse dicetur, quinquagenta aureorũ iudicium dabo. si viuet, nocitúmque ei esse dicetur: quantũ ob eam rem æquum iudici videbitur[c] eũ cum quo agetur condẽnari, tãti iudicium dabo. Si seruus[d] insciẽte domino fecisse dicetur, in iudicio*

a *Nec ergo.* ideo si velim Pamphilum soluere, repetam viginti milia? nec deducetur pretium Stichi: cum lucro debitoris sit mortuus: argu. supra. l. proxi. Alij dicunt quòd si volo me contendere liberatum morte Stichi, quod possum: & sic me non teneri ad viuum præcisè: quod est falsum: quia hic dicit, quem necesse & cætera.

k *Sine mora.* scilicet post mortem Stichi: vt differat ab inferiori responso.

l *Iam.* aliàs iam. & aliàs num. & semper interrogatiuè lege. & quod dicit pretiũ Stichi, quod scilicet erat in actione l. Aquil. xx. milia: licet verum fuerit decem milia tantum.

m *Liberatus.* ab vtroque.

n *Vel.* ponitur pro saltem.

o *Intra annum.* sic ergo non minuetur pretium Stichi. nam præstari debet quanti fuit cum occideretur in anno proximo: hic autem fuit pluris cũ occidebatur, propter Pamphilum qui viuebat, in quem soluendum remanebat debitor obligatus.

p *Occidatur.* scilicet Stichus. Azo.

q *Fuisse.* intra annum. & ideo viginti milia præstabuntur. habet ergo lex Aquilia oculos retro. sic & infra de ser. corru. l. doli. §. fina. Accursius.

r *Mvlier. Legis Aquiliæ.* id est actione in factum: vt. C. rerum amo. l. ij. Azo. & facit supra eod. l. si seruus seruum. §. si cum maritus.

s *Equum tibi. Et vnà.* id est simul cũ suis equis.

t *Crura equi.* tibi commodati.

u *Sed si equitis.* scilicet irruentis. Accur.

x *Agi posse.* cum culpa equitantis sit factum: secus si vitio equi.

DE HIS QVI EFFuderint vel deiecerint.

Id est de iis ex quorum domo aliquid est deiectum vel effusum: vt infra eod. l. 1.

y *Prætor ait. Vel effuderint.* verba Vlpia. sed sequentia vsque ad. §. summa, sunt prætoris. & construe, in eum qui ibi inhabitauerit vnde deiectũ vel effusum quid erit in eũ locum &c.

z *Quo vulgo.* hoc verbum exponitur. j. eo. l. hoc edicto. Accur.

a *Factúmve.* pro eodem ponitur datum & factũ. Vel dic, datum statim: factũ. s. post: vt. j. ne quid in lo. pu. l. ij. §. deinde ait prætor.

b *In duplum.* scilicet eius damni quod erit.

c *Iudici videbitur.* hoc determinatur in vltima. l. huius tit. Azo.

d *Si seruus.* scilicet inhabitantis: quia in suis venia dignus est, vt liberetur dando pro noxa: vt supra nau. cau. sta. l. fi §. hanc autẽ. in aliis autem tenetur insolidum: cum ipse dominus eorum vtitur opera: vt insti. de ob. ex quasi deli. §. pe. & prædicto. §. hãc autem. nam inspecto iure communi cum pro suo quasi delicto conuenitur,

1. respon. Azo. & instit. de oblig. ex quasi deli. § 1.

* *Vulg. incipit, Si boues alienos.*

uenitur,non debeat liberari dando pro noxa.

a *Addicam.*ſcilicet inſolidum,aut noxæ &c.

b *Commeari.*vt ſupra tit.j.ſi putator.

c *Intereſſe.*quantum ad hoc edictum.

d *Securitatem.*quam habent viæ publicæ.Accurſius.

e *Commeari.*& nunc nihil dicitur.Accurſius.

*vel noxam dedere liceat.

f *Videri.* vtilis his caſibus & ſequentibus locũ habet:vt.ĩ.de iuriſd.omniũ iud.l.ſi quis id.

g *Cum quid deiceretur.* vt lapis.

h *Penes eum.*ſcilicet inhabitantem.

i *Culpæ.* nam nõ exigitur culpa i facto:ſed ante factum ſic:quia vtitur opera malorum hominũ inhabitans.

k *In duplum.* tunc demum.

l *Æſtimatio.*vt infra.e.l.fina.in fi. & ad.l.Rho.de iac.l.ij.§. corporum. &.ĩ.ſi quadru.paupe.fe.di.l.ex hac.ſic nec in re ſacra:vt ſupra de re.di.l. ſacra.§.fina.

m *In corpus.* & etiam operarum quæ ex perſona proueniũt, vt in medicis:vt infra eo.l.fin. & inſtit. de obli.ex deli.§. ob hominem.

n *Non datur.*vt inſtitu. eo.§.ſi filius. ſed contra ſupra de iudi.ſi filius.ſed ibi dicit,teneri ſcilicet filium:vt ibi dixi.

o *Non ex contractu.* bona ratio:vt.j.de aleatoribus.l.ſi.§.item ſi ſeruus. &.j.de reg.iur.l.ex pœnalibus.Accurſius.

p *Hæc allio.*hoc dic vt ſupra de iudi.l.tã ex contractibus.Accurſius.

q *Danda ſit.* quod videtur.

*exigat.

r *Ex negotio geſto.* ſed ex contractu vel quaſi non daretur noxaliter: vt infra de actio.& obliga.l.ex cõtractibus. ſimilis eſt enim actio quæ ex quaſi contractu datur,ei quæ ex vero contractu datur.vtraque enim datur de peculio: vt & ſupra de neg.geſt.ſi filius. diſſimiliter tamen quandoque dantur in heredes: vt.C.de hered.tu.l. j.Item quæ datur ex delicto, ſimilis eſt ei quæ datur ex quaſi deli.quia vtraque datur noxaliter:vt infra eo.l.ſi vero. §.prætor. & ſupra eod. §.ſi ſeruus.& ſupra nau. cau.ſtab.l.vltima.§.ſeruorum. Nec ob.quod in eo.tit.dicitur.l.idem.§. penul. quia ibi loquitur de actione in factũ, quæ datur ex contractu,id eſt de recepto, non de ea quæ datur in duplum ex quaſi ma.Item nec ob.quod dicitur.j de iur.l.ſi ſeruus naué.quia & ibi loquitur de ea quæ datur ex cõtractu.i.de exercitoria.Ité hoc regulariter.quãdoq; enim ex maleficio,vel quaſi,

adiiciam *,aut noxam dedere.*

No.quid vis debeat eſſe ſecura.Baldus.

Summa cũ vtilitate id prętorẽ edixiſſe nemo eſt qui neget. Publicè enim vtile eſt,ſine metu & periculo per itinera commeari[b]. Parui autẽ intereſſe[c] debet, vtrũ publicus locus ſit, an verò priuatus: dũmodo per eum vulgo iter fiat:quia iter facientibus proſpicitur, non publicis viis ſtudetur.Sẽper enim ea loca per quæ vulgo iter ſolet fieri,eandẽ ſecuritatem[d] debent habere. Cæterùm ſi aliquando vulgus in illa via non cõmeabat,& tunc deiectũ quid vel effuſum cum adhuc ſecreta loca eſſent, modò cœpit commeari[e]: non debet hoc edicto teneri. Quod cum ſuſpenderetur decidit, magis deiectum videri[f].Sed & quod ſuſpẽſum decidit,pro deiecto haberi magis eſt. Proinde et ſi quid pendens effuſum ſit, quãuis nemo hoc effuderit, edictũ tamen locũ habere dicẽdum eſt. Hæc in factũ actio in eum datur qui inhabitat cũ quid deiiceretur[g] vel effunderetur:non in dominũ ædiũ. culpa enim penes eũ[h] eſt. Nec adiicitur culpæ[i] mentio,vel inficiationis, vt in duplum[k] detur actio,quãuis damni iniuriæ vtrumque exiget*. Sed cum homo liber periit,dãni æſtimatio[l] nõ fit in duplum: quia ĩ homine libero nulla corporis æſtimatio fieri poteſt:ſed quinquaginta aureorum condemnatio fit.

Dictio tamen, denotat inhærentiam. Baldus.

Hæc autem verba,*ſi viuet,nocitúmque ei eſſe dicetur:*non pertinent ad damna quæ in rem hominis liberi facta ſunt,ſi fortè veſtimenta eius, vel quid aliud ſciſſum corruptúmve eſt,ſed ea quæ in corpus[m] eius admittuntur. Si filiusfamilias cœnaculum conductum habuit,& inde deiectũ vel effuſum quid ſit,de peculio in patrem nõ datur[n]: quia non ex contractu[o] non agitur noxaliter: ſed vt caſtigetur:vt hic,&.ĩ.de mino.[p] ſi minor.§.ſi ſeruus. Alij dicunt hic etiã de peculio agi:argu.d.l.ĩ. nau.cau.ſta.l.idẽ.§.ité ſi ſeruus exercitoris.&.j.de fur.l.ſi ſeruus naué.§.ſi.&.j.de fur.l.ſi in re cõmuni.& j.de exer.l.ſi ſeruus voluntate.&.l.j.§.ſi is qui naué.& ſic cõcordat cũ quaſi contractu, ſecundũ eos:& ita ſecundũ eos pro quaſi delicto nõ agitur noxaliter.Sed tu dic hic ſpeciale,vt dixi.vel etiã noxaliter hic poteſt agi. Porro in hoc diſſimile ſecundum eos eſt quaſi delictũ à quaſi contractu, quia propter quaſi contractũ non puniũtur corporaliter,datur tamẽ actio de peculio: vt.ĩ.de nego.geſt.ſi filius. ſed ex quaſi delicto extra or.corrigũtur: vt hic. ſed prima verior eſt ſecũdũ Io. & facit.j. de exer.l.j.§.ſi is qui nauem.&.l.ſi ſeruus.

Corrigendum. imò noxalis:vt.ĩ.ea.l.§.ſi ſeru*. Sol.ibi ſeruus inhabitantis,hic inhabitans.

t *Habitare.* facit inſtit. de iniur.§.ſed & lex.

u *Hoſpes.* qui recipitur à conductore.

y *Quantũ.* vere multũ, quia tantum &c.

y *Actio.* vt & infra de exer.l.j.in fi.&.l.ij. &.l. ſi tamen.

z *Cum ſane impoſſibile.*i.difficile.ſic C. de cu.fur.l.cum aliis. & j.lo.l. cum plures.§.veſtimẽta. ſic ecõtra.j.pro ſoc.l.de illo. &.ĩ.de pe. here.ſed & ſi le.§.ſi quis re.& infra rem ra.hab.ſi ſine.Accurſius.

a *Vel effudiſſet.*ſed quid ſi certum eſt vnum deiecciſſe,an aget cõtra alios? Reſpon.non.ar.j.eo.l.ſi vero.§.interdum. Item eſt huic.l.cõtra.ĩ. de rei vind. l. ſi frumentum.§. fi.Sol.vt ibi.

b *Et quidẽ inſolidũ.Liberabuntur.*cõtra.ĩ. ad.l.Aquil.iẽ Mela.§.ſi plures. vbi dicitur,in.l. Aquil.vnus aliũ non liberat.Solu.ſecus eſt hic: quia cũ vnus cõuenitur, cęteri intelligũtur conueniri: ſicut intelligitur reus conueniri vbi fideiuſſor conuenitur ideo quia habet contra reum poſtea actionem: quia ſi illi iterum cõuenirẽtur, ſæpi* quæreretur de delicto eiuſdem hominis: quod eſſe non debet: vt ſupra nau.caupo.ſtabu. licet.§ fina. ſ* ibi plures percuſſerũt. Vel hic eſt quaſi maleficium, ibi maleficium.

c *Perceptione.*i.ipſius pœnæ datione,nõ litis cõteſt.vt hic,&.j. de cõſti.pe.iẽ illa.§.vet*. &.j.de duo.reis.l.ij.&.j.depoſi. l.j.ſi apd.ſed ar.cõtra.j.de noxa.electio. & C.de fideiuſ.liberũ,

d *Vel nihil.*in factum,vel pro ſocio.Accurſius.

A

venit. in ipſum itaque filium hæc actio[p] competit. Cum ſeruus habitator eſt,vtrum noxalis actio danda[q] ſit, quia non eſt ex negotio geſto[r]: an de peculio,quia non ex delicto ſerui venit? Neque enim rectè ſerui dicitur noxa,cum ſeruus nihil nocuerit. Sed ego puto ſeruum impunitum eſſe non oportere: ſed extra ordinem officio iudicis corrigendum[ſ]. Habitare[t] autem dicimus vel in ſuo, vel in conducto, vel gratuito. Hoſpes[u] planè non tenebitur,quia non ibi inhabitat, ſed tantiſper hoſpitatur: ſed is tenetur qui hoſpitium dederit. Multum autem intereſt inter habitatorem,& hoſpitem,quantum[x] intereſt inter domiciliũ habentem, & peregrinantem.

B

Si plures in eodem cœnaculo habitent vnde deiectum eſt, in quemuis hæc actio[y] dabitur:

Nota quòd in hac actione non oportet arguere certi hominis factum. quod nat. Baldus.

C

II. GAIVS libro ſexto ad Edictum Prouinciale.

CVm ſanè impoſſibile[z] eſt ſcire quis deiecciſſet vel effudiſſet[a],

III. VLPIANVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

ET quidem inſolidum. ſed ſi cum vno fuerit actũ, cæteri liberabuntur[b],

Nota quòd quando plures tenentur ex quaſi delicto, vnus ſoluens repetit partem ab alijs. Baldus.

IIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

D

PErceptione[c],non litis conteſtatione: præſtaturi partẽ dãni ſocietatis iudicio vel vtili[d] actione ei qui ſoluit.

V. VLPIANVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

SI verò plures diuiſo inter ſe cœnaculo habitẽt, actio in eũ ſolũ datur, qui inhabitabat eã partẽ vnde effuſum eſt. Si quis gratuitas habitationes dederit libertis & cliẽtib* vel ſuis vel vxoris,ipſum eorũ nomine

z *Si vno plures. Teneri.* hoc intelligas cum habitant simul cum dominis: alioquin ipsi tantum tenerentur: vt supra eod. l.j. §.penul. & fin. & est ratio, quia eorum operis vt suis familiaribus in plerisque vtebatur.

b *Hospitiola.* remanendo ipse ibi.

c *Exercens.* vsu suo & suorum. Accursius.

d *Tenebitur.* Pro eo quod ex maxima parte est deiectum, quam ipse inhabitat. secus si aliunde proiiciatur: vt infra subiicit. Azo. vel forte secundum M. distingue, concedat amicis: & tunc quantamcunque partem sibi retineat, habet locú quod supra dicitur. vbi vero non amicis, tunc si magnam sibi partem retinet, pro omnibus tenetur: aliàs pro sua parte tantum.

d *Aequè tenebitur.* propter inhabitátes secum, & non propter alios. & not. quòd quædã littera dicit in prin. §. sed & si quis cœnaculariam: & alia, sed & si hospitalia: quia hospitãdi causa recipiat homines.

e *Omnes tenebuntur.* pro eo quod deiectum est ex eo quod est eis concessum: sed & ipse pro parte retenta.

f *Exedra.* id est fenestra.

g *Actione.* id est hac actione in factum, quę inuenta est à prætore eius exemplo. Et secundum hoc dic, condemnatus, proprie, vel aliter, cum is qui deiecit, l. Aquil. teneatur: æquum est vt cum ex facto eius alius teneatur, ipse ei damnũ resarciat: & secundum hoc dic, condemnatus, pro condemnandus.

h *In factum.* s. generalem forte, non ex hoc edicto, quæ datur semper æquitate suadente.

i *Quod verum est.* vt. j. ad l. Rho. l. ij. in princi. & j. de exer. l. j. §. est autem. & supra nau. cau. sta. l. licet. §. j.

k *Deiecti.* ex cuius deiectione conuentus est locator. Accursius.

l *Deiecti.* ex primo capite. Accursius.

m *Perpetua est.* forte in eo quod cõtinet rei persecutionem: annalis autem est pœna: vt insti. de perpe. & tẽp. act. in prin. & ff. de calũ. l. j. vel speciale est in hac, propter publicam transeuntium vtilitatem.

n *Competit.* ex capite secundo. Accursius.

o *Sed nec heredi.* iure hereditario forte: quia popularis est.

p *Penalis.* An hæc pœna. l. aur. agenti, vel fisco applicabitur? Respon. diuiditur: vt. j. ad Sil. l. legem. §. ff. Accursius.

q *Cuius interest.* saltem ratione affectionis: vt quia alumnus erat. sic & infra man. l. cum seruus. Azo. sic & in quibusdam aliis: vt infra de le. ij. peto. §. fratre. & de col. dotis. l. ff. in fi. & j. de li. ho. exhib. l. iij. §. pen. & j. de popu. act. l. iij. §. ff. & j. de sepulc. vio. l. prætor ait. & C. de verbo. sign. l. fina. & in decre. xxxv. q. vj. c. j. & infra de accu. & inscri. l. si plures. Accursius.

r *Experiri.* homine libero occiso.

s *Enim.* pro certe.

t *Non debet.* vt supra ad l. Aquil. nam sicut. sed opponitur, si in persona liberi hominis datur dãnum, datur Aquilia, & datur heredi: vt no. ff. titu. j. l. liber homo. cur non hic? Respon. Bul. quia hic opus non est: quia potest agere heres vt quilibet de populo, ibi non.

u *Ex æquo.* id est non ex damno pecuniario: quod dic vt infra. l. fina. Accursius.

x *In suggrunda.* b suggrunda dicitur stillicidium extensum: sed protectu n dicitur solarium.

y *Nocere alicui possit.* facile. Accursius.

z *Portio est.* id est similis. sic & aliàs dominij pars est vsusfruct. nam vtrumque publica vtilitate itinerum & viarum est inductum. Acc.

a *Partibus.* suggrunda, vel protecto.

b *Sine non.* inhabitant scilicet nunc cum conueniuntur. Io. si tamen inhabitent cum possuerunt. Vel dic quòd siue inhabitent, siue non, tantum ad dominum ædium refertur. Accursius.

c *Hu locis.* s. in suggrũda, vel protecto.

d *Supra.* hæc verba hic materialiter ponuntur.

e *Cœnaculi.* vbi cœnatur.

f *Ædificii.* s. parte, id est in parte qualibet ædificij.

g *Suo nomine.* vt & infra man. l. qui patitur. & infra de exerci. l. j. §. magistrum autem. & j. de flumi. l. j. §. fina. & j. vi bo. rap. l. ij. §. dolo. Sed arg. contra. C. ad. l. Cor. de fal. l. si falsos. Azo.

h *Nocere.* s. facile.

i *Nec spectamus.* scilicet tantum.

k *Non nocuit.* inspecto quod nocere potuit: vt hic, & ff. de iur. om. iudi. l. si idem. & ff. quod quisque iur. l. iij. in principio

teneri [a] Trebatius ait. quod verum est. Idem erit dicendum & si quis amicis suis modica hospitiola [b] distribuerit. Nam & si quis cœnacularium exercens, [c] ipse maximam partem cœnaculi habebat, solus tenebitur. Sed & si hospitaculi* habeat, solus tenebitur. [d] Sed si quis cœnacularium exercens, modicum sibi hospitium retinuerit, residuum locauerit pluribus: omnes tenebuntur, [e] quasi in hoc cœnaculo habitantes vnde deiectum effusúmve est. Interdum tamen quod sine captione actoris fiat, oportebit prætorem æquitate motum in eum potius dare actionem, ex cuius cubiculo vel exedra [f] deiectum est, licet plures in eodem cœnaculo habitent. Quòd si ex mediano* cœnaculi quid deiectum sit: verius est omnes teneri. Si horrearius aliquid deiecerit vel effuderit, aut conductor apothecæ, vel qui in hoc duntaxat conductum locum habebat, vt ibi opus faciat, vel doceat: in factum actioni locus est, etiam si quis operantium deiecerit vel effuderit, vel si quis discentium. Cum autem legis Aquiliæ actione [g] propter hoc quis condemnatus est, meritò ei qui ob hoc quòd hospes vel quis alius de cœnaculo deiecit, in factum [h] dandam esse Labeo dicit aduersus deiectorem. quod verum est. [i] Planè si locauerat deiectori, [k] etiam ex locato habebit actionem. Hæc autem actio quæ competit de effusis & deiectis, [l] perpetua [m] est, & heredi competit: in heredem verò non datur. Quæ autem de eo competit, quòd liber periisse dicetur, intra annum dumtaxat competit: [n] neque [in heredem, sed nec heredi, [o] similibúsque] personis. nam est pœnalis [p] & popularis: dummodo sciamus ex pluribus desiderantibus hanc actionem, ei potissimum dari debere, cuius interest, [q] vel qui adfinitate cognatioñéve defunctum contingit. Sed si libero nocitum sit, ipsi perpetua erit actio. Sed si alius velit experiri, [r] annua erit hæc actio. Nec enim [s] heredibus iure hereditario competit. Quippe quod in corpore libero damni datur, iure hereditario transire ad successores non debet: [t] quasi non sit damnum pecuniarium. nam ex bono & æquo [u] oritur.

B *Nota quòd vbi lex considerat quod potest euenire, non debemus requirere quod actualiter euenerit. Bartolus.*

Prætor ait, *Ne quis in suggrunda [x] * protectóve supra eum locum quà volgo iter fiet, sive quo consistetur, id positum habeat, cuius casus nocere cui possit. [y] Qui aduersus ea fecerit, in eum solidorum decem in factum iudicium dabo, si seruus insciente domino feciſſe dicetur: aut noxæ dedi iubebo.* Hoc edictum superioris portio [z] est. Consequens etenim fuit, prætorem etiam in hunc casum prospicere, vt si quid in his partibus [a] ædium periculosè positum esset, ne noceret. C Ait prætor: *ne quis in suggrunda* protectóve.* Hæc verba, *ne quis*, ad omnes pertinent, vel inquilinos, vel dominos ædium: siue inhabitent, siue non, [b] habent tamen aliquid expositum his locis [c]. *Supra [d] eum locum quà volgo iter fieret, sive quo consistetur, id positũ habeat.* Accipere debemus *positum*, siue in habitationis, * vel cœnaculi, [e] siue etiam in horrei, vel cuius alterius ædificij. [f] Positum habere etiam is rectè videtur, qui ipse quidem non posuit, verùm ab alio positum patitur. quare si seruus posuerit, dominus autem positum patiatur: non noxali iudicio dominus, sed suo nomine [g] tenebitur. Prætor ait, *cuius casus nocere [h] posset.* Ex his verbis manifestatur, non omne quicquid positum est, sed quidquid sic positum est, vt nocere possit, hoc solum prospicere prætorem, ne possit nocere. Nec spectamus [i] vt noceat: sed omnino si nocere possit, edicto locus sit. Coërcetur autem qui positum habuit, siue nocuit id quod positum erat, siue non nocuit [k]. Si id

* *Hospitalia, aut hospitiola.*

* *In pãdectis Florent. hic additur, sed si quis cœnaculi, ipse solus æquè tenebitur: sed obelo trãsfixum, vt supernacuum.*

* *Mediano, id est medio. verbũ est architectorũ. Bud. hic.*

Cella est ad colloquiũ aut meridiandum. i. meridie dormiẽdi. Cic. li. 3. de orat.

Tuc dedita opera quiescẽtib⁹ alijs, in eam iam exedrã venisse, in qua Crassus posito cubiculo requieuisset. L. R.

* *Suggrũda*

* *Suggrũda*

* *In quibusdã exẽplaribus hæc omnia in suggrũdi casu legũtur.*

in principio. & ï. de vi & vi ar. l. iij. §. j. & ï. de iniu. ité apud. §. j.

a *Competit actio.* in eum qui posuit, datur vtilis: vt hic, quia non inhabitat: sed contra inhabitátem datur directa in. x. aureor: vt supra eod. l. §. prætor ait. Alij dicút hic loqui de actióe in factú subsidiaria. l. Aquil. quæ datur contra eum qui posuit: quasi nó sufficiat ex hoc edicto: quæ in. x. aure. tantum datur, cum forte in plus nocitú siti ad quod totum datur dicta actio subsidiaria contra ponétem qui causam dáni prælitit. Sed primum verius est: nam hic vtilis ad exemplum directæ inducitur: vt hic subiicit. Et quod hic dicit, quasi non sufficiat: subaudi tantum, si tamen sciuit & passus est. alioquin non tenetur. sed secúdum hoc quòd intelligo loqui in actione quę ex hoc edicto detur: quare posuit de deiecto quod nocuit, cum satis sit quo ad hãc actionem quòd nocere potuit? Respó. non posuit, ideo quòd in hac actione sit necesse hoc allegare, scilicet damnum datum, sed quia damno dato appatet eius casum periculosum fuisse quod erat positum. & idem respó. in simili casu sequenti de pergula. Item quæro si quid positum habuit, & postea deciderit, an conueniri possit qui positum habuit, in decem aur. & quia deciderit, ex primo edicto? quod dici potest: quia diuersæ sunt causæ: vt ï. eo. l. j. §. quod cum suspenderetur.

†Pergulam hoc loco pro parte domꝰ exporrecta & propendente accipi debere ait Budæus, ita generis, quas faliétes, artifices appellant.

** Suggruenda.*

** reticulo.*

† Flo. dámi.

b *Non vtique.* vt directa competat.

c *Nam.* simile adducit, vbi vtilis datur. Ac.

d *Legitima.* vt Aquilia.

e *Et honoraria.* id est in factum. Accursius.

f *Heredi.* non vt heredi, sed vt cuilibet de populo: vt. ï. si qua. pau. fecisse di. l. j. §. fin. alioquin contra. ï. eo. l. j. §. hæc autem. Accursius.

g *Non competit.* nisi & ipse habeat actionem. tunc enim ex sua non defuncti persona tenetur. Accursius.

h *Hoc edictum.* Et de primo & de secundo dici potest.

i *Vicos.* id est suburbia.

k *Vias.* omnes vbicumque sint, in ciuitate, vel extra.

l *Interdiu.* id est in die. Accursius.

m *Non nocte.* nam propter transeuntes tantum est inductum. si ergo non transeunt homines, cessat. Accursius.

n *Si de nauc.* hoc ad primum edictum spectat: vt si damnum sit datum transeuntibus iuxta nauim. Accursius.

o *Cvm liberi. Corpus.* vt &. ï. l. j. §. sed cum. &. ï. si quadr. pau. fecisse dica. l. ex hac.

quòd positum erat deciderit, & nocuerit, in eum competit actio, [a] qui posuit: non in eum qui habitauerit: quasi hæc actio non sufficiat: quia positum habuisse non vtique [b] videtur qui posuit, nisi vel dominus fuit ædium, vel inhabitator. Nam [c] & cum pictor in pergula † clypeum vel tabulam expositam habuisset, eáque excidisset, & transeunti damni quid dedisset: Seruius respondit, ad exemplum huius actionis dari oportere actionem. Hanc enim non competere palam esse: quia néque in suggruenda *, neque in protecto tabula fuerat posita. Idem seruandum respondit & si amphora ex reticulo * suspensa decidisset, & damnum * dedisset: quia & legitima [d] & honoraria [e] actio deficit. Ista autem actio popularis est, & heredi [f] similibúsque competit: in heredes autem non competit [g], quia pœnalis est.

VI. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

HOc edictum [h] non tantùm ad ciuitates & vicos [i], sed & ad vias [k] per quas vólgo iter fit, pertinet.

Not. quòd si deiicitur in illum qui vadit de nocte, non punitur deiiciens. & no. bene, quia contingit sæpe de facto. Baldus.

Labeo ait locum habere hoc edictú, si interdiu [l] deiectú sit, non nocte [m]. Sed quibusdã locis & nocte iter fit. Habitator suam suorúmque culpam præstare debet. Si de nauc * deiectum sit, dabitur actio vtilis in eum qui naui præpositus sit.

VII. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale.

CVm liberi hominis corpus [o] ex eo quòd deiectú effusúmve quid erit, lęsum fuerit, iudex computat mercedes medicis præstitas, cæteráq; impendia quæ in curatione facta sunt: præterea operarum * quibus caruit, aut cariturus est ob id quòd inutilis factus est. Cicatricum autem aut deformitatis nulla fit æstimatio: quia liberum corpus nullam recipit æstimationem.

DE NOXALIBVS actionibus.

TITVLVS IIII.

I. GAIVS libro secundo ad Edictum Prouinciale.

NOxales actiones appellantur quæ non ex cõtractu, sed ex noxa atque maleficio seruorũ aduersus nos instituuntur: quarùm actionũ vis & potestas hæc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditióe ipsius corporis quod deliquerit, euitare [p] litis æstimationem.

II. VLPIANVS libro octauodecimo ad Edictum.

SI seruus * sciéte domino [q] occidit, insolidum dominum obligat. ipse enim videtur dominus occidisse. † si autem insciente, noxalis est. nec enim debuit ex maleficio serui in plus teneri quàm vt noxæ eum dedat.

Primò ponit vnum dictum, in quo refert dictum Celsi. Secundo illud limitat. Tertiò ponit dictum Iul. contradicentis Celso, & illud declarat. Secunda ibi, & sane. Tertia ibi, Celsus tamen. Quarta ibi, sed si placeat. Bartolus.

Is qui nó prohibuit, siue dominus manet, siue desiit esse dominus, hac actione tenetur. Sufficit enim, si eo tempore dominus quo non prohibeat [r] fuit: intantum vt Celsus putet, si fuerit alienatus seruus in totum vel in partem, vel manumissus, noxam caput non sequi. nam seruum nihil deliquisse. * domino iubenti [s] obtemperauit. [t] Et sane si iusserit, potest hoc dici. [u] si autẽ non prohibuit, quẽdolus affuit, siue culpa cũ delicto serui, qui cómisit domino iubente, vel patiẽte, etiã teneatur dominus primo, & secúdo seruus, nó nouus dominus. & hæc est sentẽtia Iuliani vera. Viuianus.

XIII. VLPIANVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

HAec actio perpetua eſt [e], non temporaria: & heredi cæteriſque ſucceſſoribus competit: in heredem non dabitur, quia pœnalis eſt. Sed & ſi quis ſeruum hereditarium corruperit, hac actione tenebitur. Sed & petitione hereditatis quaſi prædo [f] tenebitur:

XIIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

VT tantum veniat † in hereditatis petitionem, quantum in hanc actionem [g]. De filio filiáve familias corruptis huic edicto locus non eſt: quia ſerui corrupti conſtituta actio eſt, qui in patrimonio noſtro [h] eſſet, & pauperiorem ſe factum eſſe dominus probare poteſt, dignitate & fama domus integra manente: ſed vtilis [i] competit, officio iudicis [k] æſtimanda: quoniam intereſt noſtra animum liberorum noſtrorum non corrumpi. Si ſeruus communis meus & tuus proprium meum ſeruum corruperit, Sabinus non poſſe agi [l] cum ſocio, perinde atque ſi proprius meus ſeruus corrupiſſet conſeruum. Item ſi ſeruus cõmunis extraneum corruperit, videndum eſt vtrum cum duobus agi debeat, an & cum ſingulis, exemplo cæterarum noxarum. Et magis eſt vt vnuſquiſque inſolidum teneatur: altero autem ſoluente, alterum liberari. [m] Si is in quo vſumfructum habeo, ſeruum meum corruperit, erit mihi actio cum domino proprietatis. Pignoris dati [n] nomine debitor habet [o] hanc actionem. In hac actione non* extra rem duplum eſt. id enim quod damni datum eſt, duplatur.

Nota quod damnum quòd patitur dominus propter delictum ſerui, dicitur eſſe intereſſe eius in ſeruum: quod patet ex hoc ver. iuncto cum precedenti. Bartolus.

His cõſequenter & illud probatur, vt ſi ſeruo meo perſuaſeris vt Titio furtum faciat: non ſolùm in id teneris quo deterior ſeruus effectus eſt, ſed & in id quod Titio præſtaturus ſim.

Item non ſolùm ſi mihi damnum dederit conſilio tuo, ſed etiam ſi extraneo, eo quoque nomine mihi teneris, quòd ego lege Aquilia obnoxius ſim. Aut ſi ex conducto [p] teneor alicui, quòd ei ſeruum locaui, & propter *te deterior factus ſit, teneberis & hoc nomine: & ſi qua talia [q] ſint. Aeſtimatio autem habetur in hac actione, quanti ſeruus vilior factus ſit: quod officio iudicis expedietur. Interdum tamen &*inutilis ſit, vt non expediat [r] talem ſeruũ habere [s]. Vtrum ergo & pretium cogitur dare ſollicitator, & ſeruum dominus lucrifaciat? an verò cogi debet dominus reſtituere ſeruum, & pretium ſerui [t] accipere? Et verius eſt electionem domino dari, ſiue ſeruum detinere cupit, & damnum quanti deterior ſeruus factus eſt, in duplum accipere: vel ſeruo reſtituto, ſi copiam huius rei habeat, pretium conſequi. quòd ſi non habeat, pretium quidem ſimili modo accipere debet: cedere autem [u] ſollicitatori periculo ei' de dominio ſerui actionibus [x]. Quod tamen de reſtitutione hominis dicitur, tunc locum habet, cum viuo homine [y] agitur [z]. quod autem ſi manumiſſo eo agatur, non facilè apud iudicem audietur, dicendo ideo ſe manumiſiſſe, quoniam habere noluerat* domi: vt & pretium habeat, & libertum [b].

XV. GAIVS libro ſexto ad Edictum prouinciale.

COrrumpitur animus ſerui & ſi perſuadeatur ei vt dominum contemneret [c].

A

B

C

D

Male hit negatio detrahatur. nõ damnum duplari dicatur, nõ duplum extra res à ſeruo corrupto ablatas, ſi, ſed alterum tantũ ſolui, quaſi damno eſtimabitur. Azo. Angel. l. 1. emilia. 2.

de iniur. l. conſtitutionibus. §. j. nam & aliàs in ſtricti iuris iudiciis habetur ratio affectionis: vt ſupra de oper. ſer. l. fina. & vt ſit inſtitu. de oblig. quæ ex delic. §. interdum.

l *Nõ poſſe agi.* ſerui corrupti noxali: ſed pro ſocio, vel communi diui. vel fami. erciſcun. vt ſupra fami. erciſcun. l. & puto. §. fi. & ſupra ad leg. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. j. & ſupra de noxa. l. cum ſeruus. Accurſius.

m *Liberari.* vt & ſupra de interrog. actio. l. qui ſeruum. in prin.

n *Pignori dati.* ſcilicet ſerui. Azo.

o *Actionem habet.* ſi ipſe corruptus fuerit: vt in actione legis Aquiliæ: vt ſupra ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. in prin. & l. qui occidit. §. j. Accurſius.

p *Ex conducto.* immo videtur me de iure non teneri ex conducto: vt infra loc. ſi domum. §. ſi * *per te* hominem. Sed diſtingue vt ibi notauimus. Accurſius.

q *Talia.* ſcilicet facta. idem iuris ſtatuendũ eſt: vt ſi cõmodaui, vel quid ſimile feci. Accurſius.

* *& ſi inutilis*

r *Non expediat.* ei cuius erat: expedit tamen alteri habere: alioquin etiam ſi ſeruum retineat dominus eius: tamen totius conſequeretur æſtimationem: quod infra negatur.

ſ *Seruum habere.* quæritur ergo tunc vtrum & cætera.

t *Serui.* ſ. nomine.

u *Cedere autem.* ſcilicet debet. Ioan. ad commodum ſollicitatoris: vt ſcilicet in eum transferantur. Accurſius.

z *Actionibus.* ſcilicet competentibus.

y *Homine.* ſcilicet ſeruo: & manéte eiuſdem: quid autem &c.

z *Agitur.* contra corruptorem, vt reſtituat pretium ſerui.

a *Noluerat.* propter vtilitatem. Azo.

b *Et libertũ.* hæc enim duo habere non debet: vt. j. de actio. empt. l. idéque. §. fi. Sed arg. contra. j. de præſcrip. ver. l. naturalis. §. fin. fiat ergo æſtimatio damni, quanti erat imminior: vt. ĩ. eod. doli. in fi. & ĩ. proxi. §. & infra. l. dominus. Acc.

c *Corrũpitur. Cõtinetur.* & ideo hæc actio locum habet: vt & ſupra

eo.l.j.in fi.& extra ordiné puniatur:vt.j.de extraordi.cri.l.in eũ.

a *Dominus ſeruum*.ſcilicet rationis.

b *Poſſe*.licet ſit liber factus:vt & ſupra eo.doli.§.fin.

c *Serui corrupti. Simplum*. quia conſtante matrimonio pœnalis actio non datur:vt.C.rerum amo.l.ij.non ergo infamat.

DE [SERVIS] fugitiuis.

Corruptione ſeruorum facta,contingit eos fugere.vnde apponit de fugitiuis. Eſt autem fugitiuus, qui eo animo recedit, vt nunquam reuertatur. Error, qui animo recedendi quandoque: vt infra ſtatret, id eſt de adil.edi.l. quis ſit fugitiuus prin.&.§.erronem. vel alicui conueniret, ter, Quia corrumpitur animus ſerui, vt fugitiuus fiat, vel aleator: ideo de his ſuppoſuit per ordinem. Accurſitiua eſſet ſius.

Fugitiuus ſeruus & ero differt.

d IS qui. *Fur eſt*. vt & ſupra titu. j. Neratius.§.fin. Eſt autem celare,quod velis ignorare cum ad quem ea res pertinet, alicuius tui emolumenti cauſa. tenetur etiam lege Flauia criminaliter:vt infra ad legem Flaui.de pla.l. non ſtatim. §.lege. & quandoque.l. Cor. de ſic. vt quando quis celat ſeruum ſacinoroſæ famiſ *Ex lib.t. vlpi de iuriſdictione & poteſtate magiſtratuum.*

† *Citra hoc ſenatuſconſultum eſt, quod demi-nus iubet Deut.cap. 23.Non trades ſeruum domino ſuo, qui ad te cõfugerit:habitabit tecũ in loco qui tibi placuerit & in vna vrbium tuarum requieſcet,ne cõtriſtes eum.*

liæ de morte domini:vt infra ad Sil. l.iij.§. ſi quis quemquam eorum.

e *Senatus*.cuius nomen non habemus.

f *Vilicis*. id eſt caſtaldionibus.

g *Procuratoribus*. ſcilicet generalibus.

h *Multam*. id eſt pœnam.

i *Statuit*. vt eum cum alio reddat pro vna celatione:pro duabus duos, & ſic deiceps:vt. C. eo. l. quicunque.ſecundum quoſdam.tu dic melius, quòd loquitur hic de pœna centum ſolidorum,quæ fiſco datur: vt infra ſtatim ibi, mulcta enim &c.C.de mo.mul. l.fina.& hæc à lege poteſt remitti: vt hic. alia eſt,quę homini debetur: quæ non ſic facilè remittur actori: vt argu.ſupra de arbi.l.Celſus.Accurſius.

k *Actum*.id eſt de delicto facto antequam fuiſſet factum hoc ſenatuſconſultum. at in ſequenti verſu cauetur de his qui poſt edictum occultabunt.Item hic in primo edicto cauetur de his qui exhibuerunt: in ſequenti de his qui tradiderunt.Accurſius.

l *Præſtituta*.computanda poſteaquam &c.

m *Tempora*.ſcilicet viginti dierum.Accurſius.

XVI. ALFENVS VARVS libro ſecundo Digeſtorum.

DOminus ſeruum [a] diſpenſatorem manumiſit, poſtea rationes ab eo accepit: & cum eis non conſtaret,* comperit apud quandam mulierculam pecuniam eum conſumpſiſſe.quærebatur, poſſétne agere ſerui corrupti cum ea muliere, cum is ſeruus iam liber eſſet? Reſpondi poſſe: [b] ſed etiam furti de pecuniis quas ſeruus ad eam detuliſſet.

XVII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

SErui corrupti nomine & cõ ſtãte matrimonio marito in mulierem datur actio:ſed fauore nuptiarum in ſimplum. [c]

DE FVGITIVIS. *TITVLVS. IIII.*

I. VLPIANVS libro primo ad Edictum.

IS qui * fugitiuum celauit,fur eſt. [d] Senatus [e] cenſuit,† ne fugitiui admittantur in ſaltus, neque protegantur à villicis [f] vel procuratoribus [g] poſſeſſorum: & multam [h] ſtatuit. [i] His autẽ qui intra viginti dies fugitiuos vel dominis reddidiſſent, vel apud magiſtratus exhibuiſſent, veniã in ante actũ [k] dedit.Sed & deinceps eodem ſenatuſcõſulto impunitas datur ei qui intra præſtituta [l] tempora [m] quàm reperit fugitiuos in agro ſuo, domino vel magiſtratibus tradiderit. Hoc autem ſenatuſconſultum aditum etiam dedit militi vel pagano ad inueſtigãdum fugitiuũ in prędia [n] ſenatorum vel paganorum. cui rei etiam lex Fauia proſpexerat,& ſenatuſconſultũ Modeſto conſule [o] factum: vt fugitiuos inquirere volentibus literæ ad magiſtratus dentur: [p] multa [q] etiam centum ſolidorũ in magiſtratus ſtatuta, ſi literis acceptis inquirentes non adiuuent. Sed & in eum qui quæri apud ſe prohibuit, eadem pœna ſtatuta. Eſt etiam generalis epiſtula diuorum Marci & Commodi, qua declaratur & præſides & magiſtratus & milites ſtationarios * dominum adiuuare debere inquirendis fugitiuis: & vt inuentos redderent: & vt hi apud quos deliteſcant, [r] puniantur, ſi crimine cõtingantur. [s]

Vnuſquiſque eorum [t] qui fugitiuum adprehẽdit, [u] in publicum deducere debet. Et meritò monentur magiſtratus eos diligenter cuſtodire ne euadant.

B Fugitiuũ accipe & ſi quis erro ſit. [x] Fugitiui autem appellatione ex fugitiua natum non cõtineri [y] Labeo libro primo ad edictum ſcribit. In publicũ [z] deduci intelleguntur, qui magiſtratibus municipalibus traditi ſunt, vel publicis [a] miniſteriis. [b]

Diligens cuſtodia etiam vincire permittit. [c] Tandiu autem cuſtodiuntur, [d] quãdiu ad præfectum vigilum, vel ad præſidẽ deducantur. Eorumque nomina,& notæ, & cuius ſe quis eſſe dicat,ad magiſtrat' deferãtur, * vt facilius adgnoſci & percipi fugitiui poſſint. Notæ autẽ verbo etiam cicatrices continẽtur. C Idem iuris eſt ſi hæc in ſcriptis publicè, vel in ædes proponas.

II. CALLISTRATVS libro ſexto Cognitionum.

FVgitiui [f] * ſimplices dominis reddendi ſunt. Sed ſi pro libero ſe geſſerint, grauius coërceri ſolent. [g]

III. VLPIANVS libro ſeptimo de Officio Proconſ.

DIuus Pius reſcripſit,eum [h] qui fugitiuũ vult requirere in prædiis alienis, poſſe adire præſidem literas ei daturũ: [i] & ſi ita res exegerit, apparitorem quoque, [k] vt ei permittatur ingredi & inquirere:& pœnã eundem præſidem in eum cõſtituere qui inquiri non permiſerit. Sed & diuus Marcus oratione quã in ſenatu recitauit, facultatem dedit ingrediendi tam Cæſaris quàm ſenatorũ & paganorum prædia volentibus fugitiuos inquirere,ſcrutaríque cubilia atque veſtigia occultantiũ. D

IIII. PAVLVS libro primo Sententiarum.

LImenarchæ [l] & ſtationarij fugitiuos deprehenſos re-

A n *In prædia*.non autem ſic ſit rei furtiuæ requiſitio: vt inſtitut. de obliga.quæ ex delicto.§.ſed hæ. quæ eſt contra. Eſt ergo hic ſpeciale in fugitiuis.

o *Conſule*.ſcilicet exiſtente.

p *Dentur*.ſcilicet à præſidibus, quas dirigent magiſtratibus, vt facultatem ſeruorũ inueſtigandorum præſtari faciant:vt Co. eodem l.ij

q *Multa*. eſt ergo fiſco applicanda,ex quo dicitur multa: vt Cod. de mo.mul.l.multarum. Eſt & alia in ſuſcipientem: quæ datur actori:vt. C. eodem.l. quicunque. & Cod.de agri. & cenſi.l. ſeruos.libro.xij.

r *Deliteſcant*. id eſt latẽteant.

s *Contingãtur*.id eſt deliquerunt. vel id eſt inueniantur.

t *Vnuſquiſque eorum*.ſcilicet priuatorum.Accurſius.

u *Apprehendit*. quid ſi apprehendere noluit? Videtur quòd non teneatur.

x *Erro ſit*. de quo dixi ſupra in rubri.

y *Non contineri*.hoc ipſo.Accurſius.

z *In publicum*. aliàs.§. Labeo ſcribit, in publicum &c.aliàs lex.Accurſius.

a *Publicis*.not. ſic infra de tab. exhiben. l.iij.§. exhibere.Accurſius.

b *Miniſteriis*. id eſt miniſtris.Accurſius.

c *Permittit*.Nota quòd diligenter cuſtodit qui ligat.& quod dicit diligenter eorum,id eſt horũ verborũ ſignificatio.

d *Cuſtodiuntur*. à magiſtratibus.Accurſius.

e *Deferantur*. id eſt ſignificentur,vel nuntientur magiſtratibus à dominis ſeruorum notæ & nomina eorum: vel etiã publicę domui dicant, vel proſcribant:vt ſic in notitia ſit iudicis, quòd ſi ſeruus. Vel dic à ſeruis hæc quærenda per magiſtratus, vt referant ſuperiori.

f *Fugitiui ſimplices*. id eſt qui ſe liberos non dicunt.Acc.

g *Solent*.vt.C.eo.l.v.§. fi.&.l.cum ſeruum.

h *Diuus. Eum*. aliàs incipit,diuus. & aliàs,eum. & concordat cũ hac.l.ẽ. eo.l.j. § hoc autem ſenatus.Ac.

i *Datũ*.ſcilicet præſidem ad magiſtratus.

k *Quoque*.ſcilicet datum.

l *Limenarcha*. Iſti ſunt qui præſunt militibus cuſtodiẽtibus ſperij limina cõtra hoſtes:vt & .C.de lib. cau.l.nõ ideirco. Itẽ dicitur irenarcha:vt.j.de cuſto. re.diu°.Ac.

** Stationarii milites, præſidiarii ſunt,quos erudinarios appellamus, qui in locis infeſtium ſinuoſis ſtationes agitare ſolent,ad repentinos hoſtium incurſus intenti. Budæus.*

b Limenarcha ſunt qui locis maritimis præſunt vnde traiectus eſt ad exteras nationes, dicta ἀπὸ τοῦ λιμὴν, quod eſt portus, & ἀρχὴ

** Coniunge l.6.ad l. Fla. de plag.*

a *Si in harenam.* Nunc incipit reſpondere.
b *Tantum ſibi.* non alij.
c *Euitare.* ſic & ſupra de ſta.ho.ſi ſeruus.
d *Reddere.* quemlibet.
e *Pugnam.* deſtinatam.
f *Inquiſitionem.* domini ſcilicet.

DE ALEATORIBVS.

Sicut fugitiuum eſſe, vitium eſt ſeruorum: ita aleatorem eſſe, & ſeruorum & liberorum eſt vitium: vt infra de adil.edict. adiles etiã §. Pedius. & ideo de his ſupponet. Azo.

g *Prætor. Luſum eſſe.* cauſa ſui emolumenti, & ex conſuetudine, aliter non: ſecundum Io. ſicut & in caupone dicitur: vt ſupra nau. caupſta.l.j.§.caupo.

h *Subtractum.* quod erat eius apud quem ludebatur.

i *Animaduertam.* an iuſtus fuerit metus, qui in conſtantem caderet, vel non. & hoc exponitur. j. ea.l.§.fin.&.ij.

k *Quamuis.* non ponitur correctiue, ſicut nec illud ſupra ad exhiben. l.tigni.§. ſi quis cum iudicij. P. cõtra. & eſt pro eo inſti. de excu. tut.§. hi qui. & infra de excu. tut.l.athletæ.§.fi.

l *Vbicunque.* vbi ludãt. Accurſius.

m *Quandocunque.* ludi tamẽ occaſione: vt quia malos dicebatur accommodaſſe denarios: vel malum vinum luſoribus propinaſſe dicitur: ſic enim dicitur, ſi quis eum apud quem &c. Si autem non illa occaſione contingat, agere poteſt. alioquin depoſito etiam illo officio impediretur agere. quod eſſet iniquum.

n *Et eo tempore.* ſi vero alio tempore vel loco fiat: agi poteſt.

o *Fuerit.* qui fecit furtum, vel dic qui tenet ludum.

p *Fecerit.* aliquis.

q *Domum.* vt & aliàs inſtit. de iniur.§. domum. & infra de adul.l.qui domũ. & .l. nec in ea re. §. ſed domus.

r *Simpliciter.* generaliter ergo verbum prolatum, generaliter accipitur: vt & diximus ſupra de ſer. vrba. prædi.l. ſi ſeruitus. Item vbi lex nõ diſtinguit, nec nos: vt diximus ſupra de offic. præſi.l.iij. ſi omnis actio ſibi denegatur, multo magis ei denegabitur actio ſi credat aleatoribus pecuniam. nam quod dicitur infra eo.l.fin. §.j. locum habet in alio creditore, non in aleatore. alius enim repetit, vt ibi: & diximus ſupra de mino.l.quòd ſi minor.§.fin.

Seu malis vetita legibus alea. Horat. lib.3 car.ode 24. & Ouidius, Sunt etiam ſcripta quibus alea ludere vetat: Hoc eſt ad veſtros non leue crimen annos.

* *domo.*
* *avit.*

*Si quis eum apud quem alea luſum eſſe dicetur, verberauerit, damnúmve ei dederit: ſiue quid eo tempore dolo * eius ſubtractum eſt, * iudicium non dabo. In eum qui aleæ ludendæ cauſa vim intulerit, vti quæque res erit, animaduertam.*

1. VLPIANVS libro vicenſimotertio ad Edictum.

PRætor ait: *Si quis eum apud quem alea luſum eſſe* [g] *dicetur, verberauerit, damnúmve ei dederit: ſiue quid eo tempore dolo * eius ſubtractum* [h] *eſt, * iudicium non dabo. In eum qui aleæ ludendæ cauſa vim intulerit, vti quæque res erit, animaduertam.* [i] Si rapinas fecerint inter ſe colluſores, vbi bonorum raptorum non denegabitur actio. Suſceptorem enim dumtaxat prohibuit vindicari, non & colluſores: quamuis [k] & hi indigni videantur. Item notandum, quòd ſuſceptorem verberatum quidem, & damnum paſſum, vbicunque [l] & quandocumque [m] non vindicat: verùm furtũ factum domi, & eo tempore [n] quo alea ludebatur, licet luſor non fuerit, * quicquid eorum fecerit, [p] impunè fit. Domum [q] autem pro habitatione & domicilio nos accipere debere certum eſt.

Quod autem prætor negat ſe furti actionem daturum, videamus vtrum ad pœnalem actionem ſolam pertineat, an & ſi ad exhibendum velit agere, vel vindicare, vel condicere? Et eſt relatum apud Pomponium, ſolummodo pœnalem actionẽ denegatam. quod non puto verum. prætor enim ſimpliciter [r] ait: *Si quid ſubtractum erit, iudicium non dabo. In eum* (inquit) *qui aleæ ludendæ cauſa vim intulerit, vti quæque res erit, animaduertam.* Hæc clauſula pertinet ad animaduerſionem eius qui compulit [f] ludere, vt aut multa multetur: aut in latumias, [t] * vel in vincula publica ducatur.

11. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

SOlent enim quidam & cogere ad luſum, vel ab initio, vel victi, dum retinent. [u] * Senatuſconſultum vetuit in pecuniam ludere, præterquam ſi quis certet haſta, vel pilo iaciendo, vel currendo, ſaliendo, luctando, pugnãdo: quod virtutis cauſa [x] fiat:

111. MARCIANVS libro quinto Regularum.

IN quibus * rebus ex lege Titia & Publicia & Cornelia etiam ſponſionem [y] facere licet: ſed ex aliis vbi pro virtute certamen non fit, non licet.

1111. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

QVod in conuiuio [z] veſcendi cauſa ponitur, in eã rem familia ludere permittitur. [a] Si ſeruus vel filius familias victus fuerit, patri vel domino competit repetitio. [b] Itẽ ſi ſeruus acceperit pecuniam, [c] dabitur in dominum de peculio actio, non noxalis: quia ex negotio [d] geſto agitur: ſed non amplius cogendus eſt [e] præſtare, quàm id quod ex ea re in peculio ſit. Aduerſus [f] parentes & patronos repetitio eius permittuntur, quæ aliàs non permitterentur: vt ſupra ad.l.Aquil.qua actione. §. ſi quis in colluctatione. & de poſtu. l. j.§. quòd ſi depugnauerit. Accurſius.

Virtutis cauſa permittitur quod alias non.

y *Quibus rebus. Sponſionem.* vt & .j. de præſcrip.ver.l.ſi rem tibi.§.ſi quis ſponſionis. Accurſius.

z *Quod in conuiuio.* id eſt in menſa.

a *Permittitur.* vt ſi pauciora puncta habueris, amittas portionem tuã: ſic vt ex pecunia quam vnus vel plures amiſerint, emantur aliqua, vt veſcantur communiter. Azo.

b *Repetitio.* ſcilicet pecuniæ amiſſæ.

c *Acceperit pecuniam.* mutuam, vt ludatur in alea ab alio: non ab illo qui tenet ludum. Accurſius.

d *Quia ex negotio.* bona ratio: vt .ſ. de his qui deie. vel effu.l.j.§. ſi filius. Sed contra infra titu.j.ſi duobus.§.fin. Sed ibi ſpeciale in ſeruo mẽſore.

e *Cogendus eſt.* ſcilicet præſtare quàm &c. Et ſic not. quòd actio de peculio non datur niſi inquantum eſt locupletatum: vt hic & infra de pecul.l.i.§. ſi cum impubere. &.l.iij.§. ex cauſa. & facit infra de inſtitor. act. eatenus, & .l.ſi quis mancipiis. §. Proculus.

f *Aduerſus.* pone caſum. Luſi cum filio, vel ſeruo tuo: manumiſiſti, vel emancipaſti, retento quod mecum luſerat & vicerat. repetam à te. Vel ſic: Luſi etiam cum filio tuo, vel ſeruo quódam: & poſt manumiſſionem, vel emancipationẽ: & quid peruenit ad te. teneris quidem: vt infra de vi & vi ar.l.j.§. ſi filiusfa. vel mercenarius. & hoc vtili actione in factum ex hoc edicto, vel titulo vt hic ſubiicit. patet ergo ex prædictis, quòd amiſſum in ludo prohibito, repetitur. Sed contra videtur [p] non, quia mea turpitudo mihi repetenti obſtat. Sed certe illa inſpectio locũ habet in condictione ob turpem cauſam, cum dedi vt aliquid turpe facias. ſed ſi dedi contrahendo: vbi lex talem contractum prohiberet, contra eſt: vt hic &.C. de agri. & cen. quemadmodum. hic enim videtur paciſci vt meliora puncta habens vincat. Ex Græca autem con-

Latumias. id eſt loca latentia. carcer enim eſt: quia ibi latitant.
Olent. Dum retinent. adhuc aliquid. Accurſius.
Virtutis cauſa. id eſt fortitudinis: vt in aut. vt omnes obed. iu. in prin. colla. vij. Sic ergo nota, quòd cauſa virtutis quædam

Flo. lauantes. Sunt autem Latomiæ vel latomia, lapicidinæ, metalla ſaxoria, vel ſa xifodinæ. Latomia etiam carcer erat Syracuſanus. Erat & carcer Romæ ſic dictus.

In hunc locum Alexan. ab Alexan. lib.3 ca.21.

Vulgo incipit, Quibus rebus.

ſtitutione, quam quidam habent: vt. C. eo. l. fin. determinatum eſt expreſſe, quòd vſque ad quinquaginta annos detur repetitio. Item nõ obſtat infra quarum rerum actio non da. ſi filio. §. ſi alea. Sed certe ibi venditio non erat prohibita, ſed ludus. loquuntur autem ſupradicta cum res ludo amittitur. quod autem venditur, non amittitur: nec agitur de euictione: quia cũ ſuo periculo rem emiſſe videtur. ſed Pa. ait non dari repetitionem eius quod ludo eſt amiſſum: quia licet ſit prohibitũ ludere: non tamen eſt perpetuo prohibitum. quandoque enim permittitur: vt. ff. eo. l. ſolet. in fi. & l. ſeq. & in hac. l. in princ. & hoc intelligitur cum filius vel ſeruus amittit. & ſic coniunge finem & prin.

A quod in alea luſum eſt, vtilis* ex hoc edicto danda eſt.

SI MENSOR FALSVM modum* dixerit.

TITVLVS VI.

I. VLPIANVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

ADuerſus mẽſorem agrorũ prætor in factum actionem propoſuit, à quo falli nos non oportet. Nam intereſt noſtra ne fallamur in modi renuntiatione, ſi fortè vel de finibus contentio ſit, vel emptor ſcire velit vel vẽditor cuiuſmodi [a] ager veneat.

B Ideo autẽ hanc actionẽ propoſuit, quia nõ crediderunt veteres inter talẽ perſonam* locationem & conductionem eſſe, ſed magis operã beneficij loco præberi: & id quod datur ei, ad remunerãdum dari, & inde honorarium [b] appellari. ſi autẽ ex locato [c] & conducto fuerit actum, dicendũ erit nec tenere [d] intentionem. Hæc actio dolum malum duntaxat exigit. Viſum eſt enim ſatis abũdéq; coërceri menſorem, ſi dolus malus ſolus cõueniatur † eius hominis qui ciuiliter obligatus non eſt. Proinde ſi imperitè verſat' eſt, ſibi imputare [e] debet qui eum adhibuit. Sed & ſi neglegenter, æquè menſor ſecurus erit. Lata culpa planè dolo cõparabitur. [f] Sed & ſi mercedem accepit, nõ omnẽ culpã eum præſtare propterverba edicti. [g] Vtique enim ſcit prætor & mercede [h] eos interuenire. Is autẽ tenetur hac actione, qui renuntiauit. [i] Sed renuntiaſſe & eũ accipere debemus, qui per aliũ [k] renuntiauit,

II. PAVLVS libro vicẽſimoquinto ad Edictum.

C VEl per literas. [l] Sed ſi ego tibi, cũ eſſes mẽſor, mandauerim vt menſuram agri ageres, & tu id Titio delegaueris, & ille dolo malo quid in ea re fecerit, tu teneberis: quia dolo malo verſatus es, qui tali homini [m] credidiſti.

III. VLPIANVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

D SI duobus mandauero, [n] & ambo doloſè fecerint, aduerſus ſingulos inſolidum agi poterit. ſed altero conuento, ſi ſatisfecerit, in alterum actionem denegari oportebit. Competit autem hæc actio ei cuius interfuit falſum modum renũtiatum non eſſe: hoc eſt vel emptori vel vẽditori cui renuntiatio obfuit. Pomponius tamen ſcribit, ſi emptor plus dederit [o] venditori propter renuntiationem: quia cõdicere poteſt quod plus dedit, agi cum menſore nõ poſſe: nihil enim emptoris intereſſe cũ poſſit condicere: niſi ſoluendo venditor non fuit. [p] tunc enim menſor tenebitur. Sed ſi venditor maiorem modum tradiderit fraudatus [q] à menſore, conſequenter dicit Pomponius non eſſe actionẽ aduerſus menſorem: quia eſt ex vendito actio aduerſus emptorem: niſi & hic emptor ſoluendo non ſit. Idem Pomponius ſcribit, ſi propter iudicium adhibitus [r] menſor fraudauerit me in renuntiatione, teneri eũ ſi ob hoc de iudicio minus tuli. Planè ſi à iudice adhibitus contra me renuntiauerit dolo malo, dubitat an teneri mihi debeat. quod magis admittit. Hanc actionem heredi ſimilibúſque perſonis dandam Pomponius ſcribit: ſed in heredem ſimiléſq; perſonas denegãdam [s] ait. Serui [t] autem nomine magis noxale, * quàm de peculio [u] cõpetere ait: quando certum erat te debuiſſe. x. iugera: & tu dicebas ſoluiſſe tota, ego minus, puta vnum iugerum: & ideo propoſui querelam. iudex miſit menſorem ad petitionem tuam: & menſor renuntiauit tota. x. iugera contineri in eo quod traditum erat, vnde abſolutus fuiſti: & ideo contra ſolum menſorem experiar.

---

* *Cum hic enim perſonis famoſa actione non experimur, ſed in factum, quæ & vtilis dicitur. l. quotiens. ff. de præſcrip. verb.*

* *Modus ſpacium ſignificat, vt Iulius Paulus & Agennius interpretantur.*

SI MENSOR &c. Quia in actione finium regandorum neceſſarium eſt menſorem adhiberi, & in aliis quibuſdam; vt. ff. eo. l. 1. in prin. & l. pen. & ff. ideo ſupponit quid iuris ſi menſor dixerit falſum modum. Accurſius.

* *tales perſonas.*

a *Duerſus. Cuiuſmodi.* i. quãtæ menſuræ. Azo.

b *Honorarium.* quod ius in aduocato multo magis dicetur: vtpote cum multo dignius eſt eius officium. ſunt ergo facta quædam quæ non dicuntur locari, vt dictum eſt. & aliud eſt puta, do tibi pecuniam, vt ſeruum tuum manumittas: vt infra de præſcrip. verb. l. naturalis. §. at cum do.

† *puniatur.*

c *Ex locato.* actione locati, & eius cauſa expreſſa.

d *Nec tenere.* ſic nec cautio præſtita actori, vna actione committitur, ſi altera agat: vt. ff. iudi. ſol. l. cum quærebatur. in fi.

e *Imputare.* ſic inſti. quibus mo. re cõtrahitur oblig. §. præterea. & inſtitu. pro ſocio. §. fin. & infra de act. & obl. l. j. §. is quoque.

f *Comparabitur.* vt & infra depo. quod Nerua. & infra vt in poſſ. leg. ſi is cui. §. dolum. & ad Treb. l. mulier. §. ſi heres. & d. l. infra de act. & obl. l. j. §. is quoque. & infra ſi quis te. li. eſſe iuſſus. l. j. §. non autem. & infra de verb. ſig. l. magna negligentia. Sed hoc fallit in caſibus duobus: vt infra ad. l. Cor. de ſica. l. in lege. & inſti. de ſuſpec. tut. §. ſuſpectus.

Facit iſta glo. iuncta tex. qualiter libellus inceptus & male conceptus debet a iudice reformari: immo debet eũ lacerare. iſta glo. allegatur Alexã. & Bar. in. l. 1. ff. de offi. aſſeſſ. & ibi per eum remiſſiue ad iſtud propoſitum.

g *Edicti.* quod non habemus.

h *Et mercede eos interuenire.* vel pacto. Eſt ergo hic ſpeciale. & ſic non eſt contra. j. depoſi. l. j. §. ſi quis ſeruum.

i *Renuntiauit.* ſcilicet falſum modum.

k *Per alium.* videtur enim quis facere, qui per alium facit: vt infra de vi & ar. l. j. §. deieciſſe. & ſupra de iuriſ. omniũ iud. ſi quis id. §. item & is qui ſuis. & j. de adm. tu. ita autem. §. geſſiſſe. Sic econtra videtur quis prohibitus, qui per aliũ prohibetur: vt. j. titu. j. l. oſſa. §. fi.

Facere veniam, qui per alium facit.

l *VEl per literas.* renũtiauit.

m *Tali homini.* mala electio eſt in culpa: vt & ſupra de nego. geſt. nam & ſi ſeruus. §. hn. & infra pro ſocio. de illo. & infra commo. qui non tam. & C. de nego. geſt. ſi mandatum. & infra man. ſi procuratorem. §. ſi tutores.

Electio mala in culpa eſt.

n *SI duobus mandauero.* vt metirentur.

o *Plus dederit.* ſcilicet cum certum pretiũ pro ſingulis iugeribus promiſit emptor: alioquin peruenireturad iuſtam æſtimationẽ eius quod haber, ſi quid dederit vltra iuſtum.

p *Non fuit.* idem ſi conuenerant ſe ſtaturos huiuſmodi renuntiationi omnimodo vel æquæ vel iniquæ: vt ſupra de dolo. l. arbitrio. §. de eo. & infra eo. l. ſi menſor. §. j.

q *Fraudatus.* qui dixit eſſe. x. tornaturas, cum eſſent. xij.

r *Adhibitus.* à iudice, ſcilicet vt cum agerem contra te vt. x. iugera mihi traderes, & condẽnatus fueris: menſor minus aſſignauerit mihi. Sed nonne debet agere contra condemnatum primo: vt ſupra proxi. dixi? Reſpõ. non eſt ita. loquitur enim hic in eo

* *noxalem.*

s *Denegandam.* nam eſt quodammodo pœnalis reſpectu menſoris: ſed rei perſecutoria reſpectu actoris: vt & ſupra de eo per quem fac. eſt. l. j. §. fi. ſed in eo quod dicitur non dari in heredem ex dolo defuncti, eſt contra. j. de act. & obliga. ex contractibus. & infra depoſi. l. ſi hominem. §. datur. Solu. vt ibi diximus in dicto. §. datur.

t *Serui.* qui eſt menſor.

u *Quàm de peculio.* contra ſupra tit. j. l. fin. §. item. Sol. vt ibi.

a *Compa.u.* ſcilicet aliàs,non hic, etiam mercede petita. vel hic inquantum locupletior eſt,ſecundum quoſdam. Accurſius.

b *Hæc actio.Non à circunſcriptione.* In actione enim furti fallit hæc ratio.ipſa enim à circunſcriptione incipit, & tamen perpetuo datur:vt inſti.de perpe.& temp.ac.§.j.

c *Sed à ſuſcepto.* ex hoc enim videtur naſci ex contractu:ſed puto dari eam ab edicto propter dolum & latam culpam, non autem ex cõtractu, nam & non contrahenti datur: vt ſupra.l.proxi.§. idem Pompon. & noxaliter:vt in ea.l.§.fi. vnde patet q̃ nõ eſt ex contractu.Item not. hic originem attendi: argu. contra infra de pecu.l. iij.§.ex furtiua. Accurſius.

d *Si menſor.* ab emptore aditus. Accur.

e *Traxerit.* id eſt diſtulerit, vt adhuc diligenter metiretur: dolo tamen.Et hoc venditoris amore fecit, vel emptoris odio.

f *Se modum.* quem dixerat eſſe magnum, & ad eum teneri volebat ſi emptor adhiberet menſorem intra diem certũ, poſtea non: vt infra de contrahen.emp.qui fundum.in prin.

g *Diem.* q.d.non vltra.

h *Habet.* quia verum modum renuntiauit: licet poſt diem.

i *Exiſſet.* nec ſolidum erat cõſecutus:quia forte non erat ſoluendo.

k *Intereſt.* vt quia ſolidum conſecutus eſt à vẽditore. Accurſius.

l *Conuenditare egerit.* ſic tamen,vt pro reſiduo eũ conuenire non poſſit. pone tranſactionem factã de reſiduo. Sed hoc non valet: quia tunc nõ ageret cõtra menſorem Dic ergo melius: ideo nõ egit de toto,quia vidit q̃ ab eo non potero ſolidum extorquere: vt arg.j.ſi cert.peta.l.ſi.

m *Sue de itineris. Immittendi.* cum mihi x.pedes, vel aliam certam menſuram concedere deberes, in quam immitterem, vel proiicerem.

n *Vel eminſuit. Actio.* quidam non habent iſtum tex.actio dabitur &c. vſque ibi, & redemptorem.

o *Non fuit.* ad hoc officium deſtinatus. Accurſius.

p *Redemptorem.* qui ſuis cæmentis ædificat: vt.ſ. de rei vin.l. redemptor.

q *Tabulatum.* id eſt tabellionem. Accurſius.

† *Machinatus menſor à machinula qua vtitur,dictus, cuius formã copioſe deſcribit Budæus hic. Ad hoc caput ſpectat quod Vitruuius in præfatione lib.10.ſcribit.*

uis ciuilis actio de peculio competat.[a]

IIII. PAVLVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

HAec actio perpetua eſt: quia initium rei non à circũſcriptione,[b] ſed à ſuſcepto [c] negotio originem accepit.

V. VLPIANVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

SI menſor [d] nõ falſum modũ renuntiauerit,ſed traxerit [e] renuntiationẽ,& ob hoc euenerit vt vẽditor liberetur, qui adſignaturũ ſe modum [f] intra certum diem [g] promiſit, hæc actio locum non habet: [h] ſed nec dari vtilem debere Põponius ait. erit ergo ad actionem de dolo decurrendũ. Si cum falſus modus renuntiatus eſſet,emptor cũ venditore ex empto egiſſet, [i] agere poterit etiam cum menſore.Sed ſi nihil eius intereſt, [k] cõdemnari menſorem non oportet. Quòd ſi non de toto modo qui deerat,cum vẽditore [l] egerit,ſed de minore, conſequẽter ſcribit Pomponius de reſiduo cum menſore agi poſſe. Hoc iudiciũ latius prætor porrexit. nam & ſi cuius alterius rei menſuram falſam renũtiauiſſe dicetur,hæc actio cõpetit. Proinde ſi in ædificij mẽſura feſellit, vel in frumenti,vel in vini,

VI. PAVLVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

SIue de itineris latitudine, ſiue de ſeruitute immittẽdi [m] proiiciẽdiq̃ue quæratur: ſiue aream, vel tignum, vel lapidem metiendo mentitus fuerit,

VII. VLPIANVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

VEl cuius alterius rei, tenebitur.Et ſi menſor machinari[o] † feſellerit,hæc actio [n] dabitur. Necnon illud quoq; Pomponius dicit, etiam in eum qui menſor non fuit, [o] feſellit tamẽ in modo:competere hãc actionem.Hoc exemplo etiã aduerſus architectũ actio dari debet, qui feſellit. Nam & diuus Seuerus aduerſus architectum & redemptorem [p] actiones dandas decreuit. Ego etiam aduerſus tabularium [q] puto actiones dãdas,qui in cõputatione feſellit.

DE RELIGIOSIS, ET ſumptibus funerum,& vt funus ducere liceat.†

TITVLVS VII.

I. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

VI propter funus aliquid impendit,cũ defuncto cõtrahere creditur, [r] non cum herede.

II. IDEM libro vicenſimoquinto ad Edictum.

LOcum in quo ſeruus ſepultus eſt,religioſum eſſe Ariſto ait. Qui mortuum in locũ alienum intulit,vel inferri curauit,tenebitur in factũ actione. [s]

In locum alterius accipere debemus,ſiue in agro, ſiue in ædificio. Sed hic ſermo domino dat [t] actionem, non bonæ fidei poſſeſſori. [u] Nam cum dicat, *in locum alterius*,† apparet de domino eum ſentire, id eſt eo cuius locus eſt.Sed & fructuarius inferẽdo,tenebitur domino proprietatis. An & ſocius teneatur ſi ignorante ſocio intulerit,tractari poteſt.Eſt tamen verius familiæ erciſcundæ vel communi diuidundo conueniri eum [x] poſſe. Prætor ait:*Siue homo mortuus,oſſa ve hominis mortui in locum purum alterius, aut in id ſepulchrum in quo ius [y] non fuerit,illatum eſſe dicẽtur:qui hoc fecerit, in factum actione [z] tenetur:& pœnæ pecuniariæ [a] * ſubiicietur.* De ea autem illatione prætor ſenſit,quę ſepulturę cauſa fit. Purus † autem locus dicitur,qui neque ſacer, [b] neq; ſanctus [c] eſt, neq; religioſus: [d] ſed ab omnibus huiuſmodi nomini bus vacare videtur. Sepulchrũ eſt, vbi corpus oſſa ve hominis condita ſunt. Celſus antem ait: Non totus qui ſepulturæ deſtinatus eſt locus,religioſus fit:ſed quatenus corpus humatum eſt. Monumẽtũ [e] eſt,quod memoriæ ſeruandæ gratia exiſtat. Si vſumfructũ quis habeat, [f] locũ religioſum non facit.Sed & ſi alius proprietatẽ, alius vſumfructũ habuit,nõ faciet [g] locũ religioſũ:nec ꝓprietarius:niſi ſortè ipſũ qui vſumfructũ legauerit,

a *Compa.u.* ſcilicet aliàs,non hic, etiam mercede petita. vel hic inquantum locupletior eſt,ſecundum quoſdam. Accurſius.

b *Hæc actio.Non à circunſcriptione.* In actione enim furti fallit hæc ratio.ipſa enim à circunſcriptione incipit, & tamen perpetuo datur:vt inſti.de perpe.& temp.ac.§.j.

c *Sed à ſuſcepto.* ex hoc enim videtur naſci ex contractu:ſed puto dari eam ab edicto propter dolum & latam culpam, non autem ex cõtractu, nam & non contrahenti datur: vt ſupra.l.proxi.§. idem Pompon. & noxaliter:vt in ea.l.§.fi. vnde patet q̃ nõ eſt ex contractu.Item not. hic originem attendi: argu. contra infra de pecu.l. iij.§.ex furtiua. Accurſius.

d *Si menſor.* ab emptore aditus. Accur.

e *Traxerit.* id eſt diſtulerit, vt adhuc diligenter metiretur: dolo tamen.Et hoc venditoris amore fecit, vel emptoris odio.

f *Se modum.* quem dixerat eſſe magnum, & ad eum teneri volebat ſi emptor adhiberet menſorem intra diem certũ, poſtea non: vt infra de contrahen.emp.qui fundum.in prin.

g *Diem.* q.d.non vltra.

h *Habet.* quia verum modum renuntiauit: licet poſt diem.

i *Exiſſet.* nec ſolidum erat cõſecutus:quia forte non erat ſoluendo.

k *Intereſt.* vt quia ſolidum conſecutus eſt à vẽditore. Accurſius.

l *Conuenditare egerit.* ſic tamen,vt pro reſiduo eũ conuenire non poſſit. pone tranſactionem factã de reſiduo. Sed hoc non valet: quia tunc nõ ageret cõtra menſorem Dic ergo melius: ideo nõ egit de toto,quia vidit q̃ ab eo non potero ſolidum extorquere: vt arg.j.ſi cert.peta.l.ſi.

m *Sue de itineris. Immittendi.* cum mihi x.pedes, vel aliam certam menſuram concedere deberes, in quam immitterem, vel proiicerem.

n *Vel eminſuit. Actio.* quidam non habent iſtum tex.actio dabitur &c. vſque ibi, & redemptorem.

o *Non fuit.* ad hoc officium deſtinatus. Accurſius.

p *Redemptorem.* qui ſuis cæmentis ædificat: vt.ſ. de rei vin.l. redemptor.

q *Tabulatum.* id eſt tabellionem. Accurſius.

A *Dictum eſt.ſ. de rebus prophanis: ſequitur videre de religioſis: & earum gratia de ſumptibus funerum:& quando funus ducere liceat. Accurſius.*

r *Vi propter. Creditur.* quantum ad ſeparationis beneficium hoc dicit, vt videatur hereditarius creditor:vt infra de ſeparationibus.l.j.nõ vt habeat locum actio negotiorum geſtorum pro huiuſmodi negotio: quia ſic iam funeraria ceſſaret:vt infra eo. at ſi quis. §. Labeo.ſed pro aliis negotiis iacente hereditate geſtis, bene habet locũ actio neg.geſt. quia potuerũt illa geri viuo defuncto,hæc autem non: quia nemo viuus ſepelitur. & hoc dixim⁹ ſupra de neg. geſt.l.iij.§. hæc verba.

† *In hunc tractatum Celius Rhodiginus lib. 17.cap.20.*

s *Locum. In ſuũm alienum.* Ad quid? Reſpon.vt.j.eo.is qui.

t *Domino dat.* ſcilicet directam.datur etiam ei qui ſeruitutem habet:vt infra ea.l.§.pe.&.l.oſſa. §.ſi locum.&.§. non ſolum.

u *Non bo.fi.poſ.* ſed vtilis ei datur: vt in argu. contrario ſupra de noxali.quotiens.§.j.Accurſius.

x *Conueniri eum.* niſi inferatur ſocius: vt infra eo.ſi plures. Sed videtur dari in factum:vt ſupra communi diui. l. ſi quis putans.§.ſi quis in locum.Solu.hic nõ erat actum his actionibus: ibi ſic: & ideo in factum intẽditur. Vel dic quòd vna aliam non tollit.

† *No. qualiter genitor ſuus ſignificat dominum: & de eius natura vide per Bar. in tract. de no. ope. nun. & ibi Alex. remittitur p Angel. in prou. inſti. in q.4.§. col.per eos late in l. t. de noui ope. nun. & dic quòd iſte tex. eſt capitalior & melior de iure: videlicet quòd genitus uus regnatur vi proprietatis.*

y *Ius non fuit.* inferendi. Accurſius.

z *Actione.* ad pretium loci, aut vt corpus tollat:vt infra eo. is qui. Si verò in ſepulchrum inferat,tenebitur de ſepulchro violato:vt infra de ſepul.viol.l.iij.§.ſi quis.

a *Pecuniaria.* ſcilicet cẽtum aureorum: vt infra de ſepul.viola.l.iij.j.reſpon. &. §. ſi quis in ſepulchro.&.l. de ſepulchro. Azo.

b *Neque ſacer.* vt res diuinæ, vel eccleſiæ:vt inſtitut.de rerum diui.§. nullius.

* *Flo.pœna pecuniaria.* † *Vide Matthæum Carbinum li. 3. Summa. ca.3.*

c *Neque ſanctus.* vt muri & portæ ciuitatis: vt ſupra de re.diui.l.ſacra. §.fin.

d *Religioſus.* vt ſepulchrum:vt inſt.de rerum diui.§.religioſum.

e *Monumentum.* ſcilicet antequam ſit ſepulchrũ: vt infra eo. monumentum. Sed aliud eſt munimẽtum:vt.j.eo. funeris. §.j. Accurſius.

f *Habeat.* ſcilicet perſonalem, vel realem aliam ſeruitutem.

g *Non faciet.* ſcilicet vſufructuarius.

a *Consentiat.* vt & supra de vsufru.l.locum. in prin.& facit infra eo.l.ij.& l.sunt personæ. Accursius.

b *Aliusve* vt &.j.loca.si quis domum.in prin.& .j.de serui.si cui.

c *Eum.* agrum.

d *Fiat.* Cur aliud in fructuario, quo inuito dominus religiosum nó facit: vt. ij.eo.l. si vsumfructú? Respon. per hoc minuitur facultas fructuum percipiendorum, & vsusfru. pro parte deperit: sed creditori non minuitur actio pro debito competens: licet minuatur pignus. Et hæc est ratio quare non prohibetur inter virum & vxorem pignoris remissio: licet prohibeatur in debito. Idé nque in eo qui prædialem habet seruitutem, dicetur: vt supra ea.l.§.proxi.

* *Flo. Suerum.*

e *Ex consensu.* Facit communis volũtas quædam valere, quæ aliàs non valerent: vt & .j.pro socio l. verum. §. h.& supra de dolo.l. arbitrio.§ de eo.

f *Omnium.* quibus inuitis dixit supra fieri non posse.

g *Scriptus. Eam.* vt & infra.e.l.at si quis. §. plerique. Accursius.

h *Religiosa.* immo videtur quòd nó: vt.j.e.si locus. Sed ibi poterat alibi commode sepeliri.

i *Non potuit.* vt infra de leg.j.l.quid ergo.§.sed si mortuum.&.ij.eo. l.ij.§. si vsumfructum.

k *Familiaria.* ideo dicit quod vnumquodque sit, quia quædã seruantur in vno, quę in alio non seruãtur: vt patet.ff l.proxi.

l *Vel qui patrisfa. Sed in vtroque.* s. hereditario & familiari: vt &. C. eo.si sepulchrum. §. j. & hoc, nisi testator caueret contra, quod potest, scilicet exhibere vni ex heredib⁹: vt.j.de sepul.vio.l.iij.§. si quis in hereditarium. Accursius.

m *Sepelire.* se & alios quos velint: vt. ij.patet.

n *Non consentiam.* vt & insti. de re.diui §.in cõmune.

o *Concessum.* etiam in hereditario & familiari: vt.C. eo. ius familiarium.

p *Specialiter.* valet specialiter dictum, quod generaliter non valet: vt supra de mino. Illud.§. si l. & l. sed talis.& diximus.ij. de pdiui. ij. de cura. Pomponius. Actorum dini. cursius.

* *Inscriptio hanc sustulit olim consuetudo.*

q *Tantum spoliri.* scilicet concessum est.

intulerit: cum in alium locum inferri tam oportunè non posset. & ita Iulianus scribit. alàs autem inuito fructuario locus religiosus non fiet. Sed si consentiat fructuarius, magis est vt locus religiosus fiat. Locum qui seruit, nemo religiosum facit: nisi consentiat[a] is cui seruitus deberetur. Sed si nó min⁹[b] commodè per alium locum seruitute vti potest, nó videtur seruitutis impediendę causa id fieri: & ideo religiosus fit. & sanè habet hoc rationẽ. Is qui pignori dedit agrum: si in eum[c] suum * mortuum intulerit, religiosum eũ facit[d]. Sed & si ipse inferatur, idem est. cæterùm alij concedere non potest.

III. PAVLVS libro vicensimoseptimo ad Edictum.

EX cõsensu[e] tamen omniũ[f] vtilius est dicere religiosum posse fieri. ídque Pomponius scribit.

IIII VLPIANVS libro vicensimoquinto ad Edictum.

SCriptus heres prius quàm hereditatem adeat, patremfamilias mortuum inferendo, locum facit religiosum. Nec quis putet hoc ipso pro herede eũ[g] gerere. Finge enim adhuc eum deliberare de adeũda hereditate. Ego etiã si non hæres eum intulerit, sed quiuis alius herede vel cessante, vel absente, vel verente ne pro herede gerere videatur: tamẽ locum religiosum facere puto. Plerunq; enim defuncti antè sepeliuntur, q̃ quis heres eis existat. Sed tunc locus fit religiosus[h], cum defuncti fuit. Naturaliter enim videtur ad mortuũ pertinere locus in quem infertur: præsertim si in eum locum inferatur, in quẽ ipse destinauit. vsque adeo, vt etiam si in legatum locum sit illatus ab herede, inlatione tamen testatoris fiat religiosus: si modò in alium locum tam oportunè inferri non potuit.[i]

V. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

FAmiliaria[k] sepulchra dicuntur, q æ quis sibi familiq́ue suæ constituit: hereditaria autẽ, quæ quis sibi heredibúsque suis constituit:

VI. VLPIANVS libro vicensimoquinto ad Edictum.*

VEl quod patersfamilias iure hereditario adquisiit. Sed in vtroque[l] heredibus quidem cæterísque successoribus, qualescunq; fuerint, licet sepeliri[m], & mortuum inferre, etiam si ex minima parte heredes ex testaméto vel ab intestato sint, licet nõ consentiãt[n] alij. Liberis autẽ cuiuscũque sexus vel gradus, etiam filisfamilias & emancipatis idem ius cõcessum[o] est: siue exiterint heredes, siue sese abstineant. Exheredatis autẽ, nisi specialiter[p] testator iusto odio cõmotus eos vetuerit, humanitatis gratia tantũ sepeliri[q], non etiam alios præter suam posteritatem inferre[r] licet. Liberti autem nec sepeliri[s], nec alios inferre poterunt, nisi heredes exiterint patrono: quãuis quidã[t] inscripserint monumentũ[u] sibi libertísque suis fecisse. & ita Papinianus respõdit, & sæpissime idem constitutũ est. Si adhuc monumentum purum est, poterit quis hoc & vendere, & donare. si cenotaphium[x] sit, posse hoc venire dicendum est. nec enim esse hoc religiosum, diui fratres rescripserunt.

VII. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum prouinciale.

ISqui intulit mortuũ in alienũ locũ, aut tollere[y] id quod intulit, aut loci pretiũ præstare cogitur per in factum actionẽ: quæ tã heredi quàm in heredẽ cõpetit, & ppetua est. Aduersus eum qui in alterius arcã[z] lapideam, in qua adhuc mortuus nõ erit conditus, mortuũ intulerit, vtilẽ actionẽ in factũ proconsul dat: quia non proprièvel in sepulchrum vel in locum[a] alterius intulisse dici potest.

VIII. VLPIANVS libro vicensimoquinto ad Edictum.

OSsa quę ab alio illata sunt, vel corpus, an liceat domino loci effodere vel eruere sine decreto *põtificũ, seu iussu principis, quæstionis est. Et ait Labeo expectãdũ[b] vel permissum pontificale, seu iussionem principis: alioquin iniuriarũ fore actionem[c] aduersus eum qui eiecit. Si locus religiosus[d] pro puro veniisse dicetur, prætor in factum actionem in eum dat ei ad quem ea res pertinet[e].

* *Sic legendum est in fallitur religiosus & mortuus inferatur. quod in alieno fundo fit, nã extraneum scilicet loci dominus inferentem, vt aut tollat quod imposuit: vel tercidere & præstetur ei interesse: tollere.l. quẽ vt infra eod. liberum. a tmodò. in* Sed & ipsum sepulchrũ *princ. ij. ad* petit hac actione: vt *l. Aquil.*

supra

r *Inferre licet.* scilicet exheredatis Azo.

s *Nec sepelire.* in hereditarium: vt.C.eo. l. monumentorum. Sed in familiari videtur contra: quia libertus continetur appellatione familiæ: vt Cod. de verb.signi.l. fina.

t *Quidam.* scilicet testatores vel homines. Accursius.

u *Monumentum.* nec enim scriptura sola, quia fuit testium solennitate destituta, libertis tribuit ius inferendi: vt infra de codicillis. l. literæ. aliàs contra: vt.C.de fideic.& in epistola.

x *Cenotaphium.* expositio est literæ superioris. nam & cenotaphium & purum monumentum idem est: vt infra eo. monumentum. &. ij. de re. dub. l. sed diui. q. d. id est si cenotaphium &c. vel appellat hic cenotaphium, locum ex quo principe permittente mortuus translatus est: vt infra eod. l. cum in diuersis.

y *Is qui intulit. Aut id tollat.* in arbitrio est inferentis alterutrum dare: vt ar. infra de iur. dotium. quę. §. fina. Videtur tamen iniquum esse: vt argu. infra re. amo. l. non enim. &. C. de iis qui à non dominis ma. l. j. Mihi videtur tamen contra, hoc est non esse iniquum: quia hic cogitur quis fauore religionis vendere inuitus: vt infra eo. si quis sepulchrum. Sed regulariter suũ inuitus nemo cogitur vendere, nisi in casu: vt in socio manumittente: vt. C. de communi ser. manu. l. j. Azo.

z *Aream.* supra terram. Azo.

a *Vel in locum.* quia locus fundi portio dicitur: & sepulchrum quod in loco fit, est terrestre, & sub terra. Azo.

b *Ossa. Expectandũ.* fauore religionis. aliàs contra: vt. ij. ad leg. Aquil. quemadmodum. § j. quæ est contra.

c *Pœnæ actionem.* s. hereditariam: vt infra de iniu. l. j. §. quotiens.

d *Si locus religiosus.* scilicet de facto. Accursius.

e *Pertinet.* id est ei cuius est sepulchrum, si- licet venditori, contra extraneum scilicet loci dominus inferentem, vt aut tollat quod imposuit: vel tercidere & præstetur ei interesse: tollere.l. quẽ vt infra eod. liberum. a tmodò. in Sed & ipsum sepulchrũ princ. ij. ad petit hac actione: vt l. Aquil.

ſupra de rei vindi. l. qui religioſi. Et ita verbũ quaſi,ſimillitudinarie pò

† *Cic. lib. 2. de legib. refert collegiũ pontificum decreuiſſe nõ eſſe ius in locis publicis ſepulchrum. vbi & alia multa de ſepulchro & impenſis funerum copioſe diſſerit.*

nitur:quaſi dicat: quantum præſtabit emptori, tantum ab inferente petetur hac actione.

a *Quaſi ex empto.* quaſi expreſſuum eſt veritatis verę. nam in hoc caſu ex empto agitur: vt infra de cõtrahen. emp. l. qui officij. §. qui neſciens. ſecundum quoſdam. Sed tu dic, vt dixi, ſimilitudinarie. ei enim cuius eſt ſepulchrum, ſiue locus ſepulchri, datur in factum: ſed emptori datur ex emptoive ibi.

b *In eum.* ſcilicet inferentem.

c *Dolo.* maxime. & ideo de dolo poſuit, quia locutus erat de coercitione, quæ abſque dolo nó imponitur.

d *Ædificium.* vt & ſupra eo. l. ij. §. j.

e *Habet.* vt & ĩ. eo. l. ij. §. iij.

f *Competit.* vt & ĩ. tit. j. l. j. in prin. & ĩ. l. proxi.

g *Videtur.* vt & infra de vi & vi ar. l. fi. & . l. cum fundum. & . l. colonus.

h *Liberum eſt. Inuerſo.* vti poſſidetis. Accurſius.

i *Loci pretium:* quod ſi petet, non petet ſui loci pretium, cum ipſum habeat.

k *Videatur.* ſ. imperitis: vt infra eod. ſi filius. §. hæc actio.

l *Si venditor. Agere poteſt.* ſecus ſi ſibi nó eſſet: niſi publica via eſſet ad ſepulchrum: vt infra de act. emp. ſi mercedem. §. ſi eum. Acc.

m *Videtur enim.* vt & infra de ſep. vio. l. vtimur. & arg. ĩ. de contrahen. emp. l. qui fundum. §. in lege. & ĩ. de iuriſdi. om. iudi. l. ij. Accur.

n *Quod ſi locus. Inferrentur.* ſcilicet ab emptore.

o *Ius eſt.* id eſt eſſet. & dic quòd appellat locum monumenti, fundum in quo erat monumentum, id eſt ſepulchrum: & quia ſepulchrum, ideo non valuit pactum quod eſt contra ius religionis, quæ priuilegio gaudet. & facit ad hoc ſupra de pac. l. nemo. Vel dic quòd forte hæc lex habuit odio illud pactum quod reſtringit emptori facultatem ſepeliendi certos homines etiam in re quæ non ſit religioſa, deſtinata tamen religioni: & ideo certo modo tantũ admiſit pactum, id eſt per ſtipulationem. idem in vſuris: vt habetur. C. de vſu. l. iij. idem in pœna: vt infra de ſer. expor. l. ſeruus. Sed in viro idem; ſed alia ratione: vt. C. de iure do. l. auia. Alij tamen, vt Ir. dicunt quòd in hac. l. loquimur de ſtipulatione pœnali: cuius metu ſtatur placitis. aliàs pactum factum non ſufficit: cum humanis legibus ſit exemptum. Si autem non ſit religioſa, nec deſtinata religioni, & ſepeliri prohibetur etiam non ſolum certos homines, ſed omnes, pactum valet incõtinenti factum: vt. C. de pact. inter empt. & vendi. l. fin. quæ eſt contra. & argu. infra de ſepulchro vio. l. iij. §. ſi quis in hereditariũ. Accurſius.

Quæ actio & in heredem competit: cũ quaſi a ex empto actionem contineat. Si in locum † publicis vſibus deſtinatum intulerit quis mortuum, prætor in eum b iudicium dat, ſi dolo c fecerit, & erit extra ordinem plectendus, modica tamen coercitione. ſed ſi ſine dolo, abſoluendus eſt. In hac autem actione loci puri appellatio & ad ædificium d producenda eſt. Nec ſolùm domino hæc actio competit, verùm ei quoque qui eiuſdem loci habet vſumfructum, vel aliquam ſeruitutem: quia ius prohibendi etiam hi habent e. Ei qui prohibitus eſt inferre in eum locum quò ei ius inferendi eſſet, in factum actio competit f, & interdictum, etiã ſi non ipſe prohibitus ſit, ſed procurator eius: quia intellectu aliquo ipſe prohibitus videtur g.

IX. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

LIberum eſt ei qui prohibetur mortuum oſſáve mortui inferre, aut ſtatim interdicto h vti quo prohibetur ei vis fieri, aut aliò inferre, & poſtea in factum agere: per quam conſequetur actor quanti eius interfuerit prohibitũ non eſſe. in quam computationẽ cadit loci empti pretium i: aut conducti merces: item ſui loci pretium, quem quis niſi coactus eſt religioſum facturus non eſſet. Vnde miror quare conſtare videatur k neque heredi neque in heredem dandam hanc actionem. Nã (vt apparet) pecuniariæ quãtitatis ratio in eam deducitur. Certè perpetuò ea inter ipſos competit.

X. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

SI venditor fundi exceperit locum ſepulchri ad hoc vt ipſe poſterique eius illò inferrentur, ſi via vti prohibeatur vt mortuum ſuum inferret, agere poteſt l. videtur enim m etiam hoc exceptum inter ementem & vẽdentem, vt ei per fundum ſepulturæ cauſa ire liceret.

XI. PAVLVS libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.

QVod ſi locus monumenti hac lege venierit, ne in eum inferrentur n quos A ius eſt o inferri, pactum quidem ad hoc non ſufficit: ſed ſtipulatione id caueri oportet.

XII. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

SI quis ſepulchrum habeat, viam autem ad ſepulchrum non habeat p, & à vicino ire prohibeatur, imperator Antoninus cum patre reſcripſit, iter ad ſepulchrum peti precario & concedi ſolere: vt quotiens non debetur, impetretur ab eo qui fundum adiunctum habeat. Non tamen hoc reſcriptum quod impetrandi dat facultatem, etiam actionem ciuilem inducit: ſed extra ordinem q interpelletur r. Præſes etiam compellere s debet iuſto pretio iter ei præſtari: ita tamen, vt iudex etiam de oportunitate loci proſpiciat, ne vicinus magnum t patiatur detrimentum. Senatuſconſulto * cauetur, ne vſus ſepulchrorum permutationibus polluatur, id eſt ne ſepulchrum aliæ u conuerſationis vſum accipiat. Prætor ait: x *Quòd funeris cauſa ſumptus factus erit, eius recuperandi nomine in eum ad quem ea res pertinet, iudicium dabo.* Hoc edictum iuſta ex cauſa propoſitum eſt: vt qui ſumptum fecerit, perſequatur id quod impendit. Sic enim fieri, ne inſepulta y corpora iacerent: néve quis de alieno funeretur. Funus autem eum facere oportet, quem decedens elegit z. Sed ſi non ille fecit, nullam eſſe huius rei pœnam: niſi aliquid pro hoc emolumentum ei relictum éſt. tunc enim ſi non paruerit voluntati defuncti, ab hoc repellitur a. ſinautem de hac re defunctus non cauit, nec vlli delegatum id munus eſt, ſcriptos heredes ea res contingit, ſi nemo ſcriptus eſt, legitimos vel cognatos, quoſque b ſuo ordine quo ſuccedunt. Sumptus funeris arbitrantur c pro facultatibus vel dignitate defuncti. Prætor vel magiſtratus municipalis ad funus ſumptus decernere debet: † ſi quidem eſt pecunia in hereditate, ex pecunia. ſi non eſt, diſtrahere debet ea d quæ tempore peritura ſunt, quorum retentio onerat he-

B

C

D

† *Idem conſentit Plato de legib. dial. 12. & alia multa quæ ad hãc tractatũ ſpectant.*

p *Non habeat.* quia ſtumen abſtulit aliquam * viam.

* *Hoc magis pertinet ad edictũ de ſepulchro violato. Bero in Manual.*

q *Sed extra ordinem.* id eſt extra ius, vel etiam in iure.

r *Interpelletur.* ſcilicet vicinus.

s *Compellere.* Not. ergo quòd cogitur quis vendere: vt & Cod. de ſer. communi ma. l. j. & infra de pub. l. eotem. §. fina.

Videre quis cogatur.

t *Magnum.* facit ad hoc ſupra de ſerui. ſi cui. & infra loc. l. habitatores. & infra de ædil. edic. l. j. §. ſed ſciẽdum. & quod nota. ſupra ſi vſusfruct. peta. l. j. §. j. & de ſerui. vrba. prædi. l. binas.

u *Alia.* aliàs alienæ. ſi contra fiat, ducentorum aureorum pœna imponitur: vt infra de ſepulch. vio. l. iij. §. ſi quis in ſepulchro. Accurſius.

x *Prætor ait.* dixit de religioſis, nunc de ſumptibus funerum: & ſubaudi, de eo.

y *Inſepulta.* ſic inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu. §. j. Accurſius.

z *Elegit.* vt in authen. de ec. ti. §. ſi quis autem. col. ix. & Cod. de epi. & cle. l. nulli.

a *Repellitur.* vt & C. de legat. l. penul. Accurſius.

b *Quoſque.* id eſt quoſlibet. Accurſius.

c *Arbitrantur.* id eſt eſtimantur.

d *Ea.* id eſt prætor iubet diſtrahi.

reditatem. ſi minus, [a] ſi quid auri argentíque fuerit, diſtrahi aut pignerari iubebit[b], vt pecunia expediatur:

XIII. GAIVS libro nonodecimo ad Edictum Prouinciale.

VEL à debitoribus, [c] ſi facilè exigi poſsit.

XIIII. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

ET ſi quis impediat [d] eum qui emit, quò minus ei res tradantur, prætorem interuenire oportere, tueríque huiuſmodi factum, ſi quid impediat quò minus ei res venditæ tradantur. Si colonus vel inquilinus ſit is qui mortuus eſt, nec ſit vnde funeretur: ex inuectis illatis cum funerandum Pomponius ſcribit: & ſi quid ſuperfluum remanſerit, hoc pro debita penſione teneri. Sed & ſi res legatæ ſint à teſtatore de cuius funere agitur, nec ſit vnde funeretur, ad eas quoq; manum mittere oportet. ſatius eſt enim de ſuo teſtatorem funerari, quàm aliquos legata conſequi. Sed ſi adita fuerit poſtea hereditas, res emptori auferenda [e] non eſt: quia bonæ fidei poſſeſſor eſt, & dominium habet, qui auctore iudice [f] comparauit. Legatarium tamen legato carere non oportet, ſi poteſt indemnis ab herede præſtari. [g] Quòd ſi non poteſt, melius eſt legatarium non lucrari, quàm emptorem damno adfici.

Si cui funeris ſui curam teſtator mandauerit, & ille accepta pecunia funus non duxerit, de dolo actionem in eum dandam [h] Mela ſcripſit. credo tamen & extra ordinem eum à prætore compellendum [i] funus ducere. Funeris cauſa ſumptus factus videtur is demum, qui ideo fuit [k] * vt funus ducatur, ſine quo [l] funus duci poſsit: vtputa ſi quid impenſum eſt in elationem * mortui. Sed & ſi quid in locum fuerit erogatum in quem mortuus inferetur, funeris cauſa videri impenſum Labeo ſcribit: quia neceſſariò locus paratur in quo corpus conditur. Impenſa peregre mortui, quæ facta eſt vt corpus perferretur, funeris eſt, licet nondum homo funeretur. Idémque & ſi quid ad corpus cuſtodiendum vel etiam commendandum * factum ſit: vel ſi quid in marmor vel veſtem [m] collocandam. Non autem oportet † ornamenta [n] cum corporibus condi, [o] nec quid aliud huiuſmodi, [p] quod homines ſimpliciores faciunt. Hæc actio quæ funeraria [q] dicitur, ex bono & æquo oritur. Continet autem funeris cauſa tantùm impenſam, [r] non etiam cæterorum ſumptuum. [ſ] Aequum autem accipitur ex dignitate eius qui funeratus eſt, ex cauſa, [t] ex tempore, [u] & ex bona fide, [x] vt neque plus imputetur ſumpt' nomine, quàm factum eſt: neque tantum quantum factum eſt, ſi immodicè factum eſt. Deberet enim haberi ratio facultatium eius in quem factum eſt, & ipſius rei quæ vltra modum ſine cauſa conſumitur. Quid ergo ſi ex voluntate teſtatoris impenſum eſt? Sciendum eſt nec voluntatem ſequendam, [y] ſi res egrediatur iuſtam ſumptus rationem: pro modo autem facultatium ſumptum fieri. Sed interdum is qui ſumptum in funus fecit, ſumptum non recipit, ſi pietatis gratia fecit, non hoc animo quaſi recepturus ſumptum quem fecit. Et ita imperator noſter reſcripſit. Igitur æſtimandum erit arbitro & perpendendum, quo animo ſumptus factus ſit: vtrum negotium quis vel defuncti vel heredis [z] gerit, vel ipſius humanitatis, [a] an vero miſericordiæ vel pietati tribuens vel affectioni. Poteſt tamen diſtingui & miſericordiæ modus: vt in hoc fuerit miſericors vel pius qui funerauit, vt eum ſepeliret, ne inſepultus iaceret: non etiam vt ſuo ſumptu fecerit: * quod ſi iudici liqueat, non debet eum qui cõuenitur, abſoluere. Quis enim ſine pietatis intentione alienum cadauer funerat? Oportebit [b] igitur teſtari quem quo animo funerat, ne poſtea patiatur quæſtionem. Pleríque filij cum parentes ſuos funerant, vel alij qui heredes fieri poſſunt, licet ex hoc ipſo neque pro herede geritio, neque aditio præſumitur, [c] tamen ne vel miſcuiſſe neceſſarij, vel cæteri pro herede geſsiſſe videantur, ſolent teſtari, pietatis gratia facere ſe ſepulturam. quid ſi ſuperuacuo fuerit ſa-

a *Si minus.* id eſt ſi non ſint ibi res quæ vẽdi poſſint: vt infra de vent. in poſſ. mitten. l. j. §. deminutio. Accurſius.

b *Iubebit.* primo pignoratio, ſecundo venditio fit: vt. C. de ſacroſan. eccle. authen. hoc ius. Accurſius.

c *VEL à debitoribus.* ſcilicet exigi. Accurſius.

d *ET ſi quis impediat.* ſcilicet iniuſte. alioquin contra. in hoc autem ſummatim habetur cognitio: vt infra de re iud. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper.

e *Auferenda non eſt.* vt legatario detur.

f *Auctore iudice.* vt infra de acquiren. poſſ. l. iuſte. Accurſius.

g *Ab herede præſtari.* vt & infra eo. l. fin. in prin. Accurſius.

h *Dandam.* ſcilicet heredi. Accurſius.

i *Compellẽdum.* vt & ſupra famili. erciſcundæ. l. qui erat. ſed nonne datur mandati: vt infra manda. l. ſi vero non re. §. fina. quæ eſt contra? quod ſi eſt, de dolo non debet dari. Solu. ſecundum quoſdam hic mandati concurrit cum actione de dolo: cum vtraque eum infamet. ſed hoc non valet: vt ſupra de dolo. l. ideoque. Vel dic quòd hic fuit facio vt des, ex quo datur actio de dolo. ibi enim fuit gratis ſuſceptum mandatum. Vel dic tertio, quòd ideo mandati actio non datur, quia ille non ſuſcepit mandatum, aut quia ignorans, aut quia contradicés. Sed tu dic quarto, quòd hic fuit mandatum ſuſceptum, & tamen mandati non agitur: quia mandatum de ea re non fuit iniunctum quæ viuo teſtatore explicari non potuit. nec enim funus duci poteſt niſi decedat. ſed in l. contraria fuit mandatum vt fieret monumentum: quod eo viuente fieri poteſt. Sepulchrum autem non eſt niſi poſt mortem domini. Accurſius.

k *Fuit.* ſcilicet factus. Accurſius.

l *Sine quo.* ſcilicet ſumptu: vt infra eod. l. funeris. in principio.

m *Veſtem.* ſtamen, vel cilicium.

n *Ornamenta.* annulos, vel veſtes, vt ſubiicit: & infra de lega. j. l. ſeruo alieno. §. fina.

o *Condi.* id eſt ſepeliri. Accurſius.

p *Huiuſmodi.* vt lectũ. Accurſius.

q *Funeraria.* ſubſtantiuè ponitur, vt ſit nomen actionis. Vel ponitur adiectiue: vt dicatur actio in factum quæ datur pro eo quod eſt impenſum in funere. Accurſius.

r *Impenſam.* ſcilicet factam.

ſ *Sumptuũ.* factorum in teſtatorem curandum.

t *Ex cauſa.* vt ſi erat ſumptus in peregrinatione, quod oportuit multum perferri. Azo.

u *Ex tempore.* vt ſi fecerit tempore hyemali, in quo plus impendit quàm in æſtate impenderet.

x *Ex bona fide.* quia ſi peliri cũ ornamentis, etiam ſi ipſe plus quàm impendat petat, non poterit. Item ſi mala fide plus impendit imputetur ei.

y *Sequendam.* vt & infra de cond. inſtit. l. quidam. & arg. infra ad Ma. l. ſed Iulianus. §. quod dicitur. & infra ad. l. Fal. l. j. §. fin. & infra eodẽ. l. funeris. in fi. Idẽ eſt de alimentis à defuncto filio ſtatutis, ſcilicet vt debeat tutor ſequi voluntatem patris, ſi non vltra vires patrimonij ſtatuit: vt infra vbi pu. edu. l. ij. in fi. ſecundum Ir. Sed contra ſupra de peti. here. l. hereditas. §. j. Sol. vt ibi.

z *Vel heredis gerit.* vtroque enim caſu agit funeraria: vt infra eo. l. ſi quis.

a *Humanitatis* ſecundũ quam intereſt vt vnus alteri ſeruiat, non vt donet. Accurſius.

b *Oportebit igitur.* id eſt opportunum eſt, non neceſſarium: vt ſupra de neg. ge. Neſennius. Et ſic not. quòd atteſtatio probat voluntatis noſtræ ſententiam. ſic infra eo. l. Labeo. & infra de acqui. here. l. pro herede. §. cæterum. Et prodeſt hoc notare cum tractatur poſſederit quis pro feudo, an pro allodio. Item & in matrimonio cũ primo proteſtatus eſt ſe non deſponſare cauſa matrimonij: ſed vt mulieri parentes hereditatem relinquerent.

c *Præſumitur.* vt ſupra' e. l. ſcriptus. in prin. Sed arg. contra. C. de repu.

* *Hal. ſic*

* *delationẽ*

* *Communem dandum, quia le. nam cõmendare eſt cura alicuius committere, quod bene conuenit cum ſtudia, & maxime vbi corpus aliquò perferendum eſt. quanq; non male cõdendum latur: vt l. Lucius Titius. §. aut quod oportuit. ff. de legat. 2.*

† *iſte text. eſt nota. vel de ad hoc quod quia nõ debet ſe-*

* *de ſuo fũ-ptũ facere.*

bere.

pu. here.l.j.Solū.ibi plus fecit,quia ſtabat in domo, & alia vnde contra eum præſumitur, niſi probetur contrarium, ſcilicet quòd non animo adeundi fecerit.Accurſius

a *Proteſtantur.* ſcilicet tacite,imò expreſſe.Accurſius.

b *Oportet.* id eſt neceſſe eſt: quia illa proteſtatio præiudicat: quia pietatis cauſa dixerat ſe facere. Et nota quòd confeſsio indefinita in omnibus præiudicat.

Confeſsio indefinita in omnibus præiudicat.

c *Non debere admittere.* nam non repetitur: vt ſubiicit.

d *Contumeliam.* vt infra de iniur.l.j.§.quotiens. ergo non debet ſentire commodum: vt ſupra negot. geſto. l.ſiue heredi.

e *Hoc animo.* quia neminem ſibi obligare voluit: vt ſupra communi diui.l.in hoc iudicio.

f *Ex cauſa.* ſcilicet hac iuſta.Accurſius.

g *Funerariam.* ſcilicet vtilem: vt infra eo.ſi poſſeſſor.in principio.

h *Non alturum.* ſed nonne ſemper datur actio nego. geſt. vt ſupra de negot.geſt.l.ait prætor. §. hæc verba. &.l. ſiue hereditaria. quæ ſunt contra? Solut.ibi loquitur de aliis negotiis, non de funeris impenſa, quæ viuente teſtatore explicari non poteſt: nec eius nomine defunctus potuit eſſe obligatus. alia vero poſſunt: licet hic quo ad ſeparationem impetrandam videatur contrahere cū defuncto: vt ſupra eo.l.j.Item contra infra de priuile.cre.l.j.vbi videtur quòd fa. erciſ.actio hic competat. ſolue illā ſecundum iſtam.

i *Altum ſit.* & ideo amplius agi non poteſt.Azo. vt ſupra fa. erci.l. ſi filia.§.familiæ.

k *Ex cauſa competere.* No. fieri poſſe contra prohibitionem, & tamen idem eſt effectus ac ſi prohibitio non eſſet: vt hic, & infra de lega.j.l. filiusfamilias.§.diuus. & infra de exerc. l.j.§. magiſtrum. &. C.ne tutor vel cura. veſti. con. l. j.& infra quod vi aut clam.l.ſi.§.ſi ſtercus. & infra de ap.non tantū. & infra de ſol.l. ſolutione.

l *Heres eius prohibuit.* ſcilicet ſepelire ipſum teſtatorem.q.d.non eſt ſtandum ipſius prohibitioni,Sed op.huic &c. Sed reſpondetur, pone me &c.quo caſu indubitabiliter agitur: licet à prohibito.Accurſius.

ctum?ad illud ſe munire videntur,ne miſcuiſſe ſe credantur: ad illud non, vt ſumptum conſequantur. quippe proteſtantur[a] pietatis gratia id ſe facere. Plenius eos igitur teſtari oportet[b],vt & ſumptum poſsint ſeruare. Fortaſsis quis poſsit dicere, interdū partem ſumptus facti poſſe recuperari: vt quis pro parte quaſi negotiū gerēs, pro parte pietatis gratia id faciat. quod eſt verius.Partē igitur ſumptus conſequetur, quē non donandi animo fecit. Iudicē qui de ea æquitate cognoſcit,interdum ſumptū omnino non debere admittere[c] modicum factū,ſi fortè in contumeliam[d] defuncti hominis locupletis modicus factus ſit. nam non debet huius rationē habere, cum cōtumeliam defuncto feciſſe videatur ita eū funerando.Si quis dum ſe heredem putat,patremfamilias funeraverit, funeraria actione vti non poterit: quia non hoc animo[e] fecit, quaſi alienum negotium gerēs. & ita Trebatius & Proculus putant.Puto tamen & ei ex cauſa[f] dandā actionem funerariam[g].

Labeo ait, quotiens quis aliā actionē habet de funeris impēſa conſequenda, funeraria eum agere non poſſe:& ideo ſi familiæ erciſcundæ agere poſsit,funeraria non acturum[h]. Planè ſi iam familiæ erciſcundæ iudicio actum ſit[i],poſſe agi. Idem Labeo ait, ſi prohibente herede funeraueris teſtatorem,ex cauſa competere[k] tibi funerariam. Quid enim ſi filium teſtatoris heres eius prohibuit?[l]Huic cō tradici poteſt:ergo pietatis gratia funeraſti. Sed pone me teſtatum: habiturum me funerariā actionem. De ſuo enim expedit mortuos funerari. Et quid ſi teſtator quidem funus mihi mandauit,heres prohibet, ego tamen nihilo minus funerari? nonne æquum eſt mihi funerariam competere[m]? Et generaliter puto iudicem iuſtum non meram negotiorum geſtorum actionem imitari[n], ſed ſolutius[o] æquitatem ſequi:cum hoc ei & actionis natura indulgeat.

Diuus autem Marcus reſcripſit, eum heredē qui prohibet funerari ab eo quem teſtator elegit, non rectè facere: pœnam tamen in eum ſtatutam[o] non eſſe. Qui mandatu alterius funerauit, non habet funerariam actionem,ſed is ſcilicet qui mādauit funerandum,ſiue ſoluit ei cui mandauit, ſiue debet.[p] Quòd ſi pupillus mandauit ſine tutoré auctore,vtilem funerariam dandam aduerſus heredem[q] ei qui impendit. lucrari enim heredem iniquum eſt. Si autem pupillus ſūus ad ſe pertinens,ſine tutoris auctoritate mandauit, dandam in eum actionem[r] arbitror,ſi & heres extitit ei qui funeratus eſt, ſoluendóque[ſ] hereditas eſt.Contra ſi quis mandatū heredis funerauit, non poſſe eum funeraria agere Labeo ſcribit:quia habet mandati actionem. Si tamē quaſi negotium heredis[t] gerēs funerauit, licet ratum non habeat, tamen funeraria eum agere poſſe Labeo ſcribit. Datur autem hæc actio aduerſus eos ad quos funus pertinet, vtputa aduerſus heredem, bonorūmve poſſeſſorem.cęteróſque ſucceſſores.

A

B

C

m *Competere.* certe ſic: vt ſupra ea.l.§.ſi cui.Accurſius.

n *Imitari.* vbi poſt prohibitionem ceſſat actio: vt. C. de neg. geſt.l.hn. Et ſic no.mentē potius quàm verba legis ſeruandam: vt ſupra de ius voc.l.quamuis.

o *In eum ſtatutam.* No.ergo non puniri illicitum: vt hic,& infra de ſepulc. vio.l. iij. §.non perpetuæ. & infra de vſufru. leg.l. heres.Accurſius.

Legi mentis potiùs quàm verbis legis ſeruāda eſt.

p *Debet,* quia videtur ei abeſſe id in quo obligatus eſt: vt ſupra de nego. geſt.l. ſi quis mandato.

q *Aduerſus heredem.* nō pupillum, Accurſius.

r *Actionem.* ſcilicet mādati: vt infra proxi.§. Accurſius.

ſ *Soluendoque.* maxime. nam funeraria exuperat omne æs alienum:vt infra eod.l.pen. Vel ideo ponitur, quia tunc pupillus impetrat in integ. reſtit. & ideo non tenetur funeraria. Accurſius.

Pupillus ſine tutoris auctoritate mandauit, dandam in eum actionem arbitror.

t *Negotium heredis.* inſtituti,qui nondum adiit: alioquin contra. tunc enim nō funeraria, ſed nego.geſt. datur actio. hic ergo contra heredem non datur neg. geſ. quia eius in veritate negotium non erat, nec defuncti potuit eſſe: vt ſupra de negot.geſt.l.ait prætor. §.hæc verba.

u *Veneris. Patronus.* vt & ſupra ſi pars here. peta.ſorori.§. ſumptus,

x *Non.* id eſt contra eum.

y *Dat prætor.* vt &. C. de negot. geſt.l. quod in vxorem.in fi.Accurſius.

z *Suis.* ſcilicet aliis. nā & hoc quaſi patrimonium eſt: vt ſupra de mi no.l.iij.§.ſed vtrum. in fin.

a *Conferre debere.* pro ea parte qua lucratur dotem, & eum ad quem ſpectat aliud patrimonium,pro alia rata: vt infra eod.l.Celſus.ſi autem maritus non lucratur, vt quia vſusfructus ſibi in dotem datus decedente muliere conſolidetur ſibi,cum prius eſſet proprietarius, nihil videtur lucrari:cum & aliàs ea defuncta hoc erat habiturus; & ideo non cogitur ad has impenſas: vt infra de iure do. cum in fundo. in princi. ibi, quòd ſi in matrimonio, & cætera.

XV. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

FVneris impenſam & patronus[u] qui bonorum poſſeſſionem petit cōtra tabulas, præſtat.

XVI. VLPIANVS libro vicenſimoquinto ad Edictum.

D

IN eum[x] ad quem dotis nomine quid peruenerit,dat prætor[y] funerariā actionem. æquiſsimū enim viſum eſt veteribꝰ,mulieres quaſi de patrimoniis ſuis[z], ita de dotibꝰ funerari: & eū qui morte mulieris dotem lucrat, in funus cōferre debere[a]: ſiue pater mulieris eſt,ſiue maritus.

XVII. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

SEd ſi nondum pater dotem recuperauerit,vir ſolus conuenietur,reputatur[b] patri quod eo nomine præſtiterit.

b *Sed ſi nondum. Præſtiterit.* vt & infra eo.l.ſi mulier.§.j.Accurſius.

a *NEratius quærit. Pa-*
ctio. sic supra de
transact. l. controuer-
sia. in principio. Accur
sius.

b *Conuenire.* pro ea
parte quæ remanet a-
pud maritum. Accur-
sius.

c *Non possit.* vt supra
de pact. l. ius publi-
cum.

d *Conferre eum.* vide-
batur contra: quia sti-
pulatus erat totam do-
tem sibi restitui. Accur-
sius.

e *Pater autem non.* sci-
licet conueniretur ma-
rito lucrante. Accur-
sius.

f *Soluendo.* Sed quæ-
re inspicitur sit soluen-
do, vel non: cum expen-
sa ista excedit omne æs alienum: vt in-
fra eo. l. impensa. quæ est contra. & ideo pro
rata tam de dote quàm de alia substantia est
soluenda: vt infra eo. l. Celsus. Sol. hic com-
putato patrimonio & de dote potest integrè
solui creditoribus aliis funeraria agentibus: &
ideo non habet locum lex illa, impensa: vt
ergo omnibus satisfiat, seruatu quod hic di-
cit. Accur.

g *IN patrem. Funeraria*
actio. Est enim pa-
tris onus: vt infra
de in rem ver. filius. &
domini de seruo: vt in-
fra eo. l. si filius. §. j. Ac-
cursius.

h *Celsus. Funeranda est.* vt infra
ad legem Falcidiam. l.
si vir. & supra eo. l. in
eum.

i *Soluti. Conferet.* si
soluendo est ma-
ritus. alioquin pro eo
quod facere potest: vt
& infra eod. l. si pro
rata. §. fiaali.

k *Vlianus. Legatis.* ab
herede: quia ad ea
præstanda teneatur. Ac-
cursius.

l *NEc pretia. Manu-*
missorum. quos
emere & manumittere
mulier suum heredem
rogauit.

m *Sic pro rata. Con-*
ferre. secus in alio
debito: quia heredes
tantum soluunt, non
maritus: licet lucri do-
tem faciat. C. de iu-
re do. l. licet. Accur-
sius.

n *Remissum est.* ve-
luti cum maritus ver-
git ad inopiam: vt. C.
de iure do. l. in rebus.

XVIII. IVLIANVS libro decimo
Digestorum.

IMpensa enim funeris, æs alie
num dotis est:

XIX. VLPIANVS libro quinto-
decimo ad Sabinum.

IDeoque etiã dos sentire hoc
æs alienum debet.

XX. IDEM libro vicensimoquinto
ad Edictum.

NEratius quærit, si is qui
dotem dederat pro mu-
liere, stipulatus est duas par-
tes dotis reddi, tertiam apud
maritum remanere, pactus sit
ne quid maritus in funus con-
ferret, an funeraria maritus te-
neatur. Et ait, si quidem ipse
stipulator mulierem funera-
uit, locum esse pacto [a], & inuti-
lem ei funerariam fore. Si verò
alius funerauit, posse eum ma-
ritum conuenire [b]: quia pacto
hoc publicum ius infringi non
possit [c]. Quid tamẽ si quis dotẽ
hac lege dederit pro muliere,
vt ad ipsum rediret si in matri-
monio mortua esset, aut quo-
quo modo soluto matrimonio,
nunquid hic in funus non con-
ferat? Sed cum dos morte mu-
lieris ad eũdem peruenerit, po-
test dici conferre eum [d]. Si ma-
ritus lucratur dotem, cõuenie-
tur funeraria: pater autẽ non [e].
Sed & in hunc casum puto, si
dos quia permodica fuit, in fu-
nus non sufficit, in superfluum
in patrem debere actionem da-
ri. Cum materfamilias decedit,
nec est eius soluendo [f] hered-
itas, funerari eam ex dote tan-
tùm oportet. & ita Celsus scri-
bit.

XXI. PAVLVS libro vicensimo-
septimo ad Edictum.

IN patrem cuius in potestate
fuerit is cuius funus factum
erit, competit funeraria actio [g]
pro dignitate & facultati-
bus.

XXII. VLPIANVS libro vicensi-
moquinto ad Edictum.

CElsus scribit: Quotiẽs mu-
lier decedit, ex dote quæ
penes virum remanet, & cæte-
ris mulieris bonis pro portio-
ne funeranda est [h]:

XXIII. PAVLVS libro vicensimo-
septimo ad Edictum.

VEluti si in dotem centum
sint, in hereditate ducenta,
duas partes heres, vnam vir cõ-
feret. [i]

XXIIII. VLPIANVS libro vicen
simoquinto ad Edictum.

IVlianus scribit: Nõ deductis
legatis [k],

A XXV. PAVLVS libro vicensimosep-
timo ad Edictum.

NEc pretius manumisso-
rum [l],

XXVI. POMPONIVS libro quin-
todecimo ad Sabinum.

NEcære alieno deducto,

XXVII. VLPIANVS libro
vicensimoquinto ad Edictum.

SIc pro rata & maritum &
heredem conferre [m] in fu-
nus oportet. Maritus funera-
ria non conuenietur, si mulie-
ri in matrimonio dotem so-
luerit: vt Marcellus scribit.
quæ sententia vera est, in his
B tamen casibus, in quibus hoc
ei facere legibus permissum [n]
est. Præterea maritum puto
funeraria in id demum tene-
ri quod facere potest. Id e-
nim lucrari videtur [o] quod
præstaret mulieri si cõuenire-
tur [p].

XXVIII. POMPONIVS libro
quintodecimo ad Sabinum.

QVòd si nulla † dos esset [q],
tunc omnem impensam
patrem præstare debere
Atilicinus ait: aut heredes eius
mulieris, puta emancipatæ.
Quòd si neque heredes [r] habeat, * neque pater soluendo
C sit, maritum in quantum facere
potest, pro hoc conueniri: ne
iniuria eius videretur, quondã
vxorem [s] eius insepultam re-
linqui.

XXIX. GAIVS libro nonodecimo
ad Edictum Prouinciale.

SI mulier post diuortiũ alij
nupta decesserit, non putat
Fulcinius priorem maritum, li-
cet lucri dotem faciat, funeris
impensam [t] præstare. Is qui
filiamfamilias funerauit, antè
quàm dos patri reddatur, cum
marito rectè agit: reddita dote
patrem obligatum habet. Vti-
que [u] autem si cum marito actũ
D fuerit, is eo minus patri mulie-
ris restituturus [x] est.

XXX. POMPONIVS libro quin-
todecimo ad Sabinum.

COntra quoque quod pa-
ter [y] in funus filiæ impen-
dit, aut alio agente secum fune-
raticia præstitit, ipse actione de
dote à marito recipit. Sed si e-
mancipata in matrimonio dece-
dat, collaturos heredes bonorũmve possessores, & patrem
pro portione dotis quam reci-
pit, & virum pro portione do-
tis quam lucratus est.

XXXI. VLPIANVS libro vicensi-
moquinto ad Edictum.

vel si dederit ei vt se
suósque alat: vel pa-
trem ab hostibus cap-
tum redimat: vt in si-
milibus casibus quos ha
bes infra de iure do:
l. Mutius. §. manente.
& l. fin. & infra solu.
mat. l. quamuis. & l. sed
& ideo.

o *Lucrari videtur.* per
pactũ de lucrãda dote.

p *Si eam mitteret.* vn-
de vsque eo conueni-
retur funeraria, & non
vltra. Sed contra ar.
infra ad leg. Falc. quæ-
rebatur. §. sed cum de-
bitori.

q *Quòd si nulla dos es-*
set. idem si esset:
sed marit⁹ nil
facere potest: arg. supra
l. proxi. in fine. Accur-
sius.

r *Neque heredes.* vtquia
filia fuerat. hodie tamẽ
haberet: vt in authẽ. de
here. ab intest. §. j. & §.
ij. col. x.

s *Quondam vxorem.* sci- † Cy. in. l. si
licet tempore mortis e- cofitente. in
ius: alioquin non: vt in- §. si vir. j.
fra. l. proxi. so. ma. alio.

t *Si mulier. Funeri-*
impensam. tamdiu
enim iura primi viri te-
net, quamdiu alij non
nubat: vt supra de fena.
l. vlt. sic & si libertus
meus sit alterius factus
seruus, & ab eo ma-
numissus, præfertur in
contra tabu. secundus
manumissor: vt infra
de bo. lib. l. si libertus
meus.

u *Vtique.* nunc redit
ad primum casum. Ac-
cursius.

v *Restituturus.* vt supra
eod. l. sed si nondum.
Accursius.

y *Contra. Pater.* ad
quem dos non
debuit redire propter
pactum. Et secundum
hoc dic actione de do-
te, scilicet funeraria. vt
enim tenetur hic ma-
ritus extraneo funera-
ria: ita & patri. & quod
subiicit, à marito re-
cipit, dic scilicet qui
dotem erat lucratus.
Vel dic quòd hæc dos
debuit redire ad pa-
trem: & tunc propriè
ponitur actio de do-
te, id est ex stipulatu
pro dote. & dices, à vi-
ro recipit, qui nullum
pactum posuit de do-
te lucranda. Caue ta-
men tibi, quòd si plus
impendat pater quàm
sit dos, non repetit
quod est vltra: vt su-
pra eo. l. Neratius. §. si
maritus.

Si filiæfa-

a *Si filius familiàs miles ſit.* ſcilicet funeratus de alieno.

b *Antetenere.* quàm patrem. hoc autem obtinet, ſi fecit teſtamentũ: aliàs ſucceſſorem nõ habet: vt infra de caſtr. pec. l.ij.

c *Et deinde.* ſcilicet ſi non habeat ſucceſſoré: vt. ſ. eo. l. in patrẽ

d *Patrem.* vt & ar. ſupra eo. l. liberum. in fine. Accurſius.

e *Si poſſeſſor. Vtilem.*

Si filius familias miles ſit[a], & habeat caſtrenſe peculium, puto ſucceſſores eius antè tenerí[b], ſic deinde[c] ad patrem venire. *Qui ſeruum alienum vel ancillam ſepeliuit, habet aduerſus dominum funerariã actionem. Hæc actio non eſt annua, ſed perpetua[d]: & heredi cæteriſque ſucceſſoribus, & in ſucceſſores datur.

* seruiri.

XXXII. PAVLVS libro vicenſimo ſeptimo ad Edictum.

Si poſſeſſor hereditatis fuerit, deinde victus in reſtitutióe nõ deduxerit quod impenderit, vtilem[e] eſſe ei funerariam. Si eodem momento temporis vir & vxor deceſſerint[f], Labeo ait in heredem viri pro portione dotis dandam hanc actionem, quoniam idipſum[g] dotis nomine ad eum peruenit.

XXXIII. VLPIANVS libro ſexagenſimooctauo ad Edictum.

Si quis fuit heres, deinde hereditas ablata ſit ei quaſi indigno[h], magis eſt vt penes eũ iura ſepulchrorũ remaneant[i].

XXXIIII. PAVLVS libro ſexagẽſimoquarto ad Edictum.

Si locus *ſub conditione legatus ſit, interim heres inferendo mortuum non facit[k] locum religioſum.

* Ex his. vt quid in lo. ſa. coniũge l. 11. de manumiſſ.

XXXV. MARCELLVS libro quinto Digeſtorum.

Minimè maiores lugendũ putauerunt eum[l] qui ad patriam delendam & parentes & liberos interficiendos venerit. Quem ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet, [m] ſine ſcelere, etiam præmio adficiendum omnes conſtituerũt.

XXXVI. POMPONIVS libro vicenſimoſexto ad Quintum Mucium.

Cvm loca capta ſunt ab hoſtibus, omnia deſinũt[n] religioſa vel ſacra eſſe: ſicut homines liberi in ſeruitutem perueniunt. Quod ſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi quodã poſtliminio reuerſa priſtino ſtatui reſtituuntur.

XXXVII. MACER libro primo ad legem vicenſimam hereditatium.

Funeris ſumptus accipitur quidquid corporis cauſa, ve-

A de his qui no. infa. l. liberorum. & l. parentes.

m *Occidiſſet.* ſcilicet ſe defendendo. aliàs tenetur lege Põpeia de parricidiis: vt infra ad legem Pompe. de parrici. l. j. Accur.

n *Vm loca. Deſinunt.* ſic econtra religioſa apud eos, à nobis capta, non ſunt religioſa: vt. C. de ſepul. vio. l. ſepulchra. & facit infra de iure fiſci. diuus. & infra de acquirendo re. do. l. in agris.

luti vnguentorum, erogatum eſt: & pretium loci in quo defunctus humatus eſt: & ſi quà vectigalia * ſunt, vel ſarcophagi[p], & vectura, & quicquid corporis cauſa antequam ſepeliatur conſumptum eſt, funeris impenſam eſſe exiſtimo[q]. Monumentum autem ſepulchri id eſſe diuus Hadrianus reſcripſit, quod munimenti[r], *id eſt cauſa muniendi eius loci factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit. Itaque ſi amplum[s] quid ædificari teſtator iuſſerit, veluti in circuitũ † porticationes, eos ſũptus funeris cauſa non eſſe[t].

B

* Funeris. Veſtigalia. aliàs veſtiaria.

p *Sarcophagi.* à ſarx, quod eſt caro: & phago, quod eſt comedere: quia ibi caro hominis à vermibus cõſumitur. Accurſius.

q *Exiſtimo.* vt ſupra eo. l. ſi quis. §. funeris.

* Flo. monumenti.

r *Monimenti.* & id demum ſcilicet. Ergo dicitur munimentum à munio: ſed monumentum à moneo vel à memoria dicitur: vt ſupra eo. l. ij. §. monumẽtum.

Munimentum & monumentum quomodo differant.

† circuit

s *Si amplum.* id eſt vltra modum. Ioan.

t *Non eſſe.* nec repetitur: vt ſupra eo. ti. Lat ſi quis. §. quid ergo ſi ex.

XXXVIII. VLPIANVS libro nono de Omnibus tribunalibus.

Ne corpora aut oſſa mortuorum detinerentur, aut vexarentur, néve prohiberentur quo minus via publica trãſferrentur, aut quo minus ſepelirentur, præſidis prouinciæ officium[u] eſt.

u *Ne corpora. Officium.* ergo pro mortuo inferendo habet locũ officium præſidis, & interdictum ſequens, & actio in factum quæ eſt infra ti. j. vt & ſupra eo. l. liberorum. & C. de ſepul. vio. l. qui ſepulchrum. non tamen impedienti impoſitur pœna: vt infra de ſep. vio. l. iij. §. non perpetuæ.

XXXIX. MARCIANVS libro tertio Inſtitutionum.

C

Diui fratres edicto admonuerunt ne iuſtæ ſepulturæ traditum, id eſt terra conditum corpus inquietẽtur. Videtur autem terra conditum & ſi in arcula[x] conditum hoc animo ſit, vt non alibi[*] transferatur. Sed arculam ipſam, ſi res exigat, in locum commodiorẽ licere transferre non eſt denegandum.

x *Diui fratres. Arcula.* quædam eſt capſa in qua vltra montes magni homines aſſignantur ſeu imponũtur ſub terra.

* alibi Arcula quid dicatur.

XL. PAVLVS libro tertio Quæſtionum.

Si quis enim eo animo corpus intulerit, quòd cogitaret inde aliò poſtea transferre, magiſque temporis gratia deponere, quàm quòd ibi ſepeliret mortuum, & quaſi[y] æterna ſede dare deſtinauerit, manebit locus prophanus.

D

y *Si quis eo. Quaſi* &c. id eſt dicere, magis deponit ad tempus, quà quaſi, & cætera, & tunc poteſt transferre etiam ſine alicuius auctoritate: vt hic, & C. eod. l. ſi nec dum. Sed ſi perpetuæ ſepulturæ tradidit, poteſt transferri iuſta cauſa cum auctoritate præſidis. ſi ſine cauſa, cum principis auctoritate; vt infra de ſepul. vio. l. iij. §. non perpetuæ & C. eodem. l. fina. Accurſius.

XLI. CALLISTRATVS libro ſecundo Inſtitutionum.

Si plures ſint domini eius loci vbi mortuus infertur, omnes cõſentire debent cum extranei inferantur. Nam ex ipſis dominis quẽlibet rectè ibi ſepeliri conſtat etiã ſine cæterorũ cõſenſu[z]: maximè[a] cũ álius nõ ſit locus in quo ſepeliretur.

z *Si plures. Cæterorum cõſenſu.* ſpeciale. ſic & C. de communi ſer. ma. l. j. & C. de com. re. ali. l. multum.

a *Maxime.* poteſt dici quòd abundet, propter id quod eſt inſtitu. de rerum diuiſione. §. religioſum. Vel dic quòd ibi loquitur quando extrancum vult inferre; vt ex hac lege colligitur. Accurſius.

l *Minime. Eum.* ideo nec funerandum: vt faciat ad titul. de luctu enim conſtabat etiam ſine his delictis: vt ſupra ff. Vetus.

a *Monumentum generaliter. Prodita.* vt & ſupra cod.l.ij.§.monumentum. Accurſius.

b *Vt perſonæ. Facere.* cæterum ſi ipſe qui legauit vſumfructũ, inferatur, nec ſit alius locus vbi ſepeliatur, faciet iuſtum: vt & infra cod.l.ſi plura.

c *Interdicto.* de mortuo inferendo: vt infra titulo primo, lege j.§.hoc interdicto.

d *Alienum.* ſcilicet extraneum: aliàs ſecus: vt ſupra eo.l.ſi plures.

e *Inferre vult.* nam inferre quidé poteſt quádiu aliquis locus paratur, vel parari poſſit. poſtea autem tenetur auferre per actionem in factum: vt ſupra communi diui. ſi quis putans.§. ſi quis in commune. & ſupra eodem.l. ſecunda.§. an ſocius.

† *quaſi dicas, inane ſepulchrũ: quod ſine corpore ſit: quale deſcribit Virgil. lib.3. Aen. circa princ.*

f *Propter.* aliàs propter, & aliàs præter. & ſemper eſt idem ſenſus: ſcilicet quòd duæ ſunt rationes quare ſocius in locum communem inferatur. vna, publica vtilitas: alia, ſtricta ratio quæ pro hoc facit: quæ & ſi faceret contra hoc, omitteretur propter fauorẽ religionis. quod dic vt ſupra eodem.l.at ſi quis.§. idem Labeo. ſed hic facit pro hoc. & eſt hic quia ſi ſocius prohibet quia ſocius: ergo & ego inferam: quia dominus, vt ipſe. nam ſummam,& cætera. vt ſubiicit hic.

Flo. quia ibi: Ergo inſtauramus Polydoro &c.

Inſup habemus, negligere eſt & reuocare. ita accipitur in l. Iuredẽ. de in qua vi indig. ita accipitur & apud Gel. lib. 19. & apud Symmachum epi. 338. lib. 2. Dn. rem. & L. R.

g *Solet.* tamen eſt contraria æquitati: vt in multis caſibus ſupra eodem.l.ſed & ſi quis.

h *Cum in diuerſis. Sepultura.* id eſt vnus homo ſepultus. Accurſius.

i *Cuius.* ſcilicet capitis. Sed quid ſi medietas capitis in vno loco ſit, & alia in alio? Reſpõ. neuter eſt religioſus, ſecundum Ioan.

Flo. imago ſit. inde cog.

k *Imperatur.* à principe: alioquin non: vt. C. eo.l.fina.

l *Religioſus eſſe.* facer etiam quandoque eſſe deſinit: vt ſupra eodem.l.cum loca. Accurſius.

Extit. ad l. Fal. vide l. 30. infra l. 220. ff.

m *Impenſa. Omne creditum.* forte loquitur de credito quod ſine pignore debetur: cum creditores habentes pignora, præponantur priuilegiis perſonalium actionum: vt C. qui po. in pign. hab. l. eos qui. Immò etiam de eo quod ſub pignore debetur: vt ſupra eo.l.at ſi quis.§. ſi tamen tacitum ſit pignus. aliàs forte eſt contra: ſicut in dote dicimus: vt. C. qui po. in pign. ha. l. finali. Item contra ſupra eodem.l. Neratius.§. finali. Solu. vt ibi diximus. Accur.

n *Si plura prædia. Potest in vnum.* vt ſupra eodem.l. at ſi quis.§. j. & l. iij. in fine. Accurſius.

o *Gratificationi.* Nota locum eſſe gratificationi. ſic & infra ad Silan. l. iij.§. ſi cum omnes. in fine. & infra de bo. auct. iud. poſſ. l. ſi nõ expedierit.§. j. & j. de noua. ſi Stichum.§. ſi decem. & infra de pecul. l. ſumma.§. ſed & ſi alij. & infra depoſi. l. ei apud.§. primo. & infra loca. l. in naue. in fine. & infra de lega. j. ſi mihi, & tibi. in principio. & infra de condic. indebi. plane. * *Hãc locũ &. l. ſi non ſortem.§. ſi- Cicero enali. Sed argu. contra proſe tra- C. de condic. indebi. l. Ita lib. de penul. & infra quæ in legib. 2. frau. credi. l. pupillus. in principio. &. C. de peti. hered. l. finali. Accurſius.*

Extin. quid in la.

p *Debet in funus.* vt ſupra eodem.l. Neratius. ſa.§. fin. cõtra. Solu. vt ibi. Accurſius.

q *Legatur.* ſcilicet à legatario. Azo.

r *Erogata ſunt.* à legatario.

ſ *Actionem.* ſcilicet in factum: vt infra de lega. ij. l. ſi heres rem. vel ibi heres intendit rem legatam.

t *Et.* pro id eſt.

DE MORTVO inferendo, & ſepulchro ædificando.

u *Prætor ait: quo.* ſcilicet monumento. Accurſius.

x *Quáve.* id eſt per quam partem ſiue viam ad fundum vt ſepeliret deſtinatá. Azo. Et dic quòd Pi. litera aliter dicit: ſcilicet prætor ait Quo quáve illic mortuum inferre inuito te ius ei eſt: quò minus illi eo eáve mortuum iuſerre & ſepelire liceat &c.

y *Non prohibetur.* vt ſupra titu. j. l. liberum. & ſic prohibetur prohibens.

z *In fundum.* id eſt ad fundum. Accurſius.

a *Debetur.* iter vel actus. Accurſius.

b *Prætor ait.* hoc eſt ſecundum edictum: & eſt prohibitorium, ſicut & primum: vt inſt. de interdict. §. prohibitoria. Accurſius.

c *Conuehi.* vt & infra de ſtipulat. actũque priua. l. veteres. Accur.

Reſpon.

XLII. FLORENTINVS libro ſeptimo Inſtitutionum.

MOnumentum generaliter res eſt memoriæ cauſa in poſterum prodita a: in qua ſi corpus vel reliquiæ inferantur, fiet ſepulchrum. ſi verò nihil eorũ inferatur, erit monumentũ memoriæ cauſa factũ, quod Græci κενοταφιαν† appellant.

XLIII. PAPINIANVS libro octauo Quæſtionum.

SVnt perſonæ quæ quanquã religioſum locum facere b non poſſunt, interdicto c tamẽ de mortuo inferendo vtiliter agũt: vtputa dominus proprietatis ſi in fundum cuius fructus alienus eſt, mortuum inferat, aut inferre velit. nam ſi intulerit, nõ faciet iuſtum ſepulchrũ. ſed ſi prohibeatur, vtiliter interdicto quo* de iure dominij quæritur, aget. Eadémque ſunt in ſocio qui in fundum communem inuito ſocio mortuũ d inferrevult e. Nam propter f publicam vtilitatem, ne inſepulta cadauera iacerent, ſtrictam rationem inſuper habemus*, quæ nonnunquam in ambiguis religionũ quæſtionibus omitti ſolet g. nam ſummam eſſe rationem, quæ pro religione facit.

XLIIII. PAVLVS libro tertio Quæſtionum.

CVm in diuerſis locis ſepultum eſt, vterque quidem locus religioſus non fit: quia vna ſepultura h plura ſepulchra efficere non poteſt. Mihi autem videtur illum eſſe religioſum, vbi quod eſt principale, conditum eſt, id eſt caput, cuius i imago* ſit vnde cognoſcimur. Cum autem impetratur k vt reliquiæ transferantur, deſinit locus religioſus eſſe l.

XLV. MARCIANVS libro octauo Fideicommiſſorum.

IMpẽſa* funeris ſemper ex hereditate deducitur: quę etiam omne m creditũ ſolet præcedere, cum bona ſoluẽdo nõ ſint.

XLVI. SCAEVOLA libro ſecundo Quæſtionum.

SI plura prædia quis habuerit, & omniũ vſumfructũ ſeparatim legauerit, poterit n in vnum inferri. & electio erit heredis, & gratificationi o locus. ſed fructuario vtilẽ actionẽ in heredem dandã ad id recipiendum quod ꝓpter eam electionem minutus eſt vſusfructus.

Si heres mulieris inferat mortuum in hereditarium fundum: à marito qui debet p in funus conferre, pro æſtimatione loci conſequatur. Ei cui veſtimenta legãtur q, ſi in funus erogata ſint r, vtilem actionem ſ in heredem dandam placuit, & t priuilegium funerarium.

DE MORTVO INFEREN. do, & ſepulchro ædificando.

TITVLVS VIII.

I. VLPIANVS libro ſexagenſimo octauo ad Edictum.

PRætor † ait: *Quò u quáve x illi mortuum inferre inuito te ius eſt, quò minus illi eò eáve mortuum inferre, & ibi ſepelire liceat, vim fieri veto.*

Qui inferendi mortuum ius habet, non prohibetur y inferre. Prohiberi autem inferre videtur, ſiue in locum inferre prohibeatur, ſiue itinere arceatur. Hoc interdicto, de mortuo inferendo dominus proprietatis vti poteſt: quod etiã de loco puro cõpetit. Item ſi mihi in fundũ z via debeatur, in quem fundũ inferre volo, & via prohibear, hoc interdicto poſſe me experiri placuit: quia inferre prohibeor, qui via vti prohibeor. Idémque erit probandũ & ſi alia ſeruitus debeatur. a Hoc iterdictũ ꝓhibitoriũ eſſe palã eſt. Prætor ait b, *Quò illi ius eſt inuito te mortuum inferre: quò minus illi in eo loco ſepulchrum ſine dolo malo ædificare liceat, vim fieri veto.* Interdictum hoc propterea propoſitum eſt, quia religionis intereſt monumenta exſtrui & exornari. Facere ſepulchrum ſiue monumentũ in loco in quo ei ius eſt, nemo prohibetur. Aedificare videtur prohibere & qui prohibet eam materiam conuehi c quę ædificio neceſſaria ſit. Pro-

a *Reficere*. large vocabulum accipe reficere. si vero stricte, differentia est inter facere & reficere: vt infra de iti. actuque pri. l. iij. §. reficere.

b *Labatur*. per quod videtur ꝓhibere facere, cũ factũ nõ sinit.

c *Tenetur*. potest etiam accusari de sepulchro violato: vt infra de sepul. vio. l. ij. & iij. & l. sepulchri.

d *Vetat lex. Excidatur*. sic & in ea quæ ad mortem est damnata: vt supra de sta. ho. l. imperator. & infra de pœnis. l. prægnantis.

e *Cum grauida*. id est in grauida consistentis, non ita vt videatur vtrumque peremisse: & sic hæc dictio cum, non implicat. argu. contra infra de vsufru. leg. l. illi. Accursius.

f *Si propius*. scilicet quam determinatum est supra finium regun. l. fi. Vel melius, si priuatus est locus vicinus. x. pedum. si publicus, xv. pedum: vt. C. de ædif. pri. l. si cui. &. l. mœniana.

g *Quod vi aut clam*. argu. contra P. qui dixit duo esse interdicta: vnũ quod vi, aliud quod clam. nam hic erat factum clam: & tamen detur interdictum quod vi aut clam.

h *Sciente & non contradicente*. Et sic no. quòd qui tacet, consentit: vt infra de dam. infect. l. qui bona. §. si quis iusta. & infra loc. l. item quæritur. §. qui impleto. Accur.

i *Longa*. nec etiam longissima: quia incorporales res præscribi non possunt. Item quia ipsum sepulchrum, cum non sit in bonis vllius, nec esse potest, non potest præscribi: vt insti. de re. diui. §. nullius. Vnde no. talem regulam, quòd si qua res corporalis est, quæ suo priuilegio, non eius cuius est, non potest triennio vel decennio vel vicennio præscribi ab eo qui titulum vel etiã bonam fidem habet', eadem res vel. xxx. vel. xl. ans non poterit præscribi ab eo qui titulũ non habet: vt patet in libero homine: vt. C. de præscrip. lõg. tẽpo. quæ pro li. vel cõtra eã da. l. fi. Itẽ in eo quod dicit non competit, patet ꝙ quædam sunt quæ possunt seruari, quæ de nouo non possunt acquiri: vt ius sepulchri præscribi, vt hic. nec decurionatus longa falarij prestatione: vt infra de decu. l. Herenius. nec nouam possunt Iudæi facere synagogam, licet veterem fulcire possint: vt. C. de Iudæ. l. finali. Item nuntiatio pro opere faciendo. In facto iam, fieri potest: vt infra de ope. no. nuntia. l. j. §. si quis ædificium. sic & infra de dona. inter vi. & vxo. l. si donante. §. fina. Item in eo quod dicit, ius sepulchri non præscribi: est argu. contra. C. de reli. l. monumentorum. in fine. Sol. ibi dicit ad puri loci præscriptionem tãtum proficere, non autem ad ipsa loca religiosa. Ac.

k *Possessio*. id est detentatio. nam vere non potest possideri: vt. j. de adquirẽ. pos. qui vniuersas. §. fi. Accur.

l *Si in eo monumento. Perficiatur*. etiam sine auctoritate alicuius.

m *Factus*. id est perfectus.

n *Pontifices*. id est episcopi: qui in talibus suum exercent officium: vt supra de peti. here. l. hereditas. §. j. Accursius.

inde & si ꝏperi necessarios prohibuit quis venire, interdictum locum habet: & si machinam alligare quis prohibeat, si tamẽ eò loci prohibeat, qui seruitutem debeat. Cæterùm si in meo solo velis machinam ponere, non tenebor interdicto si iure te nõ patiar. Aedificare autem non solùm qui nouum opus molitur, intellegendus est, verùm is quoque qui vult reficere. a. Is qui id agit vt labatur b sepulchrum, hoc interdicto tenetur. c.

II. MARCELLVS libro vicensimooctauo Digestorum.

NEgat lex regia mulierem quæ prægnãs mortua sit, humari antequam partus ei excidatur d. qui contra fecerit, spem animantis cum grauida e peremisse videtur.

III. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

SI propius f ædes tuas quis ædificet [&] sepulchrũ, opus nouum tu nuntiare poteris: sed facto opere nullam habebis actionem, nisi quod vi aut clã. g

Si propius ędificium alienum intra legitimum modũ † mortuus illatus sit, postea eum prohibere non poterit ædificij dominus quo minus alium mortuum eo inferat, vel monumentum ædificet, si ab initio domino sciente h hoc fecerit.

B IIII. VLPIANVS libro secundo Responsorum.

LOnga i possessione k ius sepulchri non tribui ei cui iure non competit. †

V. IDEM libro primo Opinionum.

SI in eo monumento quod imperfectũ esse dicitur, reliquiæ hominis conditæ sunt, nihil impedit quo minus id perficiatur. l Sed si religiosus locus iam factus m sit, pontifices n explorare debent quatenus salua religione desiderio reficiendi operis medendum sit.

C

† *Legitimũ modũ statuit lex duodecim tabularũ. 60. pedes. Cicero lib. 2. de legibꝰ*

† *Cicero lib. 2. de legib. legẽ. 12. tabularũ interpretans, quod amẽ, inquit forũ id est vestibulum sepulchri buſtumue vsucapi potest, tuetur ius sepulchrorũ.*

Finit altera Digestorum pars de iudiciis,

SEQVITVR TERTIA DE REBVS CREDITIS.

DE REBVS CREDITIS, &cetera.

Dictum est supra de in rem act. & de aliis quæ ad exemplum earum proponuntur. superest videre de omnibus personalibus quæ ex contractibus proficiscuntur. & ita ponitur, de rebus creditis: quæ verba sunt generalia: vt infra eo. l. j. & quia inter alias personales actiones ea quæ datur ex mutuo, obtinet principatum, quia specialia habet: vt infra eo. l. singularia. ideo subiicit, si certũ petatur, id est mutuum. & quia tam pro mutuo datur certi condictio specialis, quàm ꝙ quælibet alio credito certo datur certi condictio generalis: vt infra eo. l. certi condictio. in pri. ideo subiicit de cõdictione, scilicet generali & speciali. Nã hæc pars ad duo supradicta refertur. Alij dicunt vnam tantum, scilicet certi condictionem generalem. His ergo verbis de rebus creditis, non solum mutuũ, sed etiam cęteri omnes cõtractus cõtinentur, de quibus in hoc titu. tractatur: vt. j. eo. l. j. & l. ij. §. fin. & l. iiij. §. res. & §. ea. & l. quod te mihi. & l. certũ. & l. nam & si. & l. certi condictio. & aliis legibus. At his verbis, si certum petatur, tantum mutuum significatur. & restringitur eius significatio: & sic accipitur stricte. C. eo. titu. l. si certum petatur. Quidam tamen dixerũt quòd si certum peratur, esset proprium nomen actionis: vt argu. infra de trit. act. l. j. Accur.

o *Si certum*. id est mutuum. Accursius.

p *Petatur*. id est repetetur. Accursius.

Vide Anto. Aug. li. 3. emẽd. ca. vlt. in fine.

Bene ex ti.

† *Ista lex dꝰ legat ꝙ ad cognitionẽ speciei debet feedera cognitio generis. addo Pisanam & nephas est materiã aggredi sine regine nõ re- petita: inheri, id est dominus: vt quit tuus supra ad le. Aquil. item consilium. l. t. de origi- nation.*

Digestorũ seu Pandectarum liber duodecimus.

DE REBVS CREDITIS, * SI CERTVM o PETETVR, p & de condictione.

TITVLVS I.

Ad cognitionem specierum debet præcedere cognitio generis: vnde cum verbum credendi, & verbum rei, sint generalia: ideo à prætore de rebus creditis prænmittur rubrica. h. d. tota lex. Et diuiditur sic: Primo commendat quæstionem. Secundo respondet ad eam, & assignat rationem. Tertio rationem probat per auctoritatem Celsi. Quarto rationem suam probat per aliam rationem. Vltimo ponit quid significet verbum rei. secunda ibi, quoniam igitur. tertia ibi, nam vt li. j. quarta ibi, nam cui unque. quinta ibi, rei quoque. Barolus.

VLPIANVS libro vicensimosexto ad Edictum.

RE EST, ꝙ PRIVS QVAM † AD*

DE REBVS CREDITIS, *si certum &c.*

BENE est † Alias secundum *nerii. addo* Pisanam *& nephas* literam est, Re est, id est ex vtilitate ... hãs here, id est herile. ab herus *petra: in-*

rile. ad quod. C. de pſeſ. qui in ciuitate Cō. l. j. li. xij. Et dic caſum: Prætor ante cōpilationē digeſtorū fecit edictū de rebus, & intitulauit de rebus creditis. Vlpianus autem primo rubricam per hanc legem exponit. Secūdo verba edicti. Vel dic, quod eſt verius, hęc lex quatuor dicit: Primo iuriſcōſultus cōtinuat ſeipſum: & dicit vtile eſſe prius exponere rubricam, quàm ad textum deſcendere. & hoc vſque ibi, quoniam. Secundo reddit rationem quare titulus iſte de rebus creditis, ſequentibus titulis præferatur: & certè præfertur, quia generalior: & verè generalior, quia continet omnes contractus in quibus fidem ſequimur alienam. & hoc vſque ibi: nam &c. Tertio dicit qualiter nomen credendi accipiatur vſque ibi, rei. Quarto qualiter nomen rei ſumatur. Sed hæc vbi ſupra reſpōd. verba textus edicti erant in antiquis libris. Sed ſunt inde accepta: & ſunt edicta quæ ſunt infra vſque ad titu. de pig. & ſuper quolibet ſunt expoſitiones Vlpiani: vt in titu. de conſtituta. & in tit. commodati, & in aliis.

verborū [a] interpretationē [b] per ueniam', pauca de ſignificatione ipſius tituli [c] referre. Quoniā igitur multa ad contractus varios [d] pertinētia iura ſub hoc titulo [e] prætor inſeruit, ideo rerū creditarū titulum præmiſit. Omnes [f] enim contractus quos alienam fidem ſecuti [g] inſtituimus, complectitur. Nam [h] (vt libro primo quęſtionū Celſus ait) credendi generalis [i] appellatio eſt: ideo ſub hoc [k] titulo prætor & de commodato & de pignore [l] edixit [m]. Nam cuicūque rei adſentiamur [n] alienā fidē ſecuti, mox [o] recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Rei quoque verbum vt [p] generale [q] prætor elegit.

Mutuum ex forma contrahitur, vt idem genus, non eadem ſpecies reddatur: aliàs nō mutuum, ſed alius contractus. Alex.

a *Verborum.* ſcilicet iſtorum, ſi certum petatur.

b *Interpretationem.* quam facturus eſt in ſpecie infra eo. l. ij. §. appellata. & in genere infra eo. l. certum. vel dic antequam exponat verba edicti: vt notaui in caſu.

c *Ipſius tituli* [a]. ſcilicet illius de rebus creditis.

d *Varios.* id eſt nominatos, & innominatos: de quibus ſub hoc tit. id eſt poſt hunc tit. ponit: vt patet infra in ſequentibus titulis, vbi de nominatis dicetur, & de innominatis: vt infra de prēſcri. verb. & ſic refertur ad mediam rubricam, ſcilicet ſi certum petatur. Vel melius referas ad primam, ſcilicet de rebus creditis. & tunc ꝓpriè dicit ſub hoc tit. quaſi ſub hoc tractatu de rebus credi. & continet. viij. libros: vt ſupra in proœmio. §. in ſecundo. &. C. de vete. iu. enu. l. ij. §. in tertia. ſcilicet vſque ad tit. de pigno. & omnes intitulantur de rebus. Et eſt ſimile verbum ſub hoc tit. ſupra de integ. reſti. l. j.

e *Sub hoc titulo.* id eſt edicto. vel dic id eſt rubrica. Accurſius.

f *Omnes.* bene dico generalem primam partem rubricæ: omnes enim &c.

g *Secuti.* dicor ſequi fidem debitoris, quando mihi eſt obligatus: vt hic, & infra proxi. ibi, nam cuicunque &c. & inſti. de re. di. §. venditæ.

h *Nam.* probat quòd omnes contractus continet. Accurſius.

a *Negotiorum gestorum.* sed quomodo de quatuor modis potuit dici negotium coheredis Stichi fuisse? Respõ. ratihabitione: quia nomine eorum videtur fecisse, cum scit nomine defuncti cuius sunt heredes: argumentum in authentica de iureiurando à moriente præstito. §. primo, collatione quinta. Vel dic secundum Hugo. in subsidium demum haberi ratum: quia debitores liberati sunt: vt. C. de rei vindicatione, lege, mater. & de rebus alienis, lege prima. Accursius.

b *Quæ vero.* nunc ad secundam quæstionem.

c *Alienatas esse.* Sed nec etiam pro illa, cum errauerit: vt infra de contrahen. emptio. & si consensum. in fi. & infra de acquiré. rerum do. l. si procurator. infra de cõdict. cau. da. l. iij. §. subtilius: quæ sunt contra. Solut. secundum Ioan. speciale in pecunia credita: vt hic, & supra eo. l. singularia. Alij dicunt quòd hic non errauit. nam credebat domini esse, & ipse erat dominus. Tu autem distingue cum quis ignorat rem esse suam quã tradit, vel iubet tradi: aut putat eã esse eius cui tradidit, & ideo nihil ad eum aperta ratione transit, scilicet quia tradens nihil voluit in eum transferre, cum crederet eum esse dominũ: vt dicto. §. subtilius. aut putat esse tertij: & tunc aut est eius à quo dominium habet, & auctoritatem alienãdi: & tunc transfertur: vt hic. aut eius à quo non habet, & tunc non transfertur: vt infra de acquiren re. do. l. si procurator. & d. l. infra de contrahen. empt. & si consensum. §. fina.

d *Nam & si tibi.* bonum simile. sicut enim hic reuocatur morte mandatum, & postea non facit accipientis: ita nec superiori casu cum testator præcepit nomina fieri, & sic dominium transferri, & mortuus est. & dicas quòd dati fuerunt hic nummi vt species: & sic eo mortuo non poterat transferre dominium in accipientem: vt infra de don. l. si cum filiusfa. §. si pecuniam. in fin. §. secus si eos dederit vt quantitatem: vt infra de dona. hoc iure. §. si quis dederit. quæ est contra. est enim tunc sua facta quantitas quam in alium transferre postea posset. sed certe & quãdo vt species dantur, videtur non reuocatum mandatum: vt infra de acqui. posl. l. fundi. §. item si amicus. quæ est contra. Sol. ibi ipse dominus ad hoc tenebatur ex empto: vnde facilius dicimus non reuocari mandatum.

e *Non facies.* quia mandatum morte reuocatum est: vt insti. manda. §. recte. & ĩ. manda. l. inter causas. cum similibus.

f *Receptum.* vt supra. §. proxi. ibi enim non finitur mandatum morte. & est ratio, quia proniores, & cætera. vt infra de actio. & oblig. l. Arrianus.

g *Alienaret.* nisi pro parte sua. Accursius.

h *Teneri.* cum principale non teneat: vt. ĩ. de reg. iur. cum principalis. sed cõsumptione[x] facta reconciliatur mutuum, & pignora tenentur: vt infra de fideiuss. l. si quis pro eo. §. nummos. sed non aperit cui: sed infra dicam in gloss. quæ incipit, generaliter. b & in glo. idem & si haberent.

i *Quod si stipulatus.* nunc ad tertiam quæstionem.

k *Mortuo iam.* hoc non expresso. Azo.

l *Stipularus.* vt infra de stipu. ser. l. si seruus communis. §. seruus capto. & sic demum facta consumptione reconciliatur mutuum.

m *Quod si sibi.* idem si simpliciter: vt arg. insti. de stip. ser. §. siue. & infra de stipu. seruo. l. siue. ADDITIO. Dic quòd illa iura procedunt quando viuit dominus: hic quando est mortuus, secundum Iaso.

n *Acquisiuisse.* ꝓ portionib' coheredũ: ꝓ sua sibi quęsiuit. Azo.

o *Sicut enim.* aliàs non reperitur hæc regula: ergo no. Io.

p *Hereditati.* iacenti. immo semper heredibus, nunquam hereditati acquirit. nam alij erant necessarij sicut ipse: vnde statim sunt heredes: vel ipse saltem erat heres: vt instit. de hered. qua. & dif. §. j. & ita hereditas non potest dici. Respon. remanet hereditas pro partibus aliorum qui non erant necessarij sicut ipse: & ideo dicit infra quòd forte ipsi quoque &c.

q *Re.* scilicet pecunia.

r *Non æquè idem.* scilicet generaliter. nam sub distinguitur hic casus, scilicet post aditam hereditatem, an scirent sibi hunc coheredem datum & sic liberum: vt tũc per eum non acquirãt: aliàs sic. Et no. quod in pignoribus non respõdet Africanus auctor huius legis. Quid ergo? pro sua parte sibi obligata sunt: sed aliis coheredib' pro partibus eorum non: vt infra proxi. §. nisi in eo casu quo eis datur actio: vel cõsumptione, vel stipulatione simpliciter facta: vt infra de fideiusso. l. si quis pro eo. §. si num mos.

s *Haberent.* idem & si haberent. nec enim solo animo incipere possunt possidere: vt infra de acquiren. possess. l. iij. j. respon. Sed cui hoc casu acquirit? Respon. ei soli qui numerauit, si stipulatus est sibi: vel si simpliciter consumptione facta. nec ob. si dicas quòd nomine alterius nõ suo numerauit, saltem pro aliorum partibus: & totiens actio ex consumptione detur, quotiés &c. vt. ĩ. eo. si filius. quia & aliàs hoc contingit, quòd alienam pecuniam & alieno nomine mutuat, & tamen cõdictio datur numeranti: vt. C. eo. l. iiij. Vel secundo dic vt. ĩ. in glo. c generaliter. in fi. secundum Azo. Item quid est in aliis duobus casibus, scilicet cum nondum est adita hereditas? Item & cum est adita hereditas: sed vtroque casu coheredes nesciunt hunc coheredem in vtroque casu: & ipse stipulatus est sibi, vel simpliciter coheredes constat ex stipulatu agere non posse. de ipso non videtur: quia voluit alij acquirere stipulationem, id est domino. Item ex consumptione non videtur, siue ex numeratione, quando stipulatio fuit subsecuta: vt. j. de noua. l. cum enim? Respon. satis potest dici d dari vtilem actionem pro parte sua ex stipulatu stipulãti: licet gereret in animo alij scilicet domino acquirere: sic infra de acquir. re. domi. l. liber homo. §. fi.

t *Ignorasse.* scilicet eum coheredem, & sic liberum.

u *Ex necessariis.* Vnde illud: Seruus nescit quid faciat dñs eius.

x *Responderi.* quod dicimus ante aditam hereditatem.

y *Quo quidem casu.* id est adita hereditate: & istis ignorantibus hunc coheredé: vel secundũ alios, id est ante aditã hereditatem.

z *Conditionis.* id est ignorantes eum liberum.

a *Seruire videãtur.* & sic possidét se, & sibi inuicé acquirũt. & hoc est de fictione iuris. Nã verũ est ꝙ qui possidet, aliũ possidere nõ potest: vt. j. de acqui. re domi. homo liber. in fi. sed hereditaté dico non possidere: vt. j. si quis test. li. esse iuſ. fuerit. l. j. §. Scęuola.

SIego.] CASVS. Promisisti mihi decé. quia credebã tũc te nõ posse soluere solida. x. stipulat' sum à Seio quãto minus cõsequi possem à te. si cõtra te institui actioné, nõ ꝓpter hoc liberabitur Seius, nisi tota. x. in lite essem cõsecutus. Sed pone ꝙ primo ageré eũ Seio ad quinq;: sed nõ sum cõsecutus nisi [illegible], quia soluẽdo nõ est: quia vidi te Titiũ soluere posse. v tantũ: si tu postea fact' fueris soluẽdo, nõ ideo pl' cõsequar à te. [LABEO.] Promisi me curaturũ tibi dari. x. nõ vt tibi daré. x. si dedero tibi expromissoré, an sum liberat', quærit. Et dicit ꝙ sic: quia præcisè cõpelli nõ debeo soluere: sed sufficit si dedero expromissoré. Viuia.

b *Quanto minus.* hæc sunt verba stipulatoris, quanto minus &c.

c *Dic quòd ibi est alia quæstio quã secundo prodit.*

d *Reprobatur secundum Bart. Paul. Ale. & Ia.*

a *Dic quòd hic non curatur de consumptione, secundum Bartolum. b Imò ĩ glo. super verbo, nõ æquè, secundũ Alb. & Ia.*

a *Possim.* id est ex possibilitate consecutus fuero. sic & supra de re. diui. l. 6. Accursius.
b *A Titio.* nec exegero.
c *Non liberatur.* hoc ipso quòd petij, nisi exegissem: & totum, vt subiicit, at si &c.
d *Alioquin.* id est si diceres eum liberari sola conuentione Titij. Io.
e *Caueatur.* id est nullâ cautelam haberem contra Seium.
f *Tutus.* id est condemnatus fuit in totum.
g *Tenebitur.* non dicit, liberatus est: quia nec fuit obligatus: vt infra de verbo. obligat. l. decem.
h *Sed si cum Seio egero.* scilicet primo: qui non debet conueniri antequam Titius conueniatur, si esset dubium quantum posset facere Titius: vt infra de verborum obligatio. l. decem. quę est contra. Sed hic erat certum: puta quinque tantum poterat facere Titius. vnde Seium conuenio in aliis quinque. licet enim Titi⁹ sua v. amittat vel consumat: tamen Seius non nisi in v. tenebitur. & hic casus nó est hic: & licet à Seio nil consequar: tamen Titium non conueniam in hoc quod soluere non poterat tũc cum Seium conueni: arg. C. de fideiuss. liberum. & sic duo sunt pacta de non petendo. secus in legatis, vbi non præiudicat tibi in eligendo: vt infra de lega. j. si ex toto. §. j. quæ est contra. & hoc si habes in litera, quod minus &c. si autem habeas, quo minus, nó videtur posse legi nisi ponatur quo, id est propter quod habet Scius scilicet tria. & legatur ita, quantumcunque est, scilicet quod habet Scius eo tempore quo minus &c. & potero, non exponitur tunc in præterito: sed secundum primam literam sic, secũdum Azo. & dic secundum Io. cum prius egissem cum Titio ad decem, & non possim exigere nisi tria: si postea egero in. vij. cum Scio: & similiter non sum consecutus ab eo nisi alia tria tẽpore huius iudicij: remanent quatuor quæ postea petere potero à Titio: & secũdum hoc lege literam prout secundo modo legi.
i *Minus.* id est non. Azo.
k *Potero.* id est potui. Azo.
l *Tanto minus.* id est illud minus: & subaudi non, secundum primum casum.
m *Possũ.* & sic me facere oportet. & hoc secũdũ primũ itellectũ.
n *Curari.* si habeas dari curari, bene est. si habeas tantũ, dari: tũc subaudi curari: & sic valet: aliàs nó valet: vt hic, & instit. de inuti. stipu. §. si quis alium. & infra de verbo. obliga. inter stipulantem. in princ. & l. illa. ij respon. Accursius.
o *Curandum.* quia hoc solum promisit se curaturum, scilicet vt decem soluerẽtur: & ideo non tenetur ad plus, vt hic, & infra de verbo. oblig. l. si ita stipulatus fuero. §. j. & l. si quis stipulatus sit. §. fi. & l. illa stipulatio. §. eum. Sed cõtra infra de leg. j. l. si heres. vj. char. vbi dicit heredem sic iussum vt curet, teneri ad dandum. Sol. illud fauore vltimæ voluntatis. sed si simpliciter. x. promisisset, non liberaretur dando fideiussorem: vt infra de constitu. pec. l. promisso. in fi. nam creditori satisfieri debet quemadmodum voluit: vt. j. de pig. act. si rem. §. omnis.

† *No. quòd cautelam haberem contra Seium.* — *interpretatio stipulatio ad cautelã ad eũ tu possit prodesse & operari. facit. l. quotiens in stipulationibus. infra de verb. oblig. & c. abbate. de verb. significa.* — *Coniunge Lillastipulatio. 67. de verb. oblig. l. si quis ab alio. de re iudic.* — ** Bad. legit non rdeo. non cãsuo, nõ petimo.*

DE IVREIVRANDO, & cætera.

Multipliciter in iure corpore de iureiurando dicitur. Est enim voluntarium, & necessarium, & iudiciale: & hoc de veritate: de quo dicit hic titulus. & C. eod. titu. Item est in litem, quod procedit in infinitum. & est de affirmatione: de quo infra titu. j. dicitur. Item est iuramentum calumniæ, & hoc de credulitate: de quo dicitur C. de iuramen. calum. Item testis, qui est creditur vel debitor: & hoc similiter de credulitate: vt ibi authenti. vt hi qui ob. pr. §. j. collat. 6. Item testis: & hoc de veritate: vt. C. de testi. l. iureiurando. & l. testium. Item operarum: vt infra de ope. lib. l. vt iurisiurandi. Item purgationum: vt. C. de his qui ad eccle. con. l. præsenti. §. sicubi. Item ratione status: vt in constitu. de pace. diae edictali. §. item sacramenta. Item iudicis & aduocati: vt. C. de ind. l. cum non nostra.

DE IVREIVRANDO

siue voluntario, siue necessario, siue iudiciali.

TITVLVS II.

Iusiurandum est inductum ad lites finiendas.

I. GAIVS libro quinto ad Edictum Prouinciale.

MAximũ remediũ[p] expediendarum litium in vsum venit iurisiurãdi[q] religio: qua vel ex pactione[q] ipsorum litigatorũ, vel ex auctoritate iudicis deciduntur controuersiæ.

II. PAVLVS libro decimo octauo ad Edictum.

B IVsiurandũ speciẽ transactionis continet,[r] maioremque[r] habet auctoritatem quàm res iudicata.

Iuramento præstito aduersario deferente standum est in omnibus quo ad ipsos litigantes: secus quo ad extraneos. hoc usq; vsque ad §. iurari. Bartolus.

III. VLPIANVS libro vicensimo secundo ad Edictum.

AIt prætor: *Si is*[t] *cum quo agetur, conditione delata*[u] *iurauerit.*[x] Eum cum quo agetur, accipere debemus ipsum reũ.† Nec frustra adiicitur, *conditione delata.* nam si reus iurauerit nemine ei iusiurandum deferente, prætor id iusiurandum non C tuebitur. sibi enim iurauit. alioquin facillimus quisq; ad iusiurãdũ decurrẽs, nemine sibi delit. iur. l. fina. nisi iustam causam viderit recusandi: vt. C. eo. l. generaliter. §. finautem. sed quidam hoc voluntariũ appellãt: quod nihil est. Accursius.

Maximum remedium.] CASVS. Inter alia remedia quæ in iure reperiuntur causa finiendarũ litium, est iusiuran. & est maximum, ad quod peruenitur per pactum litigantium aut per iudicem. Viuianus.

p *Maximum remedium.* triplex est remedium finiendarum litium. Sententia: vt infra de re iudi. l. prima. Item transactio: vt. C. de transactio. l. fratris. Item iusiurandum, & hoc est maximum: vt hic: & dices infra lege proxi.

q *Pactione.* scilicet extra iudicium: & dicitur conuentionale: vt infra eo. l. iusiurandum quod ex. Iudiciale autem est, quod defertur à parte parti in iudicio, iudice approbante & confortante: licet quidam dicant hoc necessarium. quandoque tamen aliter accipitur iudiciale: vt C. de iudi. l. rem non noũam. & est necessarium: quia ipse iudex defert, & etiam constringit ad iurandum: vt infra de in

r *Iusiurandũ. Continet.* prout trãsactio large accipiũ, quasi litis decisio: sed prout species, tunc esset species oppolita. Ecce ergo tria remedia quę dixi. §. l. proxi. & sunt paria in excipiẽdo. Ná ex trasactione datur exceptio: vt. C. de pactis. l. cũ proponas. Itẽ ex iureiurãdo, & ex sentẽtia: vt instit. de excep. §. æque si debitor. &. §. seq. Superat autẽ vnũ aliud in multis. ecce enim iusiurandũ trãsactionẽ excedit: quia ex eo agitur: vt. C. de reb. cred. l. actori. ex trãsactione nó: vt. C. de trãsactio. liue apud acta. &. C. de pact. l. cũ proponas. Aequiparãtur autẽ in naturali obligatione, quam vtrũque tollit. j. de solu. Stichũ. §. naturalis. Itẽ iusiurandũ, & res iudicata, pares sunt in agẽdo: vt. C. de rebus credit. actori. sed sentẽtia superat iuramẽtũ in multis. Sentẽtia enim cõtra sentẽtiã nó valet: vt. C. quido prouo. nó est necesse. l. prima. Sed cõtra iuramentũ sic: vt. j. eo. l. nam postea. §. si dauetur. Item si iuraui me patronũ, pro patrono nõ habebor quo ad succedendũ. secus si sententia pro me feratur: vt. j. de iure patro. si iurauero. Itẽ sentẽtia nó retractatur per instrumenta post reperta, nisi in casu: vt. j. de re iudi. imperatores. & C. de re iudi. sub specie. secus in sacramẽto b: vt. j. eo. l. admonẽdi. Item cõtrà minoris auctoritatis est sentẽtia: quia minor contra eũ restituit: vt. C. si aduer. rẽ iudi. per totũ titu. sed nõ cõtra sacramẽtũ: vt. C. si minor se ma. di. si alterius. Itẽ iusiurandũ tollit naturalem obligationem ipso iure: vt. j. de solu. Stichum. § naturalis. non sic in sentẽtia: vt. j. de cõdi. inde. Iulianus. Item a iuramẽto non prouocatur nec receditur nisi in casu: vt. C. eo. l. fi. à sentẽtia sic. & propter hoc dicit, maiorẽmque &c.

f *Maioremque.* scilicet in quibusdam: vt modo dixi. & est ratio: quia nititur auctoritate iudicis approbantis delationem, & voluntate partium deferentium & referentium: sed res iudicata solius iudicis auctoritate: ideó quę primum plus valet: vt argu. j. de eden. l. si quis ex argentariis. §. primo. Accursius.

t *Ait prætor.* Scilicet reus. Accursius.
u *Delata.* id est dato sibi iuramento.
x *Iurauerit.* supple, eius rei &c. vt. j. eo. l. ait prætor.

† *Balduc dicit istum text. singulariter ad hoc quod licet q̃ cura. mecum quo ego iuro, dicatur aduersarius meus. l. si fine. §. pen. de interro. act. & dicit. C. de præscri. quæ male intelligunt. tamen hoc datur p̃ præscriptori, sed rem est ille qui dicitur propriè conuentus. animaduerte vt hic in secunda interpreta. Bolog.*

b Necessario in defectum probationum delatio. de. & ita.

c Cõfessi l. vide. j. eo. ait prætor.

a *Liberabit.* ne ergo hoc ſit, dixit conditione delata. Et ſic no. q aufertur occaſio delinquendi: vt inſti. vi bo. rap. §. ſed ne dum.

b *Penali.* Sed nonne hæ perſonales ſunt? & ſic ſupra dixerat. Sed dic ſupra de ordinaria, hic de extraordinaria dicit: ſicut eſt illa, nau. cau. ſtab. vt ſupra nau. cau. ſtab. l. idem. §. ait prætor.

c *Agatur.* Quid in criminali cauſa? Reſpond. idem, vt arg. ff. eo. l. eum qui. §. in popularibus. licet enim nó teneat tráſactio in criminali quando non ingeritur pœna ſanguinis, vt. C. de tráſactio. tranſigere. delatio tamen ſacramenti tenet tantú facta à parte parti: quia non ſic videtur cófiteri de crimine iurando: imò negat: vt infra eo. l. ſi duo. §. idé Iulianus. ſicut qui tranſigit: vt infra de condic. fur. l. p fure. §. furti. & ſupra de his qui no. infa. l. quoniam. Iudex [a] autem in inopia probationum nó ita facile decurret ad delationem iuraméti in criminali ſicut in pecuniaria cauſa: quia reus eſt abſoluéndus crimine plene non probato: vt. C. de probat. ſciant. Item quid in cauſa matrimoniali, ſi detulit vxor iuſiurandum viro vt iuret maritus ſe maritum non eſſe? videtur q non præiudicet ſi poſtea veritas inueniatur quòd ſit maritus. ſic enim eſſet ſi iudicaretur quòd non eſſet marit[e], & veritas poſtea pateret eccleſiæ: vt in Decret. de ſenten. & re iudica. ca. lator. Item quid in cauſa cóuerſionis & monachationis? Videtur quòd ſit ſtandum: vt. C. ad. l. Iul. repet. l. fi. & ff. proxi. reſpóſo. Sed dic contra, vt arg. in authen. vt lice. ma. & auię. §. quia vero & ex conſenſu. coll. viij.

a iſta gloſſ. innuit quòd iuraméntum neceſſarium in cauſa criminali non deferatur: & quo ad hoc placet Bar. Ange. Sal. Fel. Alex. & Ia.

[a] alterius alteri.

d *Si de poſſeſſione.* danda mulieri nomine vétris.

e *Contradiceretur.* quòd non ſit prægnans.

f *Vel ipſa iurauit.* ſcilicet ſe prægnantem eſſe. Ioan.

g *Contra eam.* ſcilicet iuratum eſt.

h *Ne conueniatur.* ab eo qui detulit. Io.

i *In poſſeſſionem.* & per hoc iuſiurandum præſumitur q non fuerit in calumnia: & ſic non conuenitur: vt ſupra de his qui not. infa. l. ea quæ. aliàs act. in factum vſque ad annum tenetur ad intereſſe: vt. ff. ſi mu. ven. no. in poſſ. calum. cauſa. l. j. §. hanc autem. & §. ſi mulier. & §. competit. & §. intereſſe.

k *Nocet.* ſcilicet partui: vt. ff. eo. l. nam poſtea. §. fin. & l. ſeq. & ff. ſi mu. ven. no. l. j. §. j. & C. de tráſactio. l. tráſactio matris. ſed hoc fallit quando alius fingitur non alius: quod euenit ratione poteſtatis patriæ vel dominicæ: vt. ff. eo. l. ſeruus. vſq; ad. l. qui iuraſſe. quæ ſunt cóträriæ. Item ratione ſocietatis: vt. ff. eo. l. duobus. & l. ſi duo. §. idem dicemus. quę ſunt contrariæ. Item ratione contractus: vt. ff. eo. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. & §. Marcell[s]. quę eſt cóntra. Item ratione procurationis: vt infra eo. l. iuſiurandum quod ferente iuſiurandum, oneribus actionum ſe liberabit. [a] Quacúque autē actione quis cóueniatur, ſi iurauerit, proficiet ei iuſiurandū: ſiue in perſonam, ſiue in rem, ſiue in factū, ſiue pœnali [b] actione, vel quauis alia agatur [c], ſiue de iterdicto. Sed & ſi de códitione perſonę fuerit iuratū, prætor iuſiurandum tuebitur: vt puta detuli iuſiurandum, & iuraſti in poteſtate mea te nō eſſe: tuēdū erit iuſiurādū.

Vnde Marcellus ſcribit, etiā de eo iurari poſſe, an prægnas ſit mulier, vel non ſit: & iuriiurando ſtandum. Denique ait, ſi de poſſeſsione [d] erat quæſtio, ſeruari oportere: ſi fortè quaſi pręgnas ire in poſſeſsionem volebat: & cū ei cótradiceretur, [e] vel ipſa iurauit [f] ſe prægnatem, vel contra eam [g] iuratū eſt. nam ſi ipſa, ibit in poſſeſsionem ſine metu. ſi contra eam: non ibit, quanuis verè prægnas fuerit. Proderitq; (inquit Marcellus) mulieri iuranti iuſiurandum, ne conueniatur [h] quaſi calumniæ cauſa ventris nomine fuerit in poſſeſsionem, [i] néve vim patiatur in poſſeſsione. Sed an iuſiurandum eouſque profit, vt poſt editum partum non quæratur ex eo editus an non ſit, cuius eſſe dicitur, Marcellus tractat. & ait veritatem eſſe quærendam: quia iuſiurādum * alteri neque prodeſt neque nocet. [k] Matris igitur iuſiurandum partui non proficiet, nec nocebit, [l] ſi mater [m] detulerit, & iuretur ex eo prægnas non eſſe.

Iurari debet eo modo quo defertur: dum tamen ſit modus licitus: & poſtquam eſt iuratum, habetur pro vero. h. d. cum. l. ſequen. vſque ad. §. ſi neque. Bartolus.

Iurari autē oportet vt delatū eſt iuſiurandum. [n] cæterum ſi ego detuli vt per deum iurares, tu per caput tuum iuraſti,

IIII. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum.

VEl filiorum tuorum:

V. VLPIANVS libro vicēſimoſecundo ad Edictum.

NOn erit ratū† habēdū iuſiurandum. Quòd ſi exegi vt per† ſalutē tuā iurares, & iuraſti, ſtabitur. [o] † Omne enim omnino licitū iuſiurandū per quod voluit quis ſibi iurari, idoneum eſt: [p] & ſi ex eo fuerit iuratum, prętor id tuebitur. Diuus Pius iureiurando quod propria [q] ſuperſtitione iuratum eſt, ſtādum reſcripſit. Dato iureiurando, non aliud [r] quæritur, quàm an iuratū ſit: remiſſa quæſtione an debeatur: quaſi ſatis probatū * ſit iureiurando. Sed ſi quis illicitum iuſiurandum detulerit, ſcilicet improbatæ publicè religionis: [s] videamus an pro eo habeatur, atque ſi iuratū nō eſſet. quod magis exiſtimo dicēdum.

Iuramenti delatio intelligitur vt incontinenti iuretur vel remittatur: ſed ſi remittatur, pro non delato habetur: & remittere, eſt volenti iurare iuramenti gratiam facere. h. d. cum. l. ſequen. Bartolus.

Si neque iuratum [t] eſt, neq; remiſſum [u] iuſiurandū, pro eo debet haberi, atq; ſi res in iuſiurādum admiſſa non eſſet [x]. proinde ſi poſtea [y] iurare paratus ſit, nihil ei hoc iuſiurandum proficiet: quia ex eo quod delatum eſt, iuratum non eſt.

VI. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

REmittit iuſiurādū, qui deſerente ſe, cum paratus eſſet aduerſarius iurare, gratiā ei facit, cótētus volūtate ſuſceptī [z] iuriſiurandi. Quod ſi non ſuſcepit iuſiurandū, licet poſtea parato iurare actor nolit deferre, nō videbit remiſſum. Ná quod ſuſceptum eſt, remitti debet [a].

m *Si mater.* bene dico non nocebit, ſi mater; & cætera.

n *Iuſiurandū.* ſic quando hereditas reſtituēda eſt: vt infra ad Trebel. ſed & ſi ante.

o NOn erit. *Stabitur.* vt ſupra eo. l. qui † *iuratum.* per ſalutem.

p *Idoneum eſt.* niſi ſpe- † *Cocur. tex.* cialiter à iure prohibea- *in ca. 2. 22.* tur: vt infra ea. l. §. ſed & *q. 4. text. in* ſi quis. & infra de condi. *ca. ſi quis* inſt. l. quæ ſub conditio- *preſbyter.* ne. in princip. Item not. *& ibi gl. a.* hic qnòd ſatis eſt ſi fit a- *q. 4.*

q *Propria.* id eſt ꝓpria † *Quām va* vana religione: puta A- *rius ſit mul-* pollinis vel Dianæ. ſed *tiplex iuſiu-* alibi non eſt non: & tūc *rādū apud* eſt cū de eo pone caſum in Iudæo, qui licet iuret per deum ſuum, vel Sarraceno, ſtādum eſt.

r *Dato iureiurando, non aliud.* vt. ff. eod. l. duobus. in fine. & l. nam poſtea. §. j. & argu. ff. de re iudi. §. b & ff. eo. l. admonendi. [c] & ſupra de dolo. ſi legatarius. [d] quæ ſunt cóträria: ſed ſpecialia ſunt. Accurſius.

ſ *Religionis.* Apollinis vel Dianæ: vt. ff. eo. §. diuus. ſecus ſi nó eſt publicè reprobata: vt ſi iuro per crede mihi, vt faciūt monachi. Accurſius.

[a] Mutuis facilius nocet.

[b] Ibi fuit in uilla nemine deferente, ſi cundū Ful. & Ia.

[c] Niſi acceptanti daretur tēpus ad deliberandū quid iuraret. Bart. Paul. Alex. & Ia.

[d] Idē in vaſallo offerente iuramentū domino. Bald.

t *Si neque iuratum.* cum fuiſſet delatum. Accurſius.

u *Remiſſum* à deferente: vt. ff. l. proxi. in princ.

x *Non eſſe.* ſic legatum habetur pro non relicto, ſi legatarius repudiat: vt. ff. de lega. j. legatarius. §. ſi legatum. Accurſius.

y *Si poſtea.* ex intervallo, cum ad alium actum divertiſſet: [e] vt argu. infra de duo. reis ſtipu. duos. §. fina. & infra ad Falcid. l. j. §. item ſi ita legatum.

z *Remittit. Suſcepti.* ad faciendum. Et ſic not. quòd iurare videtur, cum per eū non remaneat f: vt hic, & ſupra. l. proxi. §. fin. & C. eo. l. actori. & infra eo. l. nam poſtea. §. j. Accur.

a *Debet.* hoc autem non fuit ſuſceptum cum debuit: & ideo non videtur remitti: vt ſupra. l. proxi. in fine.

Ait prætor.]C *AS V S.* Ponit hic quædam verba prætoris, quæ inferius exponit. Dicit ergo quòd non debet iurari niſi deferatur iuſiuran. ſed ſi delatum fuerit: quacunque act. quacunque ex cauſa actum fuerit, poteſt iurari, vt exemplificat in tex. vſque ibi: vnde Marcellus. & dicit, ſi iurauerit mulier ſe prægnantem eſſe, & propter hoc miſſa ſit in poſſ. cauſa ventris, valebit: filio tamen non proderit vt ideo dicatur filiꝰ eius cuius mulier dicit eum eſſe filiũ vnde iuramentum mulieris neque nocebit filio, neque proderit. & hoc dicit vſq; ad. §. iurari. & ille planus eſt, & continuandus cum duabus. ll. ſequen. vſq; ad. §. diuus Pius. & abinde omnia plana ſunt vſq; ad l. nam poſtea. Viuia.

Ex iuramento oritur exceptio reo & eius ſucceſſori etiam in rem: quæ exceptio litis conteſtæ impedit, niſi aliorem requirat in 1 agnem l. d. cum prin. l. nam poſtea. Bartolus.

VII. VLPIANVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

A It prætor: *Eius rei de qua iuſiurandum delatum*[a] *fuerit, neque in ipſum, neque in eum ad quem ea res pertinet,*[b] *actionem dabo.*[c]

Eius rei, ſic erit accipiendum: ſiue de tota re, ſiue de parte ſit iuratum. [d] Nam de eo quod iuratum eſt, pollicetur ſe actionẽ nõ daturum neque in eum qui iurauit, neque in eos qui in locum eius cui iuſiurandum delatum eſt, ſuccedunt:

VIII. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum.

E Tiam ſi in rẽ ſucceſſerint:

IX. VLPIANVS libro vicenſimoprimo ad Edictum.

N Am poſtea quàm iuratum eſt, denegatur[e] actio. Aut ſi controuerſia erit, id eſt ſi ambigitur an iuſiurandum datum ſit, [f] exceptioni[g] locus eſt.

Ex iuramento oritur actio & exceptio: & iam pro veritate habetur. Alexan.

Iureiurando dato vel remiſſo, reus quidem adquirit exceptionem ſibi, aliiſque: [h] actor verò actionem[i] adquirit: in qua hoc ſolum[k] quæritur, an iurauerit dari ſibi oportere: vel cum iurare paratus eſſet, iuſiurãdum ei remiſſum ſit.

Valet ſententia lata per iuramentum, & producit illos effectus quos produceret ſi eſſet lata per veras probationes. b. d. ſecũdum primam lect. vel ſecundam aliam: Sententia lata contra iuramentum valet. Alex.

Si damnetur[l] quis poſt iuſiurandum ex famoſo iudicio, famoſum eſſe magis eſt.

Iuramentum vim habet litis conteſt. ideo perpetuat actionem vbicunque per lit. conteſt. perpetuatur. Alexan.

Si is qui temporaria actione[m] mihi obligatus erat, detulerit iuſiurãdum, vt iurem eum dare oportere, egóque iurauero, tẽpore non liberatur: [n] quia poſt litem[o] conteſtatam cum eo perpetuatur aduerſus eum obligatio.

Minor aduerſus delationem iuramenti reſtituitur, & agere poteſt actione prima. & ſi excipiatur contra eum de iuramento, poterit replicari, prohibita tamen reſtitutione in integ. eodem tamen modo & intra illa tempora, ſicut ſi principaliter reſtit. in integ. petiiſſet. Alexan.

Si minor vigintiquinque annis detulerit, & hoc ipſo captum ſe dicat, aduerſus exceptionem iuriſiurandi replicari[p] debebit, vt Pomponius ait. Ego autem puto hanc replicationem non ſemper eſſe dandam: ſed plerumque ipſum prætorem debere cognoſcere an captus ſit: [q] & ſic in integrum reſtituere. Nec enim vtique qui minor eſt, * ſtatim & circunſcriptum ſe docuit. [r] Præterea exceptio[s] iſta ſiue cognitio ſtatutum tempus[t] poſt annum vicẽſimumquintum non debet egredi.

Minor ſi ſuper hoc iuramentum præſtiterit, non reſtituitur. Alexan.

Si quis ſuper ſolutione iuramentum præſtiterit, non reſtituitur. Quod ſi ſuper ſolutione iuramentum præſtitum ſit, ſi quidem ſuper ſolutione ipſius rei quæ petitur, ſine dubio non reſtituitur: ſi verò ſuper ſolutione alterius rei, reſtituitur.

Iuramentum ſuper ſolutione præſtitum, ſi ſuper ſolutione ipſius rei quæ petitur, non reſtituitur. Alexan.

Si ſuper ſolutione alterius rei, reſtituitur. Si ſuper ſolutione alterius rei, reſtituitur. Si

Contra iuramentum præſtitum in fraudē creditorum ſuccurritur creditoribus replicando & excipiendo. Alexan.

Sed & ſi quis in fraudem creditorum iuſiurandum detulerit debitori, aduerſus exceptionem iuriſiurandi replicatio fraudis creditoribus [a] debet dari. [b]

Præterea ſi fraudator detulerit iuſiurandum creditori, [c] vt iuret ſibi decē dari oportere, [d] mox bonis eius venditis experiri volet: aut denegari debet actio, aut exceptio opponitur [e] fraudatorum creditorum.

Iuramentum procuratoris vel defenſoris prodeſt domino quo ad actionem & exceptionem.

Iuſiurandum defenſoris [f] vel procuratoris [g] ei ab aduerſario delatum prodeſſe, exceptionēq; domino [h] parere, Iulianus ſcribit. Idem ergo dicendum erit & ſi datus ad petendum procurator reo deferēte iurauerit dari mihi oportere. nam actionem mihi parit. [i] quę ſententia habet rationem.

Actori ſuper actione reali iuranti rē eſſe ſuam, datur contra deferentem actio, non contra alium: ſed poſſeſſori iuranti rem actoris non eſſe, datur contra deferentem exceptio, non autem actio: ſicut ſi iuranit rem ſuam eſſe: quia tunc etiam datur actio, ſi ad deferente peruenit poſſeſſio. h. d. cum duabus. ll. ſe. vſque ad. §. item ſi iuranti. Alex.

Si petitor iurauit poſſeſſore deferente, rem ſuam eſſe, actori dabitur actio: [k] ſed hoc dumtaxat aduerſus eum qui iuſiurandum detulit, eósque qui in eius locum ſucceſſerunt. Cæterùm aduerſus aliū [l] ſi velit prærogatiua iuriſiurandi vti, nihil ei proderit:

1. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum.

QVia non deberet alij nocere, [m] quod inter alios actum eſſet.

Iuramentum habet vim probationis & ſententia inter eaſdem perſonas, non inter alias. h. d. vſque ad. l. ſi duo. Alex.

ti obſtabit excep. vnde ſi cecideris à poſſ. licet eam nactus fuero, non habebis act. contra me. & eſt ratio, quia non iuraſti tuā eſſe. ſi iuraſti tuam eſſe, & ad me peruenit, dabitur tibi ac. contra me: & non ſolum res, ſed fructus & partus reſtituentur per act. in factum. [ITEM SI IVRAVERO.] Dicebam me habere vſumfru. in re tua. detuliſti mihi iuſiuran. iuraui. decætero habebo[t] prouſufructuario: & eiſdē modis habebor quibus ſi mihi per veritatē eſſet adquiſitus. Si vero iuraui mihi deberi vſumfructillius rei in qua non poteſt eſſe vſusfru. præſtita cautione de iureiurando; tunc verus vſusfr. cenſebitur. Viu.

11. VLPIANVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

SEd ſi poſſeſſori fuerit iuſiurandum delatum, iurauerítque rem petitoris non eſſe, quādiu quidem poſsidet, aduerſus eum qui detulit [n] iuſiurandum, ſi petat, exceptione iuriſiurandi vtetur. ſi vero amiſerit poſſeſſionem, actionem non habebit [o], ne quidem ſi is poſſideat qui iuſiurandum detulit. non enim rem ſuam eſſe iurauit, ſed eius non eſſe. Proinde ſi cum poſſideret, (&) deferēte petitore rem ſuam iurauit, conſequenter dicemus, amiſſa quoque poſſeſſione, ſi is qui detulit iuſiurandum, nanctus ſit poſſeſſionem, actionem in factum ei dandam [p] & fructus [q] perceptos ex re quā meam eſſe iurauí, reſtitui mihi placuit. Sed & partum editum, ſœtúſque pecorum reſtituendos conſtat poſt iuſiurandum delatum.

Verba iuramenti ſi non poſſunt ſtare ſecundum propriam ſignificationem, intelliguntur ſecundum impropriam. Bartolus.

Item ſi iurauero [r] vſumfructum alicuius rei vel meum eſſe, vel dari mihi oportere: eatenus mihi competit actio, quatenus ſi verè vſumfructum haberem, duraret. quibus verò caſibus amitteretur [s], non competit mihi actio. Sed ſi rerum in quibus vſusfructus propter abuſum conſtitui non poteſt, iurauerit vſumfructum ſe habere, vel ſibi deberi: effectum iuriſiurandi ſequēdum arbitror. Ideoque [t] tunc quoque videri eum rectè iuraſſe puto: & ex eo iureiurando poſſe petere vſumfructum cautione [u] oblata.

[a] *Creditoribus.* agentibus Pauliana. [b] Accurſius.

[c] *Dari.* ipſi autem qui detulit, non datur replicatio: vt. C. de excep. aduerſur. & ad hunc. §. facit. j. de his quæ in frau. cre. l. ij. & iij. Accurſius.

[d] *Creditori.* futuro, vel putatiuo ab aliis. vel dicas, falſo. Azo.

[e] *Oportere.* vt ſic vnà cū aliis in poſſeſſionē mittatur. Accurſius.

[f] *Opponatur.* quod verum eſt ſi velit mitti in poſſ. cum veris creditoribus. & opponitur hæc exceptio à veris etiā inuito debitore: vt. C. de non nu. pe. l. ſi cui.

[g] *Iuſiurandum defenſoris.* ſine mandato.

[h] *Procuratoris.* ſcilicet cum mandato.

[i] *Domino.* id eſt ad vtilitatem domini, ſecundū quoſdam.

[k] *Parit.* vt. j. de actio. emp. l. Iulianus. §. ſi procurator. & ff. de pact. l. reſcriptum. §. hn. & l. nā & nocere. Sed contra. ff. de procur. l. non ſolum. §. qui alieno. Solu. hic adquirit domino. i. ad eius vtilitatem, ſed ibi procurator exercet. ſed hoc mihi non placet: quia in iudicio datur ex pacto procuratoris act. vt. ff. de procur. in cauſæ. §. ſi ex parte. Dic ergo [b] ibi dicit de directa, hic de vtili. M. vel ibi fuit procurator in rem ſuam. Accurſius.

[l] *Actio.* in factum contra eum cum quo fuit iuratum: etiam Publiciana contra [c] quemlibet ſi nitatur ex traditione: vt nō aliquā. ff. de Publ. l. eum qui. §. ſi petenti. quæ eſt contra. in eo quod hic in factum, ibi Public. datur. Probat ergo hic quòd ex iudiciali vel neceſſario iuramento datur in factum actio. hic enim iudicium erat cœptum. loquitur enim de petitione: & nihilominus dabitur act. in factum ex ſententia quæ ſequitur: vt infra eo. l. iuſiurandum. §. fina. & ſic duæ in factum: nec mirum: vt arg. infra de act. emp. l. non eſt nouum. P. contra. dicit enim ex neceſſario vel iudiciali [d] non dari actionem in factum, cum ex ſentētia ſperetur. idem probatur hic quòd actio in factum datur ex ſentētia cum iudicatur rem meam eſſe. licet [e] quidam dicant iudicis officium tantum implorari poſſe ad executionem.

[m] *Alium.* ad quem veniret poſſeſſio.

[n] QVia non. *Nocet.* immo nocet quando ius ex ſententia ſit, quod dic vt diximus ſupra de inof. teſta. l. Papinianus. §. fi. Item & quādo non videtur alius, ſed fingitur idem: vt infra. e. l. iuſiurandum. §. fi. & l. tutor. & dixi. ff. e. l. iij. §. pe. Itē & aliàs nocet quo ad qualequale præiudicium: vt. ff. de ap. l. à ſententia. Dic ergo, non nocet regulariter vt cauſam alij perimat prorſus: vt hic, & ar. C. qui. res iudi. non no. l. ij. & l. fin. & C. res inter alios. ac. l. ij. & ff. de pac. l. ſi vnus. j. reſpon.

SED & ſi.] CASVS. Si tibi poſſidenti detuli iuſiu. aut iuraſti rem tuam eſſe: aut meam non eſſe. ſi meam non eſſe, tibi agenhoc non valet, quia hic non fuit facta traditio poſſeſſori: vt modo dixi: ſed ſi velis hoc defendere, habes arg. inſti. de re. di. §. interdum. & d. l. ſiue. §. j. Vel dic eſſe in hac act. in factum ſpeciale, quæ ſequitur naturam realium actionum, ſicut no. ff. ad exhi. l. iij. §. eſt autem. Item no. hic arg. cótra P. quod enim fit ad exceptionem, parit actionem: vt infra de lib. leg. l. quod mihi. & C. de do ña. ante nup. cum ante.

[o] *Non habebis.* aduerſus aliquem. Et ſic no. quòd quædam retinemus quæ non petimus: vt. j. de euic. l. ſi rem quam. §. j. & j. de condi. inde. l. ex quibuſdam cauſis.

[p] *Dandam.* immo Pub. vt. ff. de Pub. eum qui. §. ſi petenti. quæ eſt contra. Solu. refert an actori deferatur: & tūc in factum contra ſolum deferentē: vt ſupra. e. l. nam poſtea. in fi. ſed Pub. cótra quélibet [f] ſi nitatur ex traditione, ſicut ſi eſſet tradita ex ſententia: vt ſupra de Publ. l. traditionem. an poſſeſſori: vt tūc non detur ei Pub. vt hic: quia nec ei res traditur: ſed ex tranſactione apud eum remanere videtur: ſed datur ei contra deferentem in factum actio. ſed certe mirabiliſimum de act. in factum hic continetur: quia cū ſit præſtitum vel quaſi præſtitum, ipſa non competebat: poſtea tamē incipit competere amiſſa poſſeſſione. ſed forte loquitur de act. in factum non quæ datur ex ſacramento, ſed quæ datur in locum Pub. ex edicto prætoris poſito ff. de Publi. l. j. j. reſpon.

[q] *Fructus.* poteſt referri vel ad prox. dictum, vel ad. §. ſi petitor.

[r] *Item ſi iurauero.* & ſic iuramentū pro veritate accipitur: vt. j. e. eum qui. §. ſi mulier. Sed ar. contra infra eo. eū qui. in prin. ADDITIO. Dic ꝙ immo ibi habetur pro veritate, ſecundum Bar.

[s] *Amitteretur.* ſcilicet ſi verè conſtitutus eſſet. Accurſius.

[t] *Ideoque.* Not. quòd ſi non valet quod ago vt ago, valet vt valere poteſt: vt inſti. de adop. in fi.

[u] *Cautione.* quæ fit de reſtituēda æſtimatione: vt ſupra de vſufr.

a Nihil eſt: immo interdum aliter valet primum. P. Bal. Alex. & Iaſ.

b Bal. hic dicit iſtam gl. mo. ad hoc quòd procurator in rem ſuā non adquirit domino actionē, nec exceptio nē aliquā. ff. pro quo facit quod no. in l. ſi. §. Titius. j. de cōdi. indebi. Bal.

c Nihil eſt, immo cōtra deferentem tantum. P. & Iaſ.

d Immo ex iudiciali oritur actio. Bart. Pau. Alc. & Ia.

e Et male ſcribū Al.

Alliorem parit quod ad exceptionem ſit.

f Immo cōtra deferentem tantum vt ſupra. e. l. Iaſ.

earum re.quæ vſu conſu.l.ij.& inſtitu.de vſufru.§.conſtituitur. A

a *Probatum eſſe.*ſubaudi[a], & pronuntiatum. nec enim ex ipſa probatione naſcitur: nec furto probato irrogatur infamia, niſi ſententia vel confeſsio intercedat: & ita confeſsio & probatio non ſunt paria.

a ipſã gl. dicit ord. Alex. in addi. ad Bar. in. l. 2. de inſt. ff. lib. 10. C.

b *Vtilis.* ſcilicet peti. here. quia adiecta cauſa iurauit: & idé in rei vindi. Item in factum ex iuramento datur: vt ſupra ea. l. §. proinde.

Si cum de hereditate inter me & te cõtrouerſia eſſet, iurauero hereditatem meam eſſe, id conſequi debeo, quod haberem ſi ſecũdum me de hereditate pronuntiatum eſſet. Et non ſolum eas res reſtituere debes quas tunc poſsidebas, ſed & ſi quas poſtea cœpiſſes poſsidere: perindéque haberi quod iuratum eſt, atque ſi probatum eſſet[a]. idcirco vtilis[b] actio mihi competit. Quòd ſi ego ex eadẽ hereditate poſsiderem, túque cœpiſſes petere à me, cũ aduerſus te iurraſſem: exceptione me vti debere iurisiurandi. Planè ſi alius à me hereditatẽ petere cœperit: dubium non erit, vt & Iulianus ſcribit, nihil mihi iuſiurandum[c] prodeſſe.

c *Iuſiurandum.* etiam ſi iuraui meam, quia aut probatur de dominio, & tunc mihi non prodeſt Publiciana quam oppono iure excep. vt ſupra de Pub. l. fina. aut non probatur: & tunc etiam ſine excep. oppoſita, ſcilicet de ſacramẽto vnico. Azo. Et no. quòd inter alios res acta, aliis non præiudicat: vt ſupra. l. proxi. & ſupra de interro. ac. l. fina. &. C. de libe. cau. l. ij. Sed arg. contra. in eo. ti. de libe. cau l. iubemus. & infra de appel. l. à ſententia. ADDITIO. Dic quòd ibi præiudicat quo ad qualequale præiudiciũ, non quo ad plenum, ſecundum Bar.

b Dic quòd ibi ſiter eſt dem poſſo nas: iuc inter duos ſa. Bar. & Salicc.

d *Dem eſſ. Velim.* ſi iurat, actio. in factum vel peti. here. ſecus ſi Publiciana. Accurſius.

e *Prædo.* ſcilicet ego.

XII. IVLIANVS libro nono Digeſtorum.

IDem eſt & ſi ego à quolibet alio poſsidente res hereditarias petere velim[d]: quia & ſi petiſſem à te hereditatem, & probaſſem meam eſſe, nihilo minus ab altero petendo[e], id ipſum probare neceſſe haberem.

Si alter ex patronis excludatur à iure patronatus per iuramentum liberti delatum ab ipſo. portio ſua alteri non adcreſcit: ſed hæc excluſio bene facit præſumptionem alionalem pro altero, vt ipſe ſit inſolidum patronus, ſi hoc ipſe patronus aſſerat, licet libertus neget, & conſtet ipſum eſſe patronũ, non tamen conſtet quod ſit inſolidum. b. d. ſe. nullo modo tamen ſic. habes enim duas. Alex.

XIII. VLPIANVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

B

SI duo patroni eſſent[f], & libertus altero deferẽte iuraſſet ſe libertũ ei[g] nõ eſſe[h], vtrũ alteri[i] totius debitæ patronis portionis, an verò dimidiæ debitæ[k] eis partis bonorũ poſſeſsio competeret? Et ait, ſi is cui iuratum eſt, patronus fuiſſet, alteri ſuæ partis bonorum poſſeſsionem competere[l]: nec ei[m] prodeſſe[n], quòd aduerſus alterum libertus iuraſſet[o]: multum tamẽ fidei & auctoritatis[p] apud iudicem patronũ habiturum[q] quo magis ſolũ ſe patronũ probaret, quòd libertus iuraſſet alterũ patronũ non eſſe.

C

f *Si duo eſſent.* vt dicebant, libertus tamen neutrum eorum dicebat ſuum eſſe patronum: confitebatur tamen ſe cuiuſdam eſſe libertum qui eum manumiſerat.

g *Libertum eius.* q.d. nõ negat quin alicuius ſit.

h *Non eſſe.* quo caſu nec operarum petitio, nec bo. poſſeſſ. competit: vt j. eo. eum qui. §. pen. Secus ſi iurauit ſe patronũ aliquis. nam licet nõ habeat bo. poſ. haber tamẽ operarum ſaltem naturalium petitionem: vt. j. de iure patro. l. ſi iurauerit. & .ſ. de in ius vocan l. adoptiuum.

i *Alteri.* hæc dictio alteri, & hæc dictio ſibi, redduntur ei qui nõ detulit. & tũc intellige tantùm: & hæc dictio ei, refertur ad eum qui detulit: & ita erit punctus ibi, ſibi debitæ portionis. Vel ſecundum Azo. alteri, id eſt ei qui non detulit: ſibi, qui detulit: & vltimũ ei qui non detulit: & tunc bene eſt punctus poſt dictionem alteri: & ſabaudi, competeret. ſ. tantum. ſed qualiter iſti patroni contra hunc libertum agere poſſunt? Reſpõ. cum viderent ſe diuitem, patronos contemnere cœpit:

e ſtatu gl. not. ad hoc quòd libertꝰ formæ ſui patroni ſeruitia exhibeat: de quo ca. ſi ad manumiſſionem. extra de ſer. cum ſimilibus. & in c. quamuis. extra de offic. ord. Bal. &c.

k *Debitæ.* intranſitiuè, id eſt partis debitæ, quæ eſt dimidia olim, cum eſt vnus. hodie tertia. hic ergo cũ ſint duo, dimidia dimidiæ debetur: vt inſti. de ſucceſ. lib. §. qua de cauſa. &. §. ſed noſtra.

l *Competere.* ſcilicet tantum.

m *Ei.* ſcilicet non deferenti.

n *Prodeſſe.* vllo modo quãdo ille qui non detulit, fatetur alium fuiſſe patronum pro patre. vel ſecundo non prodeſt ad plenariã probationem, quãdo inſolidum ſe dixerat patronum: vt ſubiicit. Et dic prodeſſe, quo ad bo. poſſ. petendam.

o *Iuraſſe.* vt ar. §. quẽad. ſer. amit. l. aquam. §. fi. & diſtingue. aut à principio dicebat ſe ſolum patronum qui nõ detulit: quo caſu poteſt ei ſacramẽtum prodeſſe, vt ſubiicit. aut dicebat alium patronum eſſe: quo caſu nõ prodeſt. Azo. ſed videtur ſemper prodeſſe: vt .j. de bo. lib. l. cõmuni liberto. quę eſt cõtra. Sol. ibi alter patronꝰ ipſo iure patronatũ amiſit: vnde alteri adcreſcere poteſt quod omnino eſt amiſſum: hic autẽ non omnino eſt amiſſum per delationem. obſtat enim tantùm exceptio. Vel ſolue vt ibi. Acc.

D

p *Auctoritatis.* quaſi dicat, plus creditur probationi patroni ij libertꝰ propter iuramentum libertꝰ.

q *Habiturum.* Præſumitur enim ita eſſe vt probatum eſt. vterq; enim patronorũ vindicabat hũc liberum vt ſuum inſolidum: hic neutrius profitebatur à principio ſe libertũ: concedebat tamẽ ſe ab aliquo manumiſſum. Poſtea verò delato ſacramento ab vno, iurauit ſe non eſſe illius libertum: & confitebatur ſe alterius pro parte tantũ. Cum enim libertus confiteretur hunc eſſe patronũ, licet pro parte tãtum, quia alium dicit fuiſſe pro alia parte: dixit de ſuo periurio. Præſumitur tamen quòd inſolidum ſit patronus, cũ de alio iurauit libertus quòd nõ eſſet patronus. ſed iuris præſumptioni nõ ſtatur prorſus: quia & poſſet eſſe alterius: licet nõ eius qui detulit: & ideo ſubiicit, quo magis &c. q.d. etiã alia probatio eſt neceſſaria. Item no. hic arg. quòd ex re inter alios acta qualequale præiudicium etiam aliis generauit: vt infra de app. à ſententia. & ſupra de inofficioſo teſt. ſi ſuſpecta. &. j. de re iudi. ſæpe cõtingit. &. ſ. de Carbo. edic. l. iij. §. idem Iulianus. Sed arg. contra ſupra de his qui no. infa. l. Lucius. & ſupra cod. quia non debet.

d Habenibus iura ſibi nexa cõ ſa cum quo eſt res acta. Alex & Ia.

ADDI-

ADDITIO. Ibi non præiudicat quo ad plenum: ſed bene quo ad qualequale: vt hic Bar. & Salice.

a iſta ſecunda lectura nõ congruit iuxta ſecundum Alex. & Ia.

a *Præſcriptionem.* vel poſt completam à poſſidente. & ſic determinat præcedentia. vel nõdum inceptam[a]. vel cœptam quidem, ſed nondum perfectam: quia perpetuatur actio iuriſiurãdi: vt ſupra eod. nam poſtea. §. ſi is. & infra eo. qui iuraſſe. in fi. §. Io. & his duobus caſibus determinat ſequentia.

b *Actionem.* in rem ſcilicet, & nihilominus in factum: vt ſupra eo. nam poſtea. §. ſi. in prin. quia vtraque datur ex æquitate. Accurſius.

Fabr. Cod. Iur. Lib. 1. cap. 70.

c *Condictitia.* Immo ab actione furti tantum vi detur abſolutus: vt infra de condic. fur. ſi pro fure. j. reſpon. quæ eſt contra. Solu. hic per exceptionem: ibi ipſo iure dicit non tolli condictionem. Vel ibi fuerat actum tantum actione furti, nõ condictione furtiua: arg. C. de tranſact. ſi de certa re. Nam & ſi iurauit ſe non teneri furti actione, poſſet teneri condictione furtiua: quia furti ſuceſſit. hoc tamen videtur impugnari ex eo q ibi dicit damnum deciſum: ſed certè in actione furti habetur ratio damni. Sed tu dic ſecundum loan. quòd hic fuit iuratum, per quod negatur furtum factum: ibi de tranſactione, per quã videtur confeſſatum: vt ſupra de iis qui not. infa. l. quoniam. Item adhuc contra infra de fur. ſi quis vxori. §. ſi quis iurauerit. Solu. ibi quaſi cũ herede agitur condictione furtiua. Vel dic quòd non furti vel furtiua condictione agitur: ſed rei vindi.

**Id eſt poſtquam aduerſario quæſita eſt longi tẽporis præſcriptio.*

**Id eſt, priuè à præture iudicio eripi debet. ſi parte Maniũ cuius L. Titius hæres eſt, ſẽproniõ pecuniam qua de agitur in iure, furto abſtuliſſe, tũ eam Titius pecuniã dare dãnatur. nec addenda eſt exceptio, ſi nõ iuraverit Titius. (de Manii nãq; iuramento nõ ipſo hoc intelligi nõ debet) nõ enim hac ſpecie de furto quæritur, propter quod an iurauit ſe nõ feciſſe, quæri debeat. Vide Hoto. ad. §. ſic itaque diſcretis inſtit. de actio. L. R. Teſtes nõ niſi ſuper quo producũtur, interrogãdi ſunt.*

d *Nunquid.* reaſſumit eãdem quæſtionem quã iam ſoluit. Accurſius.

e *Vtetur.* reſpon. vtiq;, vt ſupra dictum eſt.

f *Cum herede.* cum Titium dixi furem: nunc dico eum heredem furis, ſcilicet Seij. & dicit q poſſum. Accurſius.

g *Et quaſi.* Hæc eſt Græci interpretatio, ſingularis vnius partis. & eſt ſenſus, quia condictio furtiua habet duas partes. Vna, vt contra furem detur: & hæc non datur hic. Alia contra furis heredem: & hæc datur hic. Et ſic ratione ſingularis partis datur: ratione alterius non.

h *Heredem.* reſpon. vtique, vt ſupra dictum eſt.

i *Probare.* No. ar. quòd teſtes non ſunt niſi ſuper certo articulo ſuper quo producti ſunt, interrogandi: vt dixi ſupra de peti. he. ſi quis liber. §. fi. in fi.

Sacramẽtum vim pacti obligatorij habet.

k *Reuindatur.* hæc enim veniunt in hac actione: vt infra de act. empt. l. ex empto. in princip. aliàs ad intereſſe agitur: vt. j. de act. empt. l. j.

l *Iuratum eſt.* me deferente.

m *Tenet.* Nota mirabile, ſacramentum vim pacti obligatorij habere: vt. C. eo. actori. ſic & infra de lib. cau. l. fi. §. fi. & . j. de ope.

Hic. §. legitur duobus modis in glo ſecũdum primã lec. h. d. Etiam ei qui ante præſcripſerat, ex iuramento competit actio vtilis. h. d. Vel ſecundum ſecundam, Poſt iuramentum præſcriptis non impedit actionem vtilem. Vel tertio extra glo. Etiam ille qui iurauit, poteſt præſcribere. & ex præſcriptione ſibi actionem adquirere. Bartolus.

Iulianus ait, eum qui iurauit fundum ſuum eſſe poſt longi temporis præſcriptionem, a * etiam vtilem actionem b habere debere.

Quando iuratur ſuper facto ſolliti omnis actio quæ poteſt oriri ex alio facto. Item iudex non debet admittere imp vtentes articulos. Bartolus.

Idem Iulianus ſcribit, eũ qui iurauit furtum ſe nõ feciſſe, videri de toto iuraſſe: atque ideo neque furti neque condictitia c tenetur: quia cõdictitia, inquit, ſolus fur tenetur. Nunquid d ergo qui iurauit ſe furtum ne feciſſe, hoc ſolo nomine condictione ſi conueniatur, exceptione vtetur e? Cæterùm ſi cõtendat qui condicit, quaſi cum herede f ſe furis agere, nõ debet repelli. & quaſi g μ νομεσις *condictio dari debet aduerſus furis heredem h: nec pati eum iudex debet ſi cœperit tentare probare i furem.

Ex iuramento præſtito firmiter datur actio vtilis ex eo contractu cuius forma continetur iuramentum. Bartolus.

Si quis iurauerit vẽdidiſſe me ei rem centum, ex empto agere poterit vt ei cætera præſtentur, id eſt res tradatur k, & de euictione caueatur. An tamen ad pretium conſequendum ex vẽdito conueniri poſſit, videndum. Et ſi quidem & de hoc ipſo iuratum eſt l quòd pretium ſolutum eſt, nulla pro pretio actio ſupereſt. Si verò hoc non fuerit iuratum, tunc conſequẽs eſt de pretio eum teneri m.

Idẽ dicemus & ſi quis ſocietatem feciſſe iurauerit. nam & is pro ſocio poterit conueniri.

Quando iuratur ſuper contractu, cõpetit vtilis ex eo contractu tunc quando cõpetere ſi verè contractus interceſſiſſet. Bar.

Marcellus etiã ſcribit, ſi quis iurauerit ob decem pignori dediſſe fundum, non aliàs eum pigneratitia agere poſſe, quàm ſi decem ſoluerit n. Sed & illud adiicit, fortaſsis eum etiam in decem ex iureiurando ſuo poſſe cõueniri o. quod magis probat. cui Quintus Saturninus cõſentit: argumẽtóque vtitur eius qui iurauit p eam quæ vxor ſua fuerit, rem ſibi in dotem dediſſe. nam & hic q vxori ait vtilem de dote actionem dandam r. Quæ non eſſe extra æquitatem poſita non negauerim.

Qui iurando per principem peierat, fuſtibus caſtigatur. Bartolus.

Si quis iurauerit in re pecuniaria per genium f principis dare ſe non oportere, & peierauerit: * vel dari ſibi oportere: vel intra certum tempus iurauerit ſe ſoluturũ, nec ſoluit: imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigandum dimittere *: & ita ei ſuperdici t †, πορευεσθαι μη ὀμνυε [id eſt petulanter ne iurato.]

Iuramentum veritatis parenti vel patrono non remittitur. Bartolus.

* *De pœnã periurii Cicero. lib. 3. offi. inſi. & C. l. lib. 7. no. t. Aut. c. 18.*

* *caſtigatũ dimittere.*

† *Vide Alcia. lib. Diſpun. 4. c. 2. Sotbeat aũt veteres, cum de ſontibus ſupplicũ ſumi meretur, in loco ſupplicij cõſpicuo epigraphen ſeu titulum affigere, quo pœna à reo expetita cauſa intelligeretur à populo, vt à ſimili facinore perpetrando deterreatur.*

XIIII. PAVLVS libro tertio ad Edictum.

QVotiẽs propter rẽ u iurat, nec paréti nec patrono remittitur iuſiurãdum. Propter rẽ autẽ iuſiurandũ exigitur, veluti de pecunia credita cũ iurat actor ſibi dari oportere, vel reus ſe dare nõ oportere. Idem eſt cum de pecunia conſtituta iuſiurandum exigitur.

Egregia perſona vel morbo impedita coram iudice ad iurandum venire non cõpellantur. Alex.

VTrum præſente debitore an abſente conſtituat quis, parui refert. [a] Hoc amplius etiã inuito [b] conſtituere eum poſſe Pomponius libro trigenſimoquarto ſcribit. Vnde falſam [c] putat [d] opinionem Labeonis, exiſtimãtis, ſi poſtquam qui cõſtituit pro alio, dominus [e] ei denuntiet ne ſoluat, in factum exceptionem dãdam. [f] nec immerito Pomponius. [g] nam cum ſemel ſit obligatus qui conſtituit, factum [h] debitoris non debet eum excuſare.

Interuenit noua perſona conſtituentis nõ præſumitur donatio. Bartolus.

XXVIII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale.

VBi [i] quis pro alio conſtituit ſe ſoluturum: adhuc is pro quo cõſtituit, obligat' manet. [k]

Actiones ex delicto poſſunt in conſtitutum deduci. Bartolus.

XXIX. PAVLVS libro vicenſimoquarto ad Edictum.

QVi iniuriarum [l] vel furti vel vi bonorum raptorum tenetur actione, cõſtituendo tenetur.

Per ſolutionem factam adiecto in conſtituto, qui non erat adiectus in principali, tollitur actio principalis ope exceptionis, non ipſo iure. Bartolus.

XXX. IDEM libro ſecundo Sententiarum.

SI quis duobus [m] pecuniã [n] cõſtituerit, tibi aut Titio, [o] etſi ſtricto iure propria actione [p] pecuniæ cõſtitutæ [q] manet obligatus etiam ſi Titio ſoluerit, tamen per exceptionem [r] adiuuatur.

Qui conſtituit ſe ſoluturum quod alius debet, ſanquam ipſe deberet, nõ tenebitur. Bartolus.

XXXI. SCAEVOLA libro quinto Digeſtorum.

LVcius Titius Seiorum [s] debitor deceſsit. hi perſuaſerunt Publio Mæuio quòd hereditas ad eum pertineret: & fecerunt vt epiſtulam * in eos exponat, debitorem ſeſe eſſe, quaſi heredem patrui ſui [t] confitentem: qui & addidit epiſtulæ ſuæ, quòd in rationes ſuas eadem pecunia peruenit.

Quæſitum eſt, cum ad Publium Mæuiũ ex hereditate Lucij Titij nihil peruenerit, an ex ſcriptura propoſita de cõſtituta pecunia conueniri poſsit, & an dolo exceptione vti poſsit. Reſpondit, nec ciuilem [u] eo nomine actionem competere: ſed nec de conſtituta [x] ſecũdũ ea quæ proponerentur. Idem quæſiit, vſurarũ nomine quod ex cauſa ſuprascripta datum ſit, an repeti poſsit. Reſpondit, ſecũdum ea quæ proponerentur, poſſe.

COMMODATI, VEL contra.

TITVLVS VI.

1. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Edictum.

AIt prætor: *Quod quis commodaſſe dicetur, de eo iudicium dabo.* [y]

Commodari poteſt res mobilis, & immobilis, & incorporalis. Bartolus.

Huius edicti interpretatio nõ eſt difficilis. vnum [z] ſolummodo notandum: quòd qui edictũ concepit, commodati fecit mentionem, cum Pacuuius [a] vtendi fecit mentionem. Inter commodatum autem & vtẽdum datum Labeo quidem ait [b] tãrum intereſſe, quantum inter genus & ſpeciem. Commodari enim rem † mobilem, [c] non etiam ſoli: vtendam dari etiam ſoli. Sed vt apparet, propriè commodata res dicitur & quæ ſoli eſt. idque & Caſsius exiſtimat. Viuianus amplius etiam habitationem [d] commodari poſſe ait.

Si commodatum ab initio nullo iure conſtitit, ex poſtfacto non reconualeſcit: ſecus ſi ſaltem iure naturali conſtitit. b. d. vſque ad §. reddita. Bartolus.

Impuberes † cõmodati actione non tenẽtur: [e] quoniam nec conſiſtit * commodatum in pupilli perſona ſine tutoris auctoritate: [f] vſque adeo, vt etiam ſi pubes factus dolum aut culpam admiſerit, hac actione [g] nõ teneatur, quia ab initio non conſtitit.

11. PAVLVS libro vicenſimonono ad Edictum.

Pacuuius.

† *Facit gl. in verbo, & conſiſtit cõmodatũ. in c. 1. extra eo. tit.*

† *No. ſecundũ Bal. in ſiquis tu. quod quando contrahi ab initio nõ tenet ratione inhabilitatis perſonæ, nunquã cõfirmatur. circa text. in l. vſusfructus. §. de fil. pul. ſeruo.*

Flo. conſtitis.

Cautionũ ſunt chirographum: cum appellationis hac ratione ſi, quia mutuis ſolutionibus huiuſmodi cautionib' præponere, & ad exemplũ literarum quæ abſentibus mittũtur, ſuscipere. Dnus. l. diſpunctio. ff. de fide inſtrum.

a *Vtrum. Parui refert.* niſi quãtum ad actionem negot. geſt. vel mandati proponendam contra eum. Azo.

b *Inuito.* ſcilicet debitore: quia pro inuito etiam ſolui poteſt: vt infra de ſolu. l. ſolutionem. & infra de noua. l. ſi Stichum. in fi. l.

c *Vnde falſum.* aliàs eſt lex: aliàs non.

d *Paul.* ſcilicet Pomponius de ſemetipſo loquens.

e *Dominus.* pro quo cõſtituit.

f *Dãdam.* ſcilicet ei qui conſtituit, contra eum cui conſtituit.

g *Pomponius.* ſcilicet putat falſam.

h *Factum.* id eſt denũtiatio talis. ſic & infra man. l. Quintus. in prin. & ſupra de nego. geſt. l. ſi ex duobus. & facit infra de fideiuſ. l. ſi fideiuſſor. & dic vt ibi. Accurſius.

i *Vbi.* i. poſtquam.

k *Manet.* vt infra de in rem ver. l. ſi filius. ſi tamen quoquo modo poſsit percipi quòd à priori voluerint recedere, receſſum eſt ſecundũ Io. vt infra de præto. ſtip. l. pe. Accurſius.

l *Vt iniuriarum.* Sed quid petit per act. de conſtit. pe. cum conſtituit ſe ſoluturum qđ actione iniuriarum debetur? Reſpon. quantum iurauerit. ſed ante iuramentum quid dicetur debitum vt valeat conſtitutum: nam aliquid oportet deberi? Reſpon. illud in quo tenetur iniuriam paſſo: licet ſit nobis incertum quantum ſit pro debito. ſic &. ĩ. eo. l. id quod. §. ſi.

m *Si quis duobus.* ſcilicet alternatiuè.

n *Pecuniam.* quam tibi ſoli promiſerat: ſed poſtea tibi, vel Titio, vel adiecto, ſoluturũ ſe conſtituit. Accurſius.

o *Titio.* adiecto.

p *Propria actione.* ſcilicet certi condic. priſtina: quæ competit nomine pecuniæ conſtitutæ poſtea. & hæc lectura diſtrimit contrarium ſupra eo. l. ſi vero. &. j. de ſol. l. ſi ita ſtipulatus.

q *Conſtituta.* ſcilicet nomine.

r *Per exceptionem.* quia tua voluntate eſt ei ſolutum: vt. j. deverb. obl. l. eũ qui ita. §. qui ſibi. Aliter autem diuinãt hic in expoſitione huius legis.

s *Vtrum. Seiorum.* creditorũ duorũ qui ſic vocabantur.

t *Patrui ſui.* Lucij Titij.

u *Ciuilem.* ſcilicet hereditariam.

x *De conſtituta.* quæ eſt prætoria. ea enim ipſo iure non tenetur: quia conſtituit vt ſuum proprium debitum ſolueret, non vt alienum: & ideo ipſo iure non tenetur: argu. ſupra de pact. l. ſi cum te. ſecus ſi quaſi defuncti: vt nót. ſupra de condic. indeb. ſi pœnæ. §. j. & ſupra eo. l. hactenus. §. j.

y *Ait prætor. Dabo.* ei qui commodauit, aduerſus eum qui accepit. Et no. quòd ex hoc videtur quòd hæc actio ſit prætoria: ſed non eſt: imò ciuilis: vt infra eo. l. in commodato. §. ſicut. nec mirum ſi prætor hic de ea loquatur: quia nil intactum reliquit. ſic & ĩ. ſi pars here. pe. l. j. in prin. Vel dic quòd infra in. l. in commodato. nõ dicit ad differentiam prætoriæ quòd hæc ſit ciuilis: ſed ad differentiã naturalis obligationis. ſed primum verius eſt. Azo.

z *Vsum.* id eſt præcipuum. nam non ſolum iſtud, ſed alia multa ſunt notanda.

a *Pacuuius.* ſcilicet prætor in ſuo edicto. vel iuriſconſultus hoc modo: quod quis vtendum dediſſe, & cætera.

b *Ait.* & male.

c *Mobilem.* ſed nec omnem mobilem: vt infra eo. l. iij. §. fin. & l. iiij.

d *Habitationem.* id eſt domum gratia habitandi, ſecundum Pla. non autem ſeruitutem habitandi: quia incorporalia non commodantur: & ſecũdum hoc erit donatio, vſus, & cõmodatio rei: vt infra de donat. l. in ædibus. hæc enim nomina verbalia ponuntur pro proprio nomine rei quãdoque: vt hic habitatio, id eſt res quæ inhabitatur: & alibi vt emptio, id eſt inſtrumentum emptionis: vt. C. quæ res pign. ob. poſ. l. eum conſtet. & donatio, id eſt res donata: vt diximus ſupra de condic. cau. data. l. cũ quis. Tu dicas quòd de ſeruitute habitandi dicit: & quòd incorporalia commodantur: aliàs nil adiiceret prædictis Iulia. habet etiam hic locum actio præſcrip. ver. vt infra de præſcri. ver. l. ſi gratuitam. in principio.

e *Non tenentur.* niſi dolum commiſerint: vt dicit infra. l. iij. in prin. & ſic non ſunt contrariæ leges quæ dicunt pupillum teneri ex delictis: vt. C. ſi aduerſus delic. l. j. &. ij. &. ĩ. de mino. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.

f *Auctoritate.* ſcilicet quia infans erat: vt infra. l. iij. not.

g *Actione.* ſcilicet commodati.

NEc in furioſum commodati actio danda eſt:ſed ad exhibendum [a] aduerſus eos dabitur,vt res exhibita vindicetur.

III.VLPIANVS libro vicenſimo octauo ad Edictum.

SEd mihi videtur,ſi locupletior [b] pupillus factus ſit,dandam vtilem commodati actionem ſecundū diui Pij reſcriptū.

In actionibus bo.fi. non videtur res reddita quæ deterior redditur. ideo actio prima durat. Bartolus.

Si reddita quidem ſit res commodata, ſed deterior reddita: nō videbitur [c] reddita,quæ deterior facta redditur:niſi quod * ſtereſt præſtetur. Propriè enim dicitur res non reddita,quę deterior redditur.

Cum venitur ad æſtimationem rei per iuramentum in litem,quod eſt afflictionis,vt in actionibus bonæ fidei: inſpicitur tempus ſententiæ. quando vero per iuramentum in litem,quod eſt veritatis,vel ſtricti iuris: inſpicitur tempus lit.conteſt.h.d.iſte.§.ſecundum intellectum doctorum, qui fuit originaliter Cuiſel.de Cu. & ipſum ſequitur Bart.glaſ. verò non intellexerunt iſtum. §. & propter ipſum fuit obtenebratus intellectus glo.quia neſciuerunt ſoluere contraria difficilia.P.

In hac [d] actione, ſicut in cæteris bonæ fidei iudiciis, ſimiliter in litem iurabitur: & rei iudicandæ tempus, [e] quāti res ſit, obſeruatur:quamuis [f] in ſtricti, litis cōteſtatę [g] tēpus ſpectetur.

In obligatione rem reſtitui, in contractibus bonæ fidei heres tenetur vſura hereditariam portionem,quatenus rei reſtituendæ habet facultatem. Bartolus.

Heres eius qui commodatū accepit, pro ea parte qua hērès eſt,conuenitur: [h] niſi fortè habuit facultatem totius rei reſtituendæ,nec faciat.tunc enim cō demnatur in ſolidū: [i] quaſi hoc boni iudicis arbitrio cōueniat.*

Ex contractu commodati celebrato cum filio vel ſeruo,ipſe tenetur inſolidum,& pater vel dominus de peculio: & de dolo ipſorum habebitur ratio. Bartolus.

Si filiofamilias ſeruóve commodatum ſit, dūtaxat de peculio agēdum [k] erit. cum filio autē familias [l] ipſo & directò quis poterit. Sed & ſi ancillæ vel filiæfamilias cōmodauerit, dūtaxat de peculio erit agendum. Sed non tantùm ex cauſa doli earum perſonarum patervel dominus condemnetur, [m] ſed & ipſius quoque domini vel patris fraus duntaxat [n] venit:vt Iulianus libro vndecimo circa pigneraticiam actionē diſtinguit.

Commendatum non conſiſtit in his quæ vſu conſumuntur:niſi ſic tradantur vt vſu conſumantur Bartolus.

Non † poteſt commodari id quod vſu cōſumitur: [o] niſi fortè ad pompam vel oſtentationē quis accipiat.

IIII.GAIVS libro primo de Verborum Obligationibus.

SAepe etiam ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis [p] * gratia numerationis loco intercedant.

In hac actione ex natura officii iudicis quo deſeruit actioni bonæ fidei, habetur ratio intereſſe,loci,& temporis. Bartolus.

---

a *Nec in furioſum. Ad exhibendum.* non contractus, ſed poſſeſſionis gratia. Accurſius.

b *Sed mihi.Locupletior.* vt infra de inſtit.l. eatenus. Item ſi dolum quis commiſerit.hæc enim duo paria ſunt:vt infra depo.l.j.§.an in pupillum.Sed quādo videtur locupletior? Reſpon. quidam hoc ipſo quòd non eſt effectus paupetior:vt infra de ſol.l.in pupillo.Io.cōtra vt nec videatur locupletior factꝰ niſi in veritate ſit locupletior. & illa loquitur quando emit rem ſibi neceſſariam.ſed tamē dixit Io.dari in pupillū actioné cōmodati hoc ipſo quòd res penes ipſum inuenitur: vt infra de pec. depoſui.in prin. & infra ea.l.§.heres.Sed quid ſi à principio nec naturaliter fuit obligatus,vt quia infans:vt ſupra de condi.inde.quod pupillus.& infra de acti. & obli.l. pupillus. vel à tutore accepit: vt infra de auctо.tu.l.vꝰ? Reſpō. nec vtilem ex contractu dari. & ſic poteſt loqui finis primæ legis:ſed cōmunes actiones ad exhibendum & in rem locū habēt:vt & ſupra.l.proxi.Accurſius.

c *Non videbitur reddita.* quantum ad hanc actionem:nec quātum ad depoſiti: vt infra depo.l.j.§.ſi res.ſed ſecus quo ad actioné ad exhibēdum: vt.C ad exhi.exhibitionis. niſi in alia prorſus forma exhiberetur. nam tūc eſſet idem quod hic: vt & ſupra ad exhi.l.Iulianus.§.ſi quis rē. verſi. ſed & ſi quis.nūquid ergo hoc caſu,ex quo non videtur reddita ipſa tota res,petetur adhuc? Argu.quòd ſic,infra de ſolu.l. etiā. & quiꝰ verbū reddi,latam habet ſignificationem: vt infra de vſur.l. videamus.ij.§.in Fauiana.Sed Io.contra:vt infra de ſol.l. ſi ſtipulatus ſum.§.j.agetur ergo pro deteriоratione ſicut re non reddita:& hoc ideo quia deteriоratio iure actionis venit:ſecus ſi iudicis officio:vt.C.depo.l.iiij.& ſupra de eo quod cer.lo.l. antep.niſi forte incontinenti ſuppleret:vt infra de re iud.l.Paulus. reſpon.j.& ſupra de rei vindic.l.ex diuerſo. §. vbi. Vel melius ſi pro re ipſa quæ eſt ſoluta, aliquid deſiit, res ipſa petitur: vt quia alij obligatam tradas:vt infra de ſol.l.etiā.&.l. ſi rem.ſecus ſi res deterior eſt in cōtractu ſtricti iuris:vt ſupra de dolo.l.& eleganter.§.non ſolum.& hæc diſtinctio in contractu ſtricti iuris locū habet:ſecus in ac.bon.fi.vt hic.nam tota petetur.Si vero in re ſoluta nil deſit,ſed pars debita tantum eſt ſoluta: pro parte tollitur obligatio:vt ibi,& infra de leg.ij.Mœuius.§.fundo. & de ſolu.ſi ſtipulatus.iij.§.j.ſecundum Azo.

d *In hac.* tria dicit.In primo fuit in dolo:& ideo iuratur in litē. In ſecundo in culpa. Tertio in dolo ſine culpa.

e *Quanti.* in bo.fi.contractibus ſi res principaliter petatur,tempus rei iudicatæ inſpicitur: vt hic.Si ad æſtimationem agatur,tēpus quo nata fuit obligatio: vt infra man.l.hominem. in prin.at in contractu ſtricti iuris diſtinguitur quantitas à ſpecie. nam ſi quantitas,tunc lit.conteſt.tempus inſpicitur: vt hic:niſi poſt moram etiam ante commiſſam melior facta ſit: vt ſupra ſi cer.pet.l. vinum.& de trit.l.fi.ſi vero ſpecies,ſi extat,qualis eſt:ſi non,qualis eſſe deſiit:& hoc mora ceſſante:ſed culpa interueniente,cęterum ſi in mora fuit,in id tenetur in quo facta fuit deterior:vt.ſ. de tri.l.pen.& j.man.l.hominem.ſecundum Ioan. & ſecundum hoc loquitur hic quando in ſpecie & demum lit. conteſt.fuit in mora.Sed Azo facit vim in eo quod dicit hic quanti.nā per hoc patet & etiam quantum ad rei æſtimationem ſpectatur tempus ſententiæ vel lit.conteſt.non quo nata fuit obligatio:& illa lex, hominem,in ſpeciali caſu loquitur. & forte in bo.fi.iudi.ſpectatur tempus ſententiæ,vt uſq; ad illud ex tempore moræ fiat eſtimatio,nōvt progrediatur vltra:& ita in contractibus ſtricti iuris * ſcilicet de tempore lit. conteſt. i. vt à tempore moræ vſq; ad litem conteſt.fiat æſtimatio. & ſic ſtum ſanon ob.l. hominem. & hoc ſi alium conuenio act.ſtricti iuris vel bo.fi. propter culpam.nam ita innuitur hic:quia primo dixit iurari in litē. quod propter dolum tantūm contingit: & poſtea dicit æſtimandum quanti res ſit tempore ſententię:quod eſt vbi propter culpam agitur. Si vero l.j.§.ſi quis propter dolum conueniatur actione ſtricti iuris:forte à tēpore moræ vſq; ad ſententiam fiet æſtimatio: vt.ſ. de rei vin.l.Iulianus li.vj. Digeſtorū ſcribit,ſi hominem.§.j.& ita poſſet intelligi quod dicitur.ſ.de triti.l.pe.condemnationis tēpus ſpectandum:licet & aliis modis ibi expoſuerimus:vt corrigatur principium per finē. Item quod dicit hic rei iudi. propriè pone: vt tunc incipiat,ſecundum Io.& H.& hoc niſi culpa vel dolo res ſit facta deterior poſt lit. cōteſt. quia tunc id inſpicitur tempus.

Hinc q. ſcilicet de tempore lit. parū caſu conteſt. i. vt à tempore moræ vſq; ad litem conteſt.fiat æſtimatio. & ſic ſtum ſanon ob.l. hominem. & hoc ſi alium conuenio act.ſtricti iuris vel bo.fi. propter culpam.nam ita innuitur hic:quia primo dixit iurari in litē. quod propter dolum tantūm contingit: & poſtea dicit æſtimandum quanti res ſit tempore ſententię:quod eſt vbi propter culpam agitur. Si vero l.j.§.ſi quis propter dolum conueniatur actione ſtricti iuris:forte à tēpore moræ vſq; ad ſententiam fiet æſtimatio: vt.ſ. de rei vin.l.Iulianus li.vj. Digeſtorū ſcribit,ſi hominem.§.j.& ita poſſet intelligi quod dicitur.ſ.de triti.l.pe.condemnationis tēpus ſpectandum:licet & aliis modis ibi expoſuerimus:vt corrigatur principium per finē. Item quod dicit hic rei iudi. propriè pone: vt tunc incipiat,ſecundum Io.& H.& hoc niſi culpa vel dolo res ſit facta deterior poſt lit. cōteſt. quia tunc id inſpicitur tempus.

Hinc q. ſcilicet de tempore lit. parū caſu conteſt. i. vt à tempore moræ vſq; ad litem conteſt.fiat æſtimatio. & ſic ſtum ſanon ob.l. hominem. & hoc ſi alium conuenio act.ſtricti iuris vel bo.fi. propter culpam.nam ita innuitur hic:quia primo dixit iurari in litē. quod propter dolum tantūm contingit: & poſtea dicit æſtimandum quanti res ſit tempore ſententię:quod eſt vbi propter culpam agitur. Si vero l.j.§.ſi quis propter dolum conueniatur actione ſtricti iuris:forte à tēpore moræ vſq; ad ſententiam fiet æſtimatio: vt.ſ. de rei vin.l.Iulianus li.vj. Digeſtorū ſcribit,ſi hominem.§.j.& ita poſſet intelligi quod dicitur.ſ.de triti.l.pe.condemnationis tēpus ſpectandum:licet & aliis modis ibi expoſuerimus:vt corrigatur principium per finē. Item quod dicit hic rei iudi. propriè pone: vt tunc incipiat,ſecundum Io.& H.& hoc niſi culpa vel dolo res ſit facta deterior poſt lit. cōteſt. quia tunc id inſpicitur tempus.

f *Quamuis.* id eſt cum in ſtricti &c. ſecundum Io. & ſic argumentatur à minori. Item ſecūdum Azo.propriè,vt tunc finiatur. Vel tertio dic,iudicandæ id eſt tēpus moræ quo potuit & debuit iudicari,ſecundum omnes.

g *Litis conteſtatæ.* ſi quāritas petatur ſecūdū Ir. Itē eſt cōtra huic dicto de ſtricti iuris.ſ.ſi quis cau.l.qui autē.§.j. Solu.vt ibi. Item eſt contra.ſ.de triti.l.pe.Sol.vt ibi & modo diximus. Accurſius.

h *Conuenitur.* vt & ſupra de condic.furti.l.in condictione. Acc.

i *Inſolidum.* vt hic &.C.de here.act.l.pro hereditariis. & ſupra de rei vin.l.ſi poſſeſſor.& infra de vi & vi ar.ſi plures.& infra de præto.ſtipu.l.ij.§.incertam.& ſupra de eden. ſi quis ex argentariis.§.j.& infra pro ſoc.l.actione.§.antepenul.

k *Agendum.* contra patrem vel dominum. Accurſius.

l *Filio autē fa.* ſed hodie cū patre,cū habeat ipſe exercitiū:vt.C. de bo.ma.l.j.& de bo.quæ lib.l.ſi. pōſſet tamen dici hoc eſſe verum in his rebus quarum patri acquiritur vſusfruct.ſed ſi extra illas res ineat filius contractum, vt eſt hic, quia res ei commodata eſt, vel depoſita apud eum:poſſet ipſe filius conuenire & conueniri, auctoritate tamē patris:vt.d.l.cū non ſolū.§.j.C.de bb.q̄ li.

m *Condemnetur.* de pecu.vt & ſupra de dolo. ſi oleum.§. hæc de dolo.& infra depo.l.j.§.filiusfamilias.

n *Duntaxat.* id eſt non culpa,ſed dolus tantum domini punitur: vt infra de pecu.l.in bonæ fidei.&.l.depoſiti.

o *Conſumitur.* vnde panis impropriè dicitur commodari. Accur.

p *Saepe. Dicis.* quaſi dicat intercedūt pecunię gratia dicis.i. diutis apparituri. eſt enim ſyncopatū.loco numerationis. ſ.faciēdæ creditori.ac ſi dicat,debitor pluriū accepit pecunia vt diues

† *Facit gl. l.verſ. ſed quodvis ca.l. vltra eadem.*

* *Id & ſimulat, nec ex causa, vt qui dicere poſſit ſe feciſſe. Dar.lib.1.diſput.ca.47. & Azo. Aug.lib.1. cuma.1.*

ues appareat,& ſui creditores nó ſint acerbi: quaſi cito poſsit eis ſolui. *ADDITIO.* In Flo. dicis rectè legitur.

a *SI vt certo. Habeat.* actióe ex eo cótractu: vt ſupra de eo quod certo loco. l. in bonæ fidei. Accurſius.

b *Facit.* ſi res præſens ſit. aliàs cum nactus erit poſſeſsionem ex voluntate actoris: vt ſupra de rei vindic. hæc ſi res. Eſt enim emptori ſimilis. infra rerum amo. l. ſi propter res. & ſupra de publi. ſed & ſi res. §. j. & infra pro empt. l. iij. & ideo debet iſte cauere victo ſi ad ſe peruenerit: vt infra eo. l. ſi is qui. j. reſpon. & etiam actionem cedere, quáuis dolum commiſerit: vt infra de reiudi. l. in depoſiti. Accurſius.

c Culpa. aliqua lata, leuis & leuiſsima.

d *Et quidem.* altius exorditur quàm propoſuerit.

e *Merces.* nó quaſi merces. tunc enim locatio eſſet: vt infra depoſi. l. j. §. ſi quis ſeruum.

f *Deponitur.* quia cótractus ex conuentione legem accipiunt: vt infra depoſi. l. j. §. ſi cóueniat. Sunt & alij caſus in quibus vltra dolum depoſitarius tenetur: vt dices infra depoſi. l. j. §. ſæpe. vel ſi fuit in mora, vel culpa præceſsit caſum. Accurſius.

† *Concur. cũ glo. in prin. extra dep.*

g *Plerumque.* hoc dicit, quia quandoque gratia vtriuſque: quandoque etiam gratia dantis tantum: vt infra ea. l. §. interdum. & l. eum. §. j. & l. in rebus. §. j.

h *Culpam.* ſi fecit quod non debuit. Io.

i *Diligentiam.* vt & facere teneatur, ſi omiſerit.

k *Periculum.* id eſt omnem culpam. vel id eſt periculum per culpam omnem proueniens. ſic &. ĩ. de neg. geſt. litis. §. ſi pecuniæ. ſic etiam ponitur. j. de æſti. act. l. j. in fi. & hoc licet non gratia commodatarij tãtum ſit conceſſa. Sed quid ſi gratia commodatarij ſit tantum conceſſa, & poſtea æſtimetur? Reſpon. pactum æſtimationis inducit caſum: aliàs nihil adderet: quod eſſe non debet. arg. j. de lega. j. ſi quando. ſecũdum Azo. & de hac materia plene diximus. ĩ. ſi quis cau. ſed & ſi. §. quæſitum.

l *Recepit.* ſed de caſu non tenetur: vt. j. proxi.

m *Quòd vero.* hic poteſt ſignari. §. vt loquatur in alio caſu, ſcilicet cum res nõ eſt æſtimata: ſed melius eſt ſuperiora determinari. nam & tunc de caſu nó tenetur: vt ibi dixi. & dicitur infra loca. l. opus. in fi.

n *Saluas facere.* ſimili enim modo debet cuſtodire: vt hic, & infra depoſi. l. quod Nerua. ſic & tutor pupilli pecuniam: vt infra de admi. tut. l. tutor ſecundum dignitatẽ. §. nó eſt. ſed ſeruus plus dominum quàm ſe: vt infra ad Sil. l. j. §. eodem autem. verſi. ſerui quoque. Sed quid ſi res commodata erat vilis pretij: ſua vero pretioſa res erat? Reſpon. non tenetur: quia diligens quilibet hoc feciſſet: nó autem tenetur facere niſi quod diligentiſsimus faceret: vt j. eo. in rebus. j. reſpon. Quid ſi æquales? Item quid ſi res duorum commodatas habuerit? Reſpon. idem, arg. infra ad Sil. l. iij. §. ij.

V. VLPIANVS libro vicenſimo octauo ad Edictum.

SI vt certo loco vel tempore reddatur commodatum conuenit, officio iudicis ineſt vt rationẽ loci vel tẽporis habeat. a

Lucri æſtimatio ſimilis eſt emptioni. Bar.

Si quis hac actione egerit, & oblatam litis æſtimationẽ ſuſceperit, rem offerentis facit. b

In contractibus qui celebrantur gratia dantis tantum, venit dolus & lata culpa. In his qui gratia accipientis tantum, venit leuis & leuiſsima. In his qui gratia vtriuſque, venit lata & leuis. de caſu vero fortuito quis non tenetur, niſi conuentio, æſtimatio, vel culpa præceſſerit: vel aliud inducat. hoc dicit vſque ad §. denique. Bartolus.

Nunc videndum eſt quid veniat in cómodati actione: vtrũ dolus, an & culpa, c an verò & omne periculum. Et quidem d in contractibus interdum dolum ſolum, interdum & culpam præſtamus. Dolũ in † depoſito. nam quia nulla vtilitas eius verſatur apud quẽ deponitur, meritò dolus præſtatur ſolus: niſi fortè & merces e acceſsit. tunc enim (vt eſt & cõſtitutum) etiá cu'pa exhibetur: aut ſi hoc ab initio conuenit, vt & culpam & periculum præſtet is penes quẽ deponitur. f Sed vbi vtriuſque vtilitas vertitur, vt in empto, vt in locato, vt in dote, vt in pignore, vt in ſocietate: & dolus & culpa præſtatur. Commodatum autem plerumque g ſolam vtilitatem continet eius cui commodatur. & ideo verior eſt Quinti Mucij ſententia, exiſtimantis & culpam h præſtãdam, & diligentiam: i & ſi fortè res æſtimata data ſit, omne periculum k præſtandum ab eo qui æſtimationem ſe præſtaturũ recepit. l

Quod verò m ſenectute contigit vel morbo, vel vi latronum ereptum eſt, aut quid ſimile accidit: dicendum eſt nihil eorum eſſe imputandum ei qui commodatum accepit, niſi aliqua culpa interuenit. Proinde & ſi incendio vel ruina aliquid contigit, vel aliquod damnum fatale, non tenebitur: niſi fortè cum poſſet res commodatas ſaluas facere, n ſuas prætulit. Cuſtodiam planè commodatæ rei etiam diligentem o debet præſtare. Sed an etiam hominis commodati cuſtodia præſtetur, apud veteres dubitatum eſt. Nam interdũ & hominis cuſtodia præſtanda eſt, ſi vinctus p commodatus eſt: q vel eius ætatis, vt cuſtodia indigeret. Certè ſi hoc actum eſt, vt cuſtodiam is qui rogauit r præſtet, dicendum erit præſtare. Sed † interdum & mortis damnum ad eũ qui commodatum rogauit, pertinet. Nã ſi tibi equum commodauero vt ad villam adduceres, tu ad bellũ duxeris, commodati teneberis. Idẽ erit & in homine. s Planè ſi ſic cõmodaui vt ad bellum duceres, meũ erit periculum. t Nã & ſi ſeruum tibi tectorem commodauero, & de machina ceciderit, periculum meum eſſe Namuſa ait. Sed ego ita hoc verum puto, ſi tibi commodaui vt & in machina operaretur. Cæterùm ſi vt de plano opus faceret, tu eũ impoſuiſti in machina: u aut ſi machinæ x culpa factum minus diligenter, y non ab ipſo z ligatę, vel ſũniũ perticarúmq; vetuſtate, dico periculũ quod culpa contigit rogantis cómodatũ, ipſum præſtare debere. Nã & Mela ſcripſit, ſi ſeruus lapidario cõmodatus, ſub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui neglegẽtius machinam colligauit. Quinimmo & qui aliàs re commodata vtitur, non ſolùm commodati, verùm furti a quoque tenetur: vt Iulianus libro vndecimo Digeſtorum ſcripſit.

Si commodatus non patitur commodatarium vti re ad eius vſum ad quem commodauit, tenetur commodati contraria. Si commodatarius aliter vtitur, tenetur comodati directa, etiam & furti. Bartolus.

Denique ait, ſi tibi codicem commodauero, & in eo chirographum * debitorem tuum caueris feceris, egóq; hoc interueroſi quidẽ ad hoc tibi cómodauero, vt caueretur tibi in eo, teneri me tibi cótrario iudicio. ſi minus, neque me certioraſti b

o *Diligentem.* tenetur enim regulariter omnis commodatarius de lata, leui & leuiſsima: vt plene dices infra ea. l. §. interdum.

p *Vinctus.* i. ligatus.

q *Commodatus eſt.* vnde cuſtodiendus erat: vt. ĩ. de rei vin. l. ſi ã bonæ fidei. Et nota quòd inſpicitur conſuetudo dãtis: vt. j. de pigne. act. ſi ſeruos. Itẽ not. a quòd minus de homine quàm de alia re tenetur: niſi indicia præcedant: vt hic. Item not. quòd iuuenes facilius fugiũt quàm ſenes.

† *Concur. cũ hoc. §. gl. 1. in ver. commodatũ in ca. 1. extra eo. ti. a Bal. dicit iſtam gloſ. meliorẽ de iure ad hoc quãdo in dubio debitor vel alius quilibet nõ præſumatur fugitiuꝰ. & vide qua dicuntur hic in ſecundis interpret. Bologn.*

r *Rogauit.* id eſt is qui commodatum accepit.

s *In homine.* not. ex hoc §. generale tale, quòd vbicunque quis non tenetur de caſu, ibidem ſi culpa præcedat caſum, de caſu tenetur: vt infra eo. l. in rebus. §. j. & infra loca. videamus. §. ſi hoc. &. C. de nauti. fœ. l. cum proponas. & ſupra ſi quis cau. l. ij. §. ſi nõ propter. ver. vis flu. & infra ſol. mat. in his. Sed quãdoque fallit: vt infra ad leg. Rho. de ia. l. ſi. §. ſi ea. &. §. ſi.

t *Periculum.* quia ad hoc dedi: vt arg. ſupra de vſufru. l. arboribus. §. nauis.

u *Machina.* & machinę vitio nil factum eſt &c. Et not. q res inanimata non dicitur culpam cõmittere.

Res inanimata culpã nõ committit.

x *Aut ſi machina.* redit ad primum quando cõmodauit vt in machina operaretur. Accurſius.

y *Minus diligenter.* rationem aſsignat. Azo.

z *Ab ipſo.* ſcilicet ſeruo. tunc enim non tenetur: vt ar. infra ea. l. §. ſi me rogaueris. verſic. plane ſi ſeruus.

* *Chirographum. forte legendũ, chirographo*

a *Furti tenetur.* vt ar. ſupra de con[illegible]. fur. l. qui furtum. & infra de fur. l. qui iumenta. &. l. ſi is qui. &. l. qui re. &. l. ſi] pignore. §. j. & j. proxi. §. & hoc ſi intellexiſſet ſe inuito domino facere: eúmque ſi intellexiſſet, non permiſſurum: vt inſti. de ob. ex delic. §. placuit.

b *Certioraſti.* maxime. Accurſius.

a *Præſtari debeat*.quod iuris eſt in principali, & in acceſſorio: vt infra de inſt.act.l.cuicúq;.§.item ſideiuſſori.& infra.e.l.§.ſi me. & infra depo.l.j.§.ſi ciſta.& infra de preca.l.quamuis.&.ff. nauc.ſtab.ſed & ipſi.§.ſi.Sed ar.cótra.j.depo.l.j.§.quæ depoſitis.

b *Conuenit*.ſ.per pactũ,ſed in dote hoc pactũ non valet: vt.j. de pac. do. l.Póponius ait.

Et diſtingue:quia quandoq; dolũ tantũ præſtabit:vt ſi gratia dantis tãtum ſit cõmodata:quandoque de lata & de leui: vt ſi vtriuſque gratia: quãdoq; etiã de leuiſſima: vt regulariter: vt hic,&.j.eod.l.cũ.§.ſi ré. &.j.e.l. in rebus. in prí.

c *Scenicis*. in ſcena ludentibus.Azo.

d *Vltro cõmodauit*.duobus modis poteſt hoc intelligi:& quòd prętor ſedebat, & ei dedit vt daret ſcenicis: tunc ipſe de dolo tantùm mihi tenetur. vel q̃ ego alicui vel prætori vltro accõmodem:vt & tũc de dolo ſolo teneatur.

e *Rem tibi dedi*. id eſt commodaui.Accurſius.

f *Dares*.i.obligares.

† *Bald° hic dicit iſtum text.aut.ad hoc quod ſponſus mutuam ornamẽta ſponſæ, videtur in dubio ei cõmodare,non donare.vnde ſoluto matrimonio poteſt ea repetere.cum quo tamen non eſt ſtandũ,vbi dicitur in ſcedis inter-prẽs.Bolo.*

g *Non repigneraſſ*. id eſt non luis.Accurſius.

h *Puto*.vt &.C.e.l. pe.

i *Vel ex locato*. ſi certa merces, tunc ex locato. ſi incerta:tũc in factũ.i. præſcrip. verb. vt inſti. de loca.& conduc.§. nã vt.verſi.& quæ ſupra diximus.

k *Pro te*.ſ.præſente.aliàs nego.geſt.datur: vt j.man.l.ex mãdato.§.ſideiuſſori.ſed ſi tẽpus nõ eſt appoſitũ quãdo luere debeat, quãdo agam? Rñ. cũ diu ſteterit:vt.j. manda.l.Lucius.

l *Si à me*. mutat perſonas.Accurſius.

m *Dumtaxat*.contra.j. de pigne. act. l.petenti. vbi dicit dari actionem. Sed dicit q̃ & ibi cedẽdo liberatur:vt.j.eo.tit. de pigne.act.eleganter. §. ſi vẽdiderit.&.l.pen. Azo.& ad hoc.j. de pecu. quod debetur. &.j. loca. cum in plures.§. veſtimenta.Accurſius.

n *Paratus*.vt.j.qui.mo. pig.vel hypo.ſolu.l. itẽ liberatur.§.qui paratus. Et ſic not. q̃ ſufficit ſi p eum non remaneat: vt hic,& infra de an. le. l. Mæuia.in princi.

o *Sumptus*. ad hoc. j. depo.ſi in Aſia. j.reſpõ. & ſupra ad exhiben. ſed & ſi.§.quo autem loco.

p *Cum Lance*. id eſt ſeruum & lancem.

q *Lancem*.vt ſupra eo.§.vſque adeo.Accurſius.

r *Si de me*.id eſt à me.

ſ *Sternerem*.i.optime locũ tuum præpararem,& ſcopis mundarẽ,& domũ bene ornarem:ibíq; tres lectos ſternerem, in quibus olim comedebant antiqui: & vocabatur locus ſic paratus triclinium. Vel dicitur locus tribus clauibus firmatur,vel cameræ tres dicuntur triclinium.

Triclinium quid ſit.

t *Præberem*.id eſt commodarem.

u *Hoc*. ſcilicet argentum.

x *Reliquero*. penes commodatarium:vt innuit.j. in eo quòd dicit, actio commodati. commodaueram ergo etiam argentum ad illud ſeruitium.

y *Agendum*. in vtroq; caſu, ſiue poſuit cuſtodem,ſiue non.

z *Relicta ſunt*.reprobata prædicta diſtinctione Labeonis, ſecũdũ Azo. nec ob.ff.proxi.l.§.ſi me rogauerit.quia ibi commodator ab initio cõmittit ſeruo cuſtodiã: alioquin fugæ periculum ad eũ cõmodanté non ſpectaret de lance: & tamẽ de alio periculo tenetur cõmodatarius: vt ibi,& infra eod.l. rem mihi. §. j.quãquam Io.dixerit q̃ vbi cuſtodem poſuit,renũtiaſſe cuſtodiæ commodatarij priusvidetur: & ideo ad ſe ſpectet periculum. quod non placet : quia cõmodatarius prius fuit obligatus pro cuſtodia:& ideo licet alius cuſtodem apponat, non poteſt dici ſic liberari. ſecus vero vbi quis in rei traditione quæ fit per cuſtodem,appoſuerit:quia tunc renuntiaſſe bene videtur,vt dixi. & ſic loquitur.j.de ſolu. ſi ſoluturus. in fi. & infra de acquir. poſſ. quarundã.&.C. de pac.conuen.tam in do.l.fi.§.& ſi quidem.quę ſunt ar.cótra.ſecũdum Azo.& ſupra proxi.§. ** Flo.dom*

a *Si duobus vehiculum*. paruum plauſtrum:vt.j. innuit.&.C.de honora. vehi.lib.xj.l.j.

b *Et ait*. ſcilicet Celſus non reſpondẽs quæſtioni adhuc,ſed reſpondet ibi, ſed eſſe verius ait &c. vbi dicit quòd inſolidum tenetur.

c *Dominium*.hoc eſt plane verum quòd duo nõ poſſunt eſſe domini in ſolidum.ſolidum bo-rum partis rei:vt hic, &.j. de caſtren.pec. l.hereditate.§.pater.ſed de poſſeſſione quæritur. Quidã, vt Goſtiani quòd ſic.& pro eis eſt infra vti poſſ. ſi duo.in princi. Alij vt R. & Pla. quòd ciuilem duo poſſunt habere inſolidum : ſed naturalem nõ. Et pro eis eſt infra de acquiren.poſſ.l. iij.§. ex contrario. Tu dicas quòd nec ciuilem nec naturalem duo inſolidum habeant: vt hic,& infra de preca.l. duo. Præterea cũ dominium non poſſit eſſe penes duos inſolidum: vt hic dicit:ergo poſſeſsio ciuilis,quæ eſt cauſa adquirẽdi dominiũ, duorum inſolidum eſſe non poteſt : quod ex definitione vſucapionis pa-

ibi chirographum eſſe ſcriptũ: etiam teneris mihi,inquit,commodati. immò, ait, etiam furti: quoniã aliter re commodata vſus es: quẽadmodum qui equo, inquit , vel veſtimento aliter quàm commodatum eſt vtitur, furti tenetur.

Diligentia debet adhiberi in re commodata,& in eius ſequela.Bartolus.

Vſque adeo autem diligentia in re cõmodata præſtãda eſt, vt etiã in ea quę ſequitur rem cõmodatam, præſtari a debeat : vt puta equam tibi commodaui, quam pullus comitabatur. etiã pulli te cuſtodiam præſtare debere veteres reſponderunt.

Si commodatum fiat gratia dantis, vel eius contemplatione,commodatarius de ſolo dolo tenetur.Bartolus.

Interdum † planè dolum ſolum in re cõmodata qui rogauit præſtabit : vtputa ſi quis ita conuenit b : vel ſi ſua dumtaxat cauſa cõmodauit , ſponſæ fortè ſuę,vel vxori, quò honeſti° cultа ad ſe deduceretur. vel ſi quis ludos edens prætor * ſcenicis c commodauit : vel ipſi prætori quis vltro commodauit d.

Si res data vt pigneretur, non recolligitur, competentibus actionibus eſt agendum, vel actio debet cedi ſumptibus & periculo ipſius cedentis.Bartolus.

Nunc videndũ in quibus ſpeciebus commodati actio locũ habeat . Et eſt apud veteres de huiuſmodi ſpeciebus dubitatũ: Rẽ tibi dedi e, vt creditori tuo pignori dares f.dediſti. non repigneras g, vt mihi reddas . Labeo ait commodati actionẽ locum habere . Quod ego puto h verum eſſe,niſi merces interuenerit . tunc enim vel in factum, vel ex locato i conducto agendum erit . Planè ſi ego pro te k rem pignori dedero tua voluntate, mandati erit actio. Idem Labeo rectè dicit , ſi à me l culpa abſit repignerandi, creditor autem nolit reddere pignus,cõ petere tibi ad hoc dumtaxat m cõmodati, vt tibi actiones aduerſus eum præſtẽ. Abeſſe autem culpa à me videtur , ſiue iã ſolui pecuniã,ſiue ſolutere ſum paratus n.Sumptus o planè litis cæteráque æquum eſt eum agnoſcere , qui commodatum accepit.

Culpa hominis commodati cum re, commodatario non excuſat:ſecus in dolo.Bart.

Si me rogaueris vt ſeruum tibi cum lance p commodarem, & ſeruus lancem q perdiderit, Cartilius ait periculũ ad te reſpicere. nam & lancem videri commodatam:quare culpam in eam quoque præſtandam. Planè ſi ſeruus cum ea fugerit,eum qui cõmodatũ accepit,nõ teneri:niſi fugæ præſtitit culpam.

Appoſitio cuſtodis facta ex poſtfacto,nõ remittit cuſtodiam ei cui res fuerat commodata.Bartolus.

Si de me r petiſſes vt tricliniũ tibi ſternerem s, & argẽtum ad miniſterium præberem t, & fecero:deinde petiſſes vt idem ſequenti die facerem: & cum cõmodè argentum domum * referre non poſſem, ibi hoc u reliquero x,& perierit, qua actione agi poterit, & cuius erit periculũ? Labeo de periculo ſcripſit multum intereſſe, cuſtodẽ poſui,an nõ.ſi poſui,ad me periculum ſpectare . ſi minus, ad eum penes quem relictum eſt. Ego puto commodati quidem agendum y: verùm cuſtodiam eum præſtare debere , penes quẽ res relictæ z ſunt: niſi aliud nominatim conuenit.

In obligatione primitiua quæ ad rei reſtitutionem contrahitur, quilibet tenetur pro parte : quia inſolidum ad eas peruenire non poteſt:in obligatione vera ſecundaria quæ contrahitur ratione doli vel culpæ , quilibet tenetur inſolidum : quia pro parte non poteſt deliquiſſe. & ſi agit contra vnum ex facto alterius,ei actio cedi debet: quia ſi contra iſtum ageretur,actio peremta tolleretur. Bartolus.

Si duobus vehiculum a commodatũ ſit vel locatum ſimul, Celſus filius ſcripſit libro ſexto Digeſtorũ quæri poſſe, vtrũ vnuſquiſq; eorum in ſolidũ, an p parte teneatur . Et ait b duorum quidẽ in ſolidũ dominiũ c vel poſſeſsionem eſſe nõ poſſe:

nis patet: vt infra de vſuca. l. iij. & inſti. per quas perſo. no. acqui. §. ex his. nam quotiens aliquid prohibetur, & id prohibitum eſt per quod peruenitur ad id: vt infra de ſponſa. l. oratio. diuerſo tamen iure duo inſolidũ poſſunt poſſidere, vt vnus ciuiliter, & alter naturaliter: & ſic intelligitur lex illa. j. vti. poſ. ſi duo. ſic enĩ diſtinguuntur iura poſſeſſionis: vt. j. de vi & vi ar. l. j. §. quod vulgo dicitur. & de preca. l. & habet. §. eum. Sed qui ſunt qui ciuilem habent poſſeſſionem? Reſpon. proprietarius, & ille qui dedit in feudum, & qui in emphyteuſin dedit. nam proprietarius quærit ſibi poſſeſſionem per ſeruum fructuarium. quod non faceret, ſi non poſſideret: vt infra de acquir. poſ. l. j. §. ſed & per eum. fructuarius verò, vel vaſallus, vel emphyteuta, tantum naturalem habent: vt. j. de acquirẽ. poſſeſ. naturaliter. & l. poſſeſſio. j. reſpon. Sibi enim poſſident ratione iuris quod habent in re. & idẽ in eo colono qui conduxit ad non modicum tempus: quia naturaliter poſſidet: vt. ĩ. ſi ager vec. vel emph. pe. l. j. & infra de ſuperfi. l. j. §. quod ait. ſecus ſi ad modicum tempus: quia ille nullo modo poſſidet: vt habetur. C. de præſcri. xxx. an. l. malè. &. j. de vſuca. l. nõ ſolũ. §. quod vulgo. liget quidam contra per. l. ĩ. communi diui. l. communi diuidũdo. §. neque colonus. ſed illud expone vt ibi. quid autẽ ſi hi qui naturaliter poſſident: alij locent ad non modicum tempus, vel dẽt in feudum, vel in emphyteuſin, vel in vſumfruct? Reſpon. nullam retinent, cum aliam non habeant. Item ſecundum Io. ciuiliter poſſidet, qui non eſt in re, nec in conſpectu: ſed quando eſt in conſpectu, naturaliter etiam poſſidet. nam cum per conſpectum naturalis quæratur, multo magis retinetur: vt infra de acquir. poſ. l. quod meo. §. ſi venditorem. Et ſecundum hoc non videtur quòd eodem tempore poſſideat quis ciuiliter & naturaliter. quod Al. dixit, & bene ſecundũ Azo. niſi naturalem appelles approbatione ciuilem: vt ar. j. de verb. ſign. l. lege. ſed apud vnum vna, & apud alium alia ſit. Vel dic quòd in partibus in quibus inſiſto & video, habeo naturalem: in aliis ciuilem. ſed P. & Azo dicebant non ideo amitti naturalem, quòd res non ſit in cõſpectu: ſed certe ſecundum hoc non eſſet ciuilis ſine naturali. Item contra eos videtur, quia plures haberent naturalem, ſecundum hoc: quia ingreſſus fundum habet naturalem, ſecundum eos. P. & M. & R. & Azo. & dominus nihilo minus. ſic ergo plures: quod tamẽ ipſe Pl. aliàs negauit, dicens naturaliter duos inſolidum poſſidere non poſſe, ſed ciuiliter. Sed dici poteſt quòd abſens habet naturalem: ciuiliter ingrediens habet naturalem naturaliter. Alij dicunt q tunc eſſe deſinat. quod non placet. ei autem quod dixi apud vnũ non poſſe eſſe ciuilem & naturalẽ, contradicit. C. de acquir. poſ. licet. vbi dicit exeuntem de poſſeſſione & longe recedentem, ita quòd non ſit in conſpectu, quòd retinet poſſeſſionem. Vnde dicunt quidam ciuilem, & ſic prius habebat ciuilẽ. de naturali conſtat quòd habebat: ſic ergo ciuiliter & naturaliter poſſidebat. Sed dicas quòd retinet naturalem, quam ſolam prius habebat: illam tamen dico ciuilem, quia iuris ciuilis auctoritate retinetur. ſic dicitur actio ciuilis prætoria auctoritate extenſionis: vt ſupra de noxa. l. electio §. ſi is quem. Accurſius.

Poſſeſſionẽ ciuilẽ quis habere dicatur.

Actio ciuilis prætoria dici poteſt.

nec quẽquam partis corporis [a] dominũ eſſe, ſed totius corporis pro indiuiſo pro parte dominium habere: vſum autem [b] balinei quidem, vel porticus, vel campi, vniuſcuiuſque in ſolidum eſſe [c]. neque enim minus me vti, quòd & alius vteretur. Verùm in vehiculo commodato vel locato, pro parte quidem effectu [d] me vſum habere: quia non omnia loca vehiculi [e] teneam [f]. Sed eſſe verius ait, & dolum & culpam & diligentiam & cuſtodiam in totum me præſtare debere. quare duo quodammodo rei habebũtur [g]: & ſi alter conuentus [h] præſtiterit, liberabit alterum: & ambobus cõpetet furti [i] actio:

VI. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

ET alterutro agente [k], alterius actio contra furem tollatur [l].

VII. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Sabinum.

VNde quæritur, ſi alter furti egerit, an ipſe ſolus debeat commodati conueniri [m]. Et ait Celſus, ſi alter conueniatur qui furti non egit, & paratus ſit periculo ſuo conuenire * alterum qui furti agendo lucrum ſenſit ex re commodata, debere eum audiri, & abſolui [n]. Sed ſi legis Aquiliæ aduerſus ſocium [o] eius habuit commodator actionem, videndum erit ne cedere debeat [p] ſi fortè damnum dedit alter, quod hic qui conuenitur, commodati actione ſareire compellitur [q]. Nam et ſi aduerſus ipſum [r] habuit Aquiliæ actionem commodator, æquiſsimum eſt vt commodati agendo remittat actionem: niſi fortè quis dixerit, agendo eum è lege [s] Aquilia hoc minus conſecuturum, quàm ex cauſa cõmodati cõſecutus eſt. quod videtur habere rationem [t].

*conueniri.

a *Partis corporis*. ſed inſolidum ſimul cum alio vel pro indiuiſo. Vel dic clarius, partis viſibilis & diſcretæ: ſed intellectualiter ſic. nec enim tua eſt mea, vel mea tua.

b *Vſum autem*. qui nec eſt dominium, nec poſſeſſio, ſed quoddam tertium aliud ab vtroque. & ideo diſtinguitur inter ſpatioſam rem, & non ſpatioſam.

c *Inſolidum eſſe*. quia vnuſquiſque commode balneo etiam cum alio vel aliis vtitur, nec in aliquo per alium impeditur: idem in porticu. ſecus in vehiculo.

d *Effectu*. q. d. ipſa neceſsitate. ſic. ĩ. de vſufru. accre. l. j. in fi.

e *Vehiculi*. ſed nec balnei: ſed ibi per aliũ vſus meus nõ ſic minuitur: quod eſt in vehiculo ſecus. Io. Item quod dicit hic vſum haberi pro parte, eſt cõtra. ĩ. de vſu & habi. l. vſus pars. ſed quod hic dicitur, refertur ad factum, & pro parte vti dicor, cum certa parte vehiculi vtor. Sed quod ibi dicitur, ad ius, id eſt ad ſeruitutem vſus.

f *Teneam*. id eſt tenere poſſum, cum tu in eodem conſiſtens me impediat. & idem in balneo paruo, quod in vehiculo.

g *Habebuntur*. quia vterque obligatus eſt inſolidum ad rem reſtituendam: quod ſi non fecit, debet pro parte ad intereſſe damnari: vt infra depo. l. ſi duo. Azo. Sed videtur quòd non inſolidum teneatur: vt j. e. l. rem. §. in exercitu, quæ eſt contra. Solu. ibi actum eſt quòd quilibet pro parte teneatur. nam ita dixit communi periculo: vt ibi dicit. Hodie verò vt duo commodatarij ſint duo rei debendi, oportet quòd expreſsim dicatur: vt in authẽ. de duo. re. in princ. colla. vij. nec dicat aliquis q auth. loquatur quando eſt diuiduum in obligatione. hic autem reſtitui res pro parte non poteſt: vt infra depo. ſi duo. & j. de verb. obli. ſtipulationes non diuiduntur. quia certe illud locũ habet quando res pro parte reſtitui non poſsit: quando id eſt actum quòd quilibet teneatur inſolidum. vel quando vnus ad rem totã tenebatur: alioquin quilibet tenebitur pro parte: vt in heredibus dicitur, & pluribus depoſitariis: vt infra depoſi. l. j. §. ſi apud duos. & l. in depoſiti. ſic ergo & hic fuit actum. Accurſius.

h *Conuentus*. actione commodati.

i *Furti*. ſi ei res commodata furripiatur. hodie verò ponitur in electione cõmodantis, vt poſsit ipſe ſi velit eligere furem: vt inſti. de obli. quæ ex delic. §. quæ de fullone.

k *ET alterutro agente*. ſed non peragente.

l *ET tollatur*. hoc ideo, quia vtrique inſolidum ex vna eademque cauſa defertur furti actio, & ideo vni per alium præiudicatur: vt infra de duo. re. l. ex duobus.

m *VNde quæritur. Conueniri*. ſ. cõmodati actione ſibi à cõmodãte ceſſa. aliter enim nõ poteſt, & tũc non ad lucrũ. i. pœnam furti quã habuit ſocius aget: vt. C. de fur. l. fi. §. ſed cũ. & j. loca. & condu. l. is qui. licet in creditore ſit aliud: vt. j. tit. j. ſi pignore. ſed ad rẽ, vel rei cõmodatæ æſtimationem, quã ſocius cõſecutus eſt. Sed quidam habent in litera, conueniri: & ad hoc eſt argu. infra de fideiuſ. l. ſi dubitetur. j. reſpon. poteſt tamen dici in fideiuſſoribus aliter quàm in duobus reis, ſecundum Azo.

n *Abſolui*. ſcilicet ab obſeruatione iudicij interim.

o *Socium eius*. conuenti: vt quia ſocius eius damnum dedit.

p *Debeat*. ſcilicet conuento.

q *Compelliur*. immo videtur q cogi non debeat, cum præuideri nõ poſsit: vt. j. eo. l. ad eos? Rñ. immo quãdoq; cogitur. ſ. ſi potuerit præcauere: vt. j. loca. ſed & de dãno. Vel dic aliud ĩ dãno dato ab extraneo: & aliud in dãno dato à ſocio, quia illud quaſi à me reputatur datũ, cũ pro vno reputaremur propter ſocietatẽ obligationis: vt. j. de duo. re. l. ſi. ſed ar. contra. j. de vſur. l. mora. in fi.

r *Ipſum*. ſcilicet quem vult conuenire. q. d. ideo quæſiui an cedatur actio reſarcienti damnum ab alio datum: quia ſibi eſt qui dedit damnũ quem conuenio commodati, licet non debeam cedere, debeo tamen remittere actionem. l. Aquil. niſi in eo quod plus eſt in ea actione quàm commodati, ſecundum Azo.

s *Ex lege Aquil*. id eſt poſtquam egerit commodati. vel refertur ad ſuperius dictum.

t *Quod videtur habere rationem*. ſ. quòd poſsit agi ad reſiduum per

actionem legis Aquiliæ:vt hic.& ar. infra vi bo. rap.l.j.Sed arg. cõtra infra de actio.& oblig.l.qui ſeruum.§.fi.vbi dicitur quòd poſtquam egi commodati,nõ poſſum agere.l. Aquil.in eo quod plus eſſet in ea ex repetitione.xxx.dierum. Sol. ſecundum R.hic de æquitate.vel ſecundum M.ibi dicit non durare alteram, cum non eſt in ſecunda pluſquam in prima.aliàs durat vt hic. vel ſecundum Io.hic ad aliud ſimplum agitur quod venit in actionem iſtam,quia inficiatio interceſsit. non autem ad incrementum xxx.dierum: vt ibi. Vel hic non eſt conſecutus per actionem commodati,niſi medietatem æſtimationis, cũ duo fuerunt commodatarij.aliã ergo poterit conſequi per actionem commodati,vel per actionem.l. Aquil. ſecundum Azo. Vel dic quòd hoc, niſi &c.non ad proximum, ſed ad ſuperi[a] refertur: & hoc in pluribus & à pluribus permittitur. in contraria non ab eo.ar. ĩ.ad.l.Aqui. item Mela. §.ſi plures.Sed quæſtioni factæ,an conuẽto ſocio teneatur cedere cõtra alium, non reſpon. ſed ego reſpõdeo, q̃ tenetur cedere ſicut pupillus cedit tutori conuento contra tutorem:vt.C de admi.tut.l.ij.in prin. &.§.fi.&.j.de tut. & ra. diſtra.l.j.§.nunc tractemus. Et eſt ratio, quia ex facto dantis damnum conuenitur, & præſtat damni æſtimationem. commodati autem actio non eſt cedẽda:quia cõuentus ea ſuo nomine tenetur,niſi ad damnum vt dictum eſt.ſic ergo in duobus reis dico:ne cõuento actio cedatur,niſi ex facto rei conueniatur.ſed aliud eſt in fideiuſſ.vt.C.de fideiuſ. authen.præſente.&. C.loca.l.ſi diuiſa. ſed in reis idem dico ſi tales erant vt poſſet conuentus poſtulare quòd diuideretur actio ad exemplum plurium mandatorum: vt.j.de fideiuſ.ſi fideiuſſores.§.idem reſpon.&.l.fideiuſſores.ſecundum Azo.

† *Concor.in ca.1. glo.1. circa fi. extra eod.*

VIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

REi commodatæ [a] † & poſſeſsionem & proprietatem retinemus.[b]

IX. VLPIANVS libro ſecundo ad Edictum.

NEmo enim commodando rẽ facit eius cui cõmodat. *Ex vſu ad quem res accommodatur, quia non obligatur niſi ſit mixta culpa. Bartol.*

X. IDEM libro vicenſimonono ad Sabinum.

EVm qui rem cõmodatã accepit,ſi in eã remviſus eſt in quã accepit,nihil præſtare, ſi eã in nulla parte culpa ſua deteriorẽ fecit,verũ eſt.nã ſi culpa eius fecit deteriorem,tenebitur.[c] *Contractus innominati iudicantur ſecundum naturam contractus nominati cui adiacent. Bartolus.*

Si rem inſpectori dedi: an ſimilis ſit ei[d] cui cõmodata res eſt quæritur.Et ſi quidẽ mea cauſa dedi,dum volo pretium exquirere,dolum [e] mihi tantùm præſtabit. ſi ſui, & cuſtodiam: & ideo [f] furti habebit actionem. *Si res perierit culpa nimij referentis, periit periculo domini. ſi eum miſit:aliàs periculo commodatarii, ſi nuntium malum elegit. idem ſi nuntii dolo perierit. Bartolus.*

Sed & ſi dũ refertur [g] periit, ſi quidem ego mãdaueram per quẽ remitteret, periculũ meũ [h] erit.ſi verò ipſe cui voluit commiſit,æquè culpam mihi præſtabit,ſi ſui cauſa accepit,

XI. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

QVi non tam idoneum hominem elegerit,[i] vt rectè id perferri poſsit.

XII. VLPIANVS libro vicenſimonono ad Sabinum.

SI mei cauſa,dolum tantum. Commodatam rẽ miſſus qui repeteret, cum recepiſſet, auſugit. Si dominus ei dari iuſſerat,domino perit. ſi commonẽdi [k] cauſa miſerat vt referretur res commodata,ei qui commodatus eſt.* *Dominus qui recipit æſtimationem litis à commodatario,tenetur cauere de reſtituendo ei vt ſi ad manus eius peruenerit.b.d. Paul. de Caſt.*

XIII. POMPONIVS libro vndecimo ad Sabinum.

B IS qui cõmodatum accepit, ſi non apparentis rei nomine cõmodati condemnetur, cauendũ ei eſt, vt repertam dominus ei præſtet.[l] *Ad eum ad quem res non pertinet, commodum non ſpectabit. Bartolus.*

Si quem quæſtum fecit is qui experiendum quid acceperit, veluti ſi iumenta [m] fuerint,eáq; locata ſint,idipſum [n] præſtabit [o] qui experiundum dedit. neq; enim ante eam rem quęſtui cuique eſſe oportet prius quàm periculo eius ſit.[p] *Error in iure conſentiuo non impedit actionem oriri ex contractu, ſicut nec error in iure vel in facto antecedente impedit condictionem oriri extra id quod agitur. Bar.*

C Si libero homini qui mihi bona fide ſeruiebat, quaſi ſeruo rem commodauero, videamus an habeam commodati actionem.nam & Celſus filius aiebat, ſi iuſsiſſem eum aliquid facere, vel mandati [q] cum eo,vel præſcriptis verbis experiri me poſſe.Idem ergo & in commodato erit dicẽdum. Nec obſtat quòd non hac mente cum eo qui liber bona fide nobis ſeruiret, contraheremus, quaſi eum obligatum [r] habituri.Plerumque enim id accidit, vt extra id quod agitur,tacita obligatio naſcatur: [s] D veluti [t] cum per errorem indebitum ſoluendi cauſa datur.

a *Rei commodatæ.*ſcilicet alij à nobis.

b *Retinemus.* vt & inſtit.de interdi.§.poſsidere.verſi. per eos quoque.ſicut & rei depoſitæ:vt infra depoſi.l.licet.§.rei.

c *Eius qui. Tenebitur.*quia nõ videtur reddita: vt ſupra eo.l.iij. §.ſi reddita ſit res.& facit infra eo.l.vlti. Accurſius.

d *Sit ei.*in act.præſcrip.ver.qua ipſe tenetur: vt infra de præſcrip.ver.ſi rem.&.l.ſi gratuitam.§.ij.

e *Dolum tantum.*Sed nũquid inſpector debet probare ſe ſine dolo amiſiſſe?Videtur q̃ ſic:vt.C.de pign.act.ſi creditor. &.j.loca. ſi quis fundum.&.j.de cuſto.reo.l.ſi.& ĩ.de edẽ.l.ſi quis ex ar.in ſi.&.l.ſeq.Cõtra videtur q̃ nõ,ſed ille qui obiicit: vt.j.de le.ij. cum ita.§.ſpecies.&.C.de pigne.act.ſi nulla.& infra de proba.l. quotiens.§.qui dolo. Azo.quod eſt verius. Accurſius.

f *Et ideo.*quia eius intereſt,cũ de cuſtodia teneatur. Accurſius.

g *Sed & ſi dum refertur.*res quæ inſpicienda data eſt.

h *Periculum meum.*ſine diſtinctione.& eſt pro hoc ſupra nau. cau.ſta.l.iij.§.idem.in princi.&.l.ſi.in princi.


r *Mutare.* vt dicam patrem teneri in ſolidum.

s *Obſtrictus eſt.* nõ autem obſtrictus eſt rem pupil. ſal.fo. ſed tenetur ſolum de peculio: vt infra ad munici.l. quotiẽs.§.pe.& de ma. conue.l.j.§.ſi.

circa.Flo.

PEculum eſt.] CASVS. Non illud ſolum dicitur peculiũ, quod habet ſeruus ſeorſum à rationibus domini: ſed quod ipſe dominus ſeparauit, vt in peculio haberet:cui facultas eſt augere vel minuere peculium: videlicet, vt ſi dominus ſerui creditor, res ſuas quæ apud ſeruum ſunt, permittat eſſe iure peculij: licet traditio nõ interuenerit:ſufficit tamen nuda volũtas eius ad augendũ peculiũ.Si vero dominus eſt creditor ſerui, non etiam ſe debere conſtituit: non propter hoc augetur peculium re. [EX HIS.]Ex prædictis apparet, quòd non eſt peculiũ quod habet ſeruus ignorante domino : ſed eo volente. vnde ſi ſeruus res domino furripiat: non erunt in peculio. An autem ignorante domino poſſit minui peculium ? Et dicitur quòd ſic. [SI OPEM.]Si ſeruus in rebus domini damnum dederit aut furtum:item ſi alius domino furtum facit,& ei ſeruus opem ferat: ſi dominus de peculio à creditoribus peculij conueniatur, deducit quod ſibi deberur eo nomine. [SI AERE.] Licet quicquid eſt in peculio,domino debeatur: remanent tamen res peculiares:quia ſi ſibi dominus debitum remittat, vel manãs pro ſeruo dominus ſoluat, peculium conſtituitur. [NON SOLVM.] Si habebam duos ſeruos , vnum ordinarium , & alium vicarium:non ſolum illud quod habet vicarius ſeorſum à ſubſtantia mea,conſtitutione mea erit peculium: ſed hoc quod habet ab ordinario.Viuianus.

Diſcernen.

a *Diſterunt.* vt hic, & infra eo.l. depoſiti.§. fin.idem ſi paſſus fuerit apud ſeruum eſſe: vt infra eo. quam Tuberonis. §. ſunt quidam. &.l. non ſolum. quandoque tamen dicitur peculium, quicquid ſeruus naturaliter tenet: vt infra de acquiren. poſ.l. quod ſeruus. Item & aliis modis: vt dixi in rubrica.

b *Vel augere.* ſ.nuda voluntate quandoque: vt ſtatim ſubiicit, ſed hoc ita &c. Accurſius.

c *Contra puto.* quòd poſſit augeri nuda voluntate domini: vt infra de dona.l.nuda.

d *Re enim.* & in ſuperiori caſu re non verbis augetur, cum prò tradita habeatur res: vt inſtitu.de re.diui §.interdum. & infra eod.l. non ſtatim.

e *Ignoràte domino.* nõ poſſet augeri de rebus domini: tamen minui poteſt: vt ſubiicit. Item & augeri poteſt aliunde: vt.§.eo.l.peculium.

f *Deducẽdum eſt.* cum cõuenior à creditore peculiari. Accurſius.

g *Poſſim.* ab eo qui furtũ fecit. Et ſic not. de peculio non deduci, ſi aliunde poteſt dominus conſequi aliqua actione: vt hic, & infra eo.ſi noxali.§.quod autem. Item deducto hic, quo ad rem, non quo ad pœnam: vt infra eo.ſed ſi damnũ. §. ſed eſt quæſtionis. Sed quomodo loco rei: cũ ille qui opem fert, cõdic.furti non teneatur: vt ſupra de cõdic. fur. l.proinde quæ eſt contra? Sol. hic peruenit ad ſeruum: ubi non peruenit ad eum qui opem tulit. Vel hic excipiendo poteſt ſibi agendo non poteſt. Accurſius.

h *Si are.* ſ.i. quamuis.

i *Dominico.* quia ſeruus debet domino.

k *Manent.* in hæreditate idem: vt infra de verbo. ſigni.l. hereditatis appellatio. in dote idem: vt j.de impen. in re.do.fac.l.quod dicitur.&. j.de iur. do.ſi it. §. quod dicitur. & ſic ſunt argu. pro vaſallo qui fecit feloniã, & ei à domino eſt remiſſa, quòd videtur habere feudum ex veteri conceſſione: vnde trãſmitteret ad agnatos, ſi ſine liberis decederet. & ad hoc facit infra de libe. & poſthu.l.filio quem. & ſupra de pactis.l.ſi vnus.§.quod & in ſpecie.

l *Cuius in peculio.* id eſt, ab ordinario, vt hic, & infra eod.l.definitio. Secundum hoc intelligitur infra.l.proxi.in fin.

Depoſiti.] CAIVS. Apud ſeruum tuum rem aliquam depoſuiſti: eam deteriorauit, vel amiſit per dolum. teneberis tantũ de peculio. Si vero dolum commiſiſſes: teneberis in ſolidum. & hoc in prima. Idem eſt ſi ſeruo tuo rem precario cõceſſit: de peculio tantum teneberis. Idem eſt in filiofami. & in patre, & in vtroque caſu. & hoc in ſecũda. Si vero dicebas filium meum tibi debere decem: & detuli tibi iuſiurandum, & iuraſti: certe tibi teneor de peculio. Non idem in ſeruo, qui liberam non habet peculij adminiſtrationem: ne ſit contrarium ſupra de iureiuran.l.quemadmodum. Solu. in iudicio iurare non poteſt ſeruus, vt hic: extra ſic, vt ibi. [PECVLIVM.] Dicitur autem eſſe peculiũ, quod habet ſeruus ſeparatum à ſubſtantia domini permittentis: deducto inde quod domino debetur. Hanc definitionẽ reprehendit, dicens q ad peculiũ vicarij non extẽditur. quod reprehẽdit Celſus: quia dominus cõſtituendo peculiũ, ordinario & vicario cõſtituere videtur: quam definitionẽ Tuberonis probat Celſus, adiiciens pro quæſtione, an pupillus poſſit cõſtituere ſeruo peculiũ: & dicitur quòd non: ſed à patre conſtitutum poteſt permittere vt apud ſeruũ remaneat. Idem dicit in furioſo. Vnde ſi furioſus habeat ſeruum cõmunem cũ homine ſanæ mentis, furioſus cõſtituere non poteſt: alter poteſt. hoc dicit vſque ad.§.ſunt quidam. in.l.quam Tuberonis. Viuianus.

m *Dolo malo eorum.* ſi dicas, filij & ſerui: tunc de peculio tantum tenetur pater & dominus. ſi dicas, eorũ id eſt patris & domini: tunc in ſolidum de dolo, & non de culpa: vt infra depo.l.j.§. ſi filiuſfa. & infra eo.in bonæ fidei. & ſupra commo. l. iij. §. ſi filioſa.

n *Dumtaxat.* vt hic, & infra de preca. ſi ſeruus conuentus. Accurſius.

o *Detulerit.* actori.

p *Diuerſum.* immo idẽ videtur: vt ſupra de iureiu.l.quidam. quæ eſt contra. Sed hic in iudicio: ibi extra. Vel hic non habet liberam peculij adminiſtrationẽ: ibi ſic.

q *Quaſi puſilla.* id eſt parua pecunia, & parſimonia quæſita: vt infra eo.l.peculium. Accurſius.

r *Peculium.* ſcilicet ſerui. Ioan.

ſ *Domini permiſſu.* vel quaſi domini, vt ordinarij: vt ſupra.l.proxi.in fin.& infra.l.proxi. Accurſius.

t *Si quid domino.* hoc large accipe, id eſt ei qui de peculio conuenitur: vt infra eod.ſi noxa.§ fina.ſed & aliis debita deducuntur interdum: vt infra eod.ſed & ſi.§.peculium.& .§ præterea.

u *Definitio. Expoſui.* id eſt fecit: vt ſupra.l. proxima, in fin. Accur.

x *Vt Labeo ait.* & male. Accurſius.

y *Quod falſum eſt.* ſcilicet dictum Labeonis, & hoc probat.

z *Seruo.* ordinario.

Conſtituiſſe.

* *Flo.ſumma ſeruitutione diſc.*

† *Barto.hic not. iſtum tex.ad hoc, quod remittere, eſt dare. pro quo facit & co. cor. tex.d.ſi mulier. ſupra de condic. ob cau.*

* *Flo.quid.*

* *quid*

a *Nec.etiã vnus ſecũdum Bald. ad.hunc gl. quod ſi quis remiſit alicui offenſa, non poſſit petere pœnam pactam pro qua cotor.C facit l.ult.de adi. le.infr.*

* *Flo.peculium.*

* *Halo.captum ſu.*

* *Flo. obligantur.*

† *Bald hic dicit, alibi melius non probari, quàm hic, quod per iuſiurandũ quaſi citra latur, ſicut per ſententiã & alibi expreſſius non habet.*

a *Conſtituiſſe.* i. conſtitui permiſiſſe. Ioan. vt. ĩ. eo peculium. §. fi.

Quam Tuberonis.] Caſus in prin. l. eſt ĩ caſu præcedẽ. [*SVNT QVIDAM.*] An ſeruus poſſit habere peculium, niſi dominus concedat & tradat? Dicunt quidam quòd non. Vlpianus dicit quòd ſic. ſecus eſt in libera adminiſtratiõe peculij: quam non habet, niſi domino ſpecialiter concedente: ſed nõ eſt neceſſarium vt dominus ſciat quæ res ſunt apud ſeruum. [*PAPILLVM.*] An ſeruo vel pupillo patervel dominus poſſit cõcedere peculium? Dicitur quòd ſic. & hoc in prima. An autẽ ſeruus, vel filius, ſi incidat in furorem, nihilominus poſſit retinere peculium? Dicitur quòd ſic. & hoc in ſecunda. & eſt ratio in litera. [*IN PECVLIO.*] Non ſolum res mobilis, ſed etiam ſolida, item Stichus poteſt eſſe in peculio, ſcilicet ſeruus vicarius. & hoc in ſecunda. Si vero res peculiaris furripiatur, an quod debetur actione furti, imputetur? Dicit quòd ſic. & hoc in tertia. item ſi hereditas, vel legatum fuerit ſibi relictum: illa erit ĩ peculio. & hoc in quarta. Et ſi aliquid in negotio domini impendit: illud imputabit. Item ſi dominus cõuenit debitorem peculij, & exegit, &c. Item ſi ſeruus aliquam rem emit, & euicta eſt, & dominus duplum fuerit cõſecutus: illud &c. & niſi dominus dicat expreſſe, quòd nolit illud eſſe in peculio: imo verius, ſi dominus nec velit, nec nolit. Itẽ ſi ſeruus ſeruo aliquid debet, illud &c. An autem voluntas ſufficiat ſola ad conſtituendum peculium? Dicitur quòd non: ſed oportet quòd traditio aliqua interueniat: vel re aliqua exiſtente penes ſeruũ, patiatur dominus in peculio eã eſſe: quia tunc ſola patiẽtia pro traditione habetur: ſola autem voluntas domini ſufficit vt res deſinat eſſe in peculio. & hoc in quinta. Si vero dominus in re peculiari damnum dederit, vel ſurripiat: erit in peculio. & ſi extraneus duplum conſecutus fuerit: dominus illud in peculio computabit. Hoc dicit cum duabus. ll. ſequen. Viuianus.

†*No. ergo bonus litera, ſecundũ Bal. quòd ad hoc vt procurator habeat liberã, oportet quòd dominus expreſſe concedat liberam.*

†*Id eſt, pinguis. Vide Alcia. libr. diſpũ. 2. ca. 4. aliàs, id eſt per maiores groſſioreſque partes. Vide Eraſ Chil. 3. cent. 7. proverb. 6.*

b *Quam Tuberonis ſententiam.* quæ eſt contra, ſupra. l. proxi. in fi. Accurſius.

c *Ex his cauſis.* ſcilicet quia hic furioſus eſt: vt inſtitut. qui teſta. facere poſ. §. furioſus. vel quia ſucceſsit pupillus: vt ſupra de inſtitor. ſi quis mancipiis. §. ſi impubes. & facit ſupra eo. l. licet §. idem adiicit. &. §. in furioſi.

d *Vel pupillum.* idem & in aliis exẽplis multis: vt. ĩ. e. quis ergo.

e *Concedente.* per traditionẽ. Vel dic ſecundo (quod eſt verius) concedente expreſſe, quod corrigit: quia quandoque tacite, vt hic ſubiicit, &. ĩ. e. l. nõ ſolum. & ſic bene ſubiicit, alia cauſa &c.

f *Concedi.* per traditionem. Accurſius.

conſtituiſſe [a] exiſtimandus eſt.

Informis patientia habetur pro conſenſu in his quæ ſunt medici praindicii: ſecus ſi magni. Bartolus.

VII. VLPIANVS libro viceſimonono ad Edictum.

QVam Tuberonis ſententiam [b] & ipſe Celſus probat: & adiicit, pupillũ vel furioſum conſtituere quidẽ peculiũ ſeruo nõ poſſe: verùm antè conſtitutũ, id eſt, [vel] ante furorem, vel à patre pupilli, nõ adimetur ex his cauſis [c]. quę ſententia vera eſt: & congruit cum eo quod Marcellus apud Iulianum notans adiicit, poſſe fieri, vt ex [duobus] dominis apud alterũ ſeruus peculiũ habeat, apud alterum nõ: vtputa ſi alter ex dominis furioſus ſit, vel pupillus [d]: ſi vt quidã (inquit) putant, peculium ſeruus habere non poteſt, niſi concedente [e] domino. Ego autem puto non eſſe opus concedi [f] peculiũ à domino ſeruum habere [g]: ſed nõ adimi [h], vt habeat. Alia cauſa eſt peculij liberæ adminiſtrationis [i]. nã hæc ſpecialiter [k] concedenda eſt. Scire [l] autem non vtique ſingulas res debet [dominus ex neceſsitate] [m], ſed παχυμερέστερον. & hãc ſentẽtiã Põponi [n] inclinat.

Hic exponit verbum, ſeruus, poſitum in definitione. Bartolus.

Pupillum [o] autem tam filium quàm ſeruum, peculium habere poſſe, Pedius libro quintodecimo ſcribit: cum in hoc, inquit, totum ex domini conſtitutione pendeat. Ergo & ſi furere cœperit ſeruus, vel filius, retinebunt peculium.

Hic exponit verbum, quod poſitum eſt in definitione. Bartolus.

In peculio autẽ res eſſe poſſunt omnes [p], & mobiles, & ſoli. Vicarios quoque in peculiũ poteſt habere, & vicariorũ peculium: hoc amplius, & nomina debitorũ. Sed & ſi quid furti actione ſeruo debetur, vel alia actione, in peculium computabitur: hereditas [q] quoque, & legatum, vt Labeo ait. Sed & id quod dominus ſibi debet, in peculium habebit, ſi fortè in domini rationem impendit [q], & dominus ei debitor manere voluit [r], aut ſi debitorem eius [ſ] dominus conuenit [t]. Quare ſi fortè ex ſerui emptione [u] euictionis nomine duplum dominus exegit, in peculium ſerui erit conuerſum: niſi fortè dominus eo propoſito fuit, vt nollet hoc eſſe in peculium ſerui. Sed & ſi quid ei conſeruus debet, erit peculij: ſi modò ille habeat peculium, vel habebit [x].

Hic exponit verbum, ſeparatum à rationibus dominicis, poſitum in definitione. Bartolus.

VIII. PAVLVS libro quarto ad Sabinum.

NOn ſtatim quod dominus voluit ex re ſua peculij eſſe, peculium fecit: ſed ſi tradidit: aut cum apud eũ [y] eſſet, pro tradito habuit. Deſiderat enim res naturalẽ dationẽ. Contra autẽ [z], ſimul atque noluit, peculium ſerui deſinit peculiũ eſſe.

Quod dominus ſubtraxit, vel delevit, non eſt in peculio: ſecus ſi ſeruus ſubtraxit. Bartolus.

IX. VLPIANVS libro viceſimonono ad Edictum.

SEd ſi damnum ſeruo dominus dederit, in peculiũ hoc non imputabitur: non magis, quàm ſi ſubripuerit. Planè ſi cõſeruus dedit damnũ, vel ſubripuit: ĩ peculiũ videtur haberi [a].

g *Habere.* ſcilicet ſemper.

h *Adimi.* dũmodo dicat vt habeat in peculiũ: vt. ĩ. l. proxi. Sed non, ſcilicet aliquãdo, & ſic ex tacita volũtate habet peculiũ ſeruus, ex quo ſcit dominus. quod dic vt. ſ. eo. l. peculiũ. Accurſius.

i *Adminiſtrationis.* cum res ſint apud ſeruum: vt hic, & ſupra de mino. l. etenim. & tales ſunt res, quas verisimile eſt dominũ velle habere: vt infra eo. l. nõ ſolum. ſecus ſi non ſunt apud eum: vt ſupra eo. l. peculiũ. in prin. Accurſius.

k *Specialiter.* Hoc ideo, quia continet alienationes rerũ. Item ſolui ei poteſt à debitore peculiari, & ipſe aliis ſoluere: vt infra deſol. l. quod ſeruus. & delegare: vt infra eo. l. libera. in fi.

l *Scire.* quando dominus concedit peculium.

m *Ex neceſſitate.* ſed eſſe eius voluntatis, vt ſint apud ſeruum in peculio, etiam quę ignorante eo quæruntur: vt infra eo. non ſolum. in princ. &. l. peculium & ex eo. Accurſius.

n *Pupillum.* propriè quo ad eum qui liber eſt: improprie quo ad ſeruum impuberem: vt infra de verb. ſig. l. pupillus. immò propriè quo ad vtrumque.

o *Omnes.* id eſt, omnis generis res, ſi tamen in bonis alicuius eſſe poſſunt. ſecus ergo in ſacris rebus, religioſis & ſanctis, & libero homine: quę ſunt in bonis nullius: vt inſti. de rerũ diui. §. nullius. Accurſius.

p *Hereditas.* ſeruo relicta.

q *In domini rationem impendit.* ſcilicet ſeruus vel ipſe dominus accepit: vt infra de in rem ver. l. filius. in fi. Sed cõtra videtur: quia peculio ſeruo legato, non videtur hoc debitum à domino relictũ, quod ſeruus in rationes domini impendit: vt. ĩ. de pecu. le. l. ſi peculiũ. §. ſicut. & inſtit. de lega. §. peculiũ. quæ ſunt contra. Sed dic quòd ibi ſpeciale: quia & totũ aliud peculiũ ſeruus lucrat. vnde & hoc domino remiſiſſe fingit: vt. ĩ. mãda. ſi vero nõ remunerãdi. §. idẽ Põponius. Vel ibi noluit domin⁹ illud in peculiũ cõputari. Ac.

r *Voluit.* id eſt, non noluit: vt infra ſtatim, niſi forte &c. quod eſt mediũ inter velle & nollere. vt. ĩ. de tribut. l. j. §. penul. Accur.

ſ *Eius.* ſcilicet ſeruum.

t *Conuenit.* & exegit.

u *Emptione.* quam fecit ſeruus. Accurſius.

x *Vel habebit.* aliàs nullus eſſet effectus debiti.

y *Non ſtatim. Apud eum.* ſcilicet ſeruum.

z *Contra autẽ.* No. nã nõ ſic de leui fit datio, vt ablatio: vt. ĩ. eo. l. peculiũ. §. ſi vero nomina. Sed arg. cõtra. ĩ. de reg. iu. l. nihil. & ĩ authẽ. de defẽ. ciui. §. nõ habẽte. & inſtit. de here. qua. & dif. §. fi.

a *Sed ſi damnum. In peculium videbitur haberi.* Nunquid ſolum ſimplum, an vero & pœnam? Reſpon. ſimplum: vt infra

de pecu.lega.id quod.§.si conseruum. Ioan.facit infra eo.si noxali.§.sed si à debitore.contra.

a *Ab eo.* scilicet extraneo. Accursius. [*PECVLIVM*] *CASVS.* Si seruus domino debeat, illud deducetur, & residuum intelligitur peculium esse. Item & si quid debeatur his qui sunt in potestate domini: puta filiofami. vel seruo, vel iis qui sunt sub eius tutela vel cura: & his omnibus casibus deducer, nisi dominus fuerit in dolo: puta quia dolo induxit vel seruum vel filiũ, vt se illis obligasset: vel quia in fraudẽ peculiariũ creditorum peculiũ ademerat, vel minuerat: quia in hoc casu deducit. & si in prędictis deducet cum sibi quid à seruo debeatur, & his qui sunt in potestate: quare non deducet si quid debeatur iis qui in tutela vel cura sua sunt: quia dominus his tenetur: & à se exigere debet: & ideo deducit: quia non est verisimile dominũ illud velle esse in peculio, quod sibi debetur, vel illis pro quibus debet à se exigere dominus, si sit debitor alicuius, cuius negotiũ vel tutelam gerit. [*SED ET CREDITOR.*] Habebam seruum: aliquis cum eo contraxit: & factus creditor fuit in decẽ. decesi, & eundem creditorem heredem instituit. hic creditor deducit quod sibi debetur, si cõueniatur ab aliis creditoribus. Siue seruus accepit libertatem in testamento meo, siue non, item siue legatus fuerit pure, siue sub conditione: alicui non obest quo minus deducat quod sibi debet seruus: licet dominium serui pure legati, nullo momento apud heredem remanserit. Cum vero sub conditione legatus fuit, in hoc casu minus dubium est: quia heres deducet. Et hoc probat Iulianus tali exemplo: Seruus Titij tenebatur mihi in decem: decesit seruus, vel Titius: eum manumisit postea Titius, & me heredem instituit. intra annum à tempore mortis serui, vel manumissionis conuenior de peculio: deducam quod mihi à seruo debetur: quia intra annum cum tibi successi, conueniri de peculio potero: neque tamẽ dominium serui vnquam nactus fui. [*SIVE.*] Non refert, ex contractu quid domino debeatur à seruo, an nomine reliquorum: puta quædam in bonis domini intulit seruus: quædam non intulit adhuc. si ergo seruus domino furtum fecerit, dominus deducet. Sed an simplum, an duplum, perinde ac si extraneus fecisset furtum? Respon. tantum simplum deducet. & hoc in prima. [*SI IPSE.*] Si seruus se vulnerauit, & sic deterior factus est in quinque, cum valuit decem: an illa quinque posit dominus deducere si conueniatur ab aliis creditoribus, quòd seruus deterior factus fuerit in quinque, quæritur. Et respon. quòd non, non magis quàm si se occidisset & hoc in secunda. Si vero sumptum aliquem dominus fecit in curando eum vulneratum à seipso seruo: an eum deducere possit? Dicitur quòd sic: licet aliàs si ægrum eum curasset & impendisset, non deduceret: quia videtur donasse: cum ad hoc tenebatur. & hoc in tertia. Item si dominus pro seruo suo obligatus sit, deducet: nisi in rem domini versum est: quo casu secum compensabit. & hoc in quarta. Sed & si dominus fideiusserit pro seruo, deducet. Iulianus tamen distinguit in prædictis duobus casibus: cum dominus iussit, & fideiusserit, non adhuc soluit ex his causis, an nõ deducet: vt si soluat, deducat: alioquin non: sed creditori soluat accepta cautione à creditore, quòd sibi refundet retro: si ab eo apud quem fideiusserit, vel ab eo qui iussu suo credidit cõueniatur, vt sic possit creditor medij temporis interusurium, id est cõmodum consequi vsurarum. [*SED SI.*] Duo erant creditores peculiares serui: ab vno dominus conuentus de peculio, & condemnatus, si postea ab alio cõueniatur, an possit deducere quod alij debet ex condemnatione, quæritur. Et respon. quòd sic: quia perinde est ipsum condemnatum esse, ac si soluisset sponte. & hoc in prima. Si vero ab alio conuentus, & lite contestata, pẽdẽte adhuc iudicio ab alio conueniatur, & condemnetur: an possit deducere id pro quo erat conuentus priori iudicio, quæritur. Et resp. quòd nõ: quia in actione de peculio potior est conditio eius qui ad sentẽtiam prius peruenit, quàm qui litem prius contestatus est. hoc dicit vsque ad.l. si noxali. Viuianus.

& ita Pomponius libro vndecimo scribit. Nam & si quid dominus ab eo[a] qui rem peculiarẽ subripuit, vel consecutus est, vel cõsequi potest: in peculium esse ei imputãdũ, Neratius libro secundo responsorum scribit.

Id quod debetur domino, non censetur esse de peculio: quia tacite videtur esse à domino exceptum, vel exactum. hoc dicit. Paul. de Cast.

Peculiũ autẽ deducto quod domino debetur, computandum esse[b]: quia præueniisse dominus, & cum seruo suo egisse creditur. Huic definitioni Seruius adiecit[c], & si quid his debeatur, qui sunt in eius potestate[d]: quoniam hoc quoque domino deberi nemo ambigit.

De peculio deducitur non solum id quod debetur patri vel domino: sed etiã id quod debetur ei qui est sub tutela vel cura ipsius domini, vel patris: aut cuius negotia ipsi gerunt. hoc dicit. Paul. de Cast.

Præterea id etiam deducetur, quod his personis debetur, quæ sunt in tutela vel cura domini vel patris, vel quorum negotia administrãt, dommodo dolo careant[e]: quoniam & si per dolum peculiũ vel ademerint, vel imminuerint, tenentur[f]. Nã & si semper præuenire dominus & agere videtur: cur non dicatur etiam hoc nomine eum secum egisse, quo nomine vel tutelæ, vel negotiorũ gestorum[g], vel vtili actione[h] tenebit? Nam vt eleganter Pedius ait, ideo hoc minus in peculio est, quod domino vel patri debetur, quoniam non est verisimile, dominum id concedere seruo in peculium habere, quod sibi debetur. Sanè cùm ex cæteris causis ipsum à semetipso exegisse dicimus[i], qui negotia vel tutelam gerit: *cur nõ etiam in specie peculiari exegerit[k] quod exigi debuit[l]? Defendendum igitur erit, quasi sibi eum [id] soluere[m], cum quis[n] agere de peculio conabitur.

De peculio deducitur etiam quod debetur heredi patris, vel domini, nõ tanquã heredi domini: licet no efficiatur dominus serui per additionem: vt quia fuit ille relicta libertas pura, vel ipse seruus fuerit pure alteri relictus: vel sunt ipse mortuus vel manumissus: & agatur de peculio intra annũ. hoc dicit vsque ad.§. sine autem. Paul. de Cast.

Sed & creditor serui qui heres extitit domino eius, deducit de peculio quod sibi debetur, si conueniatur, siue libertatem *seruus acceperit, siue nõ. Idémque [l] & si legatus sit purè seruus. Nam quasi præuenerit, & ipse secum egerit: sic deducet quod sibi debetur, [si conueniatur [q],] licet nullo momento dominium in manumisso [r] vel legato purè habuerit.[f]

a *Ab eo.* scilicet extraneo. Accursius. [*PECVLIVM*] *CASVS.* Si seruus domino debeat, illud deducetur, & residuum intelligitur peculium esse. Item & si quid debeatur his qui sunt in potestate domini: puta filiofami. vel seruo, vel iis qui sunt sub eius tutela vel cura: & his omnibus casibus deducer, nisi dominus fuerit in dolo: puta quia dolo induxit vel seruum vel filiũ, vt se illis obligasset: vel quia in fraudẽ peculiariũ creditorum peculiũ ademerat, vel minuerat: quia in hoc casu deducit. & si in prędictis deducet cum sibi quid à seruo debeatur, & his qui sunt in potestate: quare non deducet si quid debeatur iis qui in tutela vel cura sua sunt: quia dominus his tenetur: & à se exigere debet: & ideo deducit: quia non est verisimile dominũ illud velle esse in peculio, quod sibi debetur, vel illis pro quibus debet à se exigere dominus, si sit debitor alicuius, cuius negotiũ vel tutelam gerit. [*SED ET CREDITOR.*] Habebam seruum: aliquis cum eo contraxit: & factus creditor fuit in decẽ. decesi, & eundem creditorem heredem instituit. hic creditor deducit quod sibi debetur, si cõueniatur ab aliis creditoribus. Siue seruus accepit libertatem in testamento meo, siue non, item siue legatus fuerit pure, siue sub conditione: alicui non obest quo minus deducat quod sibi debet seruus: licet dominium serui pure legati, nullo momento apud heredem remanserit. Cum vero sub conditione legatus fuit, in hoc casu minus dubium est: quia heres deducet. Et hoc probat Iulianus tali exemplo: Seruus Titij tenebatur mihi in decem: decesit seruus, vel Titius: eum manumisit postea Titius, & me heredem instituit. intra annum à tempore mortis serui, vel manumissionis conuenior de peculio: deducam quod mihi à seruo debetur: quia intra annum cum tibi successi, conueniri de peculio potero: neque tamẽ dominium serui vnquam nactus fui. [*SIVE.*] Non refert, ex contractu quid domino debeatur à seruo, an nomine reliquorum: puta quædam in bonis domini intulit seruus: quædam non intulit adhuc. si ergo seruus domino furtum fecerit, dominus deducet. Sed an simplum, an duplum, perinde ac si extraneus fecisset furtum? Respon. tantum simplum deducet. & hoc in prima. [*SI IPSE.*] Si seruus se vulnerauit, & sic deterior factus est in quinque, cum valuit decem: an illa quinque posit dominus deducere si conueniatur ab aliis creditoribus, quòd seruus deterior factus fuerit in quinque, quæritur. Et respon. quòd non, non magis quàm si se occidisset & hoc in secunda. Si vero sumptum aliquem dominus fecit in curando eum vulneratum à seipso seruo: an eum deducere possit? Dicitur quòd sic: licet aliàs si ægrum eum curasset & impendisset, non deduceret: quia videtur donasse: cum ad hoc tenebatur. & hoc in tertia. Item si dominus pro seruo suo obligatus sit, deducet: nisi in rem domini versum est: quo casu secum compensabit. & hoc in quarta. Sed & si dominus fideiusserit pro seruo, deducet. Iulianus tamen distinguit in prædictis duobus casibus: cum dominus iussit, & fideiusserit, non adhuc soluit ex his causis, an nõ deducet: vt si soluat, deducat: alioquin non: sed creditori soluat accepta cautione à creditore, quòd sibi refundet retro: si ab eo apud quem fideiusserit, vel ab eo qui iussu suo credidit cõueniatur, vt sic possit creditor medij temporis interusurium, id est cõmodum consequi vsurarum. [*SED SI.*] Duo erant creditores peculiares serui: ab vno dominus conuentus de peculio, & condemnatus, si postea ab alio cõueniatur, an possit deducere quod alij debet ex condemnatione, quæritur. Et respon. quòd sic: quia perinde est ipsum condemnatum esse, ac si soluisset sponte. & hoc in prima. Si vero ab alio conuentus, & lite contestata, pẽdẽte adhuc iudicio ab alio conueniatur, & condemnetur: an possit deducere id pro quo erat conuentus priori iudicio, quæritur. Et resp. quòd nõ: quia in actione de peculio potior est conditio eius qui ad sentẽtiam prius peruenit, quàm qui litem prius contestatus est. hoc dicit vsque ad.l. si noxali. Viuianus.

b *Computandum esse.* scilicet dico ego Vlpia. vt hic, & supra eo. l. depositi. §. fi. & supra de tribut. l. j. in princ. & §. peculiarẽ. & j. eo. si noxali. §. quod autẽ.

c *Adiecit.* hæc adiectio non fit in actione de in rem verso: sed tẽtùm sibi debitum deducit: vt infra de in rem ver. si pro patre. §. si domini. Accursius.

d *In eius potestate.* nisi vicario eiusdẽ serui cuius nomine cõuenitur, debetur: vt instit. quod cum eo. §. cum autẽ. & §. aliquando. & j. e. si seruus meus.

e *Careant.* pater & dominus. posset enim fecisse obligari seruum vel filium his personis dolose.

f *Tenentur.* pater & dominꝰ. si dolo fecerũt: nõ aliàs, vt hic, & j. e. l. sũma. in pri. & j. de ĩ rẽ ver. l. j. §. j. & ff. de tri ib. l. illud §. sed si mercẽ. nã ꝓbat deduci debere qđ prędictis ꝑsonis debetur. Ac.

g *Gestorum.* directa.

h *Vel vtili actione.* scilicet nego. gest. vt cum est curator: vt. C. de nego. gest. curatoris.

i *Exegisse dicimus.* quod ipse debeat ei cuius negotia gerebat. Ioan. vt. ff. de nego. gest. si pupilli. §. fi. & l. sinautẽ. & l. qui sine.

k *Exegerit.* id est exegisse credatur.

l *Debuit.* quasi diceret, non est ratio differentiæ: ergo sit idem ius: vt supra de verb. obli. à Titio. in fi.

m *Soluere.* id est deducere pro pupillo.

n *Cum quis.* scilicet peculiaris creditor.

o *Sine libertatem.* Sed nonne extinguitur serui obligatio, cum domino successerit creditor peculiaris? Respon. non: quia dominus quasi fideiussor est: vt infra de fideius. l. heres à debitore. §. quòd si stipulator. & ar. infra de verb. obli. cum filius.

p *Idemque est.* vt deducat.

q *Conueniatur.* de peculio annali.

r *Manumisso.* id est libero esse iusso.

s *Habuerit.* sed recta via ad legatarium transit: vt infra de fur. l. à Titio. Et ex hoc corroborantur duæ nostræ sententiæ. Prima, quia diximus heredem nullo momẽto esse dominũ: vt hic, & d. l. à Titio. & quia etiam ignoranti legatario dominium prædictum acquiritur: vt hic, & supra quemad. ser. amit. si partem. §. fi.

Alij

Alij dicunt in vtroque cõtra. & pro ſe inducunt ſupra de ſerui. Papinianus reſpon. & infra de condi. inſt. l. ſi quis ita hereditatem. & infra de ſuc. edi. l. j §. decretalis. Accurſius.

a *Dominus enim.* ſcilicet heres in hoc vltimo caſu.

b *Adfert.* ſcilicet argumentum.

c *Extitero.* ego creditor ſerui. Accurſius.

d *Debetur.* vt. j. eo. §. item. ſic ergo & deduco poſt manumiſsionẽ, vel alienationem. ſunt enim morti ſimiles: vt infra quãdo act. de pecul. eſt anna. l. j. in prĩ. &. j. de fur. inter omnes. & infra de ſol. l. ſi mihi. Accuſius.

e *Reliquo.* quia aliqua intulit, & alia inferre debet: vel etiam nil intulit: vt infra de verbo. ſign. l. verbum. Accurſius.

f *Deducetur.* ſcilicet in ſimplum: vt ſubiicit, & infra de acqui. re. do. l. homo liber. §. j. & infra de pecu. leg. l. id qd. §. j. contra enim videbatur: quia actio de peculio ex delicto nõ datur: vt ſupra de his qui deiec. vel effu. l. j. §. cũ autem ſeruus. quæ eſt arg. contra. Azo.

g *Prior.* ſcilicet hæc, vt ipſa &c. Accurſius.

h *Furti.* id eſt rei ſubtractæ. Ioan.

i *Deducatur.* argu. ſupra de peti. her. l. item veniunt. §. cum prædiximus.

k *Si ipſe ſeruus.* id eſt, permittitur ad hoc vt dominus damnum ſibi inflictum propter hoc nõ poſsit deducere de peculio, non autem licet de iure naturali vel ciuili: vt infra de ædil. edic. l. cũ autem. §. excipitur. immo punitur quis ideo: vt infra de re mili. l. omne. §. qui ſe. Accurſius.

l *Sed ſi à ſe.* ſeruo. Ioan.

m *Effectum.* quia vbi ſe ſeruus vulnerauit, curare nõ tenetur dominus. aliàs ſic, ſcilicet tenetur curare. aliàs fit liber: vt. C. de lati. li. tol. l. j. §. ſed ſcimus.

n *Rem ſuam* arg. ſupra ad leg. Rho. de iactu. l. nauis aduerſa. in fin. l.

o *Obligatus.* hic articulus corrigitur infra per Marcel. ſecundum quoſdã. immo nõ corrigitur, ſi exaudias hoc in eo caſu vbi ſic eſt obligatus vt ſeruum liberaret: puta promiſit animo nouandi.

p *Præſtitit.* de ſuo: vt infra eod. in fine huius legis.

q *In vtroque.* id eſt, ſiue iuſsit, ſiue fideiuſsit.

r *Abſit.* re ipſa: vt hic, & C. man. l. ſi pro ea. licet abſit interpretatiue: vt ſupra de nego. geſt. ſi quis mandatu.

ff. Vetus.

& ita Iulianus libro duodecimo [digeſtorum] ſcribit. Certe ſi ſub cõditione ſeruus libertatem acceperit, minus dubitãter Iulianus eodẽ loco ſcribit heredẽ deducere. domin' enim [a] factus eſt. Ad defenſionem ſententiæ ſuæ Iulianus etiam illud adfert, [b] q; ſi ei qui poſt mortem ſerui vel filij intra annum potuit cõueniri de peculio, heres extitero: [c] proculdubio deducam quod mihi debetur. [d]

Ex quacunque cauſa debeatur domino, etiam ex delicto, deducitur in ſimplum, non autem cum pœna. h. d. Paul. de Caſt.

Siue autem ex cõtractu quid domino debeat, ſiue ex rationũ reliquis: [e] deducet dominus. Sed & ſi ex delicto ei debeat, vt puta ob furtũ quod fecit: æque deducetur. [f] Sed eſt quæſtionis, vtrum ipſa furti æſtimatio, id eſt, id ſolũ quod domino abeſt, an verò tãtum, quantum ſi alienus ſeruus commiſiſſet, id eſt cum furti pœnis? Sed prior [g] ſententia verior eſt, vt ipſa furti [h] æſtimatio ſola deducatur. [i]

Pro damno dato per ſeruum in perſona ipſiuſmet ſerui, non obligatur ſeruus domino etiam naturaliter: ideo illud non deducitur de peculio: ſed pro impenſis factis in curando bene obligatur, quãdo ſeruus ipſi ſeruit. ſecus ſi ſine culpa ſua accidit infirmitas. hoc dicit. Paul. de Caſt.

Si ipſe ſeruus [k] ſeſe vulnerauit: non debet hoc damnũ deducere, nõ magis quàm ſi ſe occiderit, vel præcipitauerit. Licet enim etiam ſeruis naturaliter in ſuum corpus ſæuire. Sed ſi à ſe [l] vulneratum ſeruum dominus curauerit, ſumptuum nomine debitorem eum domino puto effectum: [m] quanquam ſi ægrum eum curaſſet, rem ſuã [n] potius egiſſet.

Supra declaranit qualiter dominus deducit ſibi debitum: hic qualiter id quod ipſe debet ſeruo. primo, quãdo ſemel obliganit: & ſic ex ſuo facto ſecundo, quando ex contractu ſeruo. tertio, quando ex delicto. ſecũda ibi, ſed & ſi. tertia ibi, ſi noxali. & hoc intendit: De peculio deducitur id quod dominus ſoluit pro ſeruo, vel condemnatus eſt ad ſoluendum. quod vero ſimpliciter debet, ſi quidem ex ſuo contractu, deducit faciendo ſibi cauri: & actione de peculio illo modo deducit. hoc dicit cum. l. ſequen.

Item deducetur de peculio, ſiquid dominus ſerui nomine obligatus [o] eſt, aut præſtitit [p] obligatus: ita, ſi quid ei creditũ eſt iuſſu domini. Nam hoc deducendum [eſſe] Iulianus libro duodecimo digeſtorum ſcribit. Sed hoc ita demum verum puto, ſi non in rem domini vel patris, quod acceptum eſt, [q] peruenit: alioquin ſecum debebit compenſare. Sed & ſi pro ſeruo fideiuſſerit, deducendum Iulianus libro duodecimo digeſtorum ſcribit. Marcellus autem in vtroque, [r] ſi nondum quicquam domino abſit, [s] melius eſſe ait, præſtare [t] creditori, vt caueat [u] ille reſuſurum ſe ſi quid præſtiterit dominus hoc nomine conuentus, quàm ab initio deduci [x]: vt medij temporis interuſurium [y] magis creditor cõſequatur. Sed ſi de peculio conuentus dominus, condemnatus eſt: debebit in [z] ſequenti [a] actione de peculio deduci. [b] Cœpit enim dominus vel pater iudicati teneri. Nam & ſi quid ſerui nomine non condemnatus præſtitiſſet [c] creditori, etiam hoc deduceret.

Ad Edictum Prouinciale.

SI verò adhuc in ſuſpenſo eſt prius iudicium de peculio, & ex poſteriori iudicio res iudicaretur: nullo modo debet prioris iudicij ratio haberi in poſteriore condẽnatione: quia in actione de peculio, occupantis melior eſt conditio. [d] Occupare autem videtur, non qui prior [e] litem cõteſtatus eſt, ſed qui prior ad ſententiam iudicis peruenit.

Si dominus noxali conuentus pecuniam præſtiterit, deducitur de peculio. ſecus ſi ipſum ſeruum. ex contractu vero, vel quaſi, indiſtincte deducitur. quod de naturali debito intelligitur, à quo per deductionem liberabitur ſeruus. Bartolus.

Ad Edictum.

SI noxali iudicio conuentus dominus litis æſtimationem

a *Præſtare.* id eſt ſoluere.

t *Caueat.* ſcilicet creditor: vt hic, & infra de dam. infec. l. ex facto. §. fin. & ſupra de peti. here. l. cum idem. & de rei vind. is à quo. & l. à quo. & ſupra de tribu. l. procuratoris. in fin.

u *Deduci.* & propter hoc melius, vt medij &c.

x *Interuſurium.* alias eſt interuſuras. ſed in Piſana litera eſt, interuſuriũ. q. d. cõmodũ medij temporis: vt infra ſolu. ma. ſi conſtãte. §. quotiens. & ſupra de pign. act. l. non enim. Accurſius.

y *De ſequenti.* Cur ergo hic ſecus quàm in ſuperiori caſu? Reſpõ. hic purum, ibi conditionale vel in diem debitum erat. vel dic, vtrobique purum, ſed ibi erat habiturus moram iudicij, hic non, cum iam habuit: vt ar. ſupra de mino. l. minor. xxv. an. Accurſius.

z *Præſtitiſſet.* ſcilicet de ſuo, non de peculio: vt ſupra ea. l. §. itẽ deducitur.

a *Si vero adhuc. Conditio.* Nota in hac actione occupantis eſſe meliorem conditionẽ: vt ſupra de tribu. l. nõ enim. & infra eo. l. ſumma. §. ſed ſi alij. ſic & in pluribus agentibus ex cauſa noxali: vt ſupra de noxali. l. ſi quis à multis. ſic & in pluribus agentibus de in rem verſo: vt infra de in rem ver. l. ſed dicendum. ſic & in pluribus agentibus ex eadẽ cauſa: vt infra de re iudi. l. inter eos. ſic & in pluribus quorum quidam de peculio, alij de in rem verſo agunt: vt infra de in rem ver. l. j. §. certe.

Occupantis in multis melior eſt conditio.

* *Flo. de ſeq.*

* *in pleriſque hæc adduntur: Sed ſi alius de peculio egit, & vicit, oportet deduci. Capit. &c.*

b *Prior.* immo quãdoque qui prior eſt litem conteſta. vt ſupra de iudi. l. qui prior. & ſupra de procur. l. pluribus. & infra de leg. j. ſi pluribus. in fin. & infra de verbo. oblig. ſi Titius.

Si noxali.] CASVS. Seruus tuus fecit mihi damnum. conueni te noxaliter vt emẽdares damnum, vel ſeruum pro noxa dares. obtuliſti mihi decẽ pro damno: quia in tãtum erat damnum meum. ſi cõueniaris ab aliis creditoribus, an poſsis illa decẽ deducere, quæritur. Et reſpon. q; ſic. & hoc in prima. Idẽ ſi creditori peculiari ſoluiſti: idẽ ſi promiſiſti. Idem eſt ſi ſeruus promiſit decem tibi vt eum manumitteres, & manumiſiſti. Sed in hoc caſu ita demum deduxis, ſi intra annum à tempore manumiſsionis conueniaris de peculio. & hoc in tertia. In quarta dicit, quòd ſi ſeruus tuus à debitore tuo exegerit,

exegerit,& tu ratum habeas,deducis:aliequin non deducis, ſed conuenies debitorem:& ille repetet à ſeruo quod ſoluit,per cõdictionem indebiti.& hoc in quinta. Dicit quòd hæc quæ dicta ſunt in ſeruo,vera ſunt in filiofamil.In prædictis autẽ caſibus omnibus deducit dominus debitũ naturale,nõ ciuile:quia ciuiliter domino ſeruus nõ obligatur:neq; ob hoc plus impedietur deductio:licet ſolum ſit debitũ naturale, cum ratihabitione domini cõdictione ídebiti ſeruꝰ ſit liberatus , naturali obligatiõe inſpecta.& hoc in ſexta pte.[*EST AVTEM.*] Si à ſeruo domino debeantur decem,& cõueniatur dominus à creditoribus, & deducat illa decem: ſi ab alio poſtea cõueniatur:an eadem decẽ iterum deducere poſſit,quæritur. Et diſtinguitur. aut cum primo deduxit, ſeparauit illa decem à peculio ſeruí: aut dimiſit ea eſſe in peculio . Primo caſu nõ deducit:ſecũdo caſu ſic.& hoc in prima. Si vero domino decẽ debeãtur ab ordinario, & ſeruus vicarius ſit in peculio ordinarij valẽs decem, & dominus cõueniatur, & deducit vicarium , non tamen à peculio ſeparauit : & vicario decedente domiⁿ,immo ſeruus vnⁿ ordinarius comparauit ſeruum ciuſdem pretij: & ita ordinarius adhuc remãſit debitor domini:licet ab alio credito re cõueniatur,quia domino vicarius perit:an poſſit deducere illum emptum loco vicarij? Diſtinguitur. aut cum primo deduxit, & illũ ſeparauit à ratione peculiari,tunc deceſſit vicarius,aut poſtea.in primo caſu non domino periit,& deducet. ſecundo caſu non.& hoc in ſecunda.Si vero vicarius valeat decem: & quinque ab ordinario domino debeantur : & dominus conuẽtus de peculio ordinarij portionem creditori eius ſoluit: & vicarius decedat:ſi conueniatur dominus , an poſſit illa decẽ deducere conuentus à primo creditore? Dicitur quòd ſic,ſi nõ ſeparauit ipſum in peculio . & hoc in tertia. [*QVOD AVTEM.*]Si dominus ſeruum vendat cum peculio,& poſtea intra annum conueniatur:à tempore quo conuenitur de peculio , an poſſit deducere quod ſibi debetur? Et reſpon. quòd non : quia ab emptore cõſequi quod ſibi debetur poteſt: & ex vẽdito agere contra emptorem: quod eſt verum, ſi tantum erat in peculio cum venderetur,vt poſſit domino ſatisfieri.Si vero aliquid acceſſit poſtea,quia ſeruo aliud debebatur ſub conditione,& non extitit conditio:deducet quod ſibi debebat antequam eum vendiderat:ſi modo intra annum cõueniatur de peculio. [*IDEM*] Tenebatur mihi Titius de peculio ex cõtractu ſerui.emi ſeruũ. ſi conueniar intra annum à tempore alienationis à creditoribus peculiaribus:an poſsim deducere,cum habeam contra venditorem actionem de peculio,quæritur.Et reſpon.quòd ſic: quia ille creditor potuit eligere,vellet mecum,vel cum vẽditore agere de peculio.eligere igitur potero deductionem ſi velim , vel venditorem conuenire:neq; conqueri debet creditor ſi deducam,cum habeat aduerſus venditorem actionem ſi aliquid credat eſſe in peculio.Viuianus.

a *Obtulerit.* ordinario ſeruo delinquente.Accurſius.

obtulerit:[a] de peculio deducẽdum eſt. Quòd ſi noxæ dederit,nihil eſt deducendum.[b] Sed & ſi quid dominus ſoluturum ſe ſerui nomine repromiſit, deduci[c] oportebit:[d] quemadmodũ ſi quid domino ſeruus pro debitore expromiſerat. Idẽ eſt & ſi pro libertate quid domino expromiſit , quaſi debitor domini ſit effectus : ſed ita demum,ſi manumiſſo eo agatur.[e] Sed ſi à debitore dominico[f] ſeruus exegerit : an domini debitorem ſe fecerit,quæritur. Et Iulianus libro duodecimo Digeſtorum non aliter dominum deducturum ait, quàm ſi ratum habuiſſet quod exactũ eſt. Eadem & in filiofamilias dicenda erunt.& puto verã Iuliani ſententiam.Naturalia[g] enim debita ſpectamus in peculij deductione.* Eſt autẽ natura æquũ, liberari filium vel ſeruũ[h] obligatione,[i]eo[k] quòd in debitũ[l] videtur exegiſſe.

Quod ſemel deductum fuit verbo & re, iterum non deducetur.ſecus ſi verbo tantum deductio facta fuit. Bartolus.

Eſt autem quæſtionis , an id quod dominus ſemel deduxit, cum conueniretur: rurſus ſi cõueniatur , de peculio eximere debeat:an verò veluti ſolutum ei videatur , ſemel facta deductione. Et Neratius & Nerua putãt,item Iulianus libro duodecimo ſcribit, ſi quidẽ abſtulit hoc de peculio , non debere[m] deduci.ſi verò eãdem poſitionem peculij reliquit,debere eum[n] deducere. Denique ſcribit,ſi ſeruus vicarium quinque valentem in peculium habuit, & domino quinque deberet,pro quibus vicarium dominus deduxiſſet:[o] & mortuo poſtea vicario , alium eiuſdẽ pretij ſeruus comparauerit : nõ deſinere domini eſſe debitorem, quaſi vicarius ille domino deceſſerit:[p] niſi fortè cũ eum ſeruo ademiſſet, & ſibi ſoluiſſet, tunc deceſſerit . Idem rectè ait, ſi cum vicarius valeret decem, dominus conuentus de peculio[q] , quinque pro [eo] ſeruo præſtitiſſet , [r] quoniam quinque[ſ] ipſi debebãtur,mox [hic] vicarius deceſsiſſet : [t] aduerſus alium agentem de peculio , [u] decem dominum deducturum: quia & in eo quod iam pro eo ſoluit, debitorem ſeruum ſibi fecerit.Quæ ſententia vera eſt , niſi ſeruo ademit[x] vicarium,vt ſibi ſoueret.

De peculio non deducitur quod aliunde quis conſequi poteſt alia actione , excepta actione de peculio , in qua deductio pro actione ſuccedit. Bartolus.

Quod autem deduci debere diximus[y] id quod debetur ei qui de peculio conuenitur : ita accipiẽdũ eſt,ſi nõ hoc aliũde[z]

*Flo.deductionem.

b *Deducendum.* omnino,ſed in vicario cum diſtinctione:vt infra de pecu.leg.l.Stichus habet.

c *Deduci.* quia eatenus ſit conditio domini deterior : vt infra de vi & vi ar.l.j.§.quod igitur adiicitur.

d *Oportebit.*ſed nõdum oportet,niſi ſoluatur: vt.ſ.eo.ſed ſi dãnũ.§.penul.Accurſius.

e *Agatur.* quod fieri poteſt vſq; ad annũ: vt j. titu. j. l.j. aliàs enim non cœpit debere ſeruus,niſi cõditio manumiſſionis extiterit.

f *Sed ſi à debitore dominico.*faciẽdo ſeruus negotium peculiare:aliàs nõ tenetur ex fideiuſſione ſeruus: vt.ſ. eo.l. licet.§.Iulianus.

g *Naturalia.* q.d.naturalia deducimⁿ: quia ciuilia ibi cõſiſtere nõ poſſunt inter dominũ & ſeruum: vt hic, &.j. eo.nec ſeruus.&.l.non ſolũ.in fi.ſecus in prædone hereditatis poſſeſſore, qui naturalia nõ deducit:vt.ſ.de pet. heredi.l.ſi quid poſſeſſor.§.ſed & ipſi.quę eſt cõtra.&facit ad hũc.§. ſ.nego. ge.l.ſi pupilli. §.itẽ quærit. &.ſ.e.ſed ſi dãnũ.§.j.contra. Ac.

h *Vel ſeruum.* domino faciente deductionem.Azo.

i *Obligatione.* qua tenetur condic. inde. & dic,tenetur ſoluẽti domino debitum:ſed ſeruo indebitum.

k *Eo.*ſubaudi,qui tenetur,eo &c.

l *Indebitũ.*ſ.ſibi ſeruo vel filio:debitũ autẽ domino.vel duę ptes ſunt in debitũ. & eſt plana.

m *Deberi.* quia bona fides &c.vt.j. de regu. iur.l.bona fides. & ſic accipitur infra e.l.ſi ſemel. & infra de compenſa. l. quod Labeo.

n *Eum.* arg.ſupra de eden.ſi quis ex.§.fin.&.l.ſeq.

o *Deduxiſſet.* ſed non abſtuliſſet.

p *Deceſſerit.* tribus modis lege. Primo,cum non deceſſerit.& hæc plana eſt.& eſt reſpõ.Secũdo,ſine nõ.& dominũ appellabis ordinariũ.& ſimiliter eſt reſpõ. Tertio ſimiliter ſine nõ.q.d. nõ deſinit eſſe debitor hac ratione allegata,q̃ vicarius domino deceſſerit.& ſecũdũ hoc eſt allegatio, & nõ reſpõſio in his verbis quaſi vicarius &c.videbat enim hic ſeruus domino perire: quia interitu ſpeciei ſeruⁿ debitor ſit liberatⁿ:vt.j.de verb.ob.ſi ex legati. ſed certe hic genⁿ dño debeꝫ, licet aſsignatio facta fuerit ſpeciei, & dñs cõſenſiſſet. vel hic interceſsit culpa vel mora ſerui ante mortem:vt in do vt des:vt no.ſ.de condict.cau.da.l.fin.

q *De peculio.* ſcilicet ordinarij.Accurſius.

r *Præſtitiſſet.* ſcilicet de ſuo.Io.

ſ *Quinque.*q.d.præſtitit pro ſeruo ordinario quinque: quia & ſibi domino alia quinque debebantur.& quare ideo certe, quia in decem volebat ſibi ordinarium obligare:vt ſic vicarium decem valentem ſibi pro debito deducere poſsit.

t *Deceſsiſſet.*ſed non abſtuliſſet.Accurſius.

u *De peculio.* ſcilicet ordinarij.Accurſius.

x *Ademit.* tunc enim domino perit.Io. Et no.ex prædictis, & hic,quòd dominus poteſt eligere quid detrahat : licet heres de omnibus debeat pro rata deducere ſibi debitũ legato peculio: vt.j.de pecu.lega.l.ſi peculiũ legetur.ij.reſpõ.quę eſt cõtra.Ac.

y *Diximus.* vt ſupra eo.ſed ſi damnum.§.j.

z *Aliunde.*quauis actione,non tamen de peculio. nam de peculio

culio actio deductionem non impedit: vt infra proxi. §. idem scribit. quæ est contra.

a *Cum peculio.* nominatim pretium peculij accipiendo: vt infra si ex duobus. in fine. & seq. Accursius.

b *Commiatur.* de peculio intra annũ à tẽpore alienationis: vt. j. eo. & ancillarum. §. ij.

c *Nunc condicere.* cõdic. ide. vt. ĩ. de cõdic. ide. l. si quis eũ. §. fi. ĩ fi.

d *Nõ est.* inspecto eũ tu: sed ispecto statu præsenti est ĩ peculio: vt. ĩ. eo. l. peculium. §. sed & creditor. quę est cõtra.

e *Posset.* tũc enim imputatur domino vt nõ deducat rẽ cõtra creditorẽ. nõ alias: vt hic, & ĩ. de neg. gest. l. diuortio. §. illũ. & §. sed nec redhibitoriæ. Acc.

f *Distraxerat.* id est detraxerat.

g *Dicẽdum.* & tũc deducam quod mihi debuit antequam venderem, non quod post. nã nec conuenior de hoc quod post cœpit debere aliis: vt. j. eo. l. depositi. §. seruo. secũdũ Io. Sed quid deducet, cum nihil habeat penes se? Respon. imo habet modo actiones conditionales purificatas p seruum quæsitas sibi venditori: vt. j. de verbo. oblig. l. si filius.

h *Debetur.* videtur q nõ: quoniã &c. vt diximus in proxi. §. Ioan.

i *Posse.* ſ. deducere. sed si alienauerit, agere nõ potest contra emptorem: vt infra eo. & ancillarum. §. si seruus.

k *Vẽditore.* & si vẽditor p peculio acceperit pretiũ: sed nõ aliter vẽditor cõuenitur: vt. j. eo. l. si ex duobus. §. fi. & l. sed & si q.

l *Deductionẽ.* nõ est p omnia similis deductio & actio de peculio: vtpote cũ deductio fiat à domino etiã si ex maleficio ei debeat: vt. ĩ. eo. sed si dãnũ. §. sed & si ex delicto. quod sec⁹ est ĩ act. de peculio. in hoc tamen similis est vt. j. eo. l. depositi. §. seruo.

m *Quod querantur.* immo video, quia deductione nõ facta esset in peculio vnde eis satisfieret: quod postea non est. Io. nõ enim emptor in plus tenebitur q̃ sit in peculio prius facta deductione: sed nec venditor. quare amplius teneri nõ debet venditor, q̃ si ipse possideret. Sed si ipse possideret, & emptori debitũ soluit set: aliis non nisi de reliquo teneretur. deductio autẽ quam facit emptor, similis est solutioni sibi factę: vnde videri potest de qua re querantur. Respon. certe immo quicquid dicatur, non potest videri quare querantur: quia creditores habent in potestate vt prius conueniant venditorem quàm emptorem, vel econtra: & ita poterant cõuenire venditorem antequam emptor deducat: & sic omne quod est penes seruum, computaretur: quia, vt dictũ est, occupantis melior est conditio. sed illud dici potest, q̃ etiam facta deductione ab emptore, nihilominus venditor tenetur de peculio vsque ad quantitatem pretij peculiaris.

n *In peculio.* & in pretio peculiari.

[*NON SOLVM.*] Casus in hoc. §. cũ. Il. ſ. q. vsque ad. l. si seruus. est talis: Si habeam tecum seruum communem, & cum Titio contraxit, & factus est debitor in decẽ: poterit me & te in solidum cõuenire ratione peculij: & deducã quod mihi & tibi debetur. & hoc verum erit siue peculium apud conuẽtum sit, siue nõ, quo ad possessionem. Secus est in emptore & vẽditore: quia si vendas mihi seruum, & cõueniar de peculio à creditore peculiari: non deducam nisi quod mihi debetur, & non quod vẽditori. Idem si habeo in eo vsumfructum, alius proprietatem: quia non deduco nisi quod mihi debetur. Idem est si ego sum dominus: & tu credens eum pertinere ad te, cum bona fide possidebat: quia deducam si quid mihi debetur tantùm: non quod tibi. Idem est si dominus pluribus heredibus institutis, pure esse liberũ iussit seruũ: quia si vnus heredum de peculio intra annum conueniatur, deducet quod sibi debetur tantum: non quod aliis coheredibus. Idem est si seruus viuente domino decedat, pluribus heredibus relictis: quia quilibet heredum si intra annum conueniatur de peculio, pro se tantum deducet: nõ quod aliis debetur. Idẽ si duo bona fide seruũ possidebãt. Idem est in duob⁹ fructuariis. Idẽ est in duobus sociis, q̃ separationẽ peculij cõmunis faciũt: q̃ a vnusquisque pro se deducet ac si peculiũ nõ fuisset cõmune. quia vero solidũ deducit quod sibi & qd̃ sociis debetur, deducet & quod sibi. Si vero tecũ habeã seruum communem, & à me habeat peculiũ, & à te non: an tu possis conueniri? Dicitur q̃ sic: quia peculium non est penes te quo ad possessionem, sed quo ad proprietatem. nec obstat illa lex, & si duo. & infra, & ancillarum. §. vlti. in fine. vbi dicitur non posse eum conueniri apud quẽ nihil est. hoc dicit illa lex, cui cõsũgitur lex ista: quis ergo. vbi quærit iurisc̃onsultus quis sit ille casus in quo seru⁹ cõmunis apud alterũ ex dominis habet peculium, apud alterũ non. & refert tres casus: puta habeo tecũ seruũ cõmunem: vẽdo partem meã deducto peculio, vel ei nõ cõcedo. Alius est, si dedero ei rem aliquã vt eã administraret, proprietate penes me remanente: quia tunc à me nõ intelligitur habere peculium. Tertius est, si peculiũ quod habuit à te, ei ademisti: & si ei concessisti peculium: sed in debitoribus tantum: puta quia multos habebat debitores: & eos concessisti esse in peculio: quia in hoc casu intelligitur à te habere peculiũ: quia illa obligatio cõtra debitores adeo adhęret ossibus tuis, q̃ à te separari nõ posse intelligitur: vt. j. pro socio. l. iij. & ĩ. j. eo. si peculiũ. Vinianus.

o *Si quid socio.* in eodem seruo: vt supra de tribu. l. iij. in prin. & facit infra. §. j. & ij. Accursius.

p *Eius.* id est, vbi est cõmunio serui & peculij, habet locũ qd hic dicitur, &. ĩ. l. proxi. vbi neutrius, vel vbi serui nõ peculij, vel econtra: habent locũ responsa quę sequuntur, & in aliis legibus. Sed vbi potest esse quòd est seruus communis, sed nõ eius peculium? Respon. vt infra eo. l. quis ergo casus. Accursius.

q *In solidum.* id est pro peculio, quod etiam apud socium est.

r *Eũ oportet.* quod vn⁹ debet, vel vni debetur ab altero, vel per cõsequentiã alicui, cum omniũ bonorũ sint socij, debentur. R.

s *Recepta est.* vt hic, &. ĩ. eo. l. proxi. & ĩ. eo. quod debetur. in fi. & ĩ. de in rem ver. l. Marcellus. & ĩ. de tribu. l. habebat. §. fin.

t *Quia hoc. Non est.* quo ad possessionem: est tamen quo ad proprietatem: vt. ĩ. eo. l. sed si duo. in fin. Itẽ secus si nihil est aliud penes alium: vt. ĩ. eo. & ancillarum. §. fi. in fin.

SERVVS.] CASVS. Si ſeruus mutuatus pec. domino non neceſſarias res comparauit: eatenus dominus tenetur, quatenus in facto pretium eſt ſeruorum: cum ſi neceſſarias emiſſet, in ſolidum debet teneri: nec refert his calibus, habuit dominus ratũ cõtractum, ſiue non, quo minus teneatur de in rem verſo. [*QVOD SERVVS.*] Si ſeruus domino aliquid emit: aut voluntate eius: aut nolente domino, ſed eo poſt ratum habente: an nec eo volente, neque ratum habẽte. Primo caſu tenetur dñs quod iuſſu. Secundo, de in rẽ verſo. Tertio, de peculio. [*PLACET.*] Nõ ſolum ſi ſeruus pecuniam immediate in rem domini vertit: ſed ſi primo in res peculiares: deinde in rem domini: tenebitur dominus de in rem verſo. quod verum eſt, cum ſeruus gerit rem domini, & locupletiorẽ eum fecit nummis peculiaribus. Sed quid ſi dominus poſtquam verſa eſt in cauſam peculiarẽ, adimat ſeruo peculium: vel eum vendat cum pecu. nũquid tenetur dominus de in rẽ verſo? dicitur quòd non: quia ſi hoc verum eſſet, quandocũque domin' locupletior eſſet factus, dominus deberet teneri de in rem verſo: quod eſſet falſum. vnde ſi ſeruus donet domino rem peculiarem, actio de in rem verſo ceſſabit. ſi vero mutuum accepit hoc animo vt verteret in rem domini, & huius propoſiti creditor pecuniam domino dederit, neque noluit eum ſibi obligare: de in rem verſo actio eſt. Viuianus.

b *Verum pretium.* id eſt iuſtum. ſic infra de leg. j. ſi fideiuſſor. §. fin. & inſtit. qui ma. non poſ. §. ſemel. & facit infra eo. ſi fundum.

c *In ſolidum.* etiam eis conſumptis vel perditis: vt hic, & ſupra eo. l. iiij. §. ſed & ſi ſeruum. & infra eod. ſeruus ſi in rem. & ſupra de nego. geſt. ſiue hereditaria. Accurſius.

d *Veniſſent.* id eſt empti eſſent. Accurſius.

e *Eſſe actionem.* in neceſſariis & vtilibus, vt diximus modo: at in voluptariis ita demum, ſi dominus habuit ratum, vel voluit: alioquin de peculio tantum: vt ſupra eo. l. iij. §. ſed ſi mutua. & §. necnon illud. & infra proxi. §. Accurſius.

f *Quod ſeruus.* ſi quidem veniſſet, id eſt emiſſet.

g *Voluntate.* præambula: vel ex voluntate ſequente. Accurſius.

h *Quod iuſſu.* nihilominus & de in rem verſo: vt infra eo. l. quidam. & hoc ſtatim ſupponit, cum ratum eſt habitum negotium. ergo vbi in rem dominicam contrahit patre vel domino iubẽte, vel ratum habente, datur quod iuſſu, & de in rem verſo. ſi in peculiarem, agitur quod iuſſu tantum. Sed quidam dicũt, quòd in re dominica datur quod iuſſu ita demum, ſi iuſſus dirigatur ad contrahentem cum ſeruo. ſi vero ad ſeruum, agitur de in rem verſo tantum in re dominica, in peculiari quod iuſſu.

i *Actio erit.* ſcilicet in ſolidum: vt hic, & ſupra proxi. §. & l. ꝙ ſi ſeruus. §. proinde ſi. & ſuprà nau. cau. ſta. l. idem. §. ſi filius. Scilicet prout hic datur actio de in rem verſo, quando ratum habuit, eſt contra infra quod iuſſu. l. j. §. ſi ratum. Sol. hic ratũ habuit negotium dominicum: ideoque de in rem verſo actio eſt. ibi peculiare: ideoque quod iuſſu actio datur, ſecundum quoſdam. Vel dic quòd non eſt contra.

k *Peruenit.* eo ipſo quòd penes dominũ eſt: vt infra eo. quidam. in fi. & ſupra eo. quòd ſi ſeruus. j. reſpon.

l *Gerens.* eo proposito vt dominũ ſibi obliget: vt infra eo. l. & ideo. §. idem ait. in fi. §. vel re ipſa eum obligat: quia non habet animum in cõtrarium: vt ſupra eo. quòd ſi ſeruus. j. reſpon. & §. ſiue peculiariter. in caſu tamen etiam ſi non habeat animum obligandi ſibi dominum, tamen datur ſecũ contrahenti de in rem verſo: vt ſi donet ſeruus domino rem. & tũc diſtinguitur an ſic acceperit, vt verteret: vt tunc agatur de in rem verſo: alias non: vt infra eo. l. & ideo. §. plane ſi mutuam. quæ eſt contra.

m *Peculiaribus.* ſuo facto vertendo. Acc.

n *Alioquin.* id eſt, ſi non domini, ſed peculiare negotium gerit.

o *Peculium.* vt ſupra eo. quòd ſi ſeruus. §. ſiue peculiariter.

p *Peculio.* & ita plus habet ꝓpter peculiũ: ſiue nominatim accipiat pretium pro peculio, ſiue non.

q *Peculiarem.* ſcilicet vendat dominus.

r *In rem verſum.* imò certe videtur: vt ſupra de inſti. l. & ideo. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

s *Nam ſi hoc verum eſſet.* quòd quãtuncumq; eſſet dominus locupletior etiam ſine ſerui facto, de peculio teneretur. Accurſius.

t *Fieret.* ſcilicet dominus.

u *Falſum eſt.* vt tunc ſemper de in rem verſo teneatur: vt hic, & ſupra ad Mace. l. ſed ſi pater. §. hoc ſenatuſconſultum.

ET ideo.] Continuatur prin. cũ. l. ſuperiori. CASVS in. §. illud, eſt talis: Si dedi ſeruo tuo argẽtum vt faceret mihi pocula, & factis poculis deceſſit: an tenearis de in rem verſo? dicitur quòd non: quia vindicare potero à quolibet poſſidente res tamen peculiares effectæ ſunt. [*ILLVD.*] Si ſeruus tuus ad funus filij tui odores comparauit, an teneatur creditoribus? dicit quidam quòd ſic. hoc in prima. Si vero à ſeruo tuo emi hereditatem, & creditoribus hereditariis ſolui: & hereditas à me euicta ſit: act. ex empto conſequar quod ſolui. hoc in ſecunda. Si vero ſeruus tuus teneatur mihi in. c. & per compenſationẽ hereditatem ab eo emi: & hereditas euicta eſt: act. ex empto de in rem verſo conſequar quod mihi debebat. & hoc dicit Mela. author huius. l. dicit nõ competere act. de in rem verſo in hoc vltimo caſu, niſi eo animo geſſerit ſeruus, vt in rem ſuam verteret. quæ autem actio competat, nõ aperit. tu dic, cõdic. ſine cauſa: vt ſupra ſi cer. peta. ſi & me. & ſupra de condic. cauſa da. l. pe. & hoc in tertia. [*SI FILIVS.*] Si pro nepte tua filius accepit. x. mutuo, & ei in dotem dedit, an tenearis de in rem verſo? dicitur quòd ſic: ſi hoc animo filius dedit vt tuum negotiũ gereret. hoc in prima. an autẽ referat dederit filius ſic mutuatus ſorori ſuæ, vel filiæ ſuæ, vel nepti ſuæ natæ ex alio filio: Reſpon. ꝙ non. hoc in ſecũda. Idem eſt ꝙ dominus de in rem verſo tenetur, ſi ſeruus mutuat' ꝓ filia dotẽ dederit. hoc ĩ tertia. Quę dicta ſunt ĩ patre, vera ſũt ſi aliàs pater erat donatur'. hoc ĩ quarta. Vi.

x *Et ideo.* qa oportet ꝙ ſeruus rẽ dñi gerat: & ita eũ ſibi obligare velit ſaltẽ re ipſa, id eſt, ꝙ nõ habeat animũ in cõtrarium. Ac.

y *Peculiarem.* id eſt, quæ cum eſſet tradita ſeruo, aliquandiu in peculio fuit. Accurſius.

z *Acceperit.* ſic ſcilicet, tanquã verſurus in rem domini, & creditore ad hoc mutuante: vnde nunquam fuit in peculio.

a *Solvit.* id est dat ex causa donationis.
b *Actio est.* vt.ff.e.si res.§.placet.cõtra.sed speciale ĩ donatiõe, vt ibi dixi.& eodẽ modo respõ.ad aliud supra,ꝙ si seruus.§.sed & si sic.Item cõtra.j.eo.l.si pro patre.§.idem tractat. Sol.vt ibi.
c *Pocula vindicare.* quasi dicat,ideo non teneor de in rem verso ad pocula,quod dixit Mela: quia ea possum vindicare, scilicet vt rem peculiarem. & ita est bona ratio,id est verum est quod est in ratione Melę:sed dictũ non. nec enim seruus proposuit gerere negotium domini: quod est necesse.agitur ergo hic de peculio: vt supra eo.si res.§.placet.
d *Erogauerit.* vt faciunt ludæi.& facit supra de relig. l. contra. & supra eo.quòd si seruus.§.placet.&.§.proinde.& j.ea.l.§.fin.
e *Creditoribus.* scilicet hereditariis.
f *Ex empto.* quæ datur pro in rem verso.& sic no.quòd actio de in rem verso nó est proprium nomẽ actionis, vt infra.e.si pro patre.§. plane si contemplatione. sic nec de peculio:vt supra de pecu. l. iij.§.cui congruit.
g *Pervenit.* de pretio scilicet ipsa liberatio actionis alicuius quæ dominus nomine serui tenebatur.
h *Cesserit.* id est hereditatem vendiderit.
i *Verterit.* si ergo non habuit animum,qualiter mihi in primo vel secundo casu consulitur? Respon. per conditionem sine causa: vt supra si cer.pet.l.si & me.& supra de condic.cau.da.l.pe.
k *Fuit.* vt hic,&.j.de iure do.professitia.§.si filiusfa.&.ff.e.§.illud plane.&.ff.ad Mace.l.itẽ si.§.sed & si filius.&.l.fili⁹.&.ff.e.ꝙ si seruus.§.proinde.& continua duas sequentes leges cũ hoc.§. si seruus.§.proinde.& continua duas.
l *Si hoc animo.* vt hic,& supra prox.§.&.l.si res.§.placet.
m *ET nihil. Sororis.* eodem patre natæ, vt ita sit onus patris: vt infra de admi.tu.l.cum plures.§.j.
n *SI vero. Non fuit.* cogit semper pater& auus: vt.j.de col.bo.l. dedit.&.C.de do.,pmiſ l.fi.ibi,neq; enĩ legis&c.nisi ĩ casu: vt hic: vt quia filia sit ludæa[a] vel hęretica: vt.C.de hęr.l.cognoscen.ibi,cæteris liberis eorũ &c.& ibi,necessitatẽ ĩponim⁹ &c.
SI pro patre.] CASVS. Si fili⁹ ꝓ patre fideiusſit,& soluit: tenebitur pater de in rem verso ei à quo mutuat⁹ est vt soluat. hoc in prima.Idem est si animo nouandi filius subierit iudicium pro patre,& condemnatus mutuum accepit,& soluit.hoc in secunda. Vel dic & melius, ei teneri patrem qui cum filio litem contestatus est animo nouandi: quòd cum litis contest. à prima obligatione pater sit liberatus, & hoc ipso de in rem verso tenetur.idem est si filius obligationem patris animo nouandi in se transtulit,& eo nomine soluerit:quia pater tenetur de in rem verso,si non animo donandi filius pro patre se obligauit:& subaudi,maxime: quia idem esset si animo donandi: neque obstat supra eo.& ideo.§.plane.hoc in tertia. Si vero pater de peculio conueniatur,& filius in se susceperit iudicium, & condemnatus mutuum acceperit & soluerit:pater de in rem verso tenetur vsque ad eam quantitatem,quæ erat in peculio.idem iuris est quo ad actio.de in rem ver.sola lit.contest.quod magis innuit quòd idem sit vt sic condemnetur: quia si finita sit actio de pe. competere potest de in rem verso actio. hæc sunt vera post cõdemnationem,scilicet quòd teneatur de in rem verso actione. idem est & ante condemnationem. & hoc in quarta. [*IN REM.*]

a Lude. Re. in l.i. infra fo. ma. reputat istã glo. fin. ad hoc, quòd pater non tenetur dotare filiã hæreticam, vel Iudæã. Bolog.

A Si seruus accepit.x.mutuo,&.v.in rem domini vertit,in.v. tenetur dominus:si tota.x,in.x.tenebitur.sed in sortem,an in vsuras? distinguitur: aut vsuræ erant promissæ, & tenebitur ad vsuras. aut non,& non tenebitur.hoc in prima. Si vero seruo volenti gerere negotia domini,non sui cõtemplatione,sed domini, qui quasi gerens negotium suũ,id est domini mutuauit: tenetur dominus nego.gest. act. non solum pro sorte,sed & pro vsuris.& hoc in secunda.[*VERSVM.*]Si seruus mutuatus. x. in rem domini vertit, & incontinenti dominus seruo soluit:an cõperat de in rẽ ver. actio? dicit quòd non: quia nó intelligitur versum,qđ non durat versum.hoc in prima. [*SI TAMEN.*] Si dominus in præiudiciũ creditoris soluit seruo peridituro, de iure stricto definit esse versum:sed de dolo aduersus dominũ dabitur act. hoc in secunda. Quia si debitor peculiaris soluisset seruo in necem creditoris vel domini,nõ esset liberatus. hoc in tertia.[*SI DOMINI.*] Si seruus domini debitor mutuatus domino soluerit,eatenus nõ tenebitur dominus de in rẽ verso, quatenus seruus debeat: in residuũ autem tenebitur.verbi gratia, seruus debebat xxx.& xl.mutuatus soluit creditorib⁹, vel domini familiã exhibuit. in. x. tenebitur dominus de in rem verso.Si vero solida. xl. seruus debeat,nil videtur versum:neq; dominus de in rem verso tenetur.Et bene dico quòd in residuo tenetur,quia per actio. de in rem verso subuentũ est aduersus lucrum domini: quia nõ debet cum alieno lucrari dãno:neq; vltra id quod versum est,dari:vt.ff.de cõdic.inde.l.nam & natura.nõ autem refert,debuerit aliquid domino, aut postea factus est debitor:quia vtroq; casu desinit esse versum. idẽ est si dominus postea soluit seruo, quod per seruũ in rem versum est. sed si donauit animo remunerãdi, durat, hoc est vt simpliciter donet,& durat versum:aut animo nõ remunerãdi,& euanescit. hoc in tertia. [*IDEM QVAERIT.*] Si vero.x.in rem domini vertit,& dominus ei mutuauit.x.& postea.x.erãt in peculio serui:an desinat esse versum:quia dominus ei.x.mutuauit:an non, quia domin⁹ potest detrahere debitũ de peculio:an pro. v. detur de in rẽ verso actio,& illa.v.detrahat de peculio,quæritur. Et respõ.ꝙ cessat de in rẽ verso act.cũ seruus factus fuerit debitor domini.[*IDEM QVAERIT.*]Si seruus decẽ mutuatus in rem domini vertit,& dominus mutuauerit ei.x.postea, & ita desinat esse versum:deinde seruus eadẽ.x.in rẽ dñi vertit:an act. extincta postea reuiuiscat? Respõ.ꝙ nõ.hoc ĩ prima.Sed quid si pater & filius sint cõstituti duo rei ꝓmittẽdi,& filius mutuatus soluit: vel si qs iussu patris filio mutuauerit,& fili⁹ creditorib⁹ soluit: an vtroq; istorũ casuũ pater de in rẽ verso teneatur,quæritur.& distinguitur:aut ad patrem pecunia peruenit,& sibi liberatus sit per acceptil.aut nõ.in primo casu liberatur pater:secũdo nõ:qa filius soluẽdo suum proprium negotiũ gessisse videtur. Viuia.

B

C

D

o *Fideiusserit.* sola fideiusio hoc nó facit,sed solutio. vt.j.eo.si fili⁹.& hic.quare ergo de fideiussiõe dicit? Resp.ideo qa videbat magis ꝓ sua obligatiõe soluisse:vt.j.ma.l.Papi.l ẽ huic respõso est cõtra.j.e.qđ seruus. Solu.vt ibi. Iẽ cui hoc casu tenet pater? Rñ.illi q ĩ hoc mutuauerit filio,vt tali creditori soluat. Vel dic q fideiusserit animo nouãdi,hoc casu tenet ei apd quẽ fideiussit.

Solverit.

quasi gerens negotium domini:tenetur dominus nego.gest. act. non solum pro sorte,sed & pro vsuris.& hoc in secunda.[*VERSVM.*]Si seruus mutuatus. x. in rem domini vertit, & incontinenti dominus seruo soluit:an cõperat de in rẽ ver. actio? dicit quòd non: quia nó intelligitur versum,qđ non durat versum.hoc in prima. [*SI TAMEN.*] Si dominus in præiudiciũ creditoris soluit seruo peridituro, de iure stricto definit esse versum:sed de dolo aduersus dominũ dabitur act. hoc in secunda. Quia si debitor peculiaris soluisset seruo in necem creditoris vel domini,nõ esset liberatus. hoc in tertia.[*SI DOMINI.*] Si seruus domini debitor mutuatus domino soluerit,eatenus nõ tenebitur dominus de in rẽ verso, quatenus seruus debeat: in residuũ autem tenebitur.verbi gratia, seruus debebat xxx.& xl.mutuatus soluit creditorib⁹, vel domini familiã exhibuit. in. x. tenebitur dominus de in rem verso.Si vero solida. xl. seruus debeat,nil videtur versum:neq; dominus de in rem verso tenetur.Et bene dico quòd in residuo tenetur,quia per actio. de in rem verso subuentũ est aduersus lucrum domini: quia nõ debet cum alieno lucrari dãno:neq; vltra id quod versum est,dari:vt.ff.de cõdic.inde.l.nam & natura.nõ autem refert,debuerit aliquid domino, aut postea factus est debitor:quia vtroq; casu desinit esse versum. idẽ est si dominus postea soluit seruo, quod per seruũ in rem versum est. sed si donauit animo remunerãdi, durat, hoc est vt simpliciter donet,& durat versum:aut animo nõ remunerãdi,& euanescit. hoc in tertia. [*IDEM QVAERIT.*] Si vero.x.in rem domini vertit,& dominus ei mutuauit.x.& postea.x.erãt in peculio seruiː an desinat esse versum:quia dominus ei.x.mutuauit:an non, quia domin⁹ potest detrahere debitũ de peculio:an pro. v. detur de in rẽ verso actio,& illa.v.detrahat de peculio,quæritur. Et respõ.ꝙ cessat de in rẽ verso act.cũ seruus factus fuerit debitor domini.[*IDEM QVAERIT.*]Si seruus decẽ mutuatus in rem domini vertit,& dominus mutuauerit ei.x.postea, & ita desinat esse versum:deinde seruus eadẽ.x.in rẽ dñi vertit:an act. extincta postea reuiuiscat? Respõ.ꝙ nõ.hoc ĩ prima.Sed quid si pater & filius sint cõstituti duo rei ꝓmittẽdi,& filius mutuatus soluit: vel si qs iussu patris filio mutuauerit,& fili⁹ creditorib⁹ soluit: an vtroq; istorũ casuũ pater de in rẽ verso teneatur,quæritur.& distinguitur:aut ad patrem pecunia peruenit,& sibi liberatus sit per acceptil.aut nõ.in primo casu liberatur pater:secũdo nõ:qa filius soluẽdo suum proprium negotiũ gessisse videtur. Viuia.

B Si filiusfamilias pecuniã mutuatus,ꝓ filia sua dotẽ dederit:ĩ rẽ versum patris videtur,quatenus auus ꝓ nepte datur⁹ fuit [k]. Quæ sententia ita demum mihi vera videtur, si hoc animo[l] dedit,vt patris negotium gerens.

Si negotium potest pertinere ad patrem, & etiam ad filium:ita demum competit hæc actio,si filius illud gessit tanquam negotium paternum,non tanquam proprium.b.d.cum duabus.ll.sequen.Pau.

VIII. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

ET nihil interesse Pomponius ait, filiæ suæ nomine, an sororis,[m] vel neptis ex altero filio natæ, dederit. Idem ergo dicemus & si seruus mutuatus fuerit,& domini sui filiæ nomine in dotem dederit.

IX. IAVOLENVS libro duodecimo ex Cassio.

SI verò pater dotem daturus non fuit,[n] in rem patris versum esse non videtur.

Non videtur versum, si non durat versum. Bartolus.

X. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

SI ꝓ patre fili⁹ fideiusserit, [o]

C

a *Soluerit.* quod ab alio mutuo sumpsit: vel aliter, vt modo dixi. Accursius.

b *Defensor.* animo nouandi.

c *Condemnatus.* idem & ante condemnationem: vt infra eo.§. ergo. Accursius.

d *De in rem verso.* quę vtilitas est huiꝰ actionis hoc casu, & sequẽtibus? Respon. primo directò, secundo per obliquũ tenetur. Acc.

e *Teneri.* illi scilicet qui contra filium animo nouandi litem cõtestatus est.

f *Liberauit.* vt.ĩ.de solu.l.solutionem. Acc.

g *Nisi donare.* immo & si donet, debet habere locum hæc actio: vt.ĩ.eo.& ideo.§. plane si mutuum. quæ est contra. Sol. ibi quod dederat extraneus seruo, fuit versum in peculiũ: & idem postea seruus domino donauit: quo casu distiguitur, vt ibi. hic non sic. Alij vt.R.& Pla. subaudiũt hic, maxime: & ponitur nisi, pro si nõ. Nam idem & si donare voluit. prima verior est. Sed cui hoc casu de in rem verso datur actio? Respõ. ei qui in hoc filio credidit, vt ꝑ tali facto soluat: vel ei qui litem cõtestatus est animo nouandi: vt supra & infra.

h *Cuius sententia.* vt ꝑ eo tantum quod in peculio est, detur de in rem verso. & facit .ĩ. eod.l.j.§.j.

†*Cicer. lect. in l. quamuis. C. de vsu. tex. in l. bona fides. C. de cõdic. indebi. cum similibus.*

i *Actio.* putá anno post mortem filij.

k *Ego.* ad secundum respõsum legis refertur, & ad proximum. Accursius.

l *Puto.* illi. s. qui contra filium litem contestatus est, cum pater sit liberatus per huius nouationem: vt supra ea. l.ij. respon.

m *Videtur.* quòd seruo mutuauit.

n *Actio.* vt inst. quod cum eo.§. in rem autẽ.

o *Promisit.* dominus, vel seruus.

p *Non sint.* & aliàs non debẽtur: vt C. de vsur. l. quamuis.

q *Negotiũ domini.* quasi dicat, non dedi vt alius gereret: sed ego qui dedi, volui gerere. Accursius.

r *Ipse.* scilicet ego.

s *Actione.* in qua veniunt vsuræ ex mora: vt C. de vsur. l. in bonę fidei.

t *Versum autem.* quod seruo mutuauit. Acc.

& creditori soluerit: [a] in rem patris videtur versum: quia patrem liberauit. Cui simile est quod Papinianus libro nono quæstionũ scribit, si filius quasi defensor [b] patris iudicium susceperit, & sit condemnatus: [c] de in rem verso [d] teneri [e] patrem. namque filius eum iudicio suscepto liberauit. [f] Idem tractat Papinianus & si quod patrem dare oporteret, à filio sim stipulatus: & ita conuenerim filium. Nam & hic de in rem verso fore actionem, nisi si donare [g] patri filius voluit, dum se obligat. Quare potest dici, & si de peculio actionem quasi defensor patris susceperit, teneri patrem de in rem verso vsque ad peculij quantitatem. Cuius sententiæ [h] id erit emolumentum, vt si finita sit actio [i] de peculio, de in rem verso conueniatur. Ego [k] & ante condemnationem, post iudicium patris nomine acceptum, de in rem verso patrem teneri puto. [l] In rem autem versum videtur, [m] prout aliquid versum est. Proinde si pars versa est: de parte erit actio. [n] Sed † vtrum in sortem dumtaxat tenebitur dominus, an & in vsuras? Et si quidem promisit [o] vsuras, Marcellus libro quinto Digestorum scribit, dominum præstaturum. Sed si non sint [p] promissæ, vtique non debebuntur: quia in stipulatum deductæ non sunt. Planè si contemplatione domini pecuniam dedi non gerenti seruo negotia domini, [q] sed ipse [r] gerens: negotiorum gestorum actione [s] potero etiam de vsuris experiri. Versum [t] autem sic accipimus, vt duret versum. [u] Et ita demum de in rem verso cõpetit actio, si non sit à domino seruo solutum vel filio. Si tamen in necem creditoris, id est perdituro seruo vel filio solutum sit: quamuis solutum sit, desinit quidem [esse] versum. æquissimum autem est, de dolo malo aduersus patrem vel dominum competere actionem. Nam & peculiaris debitor si fraudulenter seruo soluerit, quod ei debebat, non liberatur. [x]

Si pater vel dominus soluit debitum, non videtur in rem eius versum: & si pater vel dominus cedat, desinit versum: secus si donet nisi animo remanendi. Bartolus.

Si domini debitor sit seruus, & ab alio mutuatus ei soluerit: hactenus non vertit, quatenus domino debet: [y] quod excedit vertit. Proinde si cum B domino deberet triginta, mutuatus quadraginta creditori eius soluerit, vel familiam exhibuerit: dicẽdum erit de in rem verso in decem competere actionem: aut si tantundem debeat, nihil videtur versum. Nã vt Pomponius scribit, aduersus lucrũ domini videtur subuentum. [z] Et ideo siue debitor fuit domino, cum in rem verteret, nihil videri versum: siue postea debitor esse domino cœperit, desinere versum. Idémque & si soluerit ei. Plus dicit, & si tantundem ei donauit C dominus, quantum creditori soluit [a] pro se: si quidem remunerandi animo, non videri versum. [b] si verò aliàs donauit, durare versum. [c]

Euanescit actio de in rem verso, si dominus cedat seruo, & remanet actio de peculio: nec euanescit, si postea seruus cedat. Bartolus.

Idem quærit, si decẽ in rem domini vertit, & postea tantandem summã à domino mutuatus sit, habeat præterea & peculium decem, videdum ait vtrum desiit esse versum: an verò, quoniam est peculium vnde detrahatur * debitum, de in D rem verso non tollimus actionem, an potius ex vtroq; [d] pro rata detrahimus. [e] Ego autem puto sublatam de in rem verso actionem: [f] cum debitor domini sit constituturus. [g] Idem quærit, si in rem tuam verterit, & debitor tuus factus sit mox creditor eiusdem summę quam tibi debuit, an renascatur de in rẽ verso actio, an verò ex postfacto non conualescat. Quod verum est. [h]

Si filius idem cum patre correum soluat, videtur in rem patris vertere quatenus de pecunia ad patrem pertinet. Bartolus.

Idem tractat, an ex euentu [i]

u *Duret versum.* not. quòd ita demũ dicitur aliquid fieri, si duret factũ. vnde illud: Nõ qui incepit, sed qui perseuerauerit &c. & pro hoc est. ĩ. quod cuiusq; vni. no. l. item.§. q; si. & C. de his qui. vt indig. l. aliam. & l. pe. in fin. & in authen. de san. epi.§. sed hoc ꝑsenti. col. ix. & .j. de fideiuss. l. stipulatus es. in fi. & .j. de her. vel act. ven. l. ij.§. illud. & .j. de vsucap. sequitur.§. tũc. & .ĩ. de inof. test. l. nã & si.§. heredi. & .ĩ. de mino. l. q; si.§. restitutio. Sed ar. contra. ĩ. quod me. cau. l. videam. & .l. si ipsa. & C. quando di. le. ce. l. cũ vxori. & .j. de duobus reis. l. eandẽ.§. sed si quis. Sol. obtinet primum, quando aliquid potest imputari illi q facere debet. Secũdũ, quando non: vt arg. .j. loca. l. maritus. Vel refert, an volũtariũ fuit factum, vt tunc obtineat primum: an necessarium, & tunc secundum: vt argu. .j. de sol. l. in pupillo. Accur.

Falsũ quid nõ dicitur, nisi dura sciẽs.

x *Nõ liberatur.* actione prima. Accursius.

y *Debet.* vt.ĩ. ad Macedo. l. sed Iulianus.§. non tamen. &.ĩ. de dolo. l. seruus tuus. &. .j. eo. l. quidam. in fin.

z *Subuentum.* per hãc actionem, subaudi. ergo cum non sit in lucro, non tenetur. sed an qd debetur his qui sunt in potestate, deducat? Respon. non, licet in actione de peculio deducatur: vt.ĩ. de pecu. l. sed si damnum.§. præterea.

a *Soluit.* scilicet dominus seruo: vt.ĩ. eo. l. j.§. fin. Accursius.

b *Non videri versum.* quia desiit.

c *Durare versum.* simili distinctio sit infra manda. l. idẽque.§. fi. & .l. si vero non remunerandi.

d *Ex vtroque pro rata.* scilicet à domino per actionẽ de in rem * *Flo. tra-* verso, partẽ per actionẽ de peculio de aliis decem quæ erant apud seruum. & hoc nõ admittitur: vt subiicit, & supra de nego. gest. l. Nesennius. in fine. *batur.*

e *Detrahamus.* nos creditores peculiares, vel nos iurisconsulti ad petitionem creditorũ peculiarium.

f *Actionem.* scilicet in totum.

g *Constituturus.* propter quod fit compensatio.

h *Quod verũ est.* s. non conualescere, qa actio semel extincta &c. vt. .j. de so. l. qui res.§. areã.

i *Ex euentu.* id est ex eo quod

eo quod euenit, secundum quod in fi. huius legis distinguitur.

a *Mutuatus.* à Titio puta.

b *Credidisti.* quare contingit filiũ in solidum, patrem similiter in solidum quod iussu obligari ad quam obligationẽ si filius mutuum acceperit in se, & sic patrẽ liberauerit, videtur de in rem verso pater teneri: qđ hic distinguitur. quæ distinctio facit ꝓ sententia nostra, quam dicemus infra ad Velleia. vir vxori. in fi. & l. seq.

QVOD seruus.] C A S V S. Si seruus mutuatus creditori suo soluerit, nõ obligat dominũ de in rem verso, sed soluẽdo liberat eum de pecu.

c *Soluerit.* quod à Titio mutuũ accepisset.

d *In rem.* immo videtur quatenus patrẽ liberauit: vt supra eo. l. proxi. §. quare potest dici. Solu. ibi nomine patris fecit nouationem, hic autẽ suo nomine accepit pecuniã. Item argu. contra. ẽ. l. pxi. in fi. Sed ibi obligatio patris principalis ex suo facto, hic peculiaris.

SI fundũ.] C A S V S. Fundũ vtilem emit seruus domino mutuatus decẽ: an teneatur dominus de in rẽ verso? Dicitur ꝙ sic eatenus quatenꝰ valeat fundus. secus esset si fundus esset domino necessarius, & pluris q̃ mutuatus est: quia neque in plus tenebitur, licet plꝰ valeret quàm emptus sit.

e *Si fundum.* non necessarium, sed vtilem: vt. ẽ. eo. si res. j. respon.

f *Quàm est emptus.* vt instit. mãda. §. quod si minoris. & j. de dona. inter virũ & vxor. qđ autẽ §. idem ait. Acc.

SI in rem.] C A S V S. Si habeam tecũ seruum communem, & in rem meã mutuatꝰ vertit, an tenearis de in rẽ ver. quæritur? Et dicitur ꝙ non. s. eo casu quãdo mutuatus apud te non habet peculiũ. Sed in. l. sequen. affert casum in quo possum teneri, puta retẽto eodem casu, si tu nõ ademisti ei pecu. si conueniaris de pecu. & condamnatus soluis, recuperabis à me quod nõ ademisti, cũ in rem meam versum esset quod mutuum accepit: & alia ratione: quia quod dominus debet seruo, cõputatur in pec. sed quod in rem meam versum est, debeo ego socius conuentus de pecu. & de eo tenetur, sed recuperabit à me, vt subiicit. Viuianus.

g *Iustit.* vt. j. tit. j. l. fi. §. j. Sed contra. ẽ. l. proxi. quæ continuatur cum ista, sed illa hanc determinat.

h *Marcellus notat.* id est reprehẽdit, quasi indistinctum sit in. l. superiori. Vel dic, notat esse verum, sed sub distinctione, sit penes alium peculium, an non: quod in primum recidit sensum.

possit in rem patris filius vertere, veluti si duo rei pater & filius fuerint, & filius mutuatus suo nomine soluat: vel si filio iussu patris credidisti, & filius creditum tibi soluisset. Mihi videtur, si quidem pecunia ad patrem peruenerat, videri in rem versum. Quod si non fuit, & suum negotium gerens filius soluit: non esse de in rem verso actionem.

XI. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

QVod seruus in hoc mutuatus fuerit, vt creditori suo solueret, e non erit in rem d versum, quãuis actione de peculio liberatus sit dominus.

Si res ematur per filium, vel seruum, plus quàm valeat: eatenus dicitur versum, quatenus valet. si vero minus, non plus quàm fuit empta. Paul.

XII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SI fundum f patri dominóve emit seruus vel filiusfamilias, versum quidem esse videtur: ita tamen, vt siue minoris sit quàm est emptus, f tantum videatur in rem versum, quanti dignus sit: siue pluris sit, non plus videatur in rem versum, quàm emptus est.

Eo casu quo vnus ex sociis potest pro peculio quod est apud alterum, actione de peculio conueniri: eo casu potest conueniri pro eo quod in rem alterius versum est, si cessat actio de peculio. Bartolus.

XIII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

SI in rem alterius ex dominis versum sit: vtrum is solus, in cuius rem versum est, an & socius possit conueniri, quæritur. Et Iulianus scribit eum solũ cõueniri, in cuius rem versum est, sicuti cum solus iussit. g Quam sententiam puto veram.

XIIII. IVLIANI libro vndecimo Digestorum Marcellus notat. h

INterdũ & propter hoc quod in rem alterius socij versum

A i *Interdum. De in rem verso.* id est de eo quod est versum, sed tamen actione de peculio: non de in rem verso.

k *Cum altero.* nam cum constat vnũ ex sociis conueniri posse propter peculium quod est penes alium, quia recuperare potest ab alio pro quo exigitur: vt. ẽ. de pecu. l. & ancillarũ. §. fi. & qđ dominus seruo debet, cõputatur in peculio: vt. ẽ. de pecu. quã Tuberonis. §. hereditas. ergo id quod in rẽ domini versum est, in peculio est, quia in hoc seruus dominũ voluit cõstituere sibi debitorẽ: vt. ẽ. eo. si res. §. placet. & sic agetur de peculio cõtra alĩ in rẽ cuius versum non fuerit, ꝓ eo quod versum est in rem alterius.

l *Damnatus fuerit.* scilicet cum peculiũ est apud alterum.

m *Quid enim.* bene dixit interdũ, quid enĩ.

n *Ab altero.* s. in cuius rem non est versum. si enim adimatur ab eo in cuius rẽ versum est, nihilominus perpetuo tenetur: vt. ẽ. eo. l. j. §. j.

o *Ademptũ.* & sic nulla est cõmunio peculij: vt. ẽ. tit. ij. l. itẽ. in fi.

p *Quæstio.* scilicet superioris legis.

q *Non potest.* contra eum in cuius rem non est versum, quia ademptum sit: vt dixi. Acc.

SI filiusfamilias.] C A S V S. Si pater teneatur alicui, & filius constituat se pro eodẽ † soluturũ, an de in rem verso teneatur pater? Disting. aut soluit filiꝰ qui cõstituit ꝓ patre, & patrẽ liberat, & tenetur de in rem ver. alioqui nõ. Viuianus.

r *Non liberauit.* vt. ẽ. de constit. pecu. l. vbi. ẽ. de fic. j. de adulte. l. j. §. si publico. &. ẽ. eo. si pro patre. j. respon.

s *Soluisse.* vt. j. mãda. l. Papinianus.

† *Per istã l. Bar. in l. si cum datem. §. fi. j. soluta. decidit quæstionẽ. & Bal. ẽ. l. in rebus. in 2. col. versi. pone. C. de fic. j. dure do.*

* *Flo. locauit.*

* *Vulg. cõparari.*

QVIDAM.] C A S V S. Tradidit seruo dominꝰ fundum ad colendum, & boues: & cum idonei nõ essent, iussit dominus vt eos distraheret, & alios cõpararet. distraxit, & alios comparauit, sed pecuniam redactam ex venditione boum perdidit. nũquid dominus à venditore de pecunia conueniri possit, quæritur. Et respondetur quòd non, nisi plus sit in pecunia quàm domino debeatur. an autem de in rem verso? Respon. cum seruus factus sit debitor domini, definit esse versum, nisi eatenus quatenus boues empti pluris sunt, quàm erant boues q[illegible] seruus vendidit. Viuianus.

t *Redemerat.* & acceperat.

u *Conturbauerat.* scilicet rationem domini. fic. ẽ. de instit. l. cuicunque. §. idem Labeo ait.

x *Non videri.* vt. ẽ. de pecu. sed si damnum. §. peculium.

Versus

est, de in rem verso i cum altero k agi potest: qui conuentus, à socio petere potest id in quo damnatus fuerit. l Quid enim m dicemus si peculium seruo ab altero n ademptũ o fuerit? Paulꝰ. Ergo hæc quæstio p ita ꝓcedit, si de peculio agi non potest. q

Filius constituendo, non dicitur in rem patris vertere, nisi soluat. Bartolus.

B XV. VLPIANVS libro secundo Disputationum.

SI filiusfamilias constituerit quod pater debuit, videndum est an de in rem verso actio dari debeat. Atquin non liberauit r patrem. Nam qui cõstituit: se quidem obligat, patrem verò non liberat. Planè si soluat post constitutum: licet pro se videatur soluisse, s hoc est ob id quod constituit, in rem tamen vertisse patris meritò dicetur.

Qui agit actione de peculio, consequitur quod superest, deducto eo quod domino debetur: sed qui agit de in rem verso, consequitur quod superest in eo quod dominus dedit pro re. Bartolus.

C XVI. ALFENVS libro secundo Digestorum.

QVidam † fundum colendum seruo suo locauerat: * & boues ei dederat. cum hi boues non essent idonei, iusserat eos venire, & his nummis qui recepti essent, alios reparari. * seruus boues vendiderat, alios redemerat, t nummos venditori non soluerat, postea conturbauerat. u * qui boues vendiderat, nummos à domino petebat actione de peculio, aut quod in rem D domini versum esset, cum boues pro quibus pecunia peteretur, penes dominum essent. Respõdit, nõ videri x peculij quicquã esse, nisi si quid deducto eo quod seruus domino debuisset, reliquum fieret. Illud sibi videri, boues quidẽ in rem domini

versos esse,[a] sed pro ea re soluisse tantum, quanti priores boues venissent:[b] si quo amplioris pecuniæ posteriores boues essent, eius oportere dominum condemnari.[c]

Ad hanc actionem sufficit negotium militer cœptum, sicut in actione mandati & neg. gest. Bartolus.

XVII. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

SEruus [si] in rē[d] domini pecuniam mutuatus, sine culpa eam perdiderit: nihilominus posse cum domino de in rem verso agi existimauit.[e] Nam & si[f] procurator meus in negotia mea impensurus, pecuniam mutuatus sine culpa eam perdiderit:* rectè eum hoc nomine mãdati, vel negotiorum gestorum acturum.

Flo. perdiderat.

De eo quod datur vicario, si in rem domini versatur, agitur hac actione secundum eius naturam. si vero peculium ordinarii sit conuersum, respectu ordinarii habet hãc naturam: respectu domini naturam actionis de peculio. Bartolus.

Cum Sticho[g] vicario serui tui Pamphili contraxi.[h] Actio de peculio,[i] & [de] in rem verso[k] ita dari debet, vt quod vel in tuam[l] ipsius rem,* vel in peculium Pamphili[m] versum sit, cõprehendatur,[n] scilicet[o] etiã si mortuo vel alienato Sticho agatur.[p] Quòd si Pamphilo[q] mortuo agam:[r] magis est, vt quamuis Stichus viuat, tamen de eo quod in peculio Pamphili versum est, non nisi intra annum quàm is decesserit, actio dari debeat. Etenim quodammodo de peculio Pãphili tum experiri videbor, sicuti si quid* iussu eius[s] credidissem,[t] experirer. Nec nos mouere debet, quòd Stich[u] de cuius peculio[u] agitur,[x] viuat: quandò[y] non aliter ea res[z] in peculio eius[a] esse potest, quàm si Pamphili peculium maneat.[b] Eadẽ ratio[c] efficiet, vt id quod in peculio Pamphili versum sit, ita præstari debere dicam[e], vt prius eius quod tibi Pamphilus debuerit, deductio fiat: quod verò in tuã rem versum fuerit, præstetur etiam non deducto eo quod Pamphilus tibi debet.[d]

Actio de in rem verso competit ei qui principaliter contrahit, vt in rem domini versatur. Bartolus.

XVIII. NERATIVS libro septimo Membranarum.

QVamuis in eã rem pro seruo meo fideiusseris, quæ ita contracta est, vt in rem meam verteretur,* veluti si cum seruus frumentum emisset, quo familia aleretur, venditori frumenti fideiusseris: propius est tamen, vt de peculio eo nomine, non de in rem verso agere possis, vt vnius duntaxat[e] in quoquo contractu de in rẽ verso sit actio, qui idipsum[f] credidit, quod in rem domini versum est.

Halo. vel in tuã, vel ipsius rem.

Flo. quod

Flo. versatur.

a *Versos esse.* vt supra eo. si res. §. placet. & supra quod met. causa. l. videamus.

b *Venissent.* & si cum in tãtum domini debitor erat factus, desinit versum qđ verè erat versum: vt. ẽ. e. si pro patre. §. si domini.

c *Condemnari.* facit. ẽ. eo. quòd si seruus. j. respon. in fin. & no. q

d *Seruus si in rem.* necessariam. Accursius.

e *Existimauit.* vt supra eod. l. quòd si seruus. §. sed & si seruum domino. Accursius.

f *Nam & si.* bona est parificatio: vt. ẽ. eod. quòd si seruus. §. & regulariter. Accursius.

g *Cum Sticho.* Mutuaui. x. vicario. hic autẽ vertit in rem domini, aut in peculium vicarij, vel ordinarij: quod est & si in suũ propriũ vertat. primo casu agitur de in rem verso. & sic hæc actio habet per omnia naturam actionis de in rem verso, vt post mortem vtriusque etiam post annum detur: vt. ẽ. eod. l. j. in princ. Item non deducitur quod domino debetur ab ordinario, licet qđ ipse vertens debet, faciat definere, seu non videri versum: vt in fi. huius. l. Secundo casu, quãdo vertit in peculium ordinarij, dic quòd habet naturã actionis de in rem verso quo ad quid. nam videor contraxisse cum vicario cum quo vere cõtraxi. Item & cum ordinario in cuius rem versum est: vt. ẽ. eod. l. j. j. respon. vnde inspecto vero contractu actio de in rem verso etiam mortuo vicario & post annum durat: vt in princ. huius. §. at inspecto ficto contractu, quem videor fecisse cum ordinario, habet naturam actionis de peculio, vt mortuo ordinario ex cuius quasi cõtractu videor agere, sit annalis, sicut si iussu eius &c. Item deducit dominus sibi ab eo ordinario debitum: vt ibi, eadem &c. & est simile per omnia si contraxi cum vicario iussu ordinarij. nam & hic vere contraho cum vno, ficte cum alio. & per omnia dic vt supra dixi. Sed oppono, quòd etiam si inspicitur contractus fictus, sit perpetua etiam post mortem ordinarij, non annalis, hac ratione, quia viuit vicarius, ergo & eius vicarij peculium viuit. Solu. & peculium ordinarij viuit perpetuo viuo isto vicario: cum vicarius & suum peculium sit in peculio ordinarij. Respon. mortuo ordinario moritur totum suum peculium, ergo & suum peculium vicarij moritur quod constat ab ordinario eum habere.

h *Contraxi.* mutuando sibi decem.

i *De peculio.* quæ datur secundo casu ex ficto contractu.

k *De in rem verso.* quæ datur primo casu.

l *Tuam.* & tunc de in rem verso in solidũ, nõ deducto eo quod domino debetur ab ordinario, vt in fi. huius. l. id autem quod ab eo vicario, sic: vt supra si pro patre. §. si domini.

m *Pamphili.* & tunc de peculio ordinarij. s. Pamphili perpetuo viuo Pãphilo: vt subiicit. similis est distinctio. ẽ. de neg. gest. si pupilli. §. sed si ego.

n *Comprehendatur.* & petat.

o *Scilicet.* ad vtrũque casum se refert, scilicet siue in rem domini, siue in peculium ordinarij vertatur.

p *Agatur.* & post annum: quod euenit in casibus in glo. magna notatis.

q *Quòd si Pãphilo.* ad dicendũ quòd sit perpetua. Accursius.

r *Agam.* quasi ex cõtractu, quem fingor fecisse cũ ordinario. Ac.

s *Eius.* ordinarij.

t *Credidissem.* vicario. Accursius.

u *De cuius peculio.* Pãphili, quasi cum eo cõtraxerim. ẽ. eo. l. j. in fi. j. respon.

x *Agitur.* id est tractatur à nobis, dum tractamus de peculio ordinarij. vel proprie pone, quòd agitur de peculio vicarij quod viuo vicario finitur mortе ordinarij: qa & hoc ipso moritur peculiũ, & incõmutabiliter, cũ amodo ab ordinario peculium habere non possit: vnde finitur, & refuscitari non potest, licet de nouo vicarius quæreret peculiũ, quia à domino non ab ordinario id habere videtur quod de nouo quæreret.

y *Quando.* pro quia.

z *Ea res.* scilicet versa in peculiũ ordinarij, quod videtur esse in peculio vicarij, eo q ordinarius sit debitor vicarij per talem versionẽ: vt no. ẽ. e. Marcell. vel ea res. i. obligatio, i peculio. s. ipsius vicarij: quod etiã in idem recidit. Vel tertio refer as ad p. imũ ea res. i. quæ iussu Pãphili est credita. & ratio est ista, quoniã ea &c. & ad idẽ tẽdit semper. q. d. de peculio Pãphili potest experiri intra annũ, siue in peculiũ ordinarij versum sit, siue ei iussu contractum. nec ob. q vicarius viuat. non enim potest agi de peculio vicarij. & quare? quia eius peculium mortuo ordinario cœpit esse nullum. quod dic vt. ẽ. tit. j. l. j §. merito. quod scilicet habebat per Pamphili constitutionem. secus si à domino.

a *Eius.* scilicet Stichi.

b *Maneat.* sed hic non manet cum mortuus est ordinarius: vt dixi. arg. tamen contra. ẽ. de senat. filiam. in fi.

c *Eadem ratio.* quia de peculio ordinarij, non de in rem verso contra dominum agi potest ex facto contractu.

d *Debet.* scilicet Stichus, sic vt. ẽ. si pro patre. §. si domini. Acc.

QVamuis.] *CASVS.* Seruus mutuatus est pecuniã, vt in rẽ domini verteret. si tu pro eo fideiusseris, puta mutuatus est vt emeret frumentũ ad alendam familiam domini: an de in rem verso, vel de pe. ages, quæritur. Et respon. q de pe. cum nomine frumenti crediti teneatur de in rem verso. Viuianus.

e *Duntaxat* scilicet nomine frumenti, & sic non est contra supra eo. l. iij. in fi. nam agit fideiussor de in rem verso. hic pro pecunia, non pro frumento. Vel sol. vt ibi.

f *Idipsum.* scilicet frumentum. Accursius.

Filiusfa.] CASVS. Si filiusfa. emat togam, deinde decedat, & pater in ea eum ſepeliat: an de in rem verſo teneatur, quaritur. Dicit Neratius q̃ ſic: non de peculio, niſi dolum commiſerit pater; & extunc quo togam in funus vertit, tenetur de in rem verſo pater, non prius. reprehendit Pau. q̃ non extunc, ſed ex eo tempore quo emit, tenetur pater de in rẽ verſo: neq; ꝓpter hoc deſinit eſſe verſũ, quaſi filius interim patri cœperit eſſe obligat' ob hoc q̃ togam in funus filij conuertit, quia negotium ſuũ fecit, quia funus eſt æs alienum patris: & ſic intellexit Neratius, cum dicebat patrem de in rem verſo teneri. In alio dicto reprehẽdit Paul. Neratiũ, quòd cum eſſet res peculiaris, & pater eam in negotiũ ſuum vertit, dedicando eam in funus filij, quia ad hoc tenebatur pater, conuenietur de pecu. pater, ſcilicet in quam act. de pecu. veniet to- [a] quæ in rem patris verſa eſt, & intra annũ poſt mortem filij agere poteſt de in rẽ verſo. Viuianus.

Si filius emit rem ſibi neceſſariam, & extunc ſibi ipſam rem pater in ipſius filij funus conuertit: in rem eius verſa videtur. Item in actione de peculio venit quod in rẽ eſt verſum: & ſic poſt annum hac actio eſt neceſſaria. b. d. Primo ponit duo dicta Neratii: vſque ibi, atquin. Ibi Paulus reprehẽdit Neratium in primo dicto, oſtendens ex die emptionis, non ex die funeris, videri in rem verſum: vſque ibi, funus enim. Ibi inſtconſultus ſecundum glo. ponit vnum dictum per quod reſpondet tacita obiectioni, ſcilicet quòd in funerando non deſinit verſum: vel ponit caſum in quo dictum Neratii poſſet eſſe verum, ſecũdum aliam lec. vſque ibi, factus. Ibi reſpondet notatis in ſecundo dicto, dicens hoc caſu actionem de peculio habere locum, licet res deſierit extare abſque dolo Bartolus.

XIX. PAVLVS libro quarto Quæſtionum.

FIliusfamilias togam emit.[a] mortuo deinde eo, pater ignorans, & putans ſuam eſſe, dedicauit eã in funus eius. Neratius libro ſecundo reſponſorum ait, in rẽ patris verſum videri. In actione autem de peculio, quod in rerum natura non eſſet, vno modo æſtimari debere, [b] ſi dolo malo eius[c] quo cũ agatur, factum eſſet. Atquin [d] ſi filio pater togam emere debuit, in rem patris res verſa eſt, non nunc quo funerabitur, ſed quo tempore emit.[e] Funus[f] enim filij, æs alienum patris eſt. Et hoc Neratius quoq;, qui de in rem verſo patrem teneri putauit, oſtendit, negotium hoc, id eſt ſepulturam & funus filij, patris eſſe æs alienum, non filij. Factus eſt ergo[g] debitor peculij, quamuis res non exſtet: vt etiam de peculio poſsit conueniri. In quam actionem[h] venit & quod in rẽ verſum eſt.[i] Quæ tamen adiectio tunc neceſſaria eſt,* cum annus poſt mortem filij exceſsit.[k]

Si filia mutuum in alimenta conuertit, tenetur pater de in rem verſo, ſi onus alimentorum ad patrem ſpectabat. b. d. iſtud principium cum. l. ſi. Bartolus.

XX. SCAEVOLA libro primo Reſponſorum.

PAter pro filia dotem promiſit, & conuenit vt ipſe filiam aleret. Non præſtante[l] patre, filia à viro mutuam pecuniam accepit, & mortua eſt in matrimonio. Reſpondi, ſi ad ea id quod creditum eſt, erogatum eſſet, ſine quib' aut ſe tueri, aut ſeruos paternos exhibere non poſſet: dandã de in rem verſo vtilem actionem.[m]

Promiſſio tutoris non tollit actionem de in rem verſo contra pupillum. Bartolus.

Seruus abſentis reipublicæ cauſa, pupilli ſeruis pecuniam credidit ſubſcribẽte tutore, ſtipulatione in perſonam tutoris trãſlata.[n] Quæſitum eſt, an aduerſus pupillum cõpetat actio. Reſpondi, ſi cum in rem pupilli daretur, id in rẽ eius verſum eſt, & quo magis actus ſeruorũ confirmaretur, tutor ſpopondit: poſſe nihilo minus dici, de in rem verſo cum pupillo[o] actionem fore.

XXI. IDEM libro quinto Digeſtorum.

FIliamfamilias duxit vxorẽ, patre dotem promittẽte: & conuenit inter oẽs[p] perſonas, vti eã pater, aut ipſa ſe tueretur.

Quod in rẽ domini verſum: in peculio computatur.

quod eſt contrariũ primo. nam quod in rem domini verſum eſt, in peculium computatur. & ideo de hoc reprehenditur. ĩ. ibi, factus eſt ergo &c. Vel dic in hoc ſecundo bene eum dixiſſe de peculio poſſe agi, ſed veſtem in peculio non computari, vel eius pretium: quod verum eſt.

a *Emit.* ſi patris gerendo negotium, male dixit Neratius: ſi ſuo, tunc bene: vt. ĩ. eod. & res. §. placet. & ĩ. colligitur. Accurſius.

b *Debet.* ſcilicet iſto qui ſequitur: vt. ĩ. tit. j. l. j. j. reſpon. at hic dolo malo patris non deſinit eſſe in rerum natura, id eſt cõmercio hominum. & ſic duo dixit Neratius. & quia videtur verſa, ſed tũc demum cum fuit dedicata. & in hoc reprehẽditur, quia debuit diſtinguere cuius gerendo negotiũ emit: vt. ĩ. atquin &c. & ĩ. e. ſi res. §. placet. ſecundum qd ipſa toga non eſt in peculium computanda.

c *Eius.* ſcilicet patris.

d *Atquin.* hic incipiunt verba Pauli, in rem patris: vt ſupra eo. l. iij. §. proinde ſi ſeruus.

e *Emit.* Nec deſinit eſſe verſum per hoc quòd videatur redire ad filium. funus enim &c. Accurſius.

f *Funus.* bene dico q̃ nunc videtur verſum quando emit, nec deſinit ideo eſſe verſum, quaſi filius in tãtum cœperit eſſe obligatus patri ob hoc quòd togam in filij factum conuerterit: vt. ĩ. ſi pro patre. §. ſi domini. quia non filij, ſed ſuũ fecit negotium. funus enim &c. vt hic, & ĩ. de reli. l. in patrẽ. Alij ſic, bene dico eum debuit ei pater emere: aliàs ſi nõ debuit, quia bene veſtitus erat, tunc verſa videtur cum funeratur, funus enim &c. præterea à remotis videtur hoc dictum Neratij ſtare non poſſe, ſcilicet quòd dedicando dicatur tunc verti in rem patris. nam aut hæc toga fuit filio neceſſaria, & tunc de in rem verſo extunc: vt hic, & ſupra. l. iij. §. proinde. nec ideo conuenitur quia dedicauit, ſed quia tãtum debuit filio dare. aut nõ, & tunc ſi nomine ſuo filius emit, nõ datur de in rem verſo, vt. ĩ. eo. l. ſi res. §. placet. ſed de peculio, in quo venit verſum, vt hic ſubiicit. Si vero patris nomine: aut neceſſaria erat patri: & tunc in ſolidum extunc. aut vtilis: & tunc quanti valet, tenetur pater: vt. ĩ. ſi res. j. reſpon. & l. ſi fundum. Si tamen poſtea vertit, quãdo nomine ſuo emit, ſcilicet filij: tenetur in ſolidum de in rẽ verſo. nihilo minus de peculio: vt hic dicitur. & ſic hoc caſu habet locũ quod dixit Neratius. * *Flo. eſſe.*

g *Factus eſt ergo.* quia rem peculiarẽ filij accepit, & in ſuum ſcilicet patris negotiũ vertit. ſic ergo de peculio poterit cõueniri ratione huius obligationis peculiaris: vt hic dicitur, & ĩ. de pecu. quam Tuberonis. §. ſi.

h *In quam actionem.* ſcilicet de peculio, vt ſi agam certi cõdictione de peculio, vel alia, veniat in hac actione & quod in rem domini verſum eſt: vt hic, & ſupra de pecu. l. j. §. eſt autẽ. & inſtit. quod cum eo. §. in rem autem. Item poteſt hoc inconuincibiliter probari. cum enim agitur de peculio: etiam id quod domin' naturaliter ſeruo debet, in peculio cõputatur, ſi forte in rem domini impendit: vt ſupra de pecu. quã Tuberonis. §. ſed & id quod. ſic ergo cũ agit actione de peculio, & de in rem verſo agit, non tamen minuit domini priuilegium, niſi habeat formulã, ſcilicet vt de in rẽ verſo proponat. Eſt enim alia formula de peculio, & alia de in rẽ verſo, vt C. de exerci. actio. l. ij. Accurſius.

i *Verſum eſt.* ſcilicet ipſa toga. Vel dic, id eſt eius eſtimationem. nam ipſa toga nec eſt, nec dolo malo deſiit eſſe in rerum natura, id eſt in commercio hominum.

k *Exceſsit.* & in aliis caſibus etiã neceſſaria eſt: vt. ĩ. eo. l. j. §. j.

Pater.] CASVS. Si pater pro filia promittat dotem, & conueniat inter ipſam & maritum vt eam alat: & patre nõ præſtante alimenta, maritus vxori ſuę tradiderit vt ſe alat & veſtiat: an de in rem verſo teneatur, quęritur, & dicitur quòd ſic. Hunc caſum ponit lex vltima. [SERVVS.] Si ſeruus eius qui reipub. cauſa abfuit, ſeruo alicuius pupilli crediderit tutore ſubſcribente inſtrumento contractus, & in ſe tranſtulit obligationem: an pupillus teneatur de in rem verſo, quæritur. Et reſpon. quòd ſic, quia tranſlatio obligationis facta in tutorem, non fuit facta animo nouandi. Viuianus.

l *Non præſtante.* ſcilicet alimenta, vt conuenerat. Accurſius.

m *Actionem.* in patrem: vt hic, & ĩ. eo. l. ſi. in ſi. & ĩ. eo. quòd ſi ſeruus. §. proinde ſi ſeruus. Accurſius.

n *Tranſiata.* ſed non nouata. alioquin non daretur de in rem verſo. ſic & ponitur. ĩ. de offic. eius cui man. eſt iuriſ. l. j. in fine.

o *Cum pupillo.* ſic & infra titu. j. l. ij. j. reſpon. & C. quando ex fac. tu. l. ſi in rem.

p *Filiamfamilias. Inter omnes.* maritum & vxorem & patrem: ſimile pactũ vt ſupra eo. l. pater. &. j. de except. doli. l. pater. j. reſpon. Accurſius.

Credita.

a *Credite.* id est, cõmiserat sibi marit⁹ tractare res suas familiares.
b *Mulierem retinet.* Ad hanc respon. non: vt supra de condic. indebi. si non sortem. §. si centum. & etiam nõ retinet interim pro patre: vt. C. commoda. l. finali.
c *Vtilem.* id est efficacem, sed ad id non respon. an res possint retineri. Sed dic quòd non: vt. C. commo. l. sub prætextu.

QVOD IVSSV.

Quia supra de pecu-lio, & de in rem verso diximus: ponit, Quod iussu: vt supra de pecu. l. 1. §. est autem.

MErito.] CASVS. Si iussu tuo seruus cõtrahat, obligaris in solidum quod iussu, quia tecũ quodãmodo contractũ videtur. hoc in prima. & nõ refert iusseris per nuntium, vel per epistolam, vel specialiter, vel generaliter. vnde si dicat dominus quòd velit quòd cõtrahat cũ seruo suo, sufficit: nisi alid postea conueniat. hoc in secunda. Sed an re integra dominus possit reuocare iussum? Dicitur quòd sic: sicut est in mandato. hoc in tertia. [SED.] Si pater vel domin⁹ vt filij vel serui contrahant, mandauerint: tenẽtur quod iussu. Item si pater vel domin⁹ subscripsit chirographo serui vel filij, tenetur quod iussu. hoc i secũda. Sed quæritur si pater vel dominus fideiusserint *p* seruo vel filio, an teneantur? Dicitur quòd nõ, quia fideiubendo non interuenit vt dominus, sed vt quilibet extran⁹ fideiussorio nomine obligatur. hoc i tertia. Si vero inutiliter fideiusserit, non tenetur quod iussu. & hoc in quarta. Si vero dominus ratũ habeat quod seruus, vel pater quod filius gesserit: tenetur quod iussu. & hoc in quinta. [SI PVPILLVS.] Si pupillo iubente contrahatur cum seruo, non obligatur quod iussu, nisi authoritas tutoris interuenit. hoc in prima. sed si is qui habet vsumf. in seruo, iubeat: nunquid tenetur contrahenti quod iussu? Dicitur quòd sic. hoc in secunda. Idem est in eo qui bona fide seruit. & hoc in tertia. [SI CVRATOR E.] Si iussu curatoris prodigi &c. cum seruo eorum contrahatur, an teneatur? Et dicitur quòd sic. & hoc in prima. An idem sit in procuratore vero? Et dicitur quòd sic. & hoc in secunda. an hoc sit verum in procuratore falso? Et dicitur quòd non: sed ipse procurator tenetur. & hoc in tertia. Vi.

Actio quod iussu, an cũ alia cõcurrat.

d *Qui iubet.* sic & supra tit. j. l. j. respon. in fi. & accipe hoc siue iussus dirigatur ad seruum, siue ad contrahentes. Ideoque si dominus seruo liberam administrationẽ cõcessit, tenetur quod iussu. nam qualitercunque dominus vel ratihabitione vel subscriptione voluntatem circa contractus accommodet, tenetur quod iussu in solidum: vt ex verbis huius legis apparet, si tamen iussus [illegible] in re peculiari. at vbi in re dominica: si dirigatur iussus ad contrahentem cum seruo, habet locum actio mandati: vt C. manda. si tibi. sicq; dixit. P. vnam non posse concurrere cum alia: sed Io. dicit quandoque concurrere, vt cum iussus ad contrahẽtem dirigitur in re peculiari vel dominica. quandoque nõ concurrere, vt cum ad seruum dirigitur. Accursius.
e *Testato.* id est coram testibus inter præsentes.

Maritus ei mutuos nũmos dedit, cum iuste putaret patrem eius ministraturum tantum salarium, quantum dare filiæ suæ instituerat. Eos nummos illa in vsus necessarios sibi, & in seruos, quos secum habebat, consumpsit: aliquantum & cum ei res familiares creditæ[a] essent, ex pecunia mariti in easdem causas conuertit. Deinde prius quàm pater salarium expleret, moritur filia. pater impensam recusat. maritus res mulieris retinet.[b] Quæro, an de in rẽ verso aduersus patrem actio competat? Respondit, si ad ea id quod creditum est, erogatum esset, sine quib⁹ aut se tueri, aut seruos paternos exhibere non posset, dandam de in rem verso vtilem[c] actionem.

QVOD IVSSV.

TITVLVS IIII.

1. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

MEritò ex iussu domini, [vel patris,] in solidũ aduersus eum iudicium datur. nam quodammodo cum eo contrahitur qui iubet.[d] Iussum autem accipiendum est, siue testato[e] quis, siue per epistolam, siue verbis,[f] aut per nuntium, siue specialiter in vno contractu iusserit, siue generaliter. Et ideo & si sic contestatus sit, *Quod voles cum Stycho seruo meo negotium gere,* periculo meo:* videtur ad omnia iussisse: nisi certa lex[g] aliquid *p*hibet. Sed ego quæro, an reuocare hoc iussum antequam credatur, possit? Et puto posse: quemadmodũ[h] si mãdasset,[i] & postea ante contractum contraria voluntate mandatum reuocasset, & me[k] certiorasset. Sed & si mandauerit pater dominús ve: videtur iussisse. Sed & si serui chirographo subscripserit dominus: tenetur[l] quod iussu. Quid ergo si fideiusserit pro seruo? Ait Marcellus nõ teneri quod iussu. quasi extraneus enim interuenit. Neque hoc dicit ideo, quòd teneatur ex causa fideiussionis:[m] sed quia aliud est iubere, [aliud fideiubere.] Denique idem scribit, etsi inutiliter fideiusserit, tamen eum nõ obligari quasi iusserit. quæ sententia verior est.

Si ratũ habuerit[n] quis, quod seruus eius gesserit, vel filius: quod iussu actio in eum* datur.

Si pupillus domin⁹[o] iusserit: vtique non tenetur, nisi tutore auctore iusit. Si iussu fructuarij erit cum seruo contractum, item eius cui bona fide seruit: Marcellus putat quod iussu dãdam in eos actionem. quã sententiam & ego probo. Si curatore adolescentis vel furiosi vel prodigi iubente, cum seruo contractum sit: putat Labeo dandam quod iussu actionem

f *Siue verbis.* inter præsentes, siue testibus. sic infra man. l. j.
g *Certa lex.* id est pactum in contractu postea appositum. vel proprie pone in donatione si seruus donet, ex qua non agitur quod iussu: vt supra de pac. l. contra iuris. §. si filius.
h *Quemadmodum.* ex hoc potest perpendi differentiam esse inter iussum & mandatũ. nã si est simile, vt hic: ergo nõ idem, cũ nihil sit id cui idipsum simile est. Item ex eo quod subiicit, sed & si mãdauerit &c. & ex eo quod est. C. quod cum eo. l. etiam. &. l. si mãdator. & patet cuilibet, quia iussus importat necessitatem: vt insti. de Attili. tu. §. pe. Et no. proverbium: Rogatio domini, præceptum est, sed mandatum, spõtaneam obsequij præstationem, secundum Io. Itẽ in eo quod hic dicit de certioratiõe, est ar. contra infra de mavin. l. iiij. §. j. & de acquir. here. l. si quis. §. pater. Sed certe hoc dicit hic vt per hoc magis appareat aliquis trãsgressor mãdati. nã & sine ea certioratione quod factum est nõ tenet, nisi in iudicio: vt. C. de satisda. l. vna. * *Plus quam gens postulat.*
i *Mandasset.* alicui libero.
k *Me.* cum illo liberо contrahente: vt. C. de satisda. l. j. * *Plus.*
l *Tenetur quod iussu.* qui ergo subscribit, cõ sentit. sic infra de pig. act. fideiussor. §. pater. Sed *Subscribens consentit.*
arg. cõtra. ĩ. de pigne. ac. l. Gaius. &. j. de rescin. ven. fi. Titius. Sed ibi errãdo subscripsit. Et sic est argu. hic, *q* canonici subscribentes cõsentire videntur. Itẽ qd si pmiserit seruo rẽ peculiarẽ dare pignori, an teneat qd iussu.
m *Ex causa fideiussionis.* ex ea causa bene tenetur: vt hic, & infra titu. j. l. si domina. & supra de instito. in eum. §. tabernæ. Item no. fideiubentem non videri consentire. Sed contra. C. de euic. l. exceptionem. in fi. Solu. ibi vt confirmando & approbãdo: hic vt extraneus, vt hic dicit. præterea & ideo ibi repellitur à vindicando, quia quem de euic. tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio: vt de euic. l. vindicantem. Item not. quòd si econtra seruus vel filius pro domino vel pro patre fideiubeat: dominus & pater quasi iusserit potest quod iussu conueniri: vt infra de fideiuss. l. si dubitet. §. sed an. Accursius.
n *Si ratum habuerit.* scilicet tanquam pater, vel dominus: aliàs non: vt. j. l. proxi. in fi. Et no. hic quòd ratihabitio mãdato comparatur: vt hic, &. ĩ. de reg. iur. l. hoc iure. §. j. &. C. ad Mace. l. fi. nisi in casibus quos dic vt. ĩ. dixi de infa. l. quid ergo. j. respõ. non tamen agitur mãda. vt. ĩ. de nego. gest. l. si pupilli. §. item quæritur. nisi in casu isto, vbi agitur quod iussu. Sed videtur *q* hæc ratihabitio non facit in solidum teneri: vt supra de nego. gest. l. si pupilli. §. sed si ego. quæ est contra. Solu. ibi cõtractũ vel quasi ab alio extraneo f. cũ habuit ratum, hic à seruo. Item cõtra ad idem. ĩ. de admini. tut. Lucius Titius Gaium. sed ibi nõ agnouit pater, sed consensit, vt aliàs consentit filio agẽti, non tamẽ ideo se obligat: vt. C. de bo. quę lib. l. fi. §. j. hic autẽ vt se obligat &c. Item contra supra tit. j. si res. §. quod seruus. Sol. vt ibi. Accur.
o *Si pupillus dominus.* id est, pupillus qui est dominus. & facit supra de insti. l. verum. & de trãsa. l. iij. § fin. Accursius.

Idem

a *Idem & in vero procuratore.* & facit ſupra de inſtit. l. cuicumque.§.fin.&.l.fin.& infra.l.proxi.j.reſpon.

b *Actionem.* mandati:vt infra.l.proxi.in fine.

Si tutor.]*CASVS.* Si tutor iubet,vt cũ ſeruo pupilli aliquis contrahat,& in vtilitatem pupilli creditum fuerit:tenebitur pupill⁹ quod iuſſu.hoc in prima. idem in ancilla & filia. [*SI IVSSV.*] Si iubeat aliquis vt cũ alieno ſeruo cõtrahat:cũ iuſſus ſit inutilis, non tenebitur qd iuſſu. Sed quid ſi ſeru⁹ poſtea ſit factus ſuus, quia cũ redemerit, an cõualeſcat actio quod iuſſu, quæ ab initio nõ tenuit? Dicitur q̃ non. hoc in tertia. Vivian⁹.

c *Eſſe dandã.* facit.ĩ. l.proxi.in fi.&.ĩ.titu.j. l.pater.§.j.Accurſius.

d *Actio.* vt ſupra de pecu.l. & ancillarum. circa prin.

e *Quod iuſſu actione.* id eſt hac actiõe quod iuſſu, nomine illius cõtractus quẽ fecit iuſſu meo :ſed mandati teneor,cũ tam dominus, quàm quilibet alius q̃ ſeruo ſe obligare poſſit mãdando & fideiubẽdo:vt.ĩ. titu.j.ſi domina.&.ĩ.de act. emp. ſi ſeruus.§ fi.& facit ad hũc.§.j.de ſuſpe.tut.l. iij.§.q̃ ſi quid admiſit. &.ĩ de noxa.i delictũ.§.ſi extraneus.Accur.

Dominũ.]*CASVS.* Si dñs iubeat, vt ſeruo mutuetur ſub vſuris ſemiſſibus : tenebitur cõſequẽs quatenus iuſſit, & nõ plus. hoc in prima.Sed quid ſi ſeruus citra domini volũtatem prædia dñi obligat, nũquid tenet pignoris obligatio? Dicitur quòd nõ. hoc in ſecunda.Viuianus.

f *Obligauit.* ſed certe imò eo ipſo q̃ permiſit pecuniã credi,& pignus retineri poteſt:vt C.ad Mace. ſi pmittẽte.quæ eſt contra. Sol. ibi vtrunq; permiſit,& pecuniã accipi , & pignus dari.vel diſtingue[a] cũ præcipit pater vel dominus dari pecuniã filioſa.vel ſeruo,vel etiam extraneo,an ſit datum pignus: & tũc ſi ſciat eſſe datũ,cõfirmet:vt ibi,&.ĩ. quibus mo. pign.ta. contra.l.ſi gratuitam.j.reſpon.ſi ignorat,non confirmat:vt hic. an poſtea datum fuit,& tunc non teneat,niſi & de hoc ſpecialiter mandet:vt.d.l.ſi gratuitam.in fine.Accurſius.

[a] *No.huius gl.diſtin.ſecundũ Bal. & vide qd not. in.l.ſi gratuitam. alleg.in gl. noſtra. Bo.leg.*

Si iuſſu.]*CASVS.* Si poteſtas Bonoñ.iubeat vt cũ ſeruo ciuitatis cõtrahatur,an teneatur quod iuſſu?dicitur q̃ ſic.Viuia.

g *Contractum.* non in vtilitatẽ ciuitatis, aliàs ciuitas teneretur: vt ſupra.l.ij.in prin.& ipſe durante officio.quid poſtea? Reſp̃ō. vt no.infra de admi.re.ad ciui.perti.l.ij.§.in eum.

h *Poſſe.* & facit ſupra eodem.l.j.§.finali.

Si dominus.]*CASVS.* Si dominus accepturus mutuum iuſſerit ſeruo vel nuntio numerari, an teneatur quod iuſſu? dicitur quòd non , quia cum ſeruo non eſt contractum. hoc in prima. [*SI VNVS.*] Si tecum habeam ſeruum communem, & iuſſu tuo contrahat, tu ſolus teneberis.hoc in ſecunda . Si vero ambo iuſſimus,quilibet noſtrum tenebitur in ſolidum quod iuſſu, quia ſimiles ſumus duobus mandantibus.hoc in tertia.

i *Numerari.* vt nuntio.

k *Non competit,* cum ſit cum domino vel patre vere contractũs vt hic,&.C.quod cum eo.l.ſi ex contractu.

l *Solus.* vt ſupra titu.j.l.ſi in rem.

m *Mandantibus.* qui tenẽtur in ſolidum,ſicut & fideiuſſores plures : vt infra mandati, creditor.§. duobus. & ſiſtit.de fideiuſſ.§.ſi plures.ſed hodie mãdatores & fideiuſſores pro parte tãtum conueniũtur:vt in authẽ.de duo. re.col.vij.vel verius illa auth. loquit᷑ in pluribus reis principaliter pro ſe obligatis, nõ in his qui ſunt acceſſorij in ſolidũ obligationi alterius.*ADDITIO.* No.ex hac.gl. q̃ auth. de duobus reis,nõ habet locũ niſi in principaliter obligatis, nõ in obligatiõe acceſſoria: quia tũc iura antiqua remanent incorrecta.& cũ hac gl.concor.inſti. de fideicom. §. ſi plures. ſecundum Bald.hic.

† *Velleiano legit Angelus Poliianus lib. 5. epiſtolarũ, epiſtola. 11.*

Digeſtorũ

ſeu Pandectarum liber ſextuſdecimus.

AD SENATVSCONSVLtum Velleianum.†

TITVLVS I.

Per Velleianum mulieribus intercedentibus paratur actio, & in veterem debitorẽ reſtituitur ſeu inſtituitur actio. h.d.cum ſequentibus,in quibus iuriſconſul.ſummauit totum titulum:& ponit his caſus in quibus hic titulus locum non habet. Bartolus.

1. PAVLVS libro trigeſimo ad Edictum.

Velleiano ſenatuſconſulto.]*CASVS.* Velleiano ſenatuſconſulto [a] pleniſſimè comprehẽſum eſt, ne pro vllo [o] fœminæ intercederent . Nam ſicut moribus ciuilia officia adempta ſunt [p] fœminis,& pleraque ipſo iure nõ valent: ita multo magis adimẽdum eis fuit id officium, in quo non ſola opera, nudumq; miniſteriũ earum verſaretur:ſed etiã periculũ rei familiaris. Aequum autẽ viſum eſt,ita mulieri [q] ſuccurri, vt in veterẽ debitorẽ, aut in eum qui pro ſe conſtituiſſet mulierẽ ream, [r] actio daretur. [ſ]

Mulier Velleia. in multis caſibus nõ inuatur. Verſus.

Caue - tur ne mulier intercedat:quia ſicut ei interdicitur publicum officiũ, eodem modo interceſſio.vnde ſi intercedat pro aliquo animo nouandi , vt in ſe trãſferat obligationẽ, liberatur: & in veterẽ debitorẽ creditori reſtituetur vetus actio. Viuianus.

a *Velleiano ſenatuſcõſulto.* quod eſt.j.l. pxi. §.cuius ſenatuſcõ. &c.

o *Ne pro vllo.* niſi in ſex caſibus : vt pro pecunia pro libertate danda:vt.C.eo.l.pe.Item pro dote:vt. C.e.l.fin. Item ſi renuntiet:vt infra eo.l.fin.§.pe.Itẽ ſi accipiat pretiũ pro interceſſione:vt.C.eo.l.antiquæ.Itẽ ſi decipiat,teneatur:vt infra.eo. ſi decipiendi.Item ſi caueat ſecundo:vt,C.eo.ſi mulier. Vnde verſus: Caſibus in ſenis mulier ſpõlẽdo tenetur. Pro libertate,pro dote,renũtiet,& ſi Decipiat,pretiũ capiat,caueãtq; ſecũdo.Itẽ.vij. ſi ĩ rẽ ſuã:vt.j.e.ſed ſi cũ.&.l.aliquãdo.Itẽ &.viij.tenet,vt ſi ſuceſſit ei pro quo interceſſit:vt.j.e.l.quãuis §.plane ſi mihi.Ac.

p *Adempta ſunt.* vt iudicia:vt.ĩ.de iudi.cũ prætor.§.fi.Itẽ arbitria:vt.C.de arbi.l.fi.Item alia ſimilia : vt.j.de reg.iu.l.ij.ſed quædã poteſt habere,& ideo dicit pleraq;,vt tutelã filiorum: vt in auth.de here.ab inteſta.§.ex his.col.ix. Item procurationem parentis:vt ſupra de procura.l.fœminis.Accurſius.

q *Mulieri.* animo nouandi intercedenti.

r *Ream.* cum ipſa non obligaretur.

ſ *Actio daretur.* vt.j.e.l.quamuis.§.quotiens.&.§. ſi cum eſſem. etiam ſi creditor ſcienter eam accepit:vt.j.eo.quidã.§.Accurſius.

Et primo.

ET primo.] CASVS. Iure veteri succurrebatur mulieri tantum si propter maritum intercesserit: postea senatusco. Velleiano succurritur ei siue pro marito siue pro alio intercessit: & illud senatuscon. non est sine cõmendatione. [OMNIS.] Siue re, siue verbis, mulier se obligat. vnde si pro aliquo intercedere videatur, sibi succurritur. [SED ET SI MVLIER.] Cõuenit me aliquis in iudicio, & mulier quędã se obtulit defẽsioni meę, & condẽnata est. quæritur, an ei subueniatur per senatusconsultum? Dicitur quòd sic. Viuia.

a *Pro viris.* ideo specialius de viris fit mentio, quia ab eis facilius amore decipiebantur: vt. j. de dona. inter vi. & vxo. l. j. & ideo hodie hoc casu ipso iure non tenet quando pro viro fideiubet: vt in authen. vt nulli iudi. §. & illud quoque &c. col. ix. Accursius.

b *Sunt.* subaudi, de eo quod &c. Accursius.

c *Quod Marcus.* quidam libri habent quæ, vt dicas, Verba quæ &c. Alij vt dicas, de eo quod &c. & est interpositio vsque illuc, quod ad fideiussiones &c. vbi incipiunt verba senatusconsulti, secundum H.

d *Quid de ea re.* quærendo a senatu.

e *Censuerunt.* aliàs, cõsuluerunt. i. interrogauerunt dicti cõsules cæteros senatores, vt dictũ est. Vel dic q̃ ipsi cõsules dederũt consiliũ, quod ab aliis postea est firmatũ. vel dic q̃ consuluerunt cæteri senatores respõdendo consulibus. Accursius.

f *Dationes.* cum ipsa accepit quod alius accepturus erat.

g *Detur.* scilicet quãdo pro maritis intercedunt: vt in principio huius legis.

h *Cum eas.* ad sequẽtia. Accursius.

i *Arbitrari senatum.* sciendum est, subaudi. Accursius.

k *Seruetur.* circa omnes mulieres: vt infra eod. l. prima. j. respon. Accursius.

l *Laudata.* Argu. pro allegantibus: vt. ij. de origine iuris. l. j.

m *Suppositis.* scilicet mulieribus. Vel dic, senatoribus, qui quotidie propter mulieres intercedentes inquietãtur: vt argu. C. quí potiores in pignore habeantur. l. fi. j. respon.

n *Opitulatur.* scilicet senatusco̅sul. vt hic, & infra eodem. si decipiendi. & C. eo. si sine. in fine. & ad idem. C. si mi. se ma. di. l. ij. & iij. & infra de distra. pi. l. mulier. & ij. eo. l. j. in fin. & infra de reg. iu. in eo. §. fina. & no. quòd solo vno casu videtur decipere: magis enim ille quàm creditor mulierem decepit.

Hic ponitur ordo qualiter deuentum est ad hoc senatusconsu. & eius verba recitantur. & h. d. Mulieri intercedenti paratur except. per senatusc. Vellei. cuius verba hic referuntur. h. d. Et no. hic modum & ordinem in consilio. Primo enim fuit proposita questio. Secundo consulitur super ea. Tertio fit reformatio, & ita fiunt hodie reformationes. Bartolus.

II. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

ET primò quidem temporib' diui Augusti, mox deinde Claudij, edictis eorũ erat interdictum ne fœminę pro viris[a] suis intercederent. postea factum est senatusconsultum quo pleniſsimè fœminis omnibus subuentum est. cuius senatusconsulti verba hæc sunt, [b] *Quòd Marcus*[c] *Silanus, & Velleus Tutor consules verba fecerũt de obligationibus fœminarum quæ pro aliis reæ fierent, quid* † *de ea re*[d] *fieri oporteret,* * *de ea re* [vniuersi] *ita censuerunt.* ** *Quod* † *ad fideiussiones & mutui dationes*[f] *pro aliis,* [pro] *quibus intercesserint fœminæ, pertinet: tametsi antè videtur ita ius dictum esse, ne eo nomine ab his petitio* [fiat,] *néve in eas actio detur,*[g] *cum eas*[h] *virilibus officiis fungi, & eius generis obligationibus obstringi non sit æquum: arbitrari senatum,*[i] *rectè atque ordine facturos* [eos] *ad quos de ea re in iure aditum erit, si dederint operam, vt in ea re senatus voluntas*† *seruetur.*[k] Verba itaque senatusconsulti excutiamus, prius prouidentia ampliſsimi ordinis laudata:[l] quia opem tulit mulieribus, propter sexus imbecillitatem multis huiusœmodi casibus suppositis[m] atq; obiectis. Sed ita demum eis subuenit, si non callidè sint versatæ. Hoc enim diuus Pius & Seuerus rescripserunt. Nam deceptis, non decipientibus opitulatur.[n] Et est & Græcum Seueri tale rescriptum: ταῖς ἀπατωσαις γυναιξὶν τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου βοηθεῖ ὁ βουλευτικός. [id est Decipiẽtib' mulieribus senatusco̅sultũ auxilio

† *Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. Vide Baptistã Egnatium ca. j. Racematorum.*

* *oportet, Flo.*

* *consuluerunt. Flo.*

† *Iste text. est no. scriptũ Bal. ad hoc quòd exceptiones Velleiani possint opponi per iudicé etiam sine petitione ipsi' partis, hoc addito, quòd exceptio hu iusmodi cõpetit mulieri: competit & fideiussori Bolog.*

nõ est.] Infirmitas enĩ fœminarũ, nõ calliditas auxiliũ meruit.*

Verbum, intercedere, comprehendit omnem obligationem omnino quã mulier pro alio suscipit. Bartolus.

Omnis omnino obligatio senatusconsulto Velleiano comprehenditur, siue verbis,[o] siue re, siue quocumque alio cõtractu interceſserint.[p] Sed & si mulier defensor alicuius extiterit, proculdubio intercedit. Suscipit enim in se alienã[q] obligationem: quippe cum ex hac re subeat condemnationem.[r]

Proinde neque maritum, neque filium, neque patrem[s] permittitur mulieri defendere.

In hac l. cum duabus seq. ponuntur tres casus in quibus cessat senatusconsultum Velleianum. Bartolus.

III. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

SEd si eum defendat, qui dãnatus regressum ad eam habeat, veluti cum venditorẽ hereditatis sibi venditæ, vel fideiussorem suum defendat: intercedere non videtur.[t]

Mulier intercedendo Velleiano innatur, si creditor intercessionem scierit: secus si ignorauerit. Item mulier soluens, vel donãs, non innatur. hoc dicit: quam. l. no. quia limitat multum verba senatuscon. Bartolus.

IIII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

SEd si ego cũ muliere ab initio contraxerim, cum ignorarem[u] cui[x] hæc factum vellet: non dubito senatusconsultum cessare. & ita diuus Pius & imperator noster rescripserũt. Proinde si dum vult Titio donatum, acceperit à me mutuam pecuniam, & eam Titio donauit: cessat senatusconsultũ. Sed & si tibi donatura, creditori tuo nummos numerauerit: non intercedit. Senatus enim obligatæ[y] mulieri succurrere voluit, non donanti. hoc ideo, quia facilius se mulier obligat, quàm alicui donat.[z]

Mulier rem suam agens, Velleiano non innatur. Bartolus.

V. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

l Nec glossimum in donando: vt qualiter q hic, & C. de dona. ante nup. l. fi. & sponso. §. q̃ est anarissi spõsa. & infra de do mor. & glo. inter vi. & vxo. l. si cui in hac stipulata. in fi. Idem & est not quia in maribus: vt infra de ponis iuniproba. l. cum de indebito. & instit. de dona. regulam, §. j. ibi, magis si quis videlicet vult &c. nisi sit ibi affectio paterna: vt C. de presumpt. natu. li. l. fin. & de bo. donat. quæ liberis. l. ij. Vel lis nec coniugalis: vt infra de donationibus inter virum & vxorem. l. j. vel sanguinis: vt infra de tu. & ra. distrahen. l. j. §. j. Vel scholaris in magistrum: vt infra de administratio. tutõ. l. cum plures. §. j. Vel meretricalis: vt infra de dona. l. affectionis. Vel nisi ille sit diues, qui debet multum donare: vt in authen. de non alie. §. si minus. col. ij.

Nec

a *Nec intereſt. Numerat.* vt.ſ.l.proxi.§.finali.&.j.eo.quamuis. §.plane ſi mulier.

b *Vendiderit.* vt C.eo.l.ſenatuſconſultum.in fine.

c *Alieno.* animo donandi:vt.ſ.proxi.dixit.

d *Eſſe.* vt repetat ab eo cui ſoluit,repetat tamẽ ab eo pro quo ſoluit ſi donatio nõ valeat, quia viro: aliàs nec ab ipſo.

NEc intereſt,pecuniam ſoluendi cauſa numeret,[a] an quamlibet ſuã rem in ſolutum det. Nã & ſi vendiderit[b] rẽ ſuã: ſiue pretium acceptũ pro alio ſoluit, ſiue emptorẽ delegauit creditori alieno:[c] non puto ſenatuſconſulto locum eſſe.[d]

Mulier ſi fideiubeat, vel aliam fideiubere mandatrix matur Velleiano, ſi recipiens hoc ſcierit.h.d.cum.l.ſeq.quamquam.Bart.

VI. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

SI fideiuſſores[e] pro defenſore abſentis filij ex mandato matris eius interceſſerint, quæritur an etiã his ſenatuſcõſulto ſubueniatur. Et ait Papinianus libro nono quæſtionum, exceptione eos vſuros:[f] nec multũ facere, q̃ pro defenſore fideiuſſerunt: cum contemplatione[g] mandati matris interuenerint. Planè, inquit, ſi qui accepit eos fideiuſſores,matrem eis mãdaſſe ignorauit:[h] exceptionem[i] ſenatuſconſulti replicatione doli repellendam.

VII. VLPIANVS libro nono Quæſtionum.

QVamquam igitur fideiuſſor doli replicatione oppoſita * defenſionẽ exceptionis[k] amittat, nullã tamen replicationẽ aduerſus mulierẽ habebit: quia facti non poteſt[l] ignorationem prætendere. Sed non erit iniquũ, dari negotiorum geſtorum actionẽ[m] in defenſorem,quia mandati cauſa[n] per ſenatuſconſultum[o] conſtituitur irrita,& pecunia fideiuſſoris liberatur.[p]

Liberatio pigneris nõ eſt interceſſio. Bar.

VIII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Edictum.

B QVamuis pignoris datio interceſſionem faciat,[q] tamẽ Iulianus libro duodecimo Digeſtorũ ſcribit,reddition em pignoris, ſi creditrix mulier rem quam pignori acceperat,debitori liberauerit,nõ eſſe interceſsionem.[r]

Si mulier alicui promiſerit indẽnitatem, non eſt interceſſio. Bartolus.

Si mulier interuenerit apud tutores filij ſui, ne hi prædia ei[s] diſtraherent, & indemnitatem eis repromiſerit: Papinianus libro nono quęſtionum non putat eam interceſsiſſe: nullã enim C obligationem alienam[t] recepiſſe, neque veterem, neque nouam, ſed ipſam feciſſe hãc obligationem.

Mulier iuuatur Velleiano aduerſus primum creditorem, & aduerſus eum cui eſt delegata, licet Marcellus aliter diſſonuerit. Bartolus.

Si mulier alicui promiſerit indẽnitatem eis repromiſerit: Papinianus libro nono quęſtionum non putat eam interceſsiſſe: nullã enim obligationem alienam[t] recepiſſe, neque veterem, neque nouam, ſed ipſam feciſſe hãc obligationem.

Mulier iuuatur Velleiano aduerſus primum creditorem, & aduerſus eum cui eſt delegata, licet Marcellus aliter diſſonuerit. Bartolus.

p *Liberatur.* defenſor. Accurſius.

QVamuis.] CASVS. Si mulier pro alio pignus obliget, ei ſuccurritur.ſi autem crediderit,& pignus reſtituat,ei non ſuccurritur.[SI MVLIER.] Si tutori diſtrahẽti fundum pupilli mater ei indemnitatem promiſit: non ſubuenitur, quia fideiubere nõ videtur. [INTERDVM.] Mulier p me interceſsit apud Titiũ, & ei debitorẽ ſuũ delegauit.Dicitur q̃ habet repetitionẽ vt debitor eius liberetur,& ſibi reſtituat ac ſi ſoluiſſet pecuniam indebitam. ſi autẽ delegatus mulieris debitor non erat,& conueniatur:habet exceptionẽ. [PLANE.] Mulier intercedere volebat, ſed non interceſsit,ſed delegauit debitorem ſuũ.nõ ei ſubuenitur, neq; delegato: quia ſi donandi animo creditori alicuius numeraſſet,ſenatuſcon.non iuuaretur ad repetendũ. ſi autẽ eũ delegauit q̃ debitor nõ erat, cõuẽt' ille habebit except. [QVOTIENS.] Clarus eſt, quia ſupra habitus eſt. addit tamen hoc,licet ſit debitor liberat' per acceptil.nõ eo minus in ipſum reſtituit obligatio. [SI CONVENERIT.] Inter me & debitorem meum cõuenit vt pro ſe expromiſſorem daret ita ſimpliciter, & accepto ei tuli.ſi poſtea mulierem dederit q̃ intercedat, nihilominus cõueniam eum vt reponat ſe in priſtinam obligationẽ. [MARCELLVS.] Mulier fideiuſsit pro Titio.poſtea ego mulierem liberaui acceptil. an mihi nihilo minus detur actio contra Titium? Dicitur q̃ ſic.Si autem mulier ſoluerit, & poſtea repetere nõ poſsit ſolutum:certe principalis debitor liberatur.Sed pone ibi,ſed cũ,mulier fideiuſsit pro Titio in tali caſu,q̃ ſi ſoluiſſet non poſſet repetere.creditor accepto tulit huic mulieri.quæritur an reus releuetur? Et reſpon. q̃ ſic.[QVAMQVAM.] Eramus duo rei credendi,Titius ſcilicet & ego.mulier fideiuſsit apud me tantum pro reo. quæritur an Tittio ſit reſtituenda actio contra debitorem principalem ſicut mihi? Et dicitur q̃ ſolùm mihi, & non Titio. [SI MVLIER I.] Titius creditor habuit Mæuium debitorem. Berta fideiuſsit pro Mæuio apud Titiũ.poſtea Titius extitit huic Bertæ heres.an nihilo minus poſsit agere vt ſibi reſtituatur act. in Mæuium? Et dicitur q̃ ſic.ratio eſt in text. Item nec hoc debitũ computaretur in Falcidiam. Sed pone q̃ mulier ſucceſsit debitori pro quo fideiuſſerat. an in eam detur actio? Dicitur q̃ ſic, ſcilicet actio reſtitutoria vel directa,quæ dabatur cõtra debitorem. [SI CVM ESSEM.] Subieci mulierem quæ à te accepit mutuam pecu. cum ego vellẽ accipere. poſtea interceſsi. mulieri ſuccurritur, non tibi contra me datur reſtitutoria, ſed perinde obligor,& eodem genere obligationis, quo ipſa: vnde potius inſtitoria quàm reſtitutoria competit. Cætera ſunt plana vſque ad.L.aliquando.in.§.de pignoribus. Viuianus.

q *Faciat.* vt quando mulier rem ſuam obligat pro alio:vt hic, & C.eo.ſenatuſconſultum.§.j.&.l.ſi fine.§.j.

r *Interceſſionem.* immo eſt gratificatio quædam, & ideo valet: vt ſupra eodem.ſed ſi ego.§.finali.& C.eodem.l.etiam. &.l.iubemus. Accurſius.

ſ *Alienam.* ſic & infra eo.ſi mulieri ſoluero.& ita tenetur mulier hoc caſu.Sed cõtra C.e. ſi mater.§.j.Sol.refert an promiſit

ddd indemnitatem

a *Nec intereſt. Numerat.* vt.ſ.l.proxi.§.finali.&.j.eo.quamuis. §.plane ſi mulier.

b *Vendiderit.* vt C.eo.l.ſenatuſconſultum.in fine.

c *Alieno.* animo donandi:vt.ſ.proxi.dixit.

d *Eſſe.* vt repetat ab eo cui ſoluit,repetat tamẽ ab eo pro quo ſoluit ſi donatio nõ valeat, quia viro: aliàs nec ab ipſo.

Si fideiuſſores.] CASVS. Filium alicuius mulieris, cum abeſſet & cõueniretur,ipſum defẽdi.mulier mãdauit duob' vt pro eo fideiuberẽt.an fideiuſſoribus ſuccurratur,quæritur. Et dicitur q̃ ſic: quia mandauit mulier fideiuſſorib' hoc:quãdo actor ſciuit mulierem mandaſſe. ſecus ſi ignorauit. An autẽ fideiuſſores ſi velint habere regreſſum contra mulierem mandãtem, & ipſa excipiat, poſſint replicare? dicitur q̃ non: quia non poſſunt ignorare mulierem mandaſſe. habebunt autem acti.negotio.geſto.cõtra defenſorem, cum facto eorum liberetur: & defenſor filiũ conueniet. hoc dicit cũ.l. ſequen. Viuianus.

e *Si fideiuſſores.* apud actorem ſcientem ex mãdato matris eos intercedere iudicatum ſolui. Accurſius.

f *Vſuros.* vt hic,& infra eo.l.quamuis.§.interdum. ibi, ſed & ſi is &c.& l.fin.§. ſi mulier ne ipſa.& C.eo. l.mulierem.

g *Contemplatione.* vnde pro ea interceſsiſſe videtur:vt ſupra de neg. geſt. l.ſi pupilli. j.reſpon.&.§.ſed ſi ego.

h *Ignorauit.* parcitur ignoranti,nõ ſcienti:vt hic,& infra man. l.ſi fideiuſſor.& C.de euic.l.ſi fundum.

i *Exceptionem ſenatuſconſulti.* quam fideiuſſores opponunt: vt ſupra.l.proxi.in fine.

k *Quamquam. Exceptionis.* Velleiani:vt.ſ.l.prox.in fin.

l *Non poteſt.* vt dicat ſe ignorare mulierem mandaſſe. Et ſic no.quòd non licet alicui in proprio facto errare: vt hic,& infra locati.item quæritur.§. ſi falſo.&.l. ſed addes.§.j. & infra de adquir.here.cum falſum.licut nec in rerum ſuarũ qualitate:vt C.de reſcin.ven.l.quiſquis maior.ſed in alieno licet errare:vt.j. eo.l.antepen.& ſupra. l.proxi.in fi.& infra pro ſuo.l. fin.& infra de iur.& facti ignorantia.l.iij.

m *Actionem.* ſcilicet fideiuſſoribus.Sed quare non mandati cõtra eum agunt:vt.j.man.ſi pro te?Reſpon. non fideiuſſerunt eo præſente. Vel dic,etiam ſi præſente, non tamen videtur mandare: cum illud obtineat quod videtur mandare, quando in rem præſentis fideiubet. primum verius eſt.nam hic bene fideiuſſerunt in rem præſentis, vt quia iudicatum ſolui promiſerat, vel ſe obtulerat:vt.ſ.de procur.l.Plautius.aliàs nec hac actione teneretur:vt.ſ.de nego.geſtis.item ſi cum.§.finali.Item hic geſtor recuperabit per eandem actionem nego.geſt.à filio abſente: vt infra iudi. ſol. l.iam tamen.§. in hac. & facit ad hoc reſponſum infra man.l.ſi fideiuſſor.§.finali.& ſupra ſi cer.pet.ſi & me.& ſupra de nego.geſt.l.quæ vtiliter.in fin.legis.

n *Mandati cauſa.* id eſt obligatio mandati qua tenetur mulier, ſit irrita per ſenatuſconſult.& ita hæc eſt ratio quare nõ teneatur mulier,quia tenetur defenſor. & eſt alia, vt ſubiicit, quare teneatur defenſor.

o *Senatuſconſultum.* quam opponunt fideiuſſores.

ff. Vetus.

Ignoranti quandoque parcitur.

Errare in proprio facto nõ licet.

Flo. poſſia.

indemnitatem pupillo de eo quod debet vel debebit tutor: vel ecõtra promiſit tutori de eo quod debet vel debebit ei pupill⁹: & in vtroque prędictorũ eſt interceſsio,& ſic non tenetur,vt in cõtraria lege.aut promiſit tutori indemnitatẽ de eo quod debet vel debebit pupillo, vel ecõtra promiſit pupillo indẽnitatẽ de eo qđ debet vel debebit tutori, & in vtroq; iſtorũ tenetur,& ceſſat Velleia. vt hic,& C.eo.l.ſi mater.j.reſpõ. & j.eo.ti.tutor. in princ. vnde per ſenatuſc.tollitur contrarium.

Si mulier apud Primum pro Secũdo[a] interuenerit,mox pro Primo apud creditorem eius: duas interceſsiones factas Iulianus libro duodecimo Digeſtorum ſcribit:vnam pro Secũdo apud Primũ, aliam pro Primo apud creditorẽ eius: & ideo & Primo reſtitui obligationem, & aduerſus eum.[b] Marcellus autem notat eſſe aliquam differentiam,vtrũ hoc agatur,[c] vt ab initio[d] mulier in alterius locum[e] ſubdatur, & onus[f] debitoris à quo obligationẽ tranſferre creditor[g] voluit, ſuſcipiat: an verò quaſi debitrix delegetur,ſcilicet vt ſi quaſi debitrix delegata eſt,[h] vna ſit interceſsio.[i] Proinde[k] ſecundum hanc ſuam diſtinctionem,in prima[l] viſione,†vbi quaſi debitrix delegata eſt,exceptionem ei ſenatuſconſulti Marcellus nõ daret.[m] Sed condemnata, vel ante condemnationem,[n] condicere vtique ei à quo delegata eſt, poterit[o] vel quod ei abeſt, vel ſi nondum abeſt,liberationem.[p]

Mulier intercedens ſiue ſoluat, ſiue deleget debitorem, repetit. ſi alium deleget, exceptione iuuabitur. Bartolus.

Interdum intercedenti[q] mulieri & cõdictio competit, puta ſi contra ſenatuſconſultũ obligata debitorẽ[r] ſuum delegauerit. Nam hic ipſi cõpetit condictio:[s] quemadmodũ ſi pecuniã ſoluiſſet, condiceret. Soluit enim[t] & qui reũ delegat. Sed ſi is qui à muliere delegatus eſt, debitor ei[u] nõ fuit, exceptione ſenatuſcõſulti poterit vti:[x] quẽadmodũ mulieris fideiuſſor.[y]

Planè ſi mulier interceſſura[z] debitorẽ ſuum delegauerit, ſenatuſcõſultum ceſſat: quia & ſi pecuniã numeraſſet,[a] ceſſaret[b] ſenatuſcõſultum. Mulier enim per ſenatuſcõſultũ releuatur:[c] non quæ deminuit[d] reſtituitur. Sed ſi eum delegauerit,[e] qui debitor eius non fuit, fraus ſenatuſconſulto facta videbitur,& ideo exceptio datur.[f]

Hic loquitur de alio remedio iuriſcõſulti: & dicit quòd muliere excluſa actio reſtituitur in veterem debitorẽ, licet liberatus ſit contemplatione obligationis ſuſcipiendæ per mulierem. Bartolus.

Quotiẽs pro debitore interceſſerit mulier, datur in eum priſtina actio,[g] etſi ille prius actionem,in quibus caſibus licet:vt C.man.ſi pro ea.& ſecũdum hoc illa verba,ſed condẽnata &c. non referuntur ad eum caſum vbi eſt delegata vt debitrix.tunc enim condicere non poteſt cum ſe obligauit pro primo. aliàs ſine non. vel agit antequam ſoluat, quia animo nouandi interceſsit.Azo.

a *Pro ſecundo*. ppria nomina ſunt.& dic caſum, ꝙ mulier prima & ſecunda vice interceſsit animo nouandi, & ꝙ non erat mulier ex aliqua cauſa alicui eorũ obligata, & ideo cuilibet in ſuũ debitorem reſtituitur actio: vt hic,& C.eo. ſi mulier.& hoc dicit Iulianus.at Marcel.in ſecũda interuẽtione diſtinxit, vtrũ dominus primus delegauit mulierẽ, ſcilicet quaſi debitricem ex prima interuentione.nec enim aliter fit delegatio,niſi cũ qs vt debitor me⁹ me volẽte ꝓmittit. an verò non ſit delegatio facta,ſed ipſa mulier animo nouandi promiſit qđ debebat dominus primus,& ita ipſi nihilo minus remanſit ex prima interuẽtione,licet ſutiliter,obligata, & prim⁹ eſt liberatus: in primo caſu non habet exceptionem, quia non alienum ſed ſuũ onus ſubiiſſe videtur, quia per delegationem releuatur à prima interuẽtione facta, licet inutiliter, & ex ea nata fuit obligatio,& ita leuamẽ ex ea delegatione mulier cõſequitur.In ſecũdo habet exceptionem Velleia.quia onus ipſius debitoris ſuſceperit,& tãtum onus,id eſt nullum leuamen, quia ex prima cauſa ipſa nihilominus remanſit obligata. ſed licet in primo caſu nõ habeat exceptionẽ contra creditorẽ primi,tamen contra primum habuit actionẽ vt liberetur,vel ſi ſoluerit,vt habeat quod ſoluit.Huius caſus poſitioni nihil obſtat,niſi ꝙ in litera eſt,in prima fideiuſsione.debuit enim dicere,in ſecũda.ſed in libro Io.eſt in prima, & ita planũ eſt.q.d. in fideiuſsione quã fecit primo.Vel die ꝙ prima non notat ibi prioritatem, ſed eſt adiectiuum illius proprij nominis, ſcilicet Primi,vt ab Albrico Albricanus:ac ſi diceret,in fideiuſsione Albricana. diſtinctionẽ vero Marcel.non approbo,ſed Iulia.dictũ ſic: vt probatur.j.eo. l.vir vxori.j.reſpõ. & j.de noua.& delega.l.doli ma.ex.§.diuerſum.Ioan.& cætera quæ ſunt contra me.vel ſi velis dicere Marcell.bene dixiſſe:pone ꝙ mulier erat ſuo nomine ſecundo obligata. ſi ergo pro ſecundo animo nouandi promiſit, adhibeatur diſtinctio Marcel.& ita proprie ponitur, in prima fideiuſsione. & forte poteſt eſſe verum, quòd differentia eſt inter eos caſus quos diſtinxit Marcel. vt in primo caſu quem poſuit, ſit interceſsio,in ſecundo nõ.ſed ego neſcio quis fuerit proſecutus eam diſtinctionem reſpõſionis.l.ſcilicet vt cum quaſi &c. certe eadẽ ratione potuit reſpõdere,nulla eſt interceſsio,vbi dixit, vna eſt interceſsio.nam ſi vera debitrix eſt à ſecũdo delegata,nõ eſt interceſsio,& cum effectu tenetur primo. ergo eadẽ ratione ſi primus eam velut debitricem delegauit,non eſt interceſsio:& cum effectu tenetur: niſi dixeris ſubterfugiendo, ꝙ loquitur vbi ſecundus delegauit eam quaſi debitricẽ: primus vero non tanquã debitricem,ſ.d quaſi extraneam rogauit eam vt animo nouandi promitteret quod debebat ipſe.& ita hic eſt ſecunda tantum interceſsio,nõ autem delegatio.vnde mulier tanquam quilibet fideiuſſor,ſcilicet vt cum condemnata eſt, vel ante cõdemnatio-

† *viſione, hoc eſt ſpeculatione, inſpectione, contemplatione, ſeu theoria. Vide Auſo. Aug. lib. emendat. 2. cap. 2.*

b *Et aduerſus eum*. ſcilicet primum reſtituẽdam creditori ſuo.

c *Agatur*.in ſecunda interceſsiõe mulieris.

d *Ab initio*.cũ ſe obligauit pro primo.

e *Locũ*.ſcilicet primi.

f *Et onus*.ſcilicet tantum,nõ leuamen. Acc.

g *Creditor*. primi.

h *Delegata eſt*. pro primo apud creditorẽ eius.nam illa delegatio qua ſe mulier vt debitricem obligauit, non eſt interceſsio, ſecundum Marcellum.

i *Vna ſit interceſsio*. ꝙ ſecũdo apud primum. Accurſius.

k *Proinde*. loquitur auctor legis.Accur.

l *In prima*. ſed in libro Ioan.eſt,in primi. & tunc planũ eſt.aliàs, ĩ prima: & tũc expone vt modo dixi in gloſſa magna. *ADDITIO*. Prius corruptè legebatur, in prima fideiuſsione, ad quod reſpicit gloſſ.

m *Non daret*. ſcilicet contra creditorem primi.Accurſius.

n *Vel ante condemnationem*. ſcilicet in aliis caſibus in quibus agit fideiuſſor antequã ſoluat:vt C.mã.ſi pro ea.

o *Poterit*. vt C.de condic.inde.l.ſi citra vllam.&.j.de fideiuſſ. qui debitorem.

p *Liberationem*. quandiu ſteterit in obligatione.

q *Interdum intercedenti*. ſcilicet tantum,non etiam ſoluẽti. Acc.

r *Debitorem*. vel aliàs non debitorem.

s *Condictio*. incerti,vel ſine cauſa,vt delegatus liberetur: vt C. de condic.indebi.ſi citra.vel verius dic,pecuniam:vt ſubiicit.

t *Soluit enim*. id eſt ſoluere fingitur: vt infra man. l.inter cauſas.§.abeſſe.&.j. de ver.ſigni. l.verbum exactę. &.j. de fideiuſſ. qui debitorem. Accurſius.

u *Poterit vti*. Arg.contra.j.de noua.l.ſi non debitorem.

x *Fideiuſſor*. quem conſtat iuuari:vt hic,& C.eo.mulierem.

y *Interceſſura*.nõ tamen interceſsit:vt differat à ſuperiori caſu.

z *Numeraſſet*. ſ.nõ ex interceſsione, aliàs contra:vt.ĩ.proxi.§.

a *Ceſſaret*. quia non eſt interceſsio.

b *Releuatur*. contra interceſsionem.

c *Deminuit*. donando:vt ſupra eo.titu.ſed ſi ego.

d *Delegauerit*. mulier quæ non interceſſerat.

e *Datur*. vt C.eo. ſi vxor. diligenter ergo no.an mulier interceſſerit,vt detur ei condictio, ſiue ſoluerit,ſiue delegauerit ſuũ, vel non ſuum debitorem. Sed ĩ quæras, an delegato detur exceptio?diſtingue an fuerit debitor, vt tunc nõ habeat, alioquin habeat.vbi autẽ erat interceſſura,ſed non interceſsit,ſiue ſoluerit,ſiue ſuum debitorem delegauerit,non iuuatur,nec etiam delegatus.ſed ſi non ſuum,videtur fraus facta ſenatuſcõ. cum ipſa fuerit interceſſura,& nõ interceſsit.vnde creditori, quia in fraudem feciſſe videtur,obſtat exceptio. Accurſius.

f *Priſtina actio*. quia fuit acceptilatione ſublata.ſic infra eo.ſed ſi pro aliena.& C.eo.ſi mulier.&.ĩ.eo.l.j.in fine.

a *Liberatus.* hoc prius acto quòd Berta mulier detur: ſed infra proxi. in genere dandus erat promiſſor: vt C. eo. ſi mulier.

b *Expromiſſorem.* ſic in genere, ſed in ſuperiori. §. expreſsit mulierem. Accurſius.

c *Condici.* vel ipſum debitum quando purũ erat, aliàs vt ſe reponat in obligationẽ: vt ff. de condic. cau. data. l. ſi quis accepto tulerit. Accurſius.

d *Antalem det.* verba enim cum effectu ſunt accipienda. Io. vt ſupra qui fatiſd. cogã. de dic. §. j. & l. quotiẽs. & ne quis eum qui in ius vo. l. ſi per alium. §. de cere. Accurſius.

e *Actio vtilis.* ſcilicet reſtitutoria danda à lege. Accurſius.

f *Condictio.* ſ. ſine cauſa de iure cõmuni, vel certi condic. ſed in ſuperiori. §. ſecus eſt.

g *Dimiſit.* ſic infra de rebus eorũ, ſi fundus. Accurſius.

h *Sed cum.* ſcilicet cũ hoc ſit q̃ releuetur, vt dictum eſt, ſequitur & tunc q̃ mulieri &c. vt ſic hæc duo paria ſint. & dic, nõ poſſet repetere ſi ſolueret quãdo in rem ſuã fideiuſſerat, vel quando animo decipiendi, vel in ſimilibus vbi ceſſat Velleia. vt dixi. ff. eo. l. j. in prĩc.

i *Non poſſit.* in ſuperiori proximo caſu dictum eſt à ſimili &c.

k *Quamquã in omnes.* ſcilicet reos debẽdi: vt infra eo. l. ſi pro vno.

l *Et ſoli.* ſed quare non alteri ſicut in omnes? Reſpõ. quia nõ amiſit alius actionẽ ex receptione mulieris, ſed liberatio p̃ nouationem facta vni, prodeſt omnibus: vt. j. de duob. reis. l. ij. & ff. de pactis. l. ſi vnus. §. j.

m *Non poſſit.* quod videtur, cũ creditor debitrici ſucceſſerit, & ſic obligatio ſit extincta: vt. j. de ſolu. l. Stichum. §. aditio.

n *Non obligatæ.* ſ. maxime, vt. j. de fideiuſ. heres. §. quid ſi idem.

o *In Falcidia.* id eſt in ratione Falcidiæ.

p *Imputabitur.* contra legatarios: vt dicat, primo deducam quod mihi debuit defuncta, & ex reliquo præſtabo relicta. non enim efficax erat debitum: alioquin ſecus: vt. j. ad. l. Fal. cum emptor.

q *Sed & directa.* Sed nonne ſublata eſt acceſſoria, cum hæc ſuccedit debitori: vt infra de fideiuſ. heres. §. j. Reſpõ. non: quia hic animo nouãdi interceſſit, & ſic erat vtraque principalis, & ideo durat vtraque: vt infra de duobus reis. ſi reus. Accurſius.

r *Contracturus.* ſcilicet tecum.

ſ *In te.* pro quo eſt accepta pecunia. * *tecum.*

t *Inſtituit.* vt. ff. eo. l. j. in fin. & j. eo. l. quidã. & C. eo. l. ſenatus. † *quia actu omiſſa non ſit vel obligatio, ſed non contracta propter interceſſionẽ mulieris. L. R.*

u *Non obligaretur.* ſcilicet propter ſolũ contractũ, niſi quid peruenisſet ad eũ, vel dolo fecisſet: vt. j. depoſi. l. j. §. an in pupillum. Ac.

x *Nõ obligari.* ſed inſtitoria. nam reſtitutoria eos omnino credo conueniri poſſe.

y *Interceſſit.* prædicto modo.

z *Implorare.* contra inſtitoriam.

a *Senatuſconſultũ.* ſcilicet Macedo. Accur.

b *Contracturus.* & mulier contraxit. nam exceptionẽ habet filius, & ideo nõ tenet inſtitoria, nec reſtitutoria, ſed nec mulier tenet in ꝓdictis caſibus. Acc.

c *Ed ſi. Intercedat.* animo nouandi.

d *Actio.* vt. ff. l. proxi. §. quotiẽs. & j. e. ſi mulier contra ſenatuſcõ.

e *Reſtituẽda.* ſcilicet de pecu. vel de in rem ver. vt. j. eo. l. fin. in fine, ſecundum Azo.

f *Hæ actiones.* ſcilicet inſtitoria & reſtitutoria. Accur.

g *Competunt.* id eſt cõpetere poſſunt. nam ſi primo erat tẽporalis, & talis reſtituitur: vt ſupra de mino. l. fin. & infra. e. debitrix. §. ſi eo. & idem not. ff. de capi. de. l. j. in fin. & ff. de exerci. l. ſi tamen. in fine. Accurſius.

h *Si mulier. Contrahet.* bona ratio, vt ſupra de minori. quòd ſi minor. §. non ſemper. & l. & ſi fine. §. idẽ faciunt. Accurſius.

i *Poteſt.* & iuſte in alieno facto: vt. j. pro ſuo. l. fin. in fine. Acc.

k *Immo.* nõ eſt locus quando creditor ignorat quid actũ ſit, immo cum ſcit fraudẽ committendo, vt ſi alij daturus erat, & mulier interceſſura, magis eli git mulieri dare daturæ alij poſtea. Accur.

l *Intercedere.* ſcilicet ſic mutuum ipſa accipiendo, vt alij det.

Aliquando.] C. Aſſus in. §. de pignoribus. Certum eſt quòd mulier iuuatur, ddd ij & actio

Dic rationi ad text. quia qui promittit aliquid facere, debet ita facere quòd de iure valeat. cõcor. l. ſi nouã. j. de here. vẽ. & l. qui ſatisdare. ff. de fideiuſſ.

* *Eã mox reſtitutoriã vocat, vt & Iulianus. l. vlt. de ꝓ quem fact. L. R.*

Si cum eſſem tibi * cõtracturus, r mulier interuenerit, vt cũ ipſa potius contraham, videtur interceſsiſſe: quo caſu datur in te ſ actio: quæ inſtituit t † magis quàm reſtituit obligationem: vt perinde obligeris eodem genere obligationis, quo mulier eſt obligata: verbi gratia ſi per ſtipulationem mulier, & tu quaſi ex ſtipulatu conueniaris.

Muliere ſubducta actio non reſtituitur in eum qui ab initio non potuit obligari ipſo iure vel in effectu. Bartolus.

Illud videndum eſt, ſi mulier pro eo interuenit, qui ſi cum ipſo contractum eſſet, non obligaretur, u an hac actione ille debeat teneri: vtputa ſi pro pupillo interceſsit, qui ſine tutoris auctoritate non obligatur. Et puto non obligari x pupillũ, niſi locupletior factus eſt ex hoc cõtractu. Item ſi minor vigintiquinque annis ſit, pro quo mulier interceſsit, y in integrũ reſtitutionem poterit implorare: z vel [ſi] filiuſ [familias] contra ſenatuſconſultum a contracturus b eſt.

IX. PAVLVS libro ſexto Regularum.

SEd ſi pro alieno ſeruo intercedat: c quemadmodũ in patremfamilias priorem reum reſtituitur actio, d ita in dominũ quoque reſtituenda e erit.

Reſtitutoria actiones & inſtitoria dantur contra heredem, & in heredem. Bart.

X. VLPIANVS libro viceſimonono ad Edictum.

HAe actiones f quæ in eos pro quibus mulier interceſsit dantur, & heredibus & in heredes & perpetuo competunt. g habent enim rei perſecutionem. cæteris quoque honorariis ſucceſſoribus dabuntur, & aduerſus eos.

Mulier non habet Velleianum, ſi creditur ignoraueris eam intercedere. Bart.

XI. PAVLVS libro trigeſimo ad Edictum.

SI mulier tanquam in vſus ſuos pecuniã acceperit, alij creditura, non eſt locus ſenatuſconſulto. alioquin nemo cum fœminis cõtrahet, h quia ignorari poteſt i quid acturæ ſint.

XII. IDEM libro ſexto Breuium.

IMmo k tunc locus eſt ſenatuſconſulto, cum ſcit creditor eam intercedere. l

actio in veterem debitorẽ restituitur. sed an creditor hypothe. habeat, quaritur. Et dicitur quòd sic. [*SI SVB CONDITIONE.*] Fideiusit mulier sub condi. vel in diem. an pendente condit. creditori restituatur actio in veterem debitorem? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

a *Alienam.* aliena dicitur, quia heres tantũ conuenitur à creditoribus: sed sua, quia ipse tenetur ei reddere: vt C. de here. vẽ. l. ratio. sic & vxor dicit̃ domina ratione futurę spei, & tamen nõ est domina cõstante matrimonio: vt C. de iure do. in rebus. & instit. quibus alie. licet. in prine. & facit. j. quando appel. sit. l. j. §. in propria. & C. eod. l. ij. & §. eod. l. sed si eum.

* *Expromissor est, non fideiussor, sed qui p alio obligatur principaliter, cũ is obligatus nõ sit, vt alibi. l. & eleganter. §. seruus. de dolo.*

b *Intercedat.* scilicet qui promisit iudicatũ soluit: & mulier pro eo: vt. j. qui satisd. cog. de dic. §. j.

c *Noua actione.* M. alia quàm prima.

d *Vtilis sit.* Sed cum sit facta nouatio, quare non est pignus liberatum: vt. j. de noua. l. nouatio. & argu. j. de reg. iur. cum principalis. & l. nihil. & C. etiam ob chiro. pe. pi. te. pos. l. j. & j. de solu. cum quis sibi. §. fi? Respon. principalis directa obligatio sublata est. aliàs enim non daretur restitutoria: sed tamen continuo & sine aliquo interuallo restitutoria est à iure subrogata: vt j. eodẽ. l. debitrix. §. j. Cum ergo semper durauerit principalis obligatio, siue directa, siue restitutoria, non est sublata hypothecaria, quæ habet suas conditiones: vt hic, & j. de pigno. grege. §. etiam si. & j. de exceptio. rei iud. l. pen. in fine. nec ob. quod de nouatiõe opposui: quia illud est quando nouatio efficaciter tenet: hic non, cum non desierit esse obligatus directa vel vtili. Vel dic in vtraq; idem: quod est verius: & hic dicit vtilem hypothecariam dari. Ac.

† *Transscribere, est ius nostrũ in aliũ trãsferre: vt transcribere suos dicam. i. iure cessio tradere. Bud. ff. l. si vir vxori. j. de præscri. verbis.*

* *Si obligatio in effectu spectat ad mulierem: licet sit intercessio, Velleiano non imitatur. Bartolus.*

XIII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

A Liquãdo licet alienã a obligationem suscipiat mulier, non adiuuatur hoc senatusconsulto: quod tum accidit, cum prima facie quidem alienam, re vera autem suam obligationem suscipiat: vt ecce si ancilla ob pactionem libertatis expromissore* dato, post manumissionẽ id ipsum suscipiat, qđ expromissor debeat: aut si hereditatẽ emerit, & æs alienum hereditarium in se transcribat: † aut si pro fideiussore suo intercedat. b

Nouatio qua in effectu non valet, non perimit ius pignoris. Bartolus.

De pignoribus prioris debitoris non est creditori noua actione c opus: cũ quasi Seruiana (quę & hypothecaria vocatur) in his vtilis sit: d quia verum est conuenisse de pignoribus, nec solutam esse pecuniam.

Frustra expectatur conditio, cuius euentus nihil operatur. Bartolus.

Si sub conditione e vel in diẽ mulier p alio intercesserit: etiã pendente conditione, volenti creditori cum priore [debitore experiri,] actio danda est restitutoria. Quò enim bonum est f expectare cõditionem, vel diẽ, cum in ea causa sit prior iste debitor, vt omnimodo g ipse debeat suscipere actionem?

Mulier subdicta restituitur actio in veterem debitorem, & in eius successorẽ. Bar.

XIIII. IVLIANVS libro duodecimo Digestorum.

Si mulier contra senatusconsultum interceserit, æquum est non solum in veterem debitorẽ, sed & in fideiussores eius actionem restitui. h Nam cũ mulieris persona subtrahatur creditori propter senatusconsul-

A *Si mulier.*] *CASVS.* Titius tenebatur mihi in decẽ, & habebam fideiussorem: & promisit mihi mulier animo nouandi & liberandi Titium: an restituta mihi actione in Titium, restituatur in fideiussorem? dicitur quòd sic. Viuianus.

h *Restitui.* vt supra eod. sed si pro alieno.

Si mulier promittit alium ratum habiturum quod ipsa gessit, non imitatur Velleiano. Bartolus.

XV. IDEM libro quinquagesimoprimo Digestorum.

Si mulieri soluero id quod ti bi debebam, & ab ea ratam rem te habiturũ stipulatus fuero, & fortè te ratum non habẽte, agere ex stipulatu instituero: exceptio senatusconsulti quod de intercessionibus fœminarũ factũ est, non proderit mulieri. Nõ enim videri potest alienam obligationẽ recusare, cum maneam debito obligatus, & ipsa de lucro i agat, ac potius reddere cogatur quod nõ debitũ acceperat, quàm pro alio soluere.

B

Mulier non imitatur Velleiano, si debitor sibi soluit quod promisit. Bartolus.

XVI. IDEM libro quarto ad Vrseium Ferocem.

Si mulier contra senatusconsultũ Velleianũ pro me intercessisset k Titio, l egoq; mulieri id soluissem, & ab ea Titi m eã pecuniã peteret: exceptio huius senatusconsulti non est prosutura mulieri. neque enim eam pericliari, n ne eam pecuniam perdat: cum iam eam habeat.

C

Mulier & fideiussor eius Velleiano iuuantur: & in primum debitorem actio restituitur. Bartolus.

Si ab ea muliere† quę cõtra senatusconsultũ intercessisset, o fideiussorem accepissem: Gaius Cassius respondit ita demum fideiussori exceptionem dãdam, si à muliere rogatus fuisset. Iulianus autem rectè putat fideiussori exceptionem dãdam etiam si mandati actionem aduersus mulierem nõ habet: p quia totã obligationem q senatus improbat: & à ptore* restituitur prior debitor creditori.

D

SI mulieri soluero.] *CASVS.* Debebam tibi decẽ quæ mulier à me exegit, dicẽs se habere mãdatum: & ei soluí: & stipulatus sum te ratũ habiturum. ratum nõ habes. an si mulierem cõueniam actione ex stipulatu, cõpetet exceptio Velleia? Et dicitur quòd non: quia de lucro certat. Viuian°.

i *De lucro.* non auditur de præda solicita: vt. j. de admi. tu. si minoris. & facit. j. l. prox. & l. si mulieri dederim. Accursius.

o *Negotia* cum mandato. Accurſius.
p *Fideiuſſerat.* ſcilicet iudi. ſol. nam & ſi rei vin. conueniebatur quis, ſatisdabat: vt hic, & inſti. de ſatisda. in prin.
q *Pro Daphnide.* proprium nomen.
r *Pactus.* puta ſibi dari, & id ſolummodo quia fideiubebat. nam quia procurabat, aliud pactum fecit, quod ſubiicit, ſcilicet ſub nomine alterꝰ, puta dabis dominæ meæ, quod perinde habetur: vt. C. quod me. cau. ſi per impreſſionem.
s *Alterius.* vt puta vxoris ipſius Mauri.
t *Ex euẽtu lit.* puta ſi abſoluat Maurus procuratorio nomine.
u *Certã quantitatẽ.* i. quotam partẽ litis vel victoriæ dari. & ſic ponit

* *Hale.*

* *Pla. contra dicit.*

ponit quantitatē pro quotitate. ſic. ī. pro ſocio. cū duobus. §. itē ſi ex facto. nec fuit actū vt Marius ſuo ſumptu faceret. Et ſic not.

Pactum de quota litis facere non licet.

quòd non licet facere pactū de quota parte litis: vt hic, & C. de procu. litis. & ī. de pact. ſumptus. & ibi de hoc dixi. & hoc niſi poſt litem finitam: vt. ī. de var. cog. l. j. §. ſi cui. quæ eſt contra.

a *Maiores.* quàm debēt, vel quàm eſſent precepti: & ſic de peripēdis. & hoc cū re principali petita. Acc.

b *Interdixerat.* quod potuit: vt. C. de poſtu. ſi qui aduocatorū. Ac.

c *Videbatur.* vt bene ſoluat, repetit thema.

† *extitiſſe,* &

d *Condemnatus.* ſ. ſoluere, puta ſumptus & expēſas quas fecerat actor. Itē & in fructib' percipiendis, propter ſuam calliditatem.

e *Redēptionē.* hoc intelligunt quidam ſi & ſuo periculo fideiuſſerat, non aliàs: vt ſtatim diſtinguit Marcell'. j. proxi. §. Tu dic ꝙ ſequēs diſtinctio nō habet locū niſi in euētū litis certū qd de rebus ſibi dari paciſcatur. tūc em indiſtincte ſibi denegaretur actio: vt hic. ſed ibi ob fideiuſſionē tantū accepit, vel etiā cauſa honoris: vt. ī. ꝓxi. l. ſalariū. licet enim diſtinctio Marcelli ponatur tanquā cōtradicat prædictis, nō tamē contradicit. Acc.

f *Accepta.* ob fideiuſſionem, vel cauſa honoris. Accurſius.

g *Spopondit.* ſcilicet iudicatum ſolui. Acc.

h *Periculo ſponderet.* ſ. vt non ageret mandati ſi quid præſtaret ex illa cautione iudicatum ſolui. Accurſius.

i *Vtilis.* id eſt efficax. &c.

k *Salarium. Conſtitutum.* ſcilicet certum re, vel etiam genere: vt promiſsio equi in genere: vel quòd faciam te militē, ſecūdum Io. ſecus ſi incertum, puta benefaciam tibi: vt. C. eo. l. ſalarium. & infra eo. qui mutuam. §. ſalarium.

l *Si extra ordinem.* id eſt per officium iudicis. Et vt plane videas, dic quòd ſalarium aduocati petitur quatuor modis. conditione certi, ſi certum eſt promiſſum. per actionem ex ſtipulatu, ſi incertum. ſi vero non ſit promiſſum, ſed tantum conuentum nudo pacto: tunc condictione ex lege: vt. C. de ſuffra. l. j. ſi vero nec promiſſum nec conuentum, tunc officio iudicis, ſiue extra ordinē: vt infra de var. & extraor. cog. l. j. §. in honorariis. In ſalario procuratoris diſtingue: an aliàs erat facturus, an nō. ſi erat, & incontinenti fuit conuentum, agitur cōtraria mādati: vt C. e. l. j. ſi ex interuallo, tūc extra ordinem: vt hic. ſi vero non erat facturus aliàs: aut factum tale locari conſueuit ab illo ꝓcuratore: & tūc locati: vt. ī. e. l. j. aut non, & tunc præſcriptis verbis: vt. ī. de præſcrip. verb. l. naturalis. §. at cum do. & hoc quādo nō in euentum litis. aliàs non valet, vt hic ſubiicit, & ī. l. proxi. §. pe. & C. de poſtu l. ſi quis. Sed quæro an hoc ſalariū ꝓcuratoris excedat ſummā cē: ū aureorum, vt in aduocato dicitur? Rñ. non: quia & procurator poteſt dici patronus, & aduocatus: vt. ī. de var. & extraor. cogni. l. j. §. aduocatos. & §. licita. Accurſius.

Aduocati ſalariū quatuor modis petitur.

Claudio Saturnino ꝓtore maiores a fructꝰ inferre iuſſus erat, & aduocationibus ei idē Saturninus interdixerat. b Videbaī c autē mihi iudicatum ſolui fideiuſſiſſe, & quaſi redemptor litis extitiſſet, † velle à Daphnide mandati iudicio cōſequi quod erat cōdemnatus. d ſed rectiſſimè diui fratres reſcripſerūt, nullam actionē eū ꝓpter ſuā calliditatē habere: quia mercede pacta acceſſerat ad talē redēptionē. e Marcellus autē ſic loquitur de eo qui pecunia accepta f ſpopondit, g vt ſi quidē hoc actum eſt, vt ſuo periculo h ſpōderet, nulla actione agat: ſin verò hoc nō actū eſt, vtilis i ei potius actio cōpetat. quæ ſentētia vtilitati rerū conſentanea eſt.

Salarium nulo pacto promiſſum officio iudicis exigitur, niſi ſit pactum de quota litis. Bartolus.

VII. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

SAlariū procuratori cōſtitutū k ſi extra ordinē l peti cœperit, conſiderandum erit, laborem dominus remunerare voluerit, atque ideo fidem haberi placitis oporteat: an euentum litiū maioris pecuniæ præmio contra bonos mores procura-

A obligatum mandati? Dicitur quòd ſic: quia Titius mihi mandati tenetur. neque eſt cōtrarium, quia lex dicit quòd procurator à procuratore ordinari non poteſt ante litem conteſtatam: quia hic loquit' de procuratore ad negotia. [*SI TVTORES.*] Si duo tutores mandauerunt Titio vt ſeruum emeret: neq; refert, recepit mādatum de emendo ſeruo neceſſario pupillo, vel ſuperuacuo: primo caſu non ſolum mandati tenetur, ſed tutelæ, ſicut & cæteri. ſecundo caſu tantum mandati aliis creditoribus. ſi vero emit, & de ſuo aliquid impēdit, cōtraria mandati cōſequitur à tutoribus. [*SI LIBER.*] Liber homo qui mihi ſeruiebat bonafide, mādauit Titio vt eum redimeret & manumitteret: & propriam pecuniam miniſtrauit Titio: & eū ille redemit, & manumiſit. poſtea † *colluſionē* comparuit ingenuus, an poſſit cōueniri Titius? Dicitur quòd ſic ad hoc tantū quòd cedat ſibi actionē aduerſus me. hoc in prima. Sed ſi de mea pecunia Titius pretium mihi numerauit, nullā habere actionē poteſt aduerſus me: quia nullā habet: ſed erit mihi Titius obligatus ex venditione ꝙ inutilis eſt: quia quicquid cōſequi poſſem actione ex vēdito iudicio emptionis, nomine euicti. tenebor ei præſtare. [*MANDATI.*] Et cuius intereſt, mandati cōpetit actio: alioquin ſi quid gerendū mādauerim, nec mea à mādatore geſtū fore intereſt, ceſſat actio: vt ſi emendū tibi fundū mādauero, & ego emero, vel aliàs nō itereſt mea te emiſſe, nō agā. Idē eſt ſi tibi mādauero vt negotiū meū gereres, neq; geſſiſti, neq; periit, vel alius geſſit, ceſſat mādati actio. [*SI IGNORANTES.*] Fideiuſſiſti ꝓ me apud Titiū: ſolui te ignorāte: tu ignorās me ſoluiſſe, de pecunia mea ſoluiſti Titio. an competat contra te actio mādati? Dicit ꝙ nō. quod ꝓbat p reſcriptū imperatoris. Qui ꝓ debitore fideiuſſit, ſi maiorē quātitatē ꝙ debebat debitor, fideiuſſor cōuent' ſciēs ſoluit, neq; appellauit, teneī mādati. ergo ī cōtrario ſenſu, ſi p ignorātiā ſoluit, nō tenetur: vt in primo caſu. in eo ergo caſu quādo ſciuit, ſi nō appellatū eſt, in dolo videtur eſſe: & mādati tenetur, niſi paupertas excuſet: vel ſi debitori denūtiaret vt appellaret. Textus clarus eſt vſq; ad. §. ſi quis. Vi.

B

C

D

m *Initium.* vt ſupra depoſiti. l. j. §. quòd ſi rē. & §. idem Pōponius. & §. ſi ſeruus. & infra ꝓ ſocio. ſi id quod §. ſi filius. Acc.

n *Cauſam.* No. cauſam inſpici: vt. ī. de leg. j. filius familias. §. diui. & de lib. cau. ſi pariter. & ī. de tranſact. l. cum hi. §. in cauſa. & ſupra de rei vindi. ſi in aliena. Accurſius.

o *Si ſoluendo non ſit.* ſ. procurator: arg. ī. de dolo. l. ideoque.

p *Dandam ait.* Sed cur nō datur prima, & ſi obiiciatur rei iudi. exceptio, replicabitur de dolo: vt. ī. de dolo. l. cum à te? Sed rñ. datur actio de dolo, non propter ipſum debitum, ſed propter alia damna: arg. ī. de dolo. l. cum quis. At obiicitur, ſi propter alia tantū damna datur, ergo & ſi ille victor paratus ſit ſubire iudicium, de dolo tenetur: quod lex abhorret: vt ſupra de dolo, & eleganter. §. ſi dolo. ſed reſpon. ideo non datur in eum de dolo tunc, quia non cogor ſumptus facere in vocando eum. Sed ſi eſſet inuitus, multos faceremꝫ & ideo prima actione ad debitum, & actione de dolo ad cætera damna teneretur. Accurſius.

q *Eum.* ſcilicet procuratorem.

r *Quia & ipſe.* bona ratio: vt. ī. e. heredem fideiuſſoris.

Si procuratorem.] *CASVS.* Ordinaui procuratorem ad agendum, & non reddit mihi inſtrumenta. an tenetur mandati ad id? Quidam dicunt quòd depoſiti, & male. ſed Labeo mandati, & bene. & hoc in prima. Sed ſi per colluſionem paſſus eſt reum abſolui, tenetur mandati: & ſi ſoluendo non eſt, agam contra reum colludētem de dolo. Sed quid ſi nolit litem proſequi? tenetur. [*SI QVIS.*] Mādaui Titio, vt gereret negotia mea: & mandauit Titius Seio vt ipſe gereret. an Titius habeat Seium

Non poſſe.

a *Non poſſe.* vt C.de procu.l.neque.
b *Actio.* ſcilicet in hoc caſu.
c *Non poteſt.* ſed ad miniſtrandum ſic:vt hic,& arg.ff.de procu. ſeruum.& l.mutus.j.reſpon.Sed cõtra.ff.de diuer.& temp.præſcrip.l.pe.§.ij.vbi ſi tibi mando vt fundum meum vendas, non aliter hoc alij mandabis, niſi tibi ꝓmiſero. Solu. ibi ſpeciale : vel dic, eoipſo ꝙ non auſertur poteſtas aliũ faciendi procuratorem, conceſſa videtur . An autẽ eodendo actionẽ liberetur? videtur ꝙ ſic:vt.ff.eo.heredẽ.Sed dico contra, ſecũdum Irne. quia male eligit: vt.ff.de nego.geſt.nam & ſeruus.§.fin. & .ff. ſi menſor fal. mo. dixe. l.ij.Accurſius.
d *Nam ſi ſuperuacuũ.* ſcilicet pupillo.Azo.
e *Eum teneri.* ſcilicet contutoribus mandantibus ſi quid eorũ intereſt:non aliàs:vt.ff.e. §.mãdati. ſed quomodo potuit ĩtereſſe:Reſpon.quia ſeruũ modico pretio emendũ mãdauerant, qui multum valebat, vnde lucrati eſſent.Sed nonne hoc lucrum pupilli foret? Reſpõ.nõ:quia ꝓpter hãc rẽ nõ ſentiret dãnum,nec ergo lucrũ.
f *Tutela non teneri.* ſcilicet pupillo:quia non expediebat talẽ ſeruũ ſibi emi:
g *Et tutela.* eum teneri ad reſtitutionem ſerui ſi emit,& actionũ ceſſionẽ,& ſimilia : vt ff.e.§.fi.&.ff. l.proxi. & l.idẽq;.j.reſpon.vel ad intereſſe,ſi non emit.
h *Excuſati.* vt C. ſi tutor vel cu.non geſſ. per totum.
i *Non eſt obtemperatũ.* & eorum intereſt,quia tenentur tutelæ. ſic.ff. de nego.geſt. l. ſi quis mandato.
k *Aduerſus contutores.* in primo caſu forte,& in ſecundo.Azo.
l *Emptorẽ.* id eſt poſſeſſorẽ.aliàs eſt in tex. poſſeſſorem.
m *Manumiſerit.* de facto.
n *Pronunciatus eſt.* & ſic eſt quaſi euictꝰ:vt.ff. de euic.l.ſed & ſi ſtipulatio.§. ſi homo. & C. de aſſer.toll.l.ſi.Azo.
o *Iulianꝰ ait.* hęc obligatio tacite nata eſt extra id quod agitur: vt ſupra commo. ſi is qui.§.[illegible]Azo.
p *Actiones mandet.* ſ. ex empto nomine euic.vel ex ſtipu.ſi fuit ſtipulatꝰ nomine euic. ſic.ff.e.heredem.& facit.ff.de cõdic.cau.da.l.iij.§. ſi liber homo.
q *Emptorem.* aliàs poſſeſſorem.ſ. primum qui emerat ab alio.
r *Suos.* ſcilicet venditoris.

tam facere procuratorem non poſſe,[a] tamen mandati actio[b] eſt : ad agendũ enim duntaxat hoc facere non poteſt.[c]

Si tutor mandauerit contutori quod ad pupillum non pertinet,eſt actio mandati,vel tutelæ.item negligentia mandatarii nõ excuſat tutorem.Bartolus.

Si tutpres mandauerint contutori ſuo mancipium emendũ pupillo, & ille nõ emerit, an ſit mandati actio? & vtrum tantùm mãdati,an verò & tutelæ? Et Iulianus diſtinguit. Referre enim ait,cuius generis ſeruum tutores vni tutorum mandauerint vt emeret. nam ſi ſuperuacuũ[d] ſeruum, vel etiam oneroſum, mandati actione tantùm eũ teneri:[e] tutelæ non teneri.[f] ſi verò neceſſarium ſeruum, tunc & tutelæ[g] eum teneri, non ſolum, ſed & cæteros.Nam & ſi* mandaſſent, tenerentur tutelæ, cur ſeruum pupillo neceſſariũ non comparauerunt. Non ſunt igitur excuſati,[h] quòd contutori mandauerunt : quia emere debuerunt. Planè habebunt nihilo minus mandati actionem: quia mandato non eſt obtemperatum.[i] Contrà quoque Iulianus ait,tutorẽ qui emit,mandati actionem habere aduerſus contutores[k] ſuos.

Si apparet emptionem factam meo nomine non valere:tenetur procurator,niſi cedat actionem ſi quam habet efficacem.aliàs ſatus.Bartolus.

Si liber homo quũ bona fide ſeruiret, mandauerit Titio, vt redimeretur, & nummos ex eo peculio dederit , quod ipſum ſequi,non apud bonæ fidei emptorem[l] relinquĩ debuit: Titiúſque pretio ſoluto liberũ illum manumiſerit,[m] mox ingenuus pronuntiatus eſt:[n] habere eum mandati actionẽ Iulianus ait[o] aduerſus eum eũ ſe redimendum mandauit: ſed hoc tantùm ineſſe mandati iudicio, vt ſibi actiones mandet,[p] quas habet aduerſus eum à quo cõparauit.

Planè ſi eam pecuniam dederit, quæ erat ex peculio ad bonæ fidei emptorem[q] pertinẽte: nullæ ei (inquit Iulianus) mandari actiones poſſunt:quia nullas habet,cum ei ſuos[r] nummos emptor dederit: quinimmo,inquit, ex vendito manebit obligatus.[s] Sed & hæc actio[t] inutilis eſt: quia quantum fuerit conſecutus,tantum empti iudicio[u] neceſſe habebit præſtare.

Actio mãdati datur ad intereſſe:& ideo ſi non intereſt,non datur.Bartolus.

Mandati actio tũc competit, cũ cœpit intereſſe eius qui mandauit.cæterum ſi nihil intereſt, ceſſat[x] mandati actio : & eatenus cõpetit, quatenus intereſt: vt puta mandaui tibi vt fundũ emeres.ſi intererat mea emiſteneberis. cæterum ſi eũdem hũc fundum ego ipſe emi , vel alius mihi,[y] neq; intereſt aliquid,[z] ceſſat[a] mandati actio. Mandaui[b] vt negotia gereres. ſi nihil deperierit, quamuis nemo geſſerit , nulla actio eſt: aut ſi alius idoneè geſſerit, ceſſat mandati actio . & in ſimilibus hoc idem erit probandum.

Fideiuſſorem emittentem exceptionem, excuſat ignorantia.omittentem vero appellare, excuſat paupertas & denunciatio facta principali.Bartolus.

Si ignorãtes fideiuſſores debitorem ſoluiſſe , vel etiam acceptilatione ſiue pacto liberatum, ex ſubſtãtia debitoris ſoluerunt:non tenebuntur mandati. quod & ad actionẽ[c] fideiuſſoris pertinet. & hoc ex reſcripto diuorũ fratrũ intellegere[d] licet.huius verba hęc ſunt:[Imperatores M.Antoninus & Verus AA]Catullo Iuliano.* Si hi qui pro te fideiuſſerãt,in maiorem quãtitatem damnati, quàm debiti ratio exigebat, ſciẽtes & prudentes[f] auxiliũ appellationis omiſerunt: poteris mandati agentibus his, æquitate iudicis tueri te. Igitur[g] ſi ignorauerunt: excuſata ignorantia eſt. ſi ſcierunt,incumbebat eis neceſſitas prouocãdi.[h] Cæterũ dolo verſati ſunt,ſi non prouocauerũt. Quid tamẽ ſi paupertas eis non permiſit?[i] Excuſata eſt eorum inopia.[k] Sed & ſi teſtato[l] dam.§.pe.&.l.ſi quis.quandoque non prodeſt,nec excuſat:vt.ff. de ri.nup.l.palam.§.non eſt.

A ſ *Obligatus.*emptor ad pretium,etiam ſolutis illis nummis:cum nihil videatur ſoluiſſe:quoniam de ſuo, id eſt de peculio bonæ fi.poſ.ſoluit.vnde adhuc tenetur ſoluere: vt.ff.eo. ſi mandauero tibi §.ſi mãdauerim.in fi.§.ſed cum ipſe repetet actione ex empto pro euictione,vt ſubiicit, nó eſt danda vẽditori ex vendito.

t *Actio.* ex vẽdito ad pretium.
u *Empti iudicio.* nomine euictionis.
x *Ceſſat.*ſed cõtra videtur.ff.e.ſi remunerãdi.§.ſi tibi.Sol.vt ibi.
y *Vel alius mihi.*ſcilicet emit.
z *Aliquid.* ſ.mãdati.
a *Ceſſat.* No.ꝙ hic dicit,ceſſat.ff.proxi.§.dicit, nulla eſt : ſed ſatis ceſſat, quando nulla eſt . qualiter autem ad intereſſe fiet condemnatio,habes.C.de ſen. quæ ꝓ eo quod intereſt.l.j. Item not. quòd licet detur demũ ſi intereſt, non tamen ſem per quãdo intereſt: vt diximus ſupra eod. ſi remunerãdi. §. ſi paſſus.itẽ contra.eſt huic §.ſupra ſi quis cau.qui autem.§.j.Solu.vt ibi.
b *Mandau.*facit.ff.de opc.no.nun.l.j.§.item quæritur.Accurſius.
c *Actionẽ.* quod dixi fideiuſſores ſeruari indemnes, quãdo de pecunia debitoris ſoluerunt:idem & ſi de ſua: vt habeant actionẽ ad repetendum:& hic dicit,quod ad &c.vt infra eo.ſi fideiuſſor.
d *Intellegere.*à cõtrario ſenſu reſcripti. Ac.
e *Iuliano.*ſaluté.Acc.
f *Prudẽtes.* ſcilicet ꝙ minus erunt dãnandi: quia debitor iam perſoluerat partem. Acc.
g *Igitur.* à cõtrario ſenſu reſcripti . & ſic eſt ſingulo. no.bonum eſſe argu.à *ſecundum* contrario ſenſu : vt.ff. *Acc.* de offi.eius cui mã.l.j. *ſoi in fi.* §.huius rei.Accurſius. *gl. ad hoc,*
h *Prouocãdi.* no. pro- *quid ergo* curatorem neceſſe ha- *mutũ à cõ* bere appellare : vt hic *tra ris ſenſu* & C.de procur.l.inui- *in reſcripto* tus.&.ff.de neg.geſt. li *eſt validiſſi* berto.§. fi. & argu. C. *mum.& ei* manda. l. ſi pro ea. *in repetunt* fin.& C. de his quibus *ſingu. Bal.* vt indi.l.minoribus.in *de Ro.in l.* ſi.Arg.cõtra.ff.ad Sila. *ſi cũ duo.ff.* l. ꝓpter veneni.§.quid *ſol.matri.* tamen.Sol.vt ibi.
i *Non permiſit.* appellare.
k *Inopia.* nor. quòd pauperras prodeſt . ſic *Paupertas* ff.de offic. præſi.illici- *quandoque* tas.§.fi.& C.de epiſ.& *prodeſt.* cle.ſi quis ad declinan
l *Et ſi teſtato.*idem & ſi præſens erat:vt infra de euic.l.Herennius.§.penult.

a *Putaret.* ſcilicet appellandum.
b *Conſtare.* id eſt validam eſſe.
c *Dolo autem facere videtur.* no. dolum præſumi. ſic. ff. eo. l. dolus. & ff. titu. j. l. j. in fi. & ff. de proba. l. antepen. in fi.
d *Si quidem dolo tuo.* vel culpa: vt ſubiicit hic: quæ venit in hac actione: vt C. e. l. à pcuratore.
e *Caueas.* ſic. ff. titu. j. fi ſine. contra. Sol. vt ibi.
f *Et ſi reſtituas.* id eſt reſtituendi facultatem habeas. Azo.
g *Quàm conſecuturus ſis.* ſcilicet actionem ex empto nomine euict. vt hic, & ſupra eo. l. j. §. ſi liber. Accurſius.
h DE tuo etiam. Debes. ſ. quòd ante traditionem non obligaueris, non manumiſeris, ſeruituté non impoſueris. potuiſti enì hoc facere, cũ ego tũc non fuerim dominus: vt infra de adquir. re. do. l. res ex mãdato. & ſupra de rei vin. ſi vero. & ficit. j. de here. ven. l. ij. in prin.

IDem.] CASVS planus eſt vſque ad. §. ſi quis. [SI QVIS.] Mandaui tibi vt acciperes. x. mutuo ab actore meo: non mandati, ſed ex mutuo competit mihi actio: neq; vſuras præſtabis mihi niſi in ſtipulationé fuiſſent deductæ. Itẽ mandaui procuratori meo, vt acciperet mutuã pecuniam: Titius pro eo fideiuſſit. ſi meo condénetur nomine, dabitur ei vtilis actio negeſt. quaſi inſtitoria cõtra me. [SI CVI.] Mãdaui tibi vt ſtipulareris à Titio. potero agere cõtra te vt accepto ferас ei, vel alij deleges. hoc in prima. Si mater p filia pecuniã ſuam vel filiæ dedit in dorem, & mandante filia dotem ſibi ſtipulata ſit: tenetur mater filiæ mandati. hoc in ſecunda. [SI QVIS.] Mandaui procuratori meo vt ita demum habeat rata negotia ab eo geſta, ſi de conſilio Titij gerere cœpit. an Titium habeam obligatum mandati? quæritur. Dicitur quòd non. ſi quid tamẽ dolo fecit Titius: nõ mãdati, ſed de dolo tenetur. [IDEM.] Omnia quæ ad procuratorem veniunt occaſione mãdati, reſtituere debet: ergo & fructus. ſed & ſi quos ſumptus circa fructus percipiendos fecerit, eos reputare poterit cum fructibus vſque ad cõcurrentem quantitatẽ. ſed ſi in vecturis aliquid impenderit circa rem ruſticam procurandam, hoc repetet: niſi eſſet conſtitutum certum ſalarium, vt de ſuo ſumptus faceret: hoc eſt de ſalario circa prædicta. ſi vero aliquid fecit voluptatis cauſa, poteſt auferre. [FIDEIVSSORES.] Fideiuſſi pro Titio apud Seium. ſolui huic Seio, antequam me conueniret in iudicio. an habeam actionem mandati contra Titium? Dicitur quòd ſic. [GENERALITER.] Fideiuſſi pro te apud Titium: fecit pactum de non petendo: & mihi ſoli ſi foderẽ in vineã: cum eſſem homo in dignitate conſtitutus. conuenit me Titius, neque conuenerunt debitorẽ, vt ſi ipſe putaret, [a] appellaret: puto rationem eis conſtare. [b]

Procurator tenetur de dolo, & lata culpa: & de eo quod ad eum peruenit. Bart.

Dolo autem [c] facere videtur, qui id quod poteſt reſtituere, nõ reſtituit. Proinde ſi tibi mandaui vt hominẽ emeres, túque emiſti: teneberis mihi vt reſtituas. Sed & ſi dolo emere negleXiſti, (fortè enim pecunia accepta alij ceſiſti vt emeret) aut ſi lata culpa, fortè ſi gratia ductus paſſus es alium emere, teneberis. Sed & ſi ſeruus quem emiſti, fugit, ſi quidem dolo tuo, [d] teneberis. ſi dolus non interuenit nec culpa, non teneberis, niſi ad hoc, vt caueas, [e] ſi in poteſtatẽ tuam peruenerit, te reſtituturum. Sed & ſi reſtituas, [f] & tradere debes. Et ſi cautum eſt de euictione, vel potes deſiderare vt tibi caueatur, puto ſufficere ſi mihi hac actione cedas vt pcuratorem me in rem meam facias, nec amplius præſtes quàm conſecuturus ſis. [g]

11. PAVLVS libro trigeſimo ſecundo ad Edictum.

DE tuo etiam facto cauere debes. [h]

2. VLPIANVS libro trigeſimo ſecundo ad Edictum.

IDémque [i] & in fundo, ſi fundum emit procurator. Nihil enim amplius [k] quàm bonam fidem pręſtare eum oportet qui procurat. Sed & ſi de ſanitate ſerui procuratori cautũ eſt, aut caueri poteſt, [l] aut de cęteris vitiis, idem erit dicendũ: aut ſi culpa caueri nõ curauerit, condẽnabitur. Si ex fundo quẽ mihi emit procurator, fructus cõſecutus eſt: hos quoque officio iudicis præſtare eum oportet.

In actione mãdati veniunt vſuræ. Bart.

Si procurator meus pecuniã meam habeat, ex mora vtique vſuras mihi pendet. Sed & ſi pecuniam meam fœnori dedit, vſuráſque conſecutus eſt, conſequẽter dicemus debere eum præſtare quantũcunque emolumẽtũ ſenſit: ſiue ei mãdaui, [m] ſiue non: [n] quia bonæ fidei hoc cõgruit, ne de alieno lucrũ ſentiat. [o] Quòd ſi non exercuit pecuniã, ſed ad vſus ſuos cõuertit: in vſuras cõuenietur, [p] quę legitimo modo in regionibus frequentãtur. [q] Denique Papinianus ait, etiam ſi vſuras exegerit pcurator, & in vſus ſuos cõuertit, vſuras [r] eũ præſtare debere.

Si aliàs contrahendo mandatum perficitur, actio mandati extinguitur: & ex nouo contractu agitur. Bartolus.

Si quis Titio mandauerit vt ab actoribus [s] ſuis mutuam pecuniam acciperet, mandati eum non acturum Papinianus libro tertio reſpõſorum ſcribit, quia de mutua pecunia eum [t] habet obligatum: & ideo vſuras eum petere non poſſe quaſi ex cauſa mandati, ſi in ſtipulationem [u] deductæ non ſunt.

Qui fideiubet pro procuratore, habet actionem contra dominum. Bartolus.

Idem Papinianus libro eodẽ refert, fideiuſſori condemnato, qui ideo fideiuſſit, [x] quia dominus procuratori mãdauerat vt pecuniam mutuã acciperet, vtilem actionem dandam quaſi inſtitoriã: [y] quia & hic quaſi præpoſuiſſe eum mutuæ pecuniæ accipiendæ videatur.

Qui mihi tenetur actionem cedere, poteſt cogi debitorem liberare, vel alteri delegare ad mei petitionem. Bartolus.

Si cui mandauero vt à Titio

A oppoſui exceptionem: an agam mandati? Dicitur quòd ſic. Sed quid ſi omiſi exceptionem qua reus vti poterat: nunquid habebo actionem mandati? Dicitur quòd non. hoc verum, ſi ſciebam reo competere exceptionem, & ſi creditor habuit facultatem cõueniendi reum, vel ſibi denuntiandi vt ad iudicium veniret, ſcilicet vt iudicium ſuſciperes. [SI FIDEIVSSOR.] Si fideiuſſori fiat pactum de non petendo: aut animo donandi: & non agit fideiuſ. mãdati: qa ſibi nihil abeſt. aut animo remunerandi, quia forte ſeruiuit creditori, & aget. idem ſi donatum fuit mihi cauſa mortis, vel legato fuit remiſſum.

B

C

D

i *Idémque.* quod dixi in ſeruo. ff. l. px. ſic vt dolus & culpa veniat.
k *Nihil enim amplius.* immo ampliꝰ: quia tenetur de leui culpa, & de leuiſſima, vt C. e. l. à pcuratore. quę eſt cõtra. Sol. nihil ampliꝰ. i. nihilo minus: vel nihil amplius. i. nihil quod ſit melius, ſecundũ Io. vel dic hoc caſu quando diligenter emerat, & omnia fecerat: ſolũ autem reſtabat retradi tio: de ſolo dolo tenetur: quia ipſum cõmittit non reſtituendo: vt ſupra eo. l. ſi procurator. §. dolo. Azo.
l *Caueri poteſt.* quod ſemper iure cõtractus fieri debet: vt infra de act. emp. l. ex empto. §. inde Neratius.
m *Mandaui.* vt cum vſuris daret.
n *Siue non.* vt. j. ea. l. §. ſi mandauero.
o *Lucrum ſentiat.* vt. j. e. l. ex mandato. & ſupra tit. j. l. ſed & ſi non ſit heres. Accurſius.
p *Conuenietur.* vt. ff. de pig. act. quamuis. §. fin. & l. ſeq. & ff. de nego. geſt. at qui natura. §. pe. Accurſius.
q *Frequentãtur.* quod eſt etiam in bonæ fid. iudi. vt infra de vſur. l. j. Sed contra. ff. de nego. geſt. qui ſine. Solu. hic palam accepit, & in ſuum vſum conuertit: ibi clam: & ideo in cęteſimas tenetur: vt argu. infra de admini. tu. non exiſtimo. vel ibi de his qui publica munera gerunt.
r *Vſuras.* ſcilicet vſurarum & ſortis: quia vſura facta eſt ſors: vt. j. de admini. tu. l. tutor qui. §. ſi quæ.
ſ *Vt ab actoribus.* id eſt ſeruis caſtaldionibus.
t *De mutua pecunia.* bona ratio. q. d. quia eſt obligatus vt principalis debitor, non poteſt dici obligatus ſicut mandatarius vel interceſſor: vt infra de duo. re. ſi reus. & facit. ff. eo. ſi remunerandi. §. apud. j. reſpon.
u *Si in ſtipulationem.* iſtud ſi, nõ refertur ad omnia prædicta. ſic & ff. ad Velleia. l. vir vxori. §. ſi mulier. ſed ad vſuras tantum quę citra vinculum ſtipulationis non debentur: vt C. de vſuris. l. iij.
x *Fideiuſſit.* pro procuratore.
y *Quaſi inſtitoriam.* ſcilicet neg. geſt. ſic & ff. de neg. geſt. liberto. in prin. & ſupra de inſtit. l. in eum. j. reſpon.

a *Vt eum accepto liberet.* vel quodlibet aliud faciat: vt hic subiicit, & infra eo. qui mandatum. & l. si mandato Titij. j. respon. & infra de hered. ven. multum.

b *Dotem dederit.* scilicet mater animo donādi: quod semp præsumitur, nisi cōtradicat: vt supra de condic. inde. l. cum is. §. pe. & facit. j. de iure do. l. mulier omnia. §. fi. & ff. de nego. gest. l. pe.

c *Sempronii.* qui Sempronio rogatus dixit se interuenturum vt cōsiliarius, vt sequitur: sed huiusmodi rogatio quo ad monitionē fuit: vnde nō nascitur obligatio: vt dixi supra eo. l. j. §. j. Item secus si nō fuit admonitio simplex: vt infra de admi. tu. si Titium. j. respon. & supra de exer. ac. l. j. §. sed & si sic præposuit. Accursius.

d *Daret.* vt. ff. ca. l. §. sed & si pecuniam.

e *Periculo.* hoc acto inter dominum & procuratorem. nam conueniendo de periculo, tacite & de lucro conuenire videtur: vt ar. supra commo. si is. §. j. Itē opponitur: si credidit contra voluntatem domini, fecit suo periculo: & ideo vsuras lucratur: vt. j. pro socio. si vnus. §. fi. vnus. & sic videtur corrigi princ. vel refert agatur verbis, vt hic: an tacitè, vt in princ. & illa p socio, quæ est secūdę obiectionis, alio casu dicit. Accursius.

f *Cogitur restituere.* & omnia quę ad eum veniunt occasione mandati: vt supra eo. l. j. §. j. & supra de procu. l. qui pprio. §. vt in cæteris. & ifra eo. l. si vero non remunerādi. §. si mihi. & supra eo. l. si procuratorem. §. fi.

g *Eum oportere.* hos sumptus & similes reputat pcurator, vt hic: itē socius: vt infra pro soc. l. cū duob⁹. §. si qs ex sociis. Itē tutor: vt infra de admi. tu. l. à tutorib⁹. §. fi. Sed quid si erat rusticus, qui eques iuit: vel quid si propè erat? Respon. non repetit: cum consuetudo sua sit seruanda: vt arg. ff. de pig. actio. l. vel vniuersorum. *ADDITIO.* Ista glos. est valde not. ad hoc quòd rustici non debent equitare: & ideo non debent eis refici expensæ vecturarum. & est argumentum pro quæstione rustici producti in testem, qui si nolit venire nisi eques, cogatur venire pedes: quia non competit suæ conditioni equitare. & vide quod not. Iaco. de Are. in. l. à tutoribus. infra de admi. tut. & arg. xij. q. iiij. quicunque. secundum Bal.

h *Salariarius fuit.* i. qui salarium accipit, ea forma effectū, qua fideicommissarius, legatarius, depositarius. Aliàs, salarium fuerit datum, [illegible]pe pro sumptibus. Azo.

i *Ei auferre.* non autem repetit: vt hic. sic in actione de in rem ver. vt supra de in rem ver. l. iij. §. sed si mutua. sic & in gestore negotiorum: vt supra de neg. gest. l. si quis negotia. Accursius.

k *Admittat* scilicet tantum dando quantum posset haberi his abrasis & corrasis: vt supra de rei vin. l. in fundo.

stipuletur: potero cum eo cui mandaui, agere mādati, vt eum accepto liberet, a si hoc velim: vel si malim, in hoc agā, vt cum deleget mihi, vel sicui alij voluero. & Papinianus libro eodē scribit, si mater pro filia doté b dederit, eāque mādāte filia vel ilico stipulata sit, vel etiā postea, mandati eā teneri, quāuis ipsa sit quę doté dederit. Si quis ea quæ procurator suus & serui gerebant, ita demū rata esse mādauit, si interuētu Sempronij c gesta essent, & malè pecunia credita sit: Sēproniū, qui nihil dolo fecit, nō teneri. Et est verum, eū qui non animo procuratoris interuenit, sed affectionē amicalem promisit in monendis, pcuratoribus & actoribus, & in regēdis cōsilio, mādati nō teneri: sed si qd dolo fecerit, nō mādati, sed magis de dolo teneri.

Procurator tenetur restituere id quod ad eum ex mandato peruenit. Bartolus.

Si mādauero pcuratori meo vt Titio pecuniā meam credat sine vsuris, isq; non sine vsuris crediderit: an etiā vsuras mihi restituere debeat, videamus. & Labeo scribit restituere eū oportere, etiā si hoc mādauerim, vt gratuitam pecuniā daret: d quamuis si periculo e suo credidisset, cessaret, inquit Labeo, in vsuris actio mandati.

Procurator potest domino imputare quicquid licite impendit. Bartolus.

Idem Labeo ait, & verū est, reputationes quoque hoc iudicium admittere. Et sicuti fructus cogitur restituere f is qui procurat, ita sumptū quē in fructus percipiendos fecit, deducere eū oportet. Sed & si ad vecturas suas, dū excurrit in prædia, sumptū fecit: puto hos quoque sumptus reputare eū oportere: g nisi si salariarius fuit, h & hoc cōuēnit, vt sumptus de suo faceret ad hęc itinera, hoc est de salario. Idem ait, si quid procurator citra mandatum in voluptatem fecit, permittendum ei auferre, i quod sine damno domini fiat, nisi rationem sumptus istius dominus admittat. k

Fideiussores & mandatores etsi sine iudicio soluerint, habent actionem l mandati.

Omissio exceptionis inhonestæ, non impedit actionem mandati. Item qui alium ex necessitate defendit, exceptionibus ex sua persona vti potest. Bartolus.

Generaliter Iulianus ait, si fideiussor ex sua persona omiserit exceptionē, m qua reus vti nō potuit: si quidem minus honestā, n habere eum mandati actionem. Quòd si eā qua reus vti potuit, o si sciens id fecit, nō habiturū mandati actionem: si modò habuit facultatem rei cōueniēdi, p desiderādiq; vt ipse susciperet potius iudiciū vel suo vel procuratorio nomine.

Acceptilatio facta causa remunerandi, fideiussori tribuit actionem mandati. secus si simpliciter causa donandi. Bartolus.

Si fideiussori donationis causa acceptū factum sit à creditore, q puto si fideiussorē remunerari voluit creditor, habere eum mandati actionē: r multo magis si mortis causa accepto tulisset creditor, vel si ei * liberationem legauit. s

XI. POMPONIVS libro tertio ex Plautio.

SI ei cui damnatus t ex causa fideiussoria fueram, heres

A l *Actionem.* neque enim prohibentur bonam fidem agnoscere, sicut nec tutores: ar. infra de admi. tuto. quotiens. §. sicut.

m *Exceptionem* competentem.

n *Minus honestam.* maxime. nam idem si honestam. & sic non obstat infra eo. si fideiussor. §. fi. & supra ad Vell. l. pe. & l. fi §. fi mulier. quæ est contra, secundum quosdam. tu dic secundum Azo. & melius, ibi esse speciale ff. l. ad Vell. quia non communis, sed specialis oponitur ibi exceptio. dic ergo minus honestam: vt quia forte iniquum ius impetrauit actor, cum fuisset fideiussor pro aliquo: vt supra quod quisque iu. l. iij. §. si is. versi. sed si tu incidisti. vel quia personale pactum fuit fideiussori factum si foderet vineam, cum esset in dignitate. sed ad illam infra eo. si fideiussor. non est responsum. vnde prima verior.

o *Vti potuit.* scilicet tantum, & ipse non: & tunc bene sequitur, si modo &c. vt aliàs. & subaudias infra maxime. & plene de hac materia distingues infra eo. si fideiussor. §. quædam.

p *Conueniendi.* id est denuntiandi corā testibus: vt supra eo. si procuratorē. §. si ignorantes.

q *A creditore.* per cōsequens reus erit liberatus.

r *Mandati actionem.* tunc enim videtur sibi abesse, ex eo quòd iam sibi tantum seruierat. Ar. supra de peti. here. sed & si. §. cōsuluit. vnde agit ac si soluisset.

s *Legauit.* hoc enim fuit renuntiandi causa: vt infra titu. j. l. & quia. & l. & ita. & l. nec adiecit. in fi. & cōtinuatur hæc lex proxi. si vero non remunerādi. interpositio vero alterius. l. quæ sit, ideo est quia ponitur casus vbi fideiussor liberatur causa remunerandi, sicut per legatum: vt supra. l. proxi. in fi. *Accursius.* * *Flectus*

t *SI ei cui damnatus.* Secus si nō dānatus heres extitit: quia tūc tamū ex principali cōtractu agitur: vt. ff. de fideiuss. l. heres à debitore. §. fi. quæ est cōtra. sed nonne etiā iā condēnatus, si succedit creditori, tollitur accessoria: vt. ff. de fideiuss. heres. §. quòd si idem? Respō. esto, durat tamen actio mandati ipsi fideiussori: quia cœpit ex sentētia teneri: & sic & principalis & mandati datur. Et not. quòd casus huius. l. loquitur quando animo remunerandi fuit fideiussor liberatus, sicut per legatum: vt supra l. proxi. in fi.

SI vero.]C *ASVS* in. §. Marcellus. Fideiussi pro te, & Titius pro me soluit animo donandi: agam contra te mādati. hoc in prima. Sed quid si erat filiusfami. qui fideiussit, & Titius pro eo soluit animo donandi: an pater possit agere man. quæritur? Et rñ. quòd non: quia qui soluit, nolebat dare patri. idem est in seruo fideiussore & domino. & hoc in secunda. Sed quid si ipse seruus

ſeruus ſoluit quod ab alio donatum ſibi recipiat: an aget dominus, quæritur. Et dicitur quòd ſic. [CONTRARIO.] Titius mandauit mihi vt ei fundum emerem pro.c. qualiter repetam illa.c? Dicitur quòd act.man.contraria. [ITEM PAPINIANVS.] Patronus fundum emit pro.xij. &.viij.ſolvit:& mandauit liberto vt ſolueret quatuor, & prædium reciperet. cum libertus id ſoluiſſet, prædium patronus liberto præſente neque contradicente vẽdidit. vult libertus agere man.contraria ad quatuor. Diſtinguitur. aut patronus cum mandauit, volebat donare liberto duas partes pretij: & libertus non repetit, quia præſumitur eũ velle reddere quatuor patrono conſentiendo ei vendenti. ſi nolebat dare, repetit deducta merce de quam percepit libertus forte ex locatione prædij. [SIMILI.] Mandaui tibi vt rem emeres, & emiſti tua pec. ages man. & hoc in prima. ſed & ſi in eam aliquid erogaſti, ages ad id. hoc in ſecũda. nec ſolũ quod impendiſti, ſed vſuras cõſequeris. hoc in tertia. Et ſi à debitore tuo exegerit & ſortem & vſuras, & ſoluiſti pro eo qui tibi mandauit cum vberrimas haberes vſuras, poteris habere rationem huius, cum ſub grauibus vſuris mutuum ſoluiſti. hoc in quarta. Sed quid ſi deberet ſine vſuris, vel ſub minoribus, tu ſub maioribus acceptum mutuum ſolueris? mandati iudicio nihilo minus eum conuenies ad eaſdem vſuras. [DEDI.] Debebam Titio.x. dedi tibi illa.x. vt ſolueres Titio. non ſoluiſti. iudicio man. teneris mihi ad vſuras eo caſu in quo ſub vſuris fui Titio obligatus. [SI QVIS.] Mandaui Titio vt crederet filiofami. ſtudiorum cauſa: in qua ceſſat Mace. an teneor mandati? dicitur quòd ſic. hoc in prima. Sed quid ſi Titius dubitat an in talem cauſam mandauit vt mutuaretur, & aliquis dicit talem eſſe periculo ſuo, an mand. tenetur? Et dicitur quòd ſic. [SI POST.] Credens Titium indigere pecunia mutua, mandaui tibi poſtquam mutuaſti eam vt crederes, an tenear man? Dicitur quòd non: quia mandatum præcedere debet obligationem. hoc in prima. Sed quid ſi mandem creditori, vt debitori tempus ad ſoluendum daret, & meo periculo, an tenear man. quæritur? Et reſpon. quòd ſic. Item tutor mutuauit pecu. pupilli Titio. eo facto pubere mandauit ei vt debitorem approbaret. an teneatur mandati, quæritur? Et reſpon. quòd ſic. [SI MANDAVERO.] Quinque dicit hic. §. vſque ad. l. heredem. & ſatis planus eſt: & loquitur prima pars de reuocatione mandati.

a *Remunerandi cauſa.* ſimilis diſtinctio ſit ſupra de in rem ver. l. ſi pro patre. §. plus dicitur.

b *Non actorum.* immo & tunc videtur agi: vt infra eo. inter. §. ſi is. quæ eſt contra. Solu. quidam dicunt hanc. l. corrigi per illam, & per proximum hic. §. Marcellus. & per contrarium ſenſum illius rationis quæ eſt in illo. §. plane inquit. quæ redditur infra proxi. ibi, quia non patri donatum voluit qui ſoluit. ſed male dicunt. Tu dic quòd refert an ipſe creditor mihi fideiuſſori donet non animo remunerandi, & me liberet, in quo caſu non ago: quia neque mihi aliquid abeſt, nec creditori adeſt: vt hic. an alius donet mihi pecuniã non remunerandi animo quam ſoluo creditori, vel quia ego trado, vel ipſe qui donat, tradidit ei me volente: quo caſu ego ſoluiſſe per eum videor: & ideo ago mandati, quia creditor debitum ſuum manualiter accepit: vt §. Marcellus. & idem ſi liberat eum: vt. §. ſi is. nam & ibi ad creditorem aliquid peruenit, ſcilicet liberatio. item in illo. §. plane. ideo non agit pater vel dominus, quia neque ſeruo, neque ſibi aliquid abeſt: nec poteſt videri dominus vel pater ſoluiſſe: quia qui donauit eis, puta filio vel ſeruo, patri vel domino do-

ff. Vetus.

poſtea extitero: habebo mandati actionem.

XII. VLPIANVS libro trigeſimoprimo ad Edictum.

SI verò non remunerandi [a] cauſa, ſed principaliter donando, fideiuſſori remiſit actionem: mandati eum non acturum. [b]

Vna fillio circa idem admittitur, non autem plures. hoc dicit cum ſequen. ver. planè. Bartolus.

Marcellus autem fatetur, ſi quis donaturus fideiuſſori, pro eo ſoluerit creditori, habere fideiuſſorem mandati actionem. Planè, inquit, ſi filiusfamilias vel ſeruus fuit fideiuſſor, & pro his ſoluero, donaturus eis: mãdati patrem [c] vel dominum non acturos. [d] hoc ideo, quia non patri donatum voluit, qui ſoluit. [e] Planè ſi ſeruus fideiuſſor ſoluerit, [f] dominum mãdati acturum. Idem Marcellus ibidem ait: Si filiusfamilias non iuſſu patris fideiuſſerit, ceſſat mandati actio, ſi nihil ſit in peculio. [g] Quòd ſi iuſſu, [h] vel ex peculio ſolutum eſt, multo magis [i] habet pater mandati.

Conditio poteſtatiua retro non trahitur: ideo tempus exiſtentis conditionis inſpicitur quo ad requiſitionem. Bartolus.

Si filiofamilias mandaui vt pro me ſolueret: patrem, ſiue ipſe ſoluerit, [k] ſiue filius ex peculio, mandati [l] acturum Neratius ait: quod habet rationem. nihil enim mea intereſt quis ſoluat. Si filiofamilias mandauero vt pro me ſolueret, & emancipatus ſoluat, verum eſt in factum actionem filio dandam: [m] patrem autem poſt emancipationem ſoluentem, negotiorum geſtorum actionẽ habere. Contrario iu-

l. qui balneum. infra qui pot. in pig. ha. Et per eundem Bart. in d. l. ſi filius. infra de verbo. obliga.

c *Patrem.* ſubaudi, vel dominum.

d *Non acturos.* ſed forte pater nomine filij aget ſecundum Bul.

e *Soluit.* aliàs ſecus: vt ſupra. j. reſpon.

f *Soluerit.* ipſemet ſcilicet quando ſeruus fideiuſſerat ex cauſa peculij. aliàs non haberet locum quod hic dicitur: vt infra de fideiuſ. ſeruus inſcio. & l. ſeq. Alij dicunt quòd licet primo cõiungat filium & ſeruum, ibi, plane inquit, &c. poſtea tamen diſiungit: & dicunt, ſi ſeruus ſoluerit, id eſt pro eo ab alio ſolutum fuerit, in ver. illo, plane. & ſic corrigit quod ſupra dictum eſt de ſeruo, ſed non de filio: & ideo caute dicit, quia non patri &c. non autem dicit de domino. Accurſius.

g *In peculio.* quia nec ſoluit, nec ſoluere tenetur pater: ageret tamen in cauſa ſua, puta ſi diu fuit in obligatione, vel in diem fideiuſſit qui venit: vt infra eo. Lucius. ſed tunc ageret vt liberetur filius.

h *Quòd ſi iuſſu.* ſcilicet patris fideiuſſit filius, & condemnatus eſt pater.

i *Multo magis.* quàm contrarium. Accurſius.

k *Ipſe ſoluerit.* contemplatione filij, ne teneatur filius mandati: vt. j. de neg. geſt. mandati. Accurſius.

l *Mandati.* hic diſtingue vt ſupra de neg. geſt. mandati. Ac.

m *Dandam.* in duobus male videtur dicere hæc litera. Primo, quia dat actionem filio ex eo quod prius fecit: cui eſt contra. infra de ver. obli. ſi filius. &. l. quidam. ſi. & de reg. iur. l. quę legata. in fi. Sol. aliud eſt in conditionali ſtipulatione quàm hic. ex illa enim ideo non agit filius, quia ſublata ſtipulatione quæ fuit facta in poteſtate, filius ex euentu conditionis non ageret: ſed hic etſi nullum præceſſiſſet mandatum, ageret tamen filius propter ſolutionem à ſe factam poſt emancipationem: vnde agit, ſi mandatum in poteſtate interceſſerit. hanc ergo regulam ſerua, vt in quocunque caſu filius emancipatus ageret, & ſi contractus tempore in poteſtate non fuiſſet, in eodem agit & ſi interceſſerit: alia tamẽ & alia actione. ad quod infra de verb. obli. quidam. in fi. in quo vero non ageret ſi non præceſſiſſet contractus: in eodem non agit & ſi præceſſerit in alio. Secundo dicit male hæc lex, quia datur in factum, immo vtilis mandati: vt infra de here. inſtit. l. quidam. in fi. quæ eſt contra. Solu. in factum quæ eſt hic, & vtilis quæ eſt ibi, eædem ſunt. Vel ſi ſint diuerſæ, non obſtat, ſi ambæ dentur in factum, cum ſit ex æquitate vtraque. Item nota quòd licet filio detur in factũ, tamẽ contra eum datur mandati: vt. j. eo. l. penul. quæ eſt contra.

fff Reſtitut.

a *Rei vnius.* vt supra de procu.l.j.§.j. Accursius.
b *Redderet.* id est daret.sic infra de verb. sig.l. verbum reddendi.
c *Reddito.* id est soluto à liberto mandato patroni.
d *Libertus.* vt procurator.
e *Patrono donasse.* sic ergo ratione primæ liberalitatis,& hoc præsumitur. sic & aliàs ratione pietatis, vel aliàs præsumitur donatio.& probatur his.ll. supra de condic. inde. cum is.§.pe. &.C. de dot.pro.l.fin.§. vtramque. & de rei vxo.ac.§. accedit. Item supra fami. ercis. quæ pater.&.C. fami. erci. filiç.Item infra de leg. iij. vxori suæ.§. fin. & infra de do. inter vi. & vxo.l.vtrum. Item C.de neg. gest.l.iij. & supra de neg.gest.Nosennius. Item. C. de don.cõsualis.&.l.siue. Item supra ad leg. Aquil. si seruus seruum. §. si oliuam. Item infra de proba. cum de indebito.§. si vero ab initio. &.l. Proculus. Sed argu.contra supra ad leg. Rho. de iac.l. ij.§.fi.&.l. qui leuandæ.j. respon.&. C. de don.l.nec ignorans. Accursius.
f *Sed & si tuo pretio.* non tamen certo:quia tunc non deberem fines mandati excedere: vt supra eodem.l.iij.& l.diligenter.
g *Aliquid.* de meo.
h *Sumptum fecero.* vt supra eo. idemque.§. sed & si ad vecturas. & infra eo. si mandato meo.§.si fideiussor. Accursius.
i *Sed & si reum.* id est mandatorem. Accursius.
k *Non releuauit.* quia pecuniam debebat sine vsuris ille qui mandauit.
l *Et vsuræ absunt.* quia accepit sub vsuris, vel à debitoribus suis petiit.
m *Fœnus.* id est pecuniam fœnebrem. Accursius.
n *Et vsuras consequi.* non solum sortem,& in totum. Sed contra infra de vsur.l.& in cõtraria. Solu. aliud in contraria neg. gest. & aliud in mandati contraria secundum Ir. & B.sed Io. & R. idem: vt ibi dices.
o *Præstabis.* per actionem man. conuentus: vt infra de sol. Cassius ait.creditor vero & furti,& neg.gest.agit:vt supra de nego.

dicio experiuntur,qui mandatum susceperunt,vtputa qui rerum vel rei vnius[a] procurationem susceperunt.

Vnus actus donationis facit aliam donationem præsumi. Bartolus.

Inde Papinianus quærit,si patronus prædium quod emerat, pro quo pretij bessem exsoluerat,iusserit liberto suo tradi vt ille residuum pretij redderet,[b] deinde reddito[c] pretio,vendenti fundum patrono libertus cõsenserit, trientis pretium an libertus possit repetere. Et ait, si mandatum suscepit initio libertus,[d] non donatum accepit: contrario iudicio posse eũ pretium repetere quod deductis mercedibus quas medio tẽpore percepit,supereſt.quòd si donationem patronus in libertum cõtulit,videri & postea libertum patrono donasse.[e]

Procurator ad emendum potest repetere pretium quod soluit, & si aliquid amplius impẽdit. Bartolus.

Si mihi mandaueris vt rem tibi aliquam emam, egoque emero meo pretio,habebo mandati actionem de pretio recuperando. Sed & si tuo pretio,[f] impendero tamen aliquid[g] bona fide ad emptionem rei, erit contraria mandati actio: aut si rem emptam nolis recipere.Simili modo & si quid aliud mãdaueris,& in id sumptum fecero.[h] nec tantùm id quod impendi, verùm vsuras quoque consequar. Vsuras autem non tantùm ex mora esse admittendas: verùm iudicem æstimare debere,si exegit à debitore suo quis,& soluit, cum vberrimas vsuras consequeretur. æquissimum enim erit rationem eius rei haberi,aut si ipse mutuatus grauibus vsuris soluit. Sed & si reum[i] vsuris nõ releuauit,[k] ipsi autem & vsuræ absunt:[l] vel si minoribus releuauit, ipse autem maioribus fœnus[m] accepit vt fidem suam liberaret:non dubito debere eum mãdati iudicio & vsuras[n] consequi. & vt est constitutum,totum hoc ex æquo & bono iudex arbitrabitur. Dedi tibi pecuniam,vt creditori meo exsoluas. non fecisti. præstabis[o] mihi vsuras,quo casu[p] & à me creditor pecuniam debitam cũ vsuris recepturus sit.& ita imperator Seuerus Hadriano Demonstrati rescripsit.

Qui fideiubet pro minore, actionem mãdati non habet. Bartolus.

Si adulescens[q] luxuriosus mandet tibi vt pro meretrice fideiubeas,idque tu sciens mãdatum susceperis,non habebis mandati actionem: quia simile est,quasi perdituro[r] pecuniam[s] sciens credideris.Sed & si vlterius directò mandauerit tibi vt meretrici[t] pecuniam credas, non obligabitur mandati, quasi aduersus bonam fidem mandatum sit.

Verba recommendatoria non obligant. Bartolus.

Cum quidam talem epistulam scripsisset amico suo, Rogo te, commendatum habeas Sextilium Crescentem amicum meum: non obligabitur mandati,quia commendandi[u] magis hominis quàm mandandi causa scripta est.

Si quis mutuetur filio non contra senatusconsultum Macedonianum, vel cum de hoc dubitatur:tenetur mandati. Bartolus.

Si quis mandauerit filiofamilias credendam pecuniam non contra senatusconsultum accipienti, sed ex ea causa ex qua de peculio vel de in rem verso vel quod iussu pater teneretur,erit licitum[x] mandatum. Hoc amplius dico,si cũ dubitarem vtrum contra senatusconsultum acciperet[y] an nõ, nec essem daturus contra senatusconsultum accipienti,interceſſerit qui diceret non accipere contra senatusconsultum, & periculo meo crede dicat, bene credis:[z] arbitror locum esse mandato, & mandati eum teneri.

Mandatum non potest intercurrere pro eo quod est factum, sed pro eo quod est faciendum. Bartolus.

Si post creditam pecuniam mandauero creditori credendam, nullum esse mandatum rectissimè[a] Papinian[b] ait.Planè si vt expectares, nec vrgueres

A gest.si pupilli.§.si quis pecuniam.&.C.de fur.si is cui te.Azo.
p *Casu.* id est in eo casu,in quo &c. Accursius.
q *Si adulescens luxuriosus.* A iuuene & cupido credatur reddita virgo?quasi dicat,non.secus ergo in maiore, quia tenetur:vt.ff. de in rem ver.l.iij.§.necnon.quæ est contra.Sed certe idem in maiore videtur: vt.ff. *Versus.*
B empto.si quis cum. sed ibi protinus erat daturus scorto: vt ibi dicit.vel ibi erat ei interdictum bonis, vel non erat sanæ mentis. vel non est bonæ fidei quantum ad vsucapionem.sed si venditor est dominus, statim erit dominus.& facit.ff.eo. si remunerandi.§.rei.
r *Perdituro.* quo casu non agitur:vt diximus supra de mino.l. quòd si minor.§. restitutio. Accursius.
s *Pecuniam.* adolescenti.
t *Vt meretrici.* cui donare volebat,vt desiderio eius posset satiari:quod non est prohibitum: vt infra de dona.l.affectionis.quç est contra.Ir.
u *Quia commendandi.* vt fiat honor verbalis,vt faciunt Bononienses:vt.C.quod cũ eo.l.fi.aliàs dicitur cõmendare id est deponere:vt infra de verb. sig.l. commendare. & supra depositi.l.Lucius. Accursius.
C
x *Erit licitum.* & sic agitur mandati. secus si non ex tali causa: sicut dicitur de fideiussore:vt supra ad Mace. si pater.§. non solum. &.l. si quis patremfami.&.l.pe. Accursius.
y *Acciperet.* scilicet filiusfamilias.Ac.
z *Bene credis.* sic supra de instito.l.cuicũq;.§. sed & cũ fullo.in fin.§. Accursius.
D
a *Rectissimè.* Nota. quia mandator accipitur tantum ante obligationem, vt hic,nisi in casu quem subiicit, plane &c.& infra eo.si mandauero tibi.§. interdũ.constitutor pòst tantùm, quia non potest fieri constitutio nisi pro eo quod debitum est:vt.C.de cõstituta.mãdatarius ex cõsensu:vt institut. de oblig.quæ ex consensu.§.j. fideiussor aut accipitur & ante, vt promitto quod isti credes.& post:vt insti. de fideiuss.§.fideiussor.& verbis tantũ obligatur:vt insti.de fideiuss.

a Fulin.l. ab hac vetus. supra de his qui in casu quem subiicit, notã. infra. & Alex.in l.Italian°.ff. qui iurisdic. cog.2.col. dem Alex. ad Bar. repetas ibi gl.fin.est ita mẽ simulo & ambit.de pactis deinc.i pr. super verb. fideiussit. Bolog.

§.fi.&.C.de fideiuſ.l.blanditus.Itē conſtitutor in re aliena poteſt obligari,non fideiuſſor:vt ſupra de conſti.pe.l.j.§. an poteſt.& infra de fideiuſ.Græce.§.ſi quis ſtip.Item conſtitutor citeriori die obligatur, non fideiuſſor: vt ſupra de conſtit.pe.l. ſed & ſi citeriori.& inſtitu.de fideiuſſ.§.item ſi ille.

a *Vel probari*. id eſt approbari.Accurſi⁹.

b *Quondam*. aliter ſi conditionem,id eſt electionem adoleſcenti deferas:vt infra de admi.tu.cum quæritur.

c *Meo*. ſcilicet ex eo q⁹ ille non exegit.

d *Quia extinctum* hęc non videtur bona ratio: vt infra eo. inter cauſas.in princ. &.l. ſi præcedēte.ſed ibi præceſſit in procuratione quanquā reuocata:hic contra.vel ibi morte, hic expreſſe. eſt tamē pro ea ſupra titu.j.l.j. §.antepe.&.C.e.ſi pater tuus.Accurſius.

e *Mandati agere*. vt fiat monumentum:immo de dolo.& ſic ceſſat mādatum:vt ſupra de relig. & ſump. fun. at ſi quis.§. ſicut. quæ eſt contra.Sol.vt ibi.

f *Si ſua*.ſcilicet mandatarij.

g *Mandati*. cōtra heredem.

h *Pecunia*. defuncti exprimendo, non pecunia procuratoris. & ſic in vita mandantis fieri debuit:& ſic ceſſat mandati morte extincta eo mandatario ſciente. Sed hoc caſu huius.§. quomodo faciet ſi non habet pecuniam? Reſpon. aget, ſed reuocari poteſt re integra,non aliàs.Accurſius.

i *Faceret*. ſcilicet ſtatim.

k *Pecuniam*. mandātis:vt innuūt ſequētia.

l *Parauit*.qualiter videatur parare,habes.j. de pol.l.j.§.cœpiſſe.& ad idem ſupra de condic.ob cau.l. ſi pecuniā. Sed quid ſi res eſt integra,& heres reuocat? Videtur quòd poſſit:& maxime, abūdat. Vel eſt ſpeciale in monumento: argu. ſupra de reli. ſi quis ſepulchrum.§.hoc edictum. Accurſius.

m *Idem eſt. Emeres*. Et ſic no.q⁹ nō finitur mandatum morte.ſed contra infra eo.inter cauſas.&.l. ſi quis.§.morte.Sol.hic actum fuit vt duraret.Item cōtra.j.de le. ij.cum pater.§.Mæuia.Sol.ibi fuit mandatum vt fieret in vita mandātis,ideoque finitur.Item contra.j.de ſol.l.fi.in fi.l.ſed ibi licet ſit dictū vt poſt mortem fiat:non tamen intereſt heredum fieri,immo non fieri,quia ſic debitorē amitterent:hic autem & §.ſuperiori expedit heredibus finiri mandatum. Accurſius.

Mandatum non ſemper finitur mortu.

H *Eredem*.] *CASVS*. Si fideiuſſi pro te,& deceſſi herede relicto:ſi heres ſoluat,an habeat actio.mandati? Reſpon.q⁹ ſi. Vetus.

debitorem ad ſolutionem,mādauero tibi vt ei des interuallum, periculoque meo pecuniam fore dicam: verum puto omne nominis periculum debere ad mandatorem pertinere. Idem ait, ſi tutor mandet ſuſcipi vel probari [a] nomen quod fecerat,teneri eum mandati,ſcilicet quondam [b] pupillo ſuo,vel curatori eius.

B *Mandatum poteſt reuocari ad petitionem mandantis. Bartolus.*

XXXII. IDEM libro tertio ad Vrseium Ferocem.

Si negotia.]CASVS.Tenebaris mihi vi bo.rap.intra annum in quadruplum,post annum in simplum. mandaui tibi vt negotia mea gereres si à te non exegerim, & annus labatur, an in simplũ aut in quadruplum iudicio mandati mihi tenearis, quæritur.Et respon.quòd ad quadruplum.

q *Annum.* pone exemplum in actione vi bo. rapt. instituta.vi bo.rap.in prin.Item in actione de calum. vt.ĩ.de calũ.l.j.in prĩ. Idẽ in actione quod met' causa:vt.ĩ.quod met.can.si cũ ex.§.j.

r *Quadruplum.* conuentus actione mandati.

s *Tenebatur.* propter rapinam.Accursius.

t *Quod in aliorum.* scilicet præstaturus est.Et sic not. gerentem

XXXI. IDEM libro quartodecimo Digestorum.

SI negotia mea mandauero gerenda ei qui mihi actione [intra annum q] in quadruplum [r] tenebatur [s], post annum verò in simplum, etsi post annũ cum eo mandati agam,præstare mihi quadruplum debebit. Nã qui alterius negotia administrãda suscepit,id præstare debet in sua persona,quod in aliorum. [t]

XXX. IVLIANVS libro tertiodecimo Digestorum.

SI hominem tibi dedero [m] vt eum manumitteres,& postea procurator meus [n] prohibuerit ne manumitteres,an mãdati agere possim,si tu eum manumiseris? Respondi,si procurator [o] iustã causam habuit interpellandi manumissionẽ serui,quem in hoc solum acceperam vt manumitterem,veluti si compererit eum postea falsas rationes confeciſſe, insidias vitæ prioris domini struxisse, tenebor, nisi denuntiationi procuratoris paruero. si verò nulla iusta causa procuratori fuit denuntiandi ne seruus manumitteretur: non poterit mecum [p] agi,quamuis ad libertatem eum perduxerim.

Actio etiã pœnalis deducitur in actionem mandati,si procurator à scipso non exigit. Bartolus.

à se exigere debet.

à se debere exigere: vt.ff.de neg. gest. diuortio. & l.si pupilli.§. fin.&.j.de fideiuſ.tutor. Item no. quod in aliorum persona præstas, hoc & in tua: vt hic,&.ff.de condic. indeb. frater à fratre.§. porro.&.ff.si serui.vind. altius.&.ff.de pac.l.cum in eo.

Si hereditatem.] *CASVS.* Delata mihi hereditate nolui eam adire, timens eam damnosam esse. mádauit mihi Titius vt eam adirem. si per hoc dánum patiar, an iudicio mád. posim id à Titio consequi? Respon. q̃ sic. hoc in prima. An idem sit in legato? Et respon. quòd non. hoc in secunda. In tertia dicitur, quòd si creditores mandant heredi vt adeat, ei creditores tenebuntur mandati.

SI hereditatem aliter adituꝰ rus nó essem, quàm cautum mihi fuisset damnum præstari, & hoc mandatum interceſsisset: fore mandati actionem existimo.[a] Si quis autem mandauerit alicui ne legatum à se repellat, longè ei dissimile esse. Nam legatum adquisitum nunquam illi dãno[b] esse potuit: hereditas interdum damnosa[c] est. In summa,[d] quicunque contractus tales sunt, vt quicunque eorum nomine fideiussor obligari posset:[e] & mandati obligationem consistere puto. neque enim multum referre, præsens[f] quis interrogatus fideiubeat, an absens mandet. Præterea vulgo animaduertere licet, mandatu creditorum hereditates suspectas adiri. quod mandati iudicio teneri, procul dubio[g] est.

Fideiubens in minus quàm fuerit mandatum, habet actionem mandati. secus si in plus. Bartolus.

XXXIII. IDEM libro quarto ex Minicio.

ROgatus vt fideiuberet, si in minorem[h] summã se obligauit, rectè tenetur.[i] Si in maiorem, Iulianus verius putat, quod à plerisque responsum est, eum qui maiorem summam quàm rogatus erat, fideiusset, hactenus mandati actionem habere, quatenus rogatus esset:[k] quia id fecisset quod mandatum ei[l] est. Nam vsque ad eam summam in quam rogatus erat, fidẽ eius spectasse videtur qui rogauit.

Pecunia debita solutioni non parata, in mutuum non conuertitur nudo pacto, secus si esset solutioni parata. Item ex pacto incontinenti apposito in contractibus bonæ fidei debetur vsura. Bartolus.

XXXIIII. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

QVi negotia Lucij Titij, p̃curabat, is cum à debitoribus eius pecuniam exegisset, epistulam ad eum emisit, qua significaret, certã summã[m] ex administratione apud se esse, eamque creditam sibi se debiturum cum vsuris semissibus. Quæsitum est, an ex ea causa credita[n] pecunia peti possit, & an vsuræ peti possint. Respondit non esse creditam:[o] alioquin[p] dicendum, ex omni contractu nuda pactione pecuniam creditam fieri posse.[q] Nec huic simile esse, quòd si pecuniam apud te depositam conuenerit vt creditam habeas, credita fiat:[r] quia tunc nummi qui mei erant, tui fiunt. Item quod si à debitore meo iussero te accipere pecuniam, credita fiat. Id enim benignè receptum est. His argumentum[s] esse, eum qui cum mutuam pecuniam dare vellet, argentum vendendum dedisset, nihilo magis[t] pecuniam creditam rectè petiturum, & tamen pecuniam ex argento redactam, periculo eius fore qui accepisset argentum. tore meo, teneris mihi ex causa mutui, & in his similibus arguo ad prædicta, q̃ si volebam tibi mutuare pecuniã, & tradam tibi argentum, & vendidisti: non ideo magis repetã istam pecuniam tanquam mutuam, licet posteaquã ex argento meo redacta fuerit, tuo foret periculo. Erit ergo & in casu isto vt procu. teneatur p̃stare vsuras quas cõuenit in epistola: eo quòd cõuentio vestita fuit quasi cohærẽtia cõtractus statim post traditionem interposita, licet pecunia periculo foret procuratoris. vnde magis videbatur mutuũ, sed non est, immo est mandatũ. [*CVM HERES.*] Erat aliquis heres pro parte. mandauit sibi vt emeret fundum hereditarium. idcirco quæritur, si emit, an inter me & eum erit actio mãdati? Dicitur quòd sic, pro aliorũ heredũ partibus. sed quæritur, an pro parte sua sit actio mandati inter me & eum: an actio ex empto, vt dicatur contractus fuisse cõditionalis, puta sub hac condi tione, si aliorũ partes emerit. & tunc quæro, si sic mandauit sibi pro parte sua sub cõditione, si emeret partes aliorum, an heres meus sit illi obligatus si alij noluit vẽdere, & ipse heredi si alij vendiderit. quòd si vẽditio facta credatur sub cõditione, aget secum mandatarius, & heres cum eo ex empto, non mandati, sicut si sub quauis alia cõditione emptio fuisset contracta. si vero dicamus mandatum contractũ me mortuo, non agetur, cum sciret hoc mandatarius, quia mandatũ resolutũ fuit. si tamẽ quæritur an ea quæ veniunt in actione ex empto, veniant & in acti. man. respon. quòd sic. Viuianus.

Rogatus.] *CASVS.* Si Titius rogatus vt fideiuberet pro me in decem, fideiusit in quinque tantum: teneor ei man. quia fecit quod mandaui. quòd si in maiori quãtitate quàm ego mandarim fideiusit, eatenus tantum teneor quatenus mandaui: non in plus teneor. Viuianus.

Maiori summæ minor inest.

Qui negotia.] *CASVS.* Gerebã negotia Titij, & exegi debitum à debitoribus suis. scripsi in quadam epistola illi Titio quòd ego reciperem aliquam pecuniæ quantitatem, puta c. & haberem eam ex causa mutui, & redderem eam sibi cũ vsuris semissibus. quæritur, an per hæc verba pec. videatur esse penes me ex causa mutui? Dicitur q̃ non. sic enim accideret q̃ in quolibet contractu nuda pactione posset fieri credita pecunia: & hoc esse non debet. Neque contrarium esset q̃ opponi posset de tali casu, si tu habeas pecuniam meam depositam, & velim quòd tu habeas eam ex causa mutui, bene est mutuum, quia ibi nũmi mei bene efficiuntur tui. & idem benigna ratione receptũ est in casu alio, quia si iussi q̃ tu acciperes de pecunia à debi-

a *Existimo.* vt.j.ea.l. in fin. & .j. de except. doli. l. apud. in princ. &.ff. ad Velleia. tutor. in princip.

b *Nunquam illi damno.* immo interdum: vt .j. de leg. ij. imperator. §. j. & ibi forte haberet locum mandati.

c *Damnosa.* cum emolumenta & onera committentur heredem: vt C. de here. instit. quotiens. Accursius.

d *Et in summa.* bene dico & in superiori casu agi mandati. nam ad alia generaliter quæcunque.

e *Posset.* quod est pro omni obligatione: vt infra de fideiuſ. l. j. & ij. sicut ergo fideiussor pro dote dari non potest, sic nec mandator: vt C. ne fideiusso. do. den. l. j.

f *Præsens.* cum enim fiat per stipulationem tantum: vt C. de fideiusso. l. blanditus. ergo inter præsentes tantũ.

g *Procul dubio.* & si est vnus creditor tantum, contra eum doli exceptionem habet: vt.ff. de dolo. l. fin. in fine. Accursius.

h *Si in minorem.* quàm esset rogatus, nó in maiorem quàm reus teneretur. tunc enim nullo modo tenetur fideiussor.

i *Tenetur.* & recte agit: vt .j. de fideiuſ. l. Græce. §. illud.

k *Rogatus esset.* vt.ff. eo. sed Proculus. Accursius.

l *Quod mandatum ei.* Not. ar. quòd maiori summę minor inest: vt hic,&.ff. de arb. diem. §. si arbiter.

m *Certam summam.* quæ erat iam consumpta. Azo.

n *Credita.* scilicet vt mutua. Accursius.

o *Non esse creditam.* immo videtur: vt.ff. si cert. pe. singularia. in fi. quæ est contra. Sol. dicit Ir. q̃ ibi paratus erat soluere, & erat præsens pecunia. sed hoc non placet: quia si non sit in præsentia, dum tamen extet, statim vt cõuenit de mutuo, cœpi ex causa mutui eam animo possidere: vt.ff. si cert. pe. certi condictio. in fi. hic ergo consumpta erat quando epistola fuit missa domino.

p *Alioquin.* id est si dicas propter epistolam missam pecuniam fieri creditam, & vsuras deberi. Accursius.

q *Posse.* quod non est verum nisi extet, vt dixi. vel nisi stipulatio interueniat: vt. C. si cer. pe. si ex pretio. Accursius.

r *Credita fiat.* vt dicitur.ff. si cer. pe. singularia. in princip.

s *Hiu argumẽtum.* scilicet dictis in primo casu, vt nõ sit mutuũ.

t *Nihilo magis.* quidam libri habẽt, nihilo magis, id est nõ ideo magis. & sic cõcor. .j. de præscri. ver. l. rogasti. sed contra.ff. si cer. pe. l. rogasti. Sol. hic dederam argentum vendẽdum, vt recepta inde pecunia mihi afferretur, & ita postea sibi darem ex ea secũdum arbitrium meũ: sed ibi vt statim esset mutua: vt & ibi dixi. Alij habent, nihilo minus: & tunc concor. prædicta.ff. si cer. pe. sed est contra. illa .j. de præscri. ver. & dices tunc, his arg. &c. scilicet dictis proximis duobus casibus. sed prima verior est, quia male staret, & tamen &c. & iliud, in proposito.

Et in pro-

Et in propoſito igitur dicendum, actione mandati obligatū fore procuratorem, vt quamuis ipſius periculo nummi ſierint, tamen vſuras de quibus conuenerit, præſtare debeat. [b]

Si mando tibi vt rem emas quam habes communem cum aliquo, pro parte ſociorum tantum tenet mandatum: pro parte vero tua tenet mandatum & emptio. Rem mandatū morte finitur, emptio autem non. Bart.

Cum heres ex parte eſſes, mādaui tibi vt prædium hereditarium mihi emeres certo pretio. emiſti. pro coheredum quidem partibus non dubiè mandati actio eſt inter nos: pro tua autem parte poſſe dubitari ait, vtrúmne ex empto, an mandati agi oporteat. Neque enim ſine [c] ratione quem exiſtimaturum, pro hac parte ſub conditione contractam emptionem. Quod quidem maximè quęri [d] pertinere ait, vt ſi fortè prius quàm emptio [e] fieret, deceſſerim, & tu cum ſcires me deceſſiſſe, propter mandatum meum alij vendere nolueris: [f] an heres meus eo nomine tibi ſit obligatus: & retro, ſi alij vendideris, an heredi meo tenearis. Nam ſi quidem ſub conditione emptio facta videtur, poteſt agi: quemadmodum ſi quęuis alia conditio poſt mortem extitiſſet. Sin verò perinde mandati agēdum ſit, ac ſi alienum fundum emi mādaſſem: morte inſecuta, cum id ſcieris, reſoluto mandato, nullam tibi actionem cum herede meo [g] fore. Sed & ſi mandati agendum eſſet: eadem præſtanda, quæ præſtarentur ſi ex empto ageretur. [h]

Si mandauero quòd emas rem quam habes communem cum alio, certo pretio: aliorū partibus emptio tuam pro reſiduo pretio dare teneris. ſed ſi pretium determinatum non fuerit, tua pars boni viri arbitrio æſtimabitur. l. d. cum princip. l. ſequen. Bart.

a *Et in propoſito.* ſcilicet caſu primo. Accurſius.

b *Præſtare debeat.* iure conuentionis factæ per epiſtolam, quaſi incontinẽti fuerit facta durante adminiſtratione, ſecundū quoſdam. & ſic intelligunt. ff. de pac. iuriſgentium. §. idem Marcellus. Sed contra eos eſt infra ſolu. ma. l. quotiens. Dic ergo ſecundum Azo. hic data fuit pecunia procuratori nomine domini: & procurator incontinenti cōſumpſit, & epiſtolā domino miſit: & de vſuris cōuenit: quæ cōuentio cohęrentia traditionis veſtitur, vel nomine ſuo, vt dixi: & ſtatim epiſtolam miſit.

c *Neq; enim ſine.* iuſto dubito, an ex empto agatur tātum. nam videtur agi ex empto, neque enim &c.

d *Maxime quæri.* i. tūc erit hæc quęſtio neceſſaria, vt ſi forte &c.

e *Priuſ quàm emptio.* ſcilicet partis ſuę, ſcilicet procuratoris. erāt tamen aliorū partes emptæ. ſi enim emptę non erant, & deinde cōtingeret me mori antequam emeres, in nulla parte conſiſteret emptio: nec in partibus aliorū: quia finitum erat mandatū te ſciente, vt hic litera dicit. nec in parte tua, etiā ſi conditionalis dicat vēditio: quia nō extitit conditio: vtpote cū cæterorum partes emi nō poſſunt mandato reuocato. poſſet tamen & aliter reſpōderi. nam etiā ſi ſit morte reuocatum mandatū, verum eſt tamen procuratorē emere poſſe: non tamen aget mandati: ſicq; exiſtet cōditio, quę erat ſi aliorū partes emerentur: non autē duraret mādatum. Azo. & hoc caſu ex empto agetur, non mādati. & hęc verior. nam prima ſtare nō poteſt propter illa verba, quemad. ſi quæuis alienatio &c.

f *Nolueris.* tuā partem, de qua eſt quęſtio. Az.

g *Meo.* etiam ſi partes aliorum poſtea emeris, ſecundū ſecundam poſitionem.

h *Ageretur.* quæſtioni factæ ſuper actione mandati non reſpondet. ſed dic, mandati agi poſſe pro tua parte ratione aliorum: vt. ff. eo. ſi mandauero. §. Iulianus ſcribit. & argu. ff. de in diem addic. l. q; ſi vno. §. fi. & ff. l. proxi. ſuper actione ex empto reſpondiſſe videtur quòd ſic, ſupra dicendo, neque enim &c. Azo. & hæc vera niſi ſit extinctum mandatum morte mandantis. Quid autem, an ſit extinctum? Dic vt in alia gloſſa.

Fundum.]CAVS. Mādaui tibi vt emeres mihi fundū Cornelianum, qui ex parte tuus erat. quęritur an mandatū ita cōſiſtere poſſit vt redemptis aliis partibus & ad tuam præſtandam tenearis? Et dicitur quòd ſic. Sed pone quòd in fundo emendo ſtatui pretium. Dicitur quòd eodem pretio quo emis cæterorū partes, & tuam præſtabis: dummodo nō excedat pretiū hoc ſtatutum in mandato. Sed pone quòd nullum pretium ſtatui: tuq; partes aliorum diuerſis pretiis emeris. Dicitur quòd tuo pretio æſtimato in partes aliorum impenſo, tuā præſtabis arbitratu boni viri: ita tamen, quòd bonus vir coaceruet ſummas maiores & minores, & ſecūdum eas arbitretur. Sed pone in eo caſu in quo fuit ſtatutū certū pretium, quòd cōmode emiſti, & viliori pretio nūquid præſtabis partem tuam viliori pretio: quia pone quòd oportebat cæteros vendere vel neceſsitate rei familiaris, vel alia iuſta cauſa: nūquid oportebit te cognoſcere hoc diſpendiū, cū nullum lucrū ſentias: quia mandatum debet eſſe gratuitum? Certe non oportet, neq; tibi concedēdum fuit impedire venditionem, quia animoſiorem inuenturus es emptorē, quàm tibi mādatum fuit. Sed pone quòd mādaui tibi vt emeres fundum, & adieci quòd non aliter volebā teneri niſi totum emeres. ſi totum nō emiſti, ſed partem: geſsiſti tibi, non mihi negotiū: & ideo non tenebor: quia nō ſeruaſti mādatum, ſed ſponte ſuſcepiſti. ſed ſi mihi dictū fuit de hoc, & tu partem emiſti: licet aliorū partes emere non poteris, tamen eſt inter nos mandati actio. & hoc dicit cū. l. ſequen. Viuianus.

† *Iſte text. reputatur valde ſingularis: nec reperitur alibi, ſecundū Bart. hic.*

Cōiunge cū l. cum ſeruus. §. 63. de cōtra. empt.

i *Præſtare debeat.* id eſt occaſione partium heredū conſtitit mandatum, vbi dicitur, cū res pigneratas à creditore emit vnus de heredibus: vt ſupra communi diuidū. l. qui coheredes. Azo. & facit ſupra eodem. l. ſi mandauero. §. Iulianus. & ſupra. l. proxi. §. fina. & de in diē addi. l. quòd ſi vno. §. fina.

k *Coartabitur.* immò non ita omnino: vt. ff. l. proxi. §. ſimili modo.

l *Abundet.* id eſt excellat.

m *Tu coaceruet.* complectitur vtrāque, vt ipſa ſit inter eas media, ſecundum Ioan.

n *Quid enim.* bene dicit iuſtum pretium tuæ partis tibi præſtari, vel intereſſe: quid enim &c.

o *Cogerentur.* quæ tamen coactio non facit reſcindi contractū: vt. C. de reſcinden. vendi. non ideirco.

p *Deduceris.* certe non.

q *Lucrum.* vt in quo vilius cæterorum partes emeris, eo pluris tuam diſtrahas. Accurſius.

r *Neque enim.* mutat caſum, adducens per ſimilia. nam ſicut hic non attenditur lucrum, ſic nec ſupra &c.

ſ *Impedire.* Impedit, qui nimis caram dicit: vt infra de leg. iij. non dubium.

t *Emptorem.* ſcilicet alium. vel dicas centum habere potuiſſe: nō

XXXV. NERATIVS libro quinto Membranarum.

SI fundum qui ex parte tuus eſt, mandaui tibi vt emeres mihi, verum eſt mandatum poſſe ita conſiſtere, vt mihi cæteris partibus redemptis, etiam tuam partem præſtare debeas. [i] Sed ſi quidem certo pretio emēdas eas mandauerim: quanticunque aliorum partes redemeris, ſic & tua pars coartabitur: [k] vt non abundet [l] mandati quātitatem, in quam tibi emendum totum mandaui. Sinautem nullo certo pretio conſtituto emere tibi mandauerim, túque ex diuerſis pretiis partes cæterorum redemeris, & tuam partem viri boni arbitratu æſtimato † pretio dari oportet:

XXXVI. IAVOLENVS libro ſeptimo ex Caſsio.

ITa vt omnes ſummas maiores & minores coaceruet: [m] & ita portionē ei qui mādatum ſuſcepit, præſtet. quod & pleriq; probant. Simili modo & in illa ſpecie, vbi certo pretio tibi emere mandaui, & aliarum partium nomine commodè negotium geſsiſti, & vilius emeris: pro tua parte tantū tibi præſtatur, quanti intereſt tua, dummodo intra id pretiū quod mādato continetur. Quid enim [n] fiet, ſi exiguo pretio hi cū quibus tibi communis fundus erat, rem abiicere vel neceſsitate rei familiaris, vel alia cauſa cogerentur? [o] non etiam tu ad idem diſpendium deduceris: [p] ſed nec lucrum [q] tibi ex hac cauſa adquirere debes: cùm mandatū gratuitum eſſe debeat. Neque enim [r] tibi concedendum eſt propter hoc venditionē impedire, [ſ] quòd animoſiorem eius rei emptorem [t] eſſe, quàm tibi mandatum eſt, cognoueris.

non tamen præstabitur ibi nisi pretium iustum. & hoc dicit supra, neque enim &c.

a Vt apud Terē. Eunu. Opus facia vt desatiger vsque, ingratis vt dormiā. Nisi quis malis legere ingratus, qđ idem est, sed vetustius, quo Plautus in Curculione vsus est.

a *Ingratum.* al. ingratis, id est inuite.
b *Propius est.* id est verius est. Accursius.
c *In partibus.* cum habuisti in eo fundo partem.
d *Atq; in toto.* vt quãdo nullam partẽ in eo fundo habuisti. Acc.

In mandato de emendo rem communem cum pluribus, nisi tota redimatur, mandati actione non agitur si hoc est actum. secus si simpliciter est mandatum. Bartolus.

HOminẽ.] C A S V S. Fideiussi q̃ te ad præstãdum hominem, puta Stichum, & soluisti agam contra te mandati, quæritur an consequar æstimationem, cõsiderato tẽpore quo solutus fuerit? Dicitur q̃ sic, consideratо tempore quo solutus fuit. aliàs in stipulatiõe seruatur. nam si stipulatus sum certũ hominẽ, & is mortuus fuerit: quia præstatur æstimatio tẽporis quo agitur, nisi per stipulatorẽ steterit quo minus solueret: & primo casu spectatur tempus etiam præcedens: secundo subsequens: quia neutri debet eorum frustratio prodesse. Viuianus.

e *Hominẽ certum.* puta Stichum. Idem si incertum: puta in genere, dummodo quo viliorem poterit, dederit: vt infra eo. l. si fideiussorem. Accursius.

f *Debet.* hoc ideo, qa ab eo tẽpore videtur fuisse in mora. pone enim in fideiusione dictũ esse à fideiussore, vt statim cum ipse soluerit, velit debitorem sibi soluere. si dicas, ergo non differt stipulatio à mandato? Respõ. verum est, nisi in stipulatione mora præcesserit litis contesta. quia vtrobique soluerit tempore moræ. aliàs contra: vt hic subiicit. sed secũdum hoc nõ esset differentia, cũ vtrobiq; ex mora demum. vnde etiam hic non dicitur vt reus stat im cũ fideiussor soluerit teneatur: quia agitur ad itereſſe. & est alia differẽtia: quia in stipulatiõe species debetur: in mãdato quãuis speciẽ soluerim, in aliud tamen obligaui reum principalẽ, id est in æstimationem, secundum Ir. pro quo est. ff. eo. l. si procuratorem. §. mandati. & ideo interitu speciei nõ liberatur reus: quia etiam deperdita re nihilo minus verũ est interesse fideiussoris: non autem verum est speciem deberi re deperdita: vt. ff. de verborum obliga. l. si ex legati. sed Ioan. dixit, in mandato etiam hominem [illegible] in obligatione. sed prima verior est. Accursius.

g *Actio est.* vt hic, & ff. eo. l. si is qui. §. finali. & ff. de verborum obliga. l. quotiens. & ff. familiæ erciscun. l. si seruus. & ff. communi diui. sed postquam. & l. si Stichus.

h *Seruatur.* si mihi seruum certum promisisti, quẽ postea peto.

i *Quo agitur.* id est in quo fit lit. contesta. vt. ff. de noua. l. fundum Cornelianum. Accursius.

A k *Acciperet.* posterior mora nocet: vt hic, & ff. de pericu. & cõmo. rei vendi. illud. etiam post litem contestatam. Accursius.

L*Vcius.*] C A S V S. Quidam qui vocabatur Lucius, partẽ cuiusdam domus quam habebam secum communem, cuidam Publio Mæuio filio naturali commodauit obligãdam, non animo donandi. decessit Publius relicta filia pupilla. tutores eiꝰ & Lucius acceperunt iudicẽ de mutuis petitionibus. quæritur an domus pars liberari debeat. Marcellus respõ. an & quando liberari debeat, cõsiderabit iudex ex persona debitoris, & ex eo quod actũ fuit inter cõtrahentes, & aliis qui in litera cõtinentur. Et est earum specierũ iudicialis q̃stio, quæ consueuit frequẽtissime agitari, nõ tamẽ similis priori, si fideiussor antequã soluat possit agere mãdati, vt liberetur ab obligatione. Et respon. q̃ sic. neque enim debet expectare vt semper soluat: maxime si diu steterit in obligatione: neque si nõ habeat paratam pecuniã, quam soluat, reum statim cõueniat. Viuianus.

l *Permisit.* cõmodando. Accursius.

m *Ex persona debitoris.* si sit inops factus.

n *Ex tempore.* puta si diu steterit: vt. ff. ea. l. & ff. soluto matrim. l. si cõstante §. penulti. *Ita, Flo.*

o *Quæstio.* id est inquisitio, & definitio. & hãc expositionem inuit sequens verbum, per quas res &c. si enim ponat̃ quæstio q̃ querela, vt sæpe fit, nõ bene subiũgeret: quia sic per quæstionẽ non tollitur dubitatio, sed magis inducitur. Accur.

p *Agitari solet.* quæ subiicitur statim, fideiussor &c.

q *Liberetur.* certe regulariter nõ: licet quãdoque sic: vt hic subiicit, nec &c. Accursius.

r *Condẽnetur.* Hic nota quòd in casibus etiã antequam soluat fideiussor, agit mandati. Primus, si condemnetur: vt hic. Secũdus, si diu steterit in obligatione: vt hic. Sed quantum tempus intelligitur diu? Respon. decẽnium: vt infra qui & à qui. ma. l. si fideicommissa. §. Aristo. vel verius arbitrio iudicis: vt. ff. de iur. delibe. l. j. in fine. Tertius est, si obtulit & consignauit & deposuit: vt. ff. eo. l. qui mutuã. §. fideiussor. Quartus, si hoc actum est vt ad tẽpus teneatur: vt. ff. ea. l. & C. e. l. si pro ea. Quintus, si cœpit sua bona dissipare reus: vt hic. aliàs non, nisi soluatur vt. ff. de condictione indebiti. l. indebitum. Accursius. *Fideiussor quandoquidem ante solutum agere potest.*

ET *Aristoni.*] C A S V S. Quæritur an depositum & mandatum ita contrahi possint, vt res sit periculo depositarij & mandatarij? Dicitur quòd sic. & hoc placuit Aristoni & Celso patri. Viuianus.

f *Periculo.* quod culpa etiam leuissima contingeret. sic enim &

Qui obligauit pro alio pignus, vel se, potest agere antequam soluat, vt liberetur in casibus hic expressis. Bartolus.

XXXVIII. MARCELLVS libro singulari Responsorum.

LVcius Titius Publio Mæuio filio naturali domum cõmunem permisit l nõ donationis causa creditori filij obligare: postea Mæuio defuncto, relicta pupilla, tutores eius iudicem aduersus Titium acceperunt, & Titius, de mutuis petitionibus. Quæro, an domus pars, quam Titius obligandam filio suo accõmodauit, arbitratu iudicis liberari debeat. Marcellus respondit, an, & quando debeat liberari, ex persona debitoris, m itémque ex eo quod inter contrahentes actum esset, ac tẽpore n quo res de qua quereretur, obligata fuisset, iudicẽ æstimaturum. Est enim earum specierum iudicialis quæstio, o per quam res expediatur: non absimilis illi, * quæ frequentissimè agitari solet, p an fideiussor & prius quàm soluat agere possit, vt liberetur. q Nec tamẽ semper expectandum est vt soluat, aut iudicio accepto cõdemnetur, r si diu in solutione reus cessabit, aut certè bona sua dissipabit: præsertim si domi pecuniam fideiussor nõ habebit, qua numerata creditori, mandati actione conueniat.

Per pactum potest quis se astringere ad casum fortuitum. Bartolus.

XXXIX. NERATIVS libro septimo Membranarum.

ET Aristoni & Celso patri placuit, posse rem hac conditione deponi, mandatúmque suscipi, vt res periculo f eius sit,

& alibi ponitur.ff.commo.l. si vt certo .§. commodatum autem. & supra depos.l.j.§.sæpe. sed hæc culpa etiã sine pacto venit in mandato,secũdum Ioan.vt C.manda. l.à procuratore. licet alij contra.sed in depositio nó,nisi ex pacto.vnde secundũ nos operaretur casum fortuitum,ne nil operaretur:arg.infra de lega.j.l. si quando. circa mandatum autem, si loquaris de extrinseco periculo, non de eo quod in re cõtingeret,esset pactum necessarium: vt supra eo.l.ita.§. quòd si fundum. in casibus autem fortuitis qui sine culpa & sine mora contingunt,pactũ speciale est necessarium: vt dixi. ff. si quis caus. sed & si.§. quæsitum. Accursius.

† *Ange. in §. alimẽ. inst. de act. in.15.col.dicit ipse tex. sing. ad hoc quod prætextu sine denunciatio plubitionis ipsius domi mercatores, est tacita importantia, vt post eam faciam gestor meus habeat actionem etiam vtilẽ, quãuis vti ter gesseris. similiter tex. est tamen in l.fi.e. titu. C. tibi, nullã actionem, &c.*

Si pro te.] CASVS. Titius qui pro me (qui præsens eram, & vetabam) fideiussit:an habeat actionem mandati? Dicitur ꝙ non, licet quidam dicant sibi cõpetere:quod non est verum.Viuianus.

a *Nec mandati.*vt supra eodem. l.si remunerãdi.§.si passus. Ac.

b *Negotiorum gestorum.* vt C.de neg.gest. l.finali.

c *Non consentio.*est ergo hoc aperte contra Azo. qui vtilẽ dabat. & sic est contra eum supra de negotiis gest. l.si ex duobus.in fine.

Potest.] CASVS. Dicit iurisconsultus ꝙ aliquando contingit quòd mandati actio tantũ datur ab vna parte.& est exemplum:si tibi mandaui vt fundum emeres pro certo pretio, & tu fueris egressus fines mandati, habeo actionem mandati contrá te:& tu non contra me. Viuianus.

d *Dari.* Nota mirabile: quia licet sui natura pariat obligationem hincinde,tamen quandoque contra:vt hic. sic etiam in locatione:vt.j.loca. l.si vno.§.interdum.sic & in emptione: vt C. de actio.empt.l.Iulianus.§.si quis à pupillo.& institu. de auctо. tuto.§.j.Accursius.

e *Mandatum.* aliud prorsus faciendo: vt si emit domum Sempronianam,cum ei fuerit mandatum vt emeret Seianam: vt supra eo.l.diligenter.secundum Io.Vel dic,nisi quod ex mandato impendit.tunc enim in idem competeret:vt supra eo.l.sed Proculus.secundum Azo.

Si mandauero.] CASVS.Volebam vendere hereditatem mihi delatam:mandaui tibi vt inquireres vires eius:denũtiasti mihi quòd non erat bona:& quòd volebas eam emere: emisti pro l.cum valeret.c.teneris mihi mandati.hoc in prima. Idem est si si cum volebam mutuare Titio,mandaui tibi vt inquireres vtrũ esset idoneus:quia teneris mandati. Viuianus.

f *Minor sit.* aliàs,minoris sit &c. Accursius.

g *Teneberis.* & hoc intellige quando non induxisti me dolo vt venderem, sed vt parum venderem. aliàs ipso iure non valeret contractus, & de dolo ageretur: vt infra de act. empti. l. Iulianus.§.si venditor.&.§.per contrarium.& supra de dolo. & eleganter.in principio.Accursius.

h *Idoneum.* cum non erat. Io. sed si sine mãdato eum idoneum mihi affirmasti tui lucri causa,de dolo teneris:vt supra de dolo. l.quòd si cum scires.

Qui mandatum.] CASVS. Mandaui tibi vt pecuniam mutuam crederes vsque ad certum diem.an possim conuenire te iudicio mandati?Respon.quòd sic:vt scilicet act. cedas in illum diem in quem contraxisti.

i *Collocaret.* id est pecuniam mandatoris mutuam daret in certum diem reddendam. Accursius.

k *Actionibus.* ex hoc enim agitur mandati, vt fiat prius ꝙ detur:vt.j.eo.l. si mandato meo.§. quotiens. sic & agitur mandati vt cedatur actio.ff. depos. l.j.§. si vero tuo nomine. & .ff.eod.l. idemque.§.si cui mandauero. Accursius.

l *Dolus. Persequi potest.* persecutionis verbo, extraordinaria persecutio cõtinetur:& fideicõmissi persecutio:vel si qua similis extraordinaria inueniatur:vt.j.de verborũ significatione. l. pecuniæ verbũ.§. hæc actio. secundum Azo. Vel dic quòd hic ponitur etiam pro ordinaria actione in rẽ: vt quia pecuniã mandantis sub pignore mutuauit:& non vult hypothecaria agere, vel rei vindicatione, vt quia rem emit mandato domini,& non fuit domini nisi domino quæsitũ:vt qa nec trades nec accipiẽs hoc gestiuit. & sic intelligitur infra de adquiren. rerum do.l. res ex mandato. quod autem subiicit, exegerit, scilicet actione in personam: quod potest exigere,vt quia habet mandatũ:aliàs non potest: & non esset in dolo: vt hic, & supra de neg.gest.l.si pupilli.§.fin.& .l. sinautem. & de peti.here. sed & si lege.§. quod autem ait.& .l.si quid possessor.§.illud.nam habere videtur, qui potest exigere:vt.j.solu.mat. l.si vero.§.peruenisse. Accursius.

Ex tit. qua in fraud. cred.

† *exigere potest, aut solvere.*

m *Exegerit.* de hoc habes hic,&.ff.eo.l.si procuratorem.§.dolo.&.ff.depos.l.j.in fi. Et not.quòd hæc lex fingit dolum.sic & aliàs.j.ad.l. Falc. dolo. & hac ratione videtur quòd ille qui scit se mihi in aliquid teneri,& non soluit cum exigo,sit in dolo:quod patet in authen.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opor. & quia plerunque damnati infamantur:vt.ff.de insa. furti.§. mandati. & plerunque in litem iuratur:quod non fit nisi propter dolum:vt.ff.de in lit.iur.l. in actionibus. Item periculum in debitorem transfertur, etiam si non erat:vt.j.de leg.j.cum res.§.fin. Accursius.

Si mandatu.] CASVS. Mãdaui tibi vt emeres mihi fundum. Emisti,& pretium vsque ad mensem soluere promisisti. an iudicio possis me conuenire vt accipiam obligationem,ex qua actio competit contra te venditori?Respon.quòd sic:quia ego agere potero vt cedas mihi actio.empti contra venditorẽ.hoc in prima.Sed quid si mandaui tibi vt ageres nomine meo aduersus Titiũ:& pendente iudicio vis me conuenire iudicio mandati, vt transferam in me iudicium:an sit audiẽdus,quæritur. Et respon. quòd non. hoc in secunda. Sed quid si gessisti negotia mea,& cum mandato vel sine,non curo, & creditori meo soluere promisisti,an ante solutionem possis agere vt suscipiam obligationem?Respon.quòd sic.sed si noluit creditor mutare obligationem,cauebo me te defensurũ.hoc in tertia. [*SI IVDICIO.*] Si promisisti te iudicio sisti sexta die:an ante diem agere possim vt me liberes? Et dicitur quòd sic. [*SED SI.*] Mandasti mihi vt pro te creditori tuo soluerẽ:& ego promisi: & hoc nomine condemnatus sum:an mihi mãdati tenearis? Et respon. quòd sic. [*QVOTIENS.*] Quandoque aliquis mandato alterius se obligat:& antequam soluat,agere potest mandati: sed non ad hoc agit vt mandator soluat, sed vt mandator eum liberet: nec sic incõtinenti soluere tenetur: & sicuti æquum est cum qui act. est nactus,post mandatũ alterius mandati iudicio cum præstaret ita æquum est vt liberetur hac act.[*QVOD MIHI.*]Teneberis mihi in. c. ad mandatum tuum stipulatus sum ea animo nouandi à debitore tuo. agere potero mandati ad consequendum quod minus à debitore tuo seruare potero. Videbatur quòd nõ quia is qui debitorem suũ delegat,se liberat, sed secus est in isto casu:

qui depositum vel mandatum susceпit. quod & mihi verum esse videtur.

Prohibitio impedit actionem mandati, & negotiorum gestorum. Bartolus.

XL. PAVLVS libro nono ad Edictum.

SI pro te præsente & vetante fideiusserim, nec mandati [a] actio, nec negotiorũ gestorum [b] est. Sed quidã vtilem putant dari oportere:quibus non† consentio, [c] secundum quod & Pomponio videtur.

XLI. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale.

POtest & ab vna dumtaxat parte mandati iudicium dari. [d] Nam si is qui mandatũ [e] susceпit,egressus fuerit mandatũ: ipsi quidẽ mandati iudiciũ non competit:at ei qui mandauerit, aduersus eum competit.

Si mandatarius mandantem decipit, actione mandati tenetur. Bald.

XLII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

SI mandauero tibi vt excuteres vires hereditatis, & tu, quasi minor [f] sit,eam à me emeris, mandati mihi teneberis. [g]

Tantundem & si tibi mandaui vt vires excuteres eius cui erã crediturus,& renũtiaueris eum idoneum [h] esse.

XLIII. IDEM libro vicesimotertio ad Edictum.

QVi mandatum susceпit vt pecunias in diem collocaret, [i] ísque hoc fecerit: mandati conueniendus est, vt cum dilatione temporis actionibus [k] cedat.

Qui nõ vult facere id ad quod scit se teneri,& potest:est in dolo. Bartolus.

XLIIII. IDEM libro sexagesimosecundo ad Edictum.

DOlus est,si quis nolit persequi quod persequi [l] potest: aut si quis non exegerit [m] quod exigere,† soluere.

Mandati actione potest agere mandatarius,cum mandatum impleuerit:aliàs nõ. Bartolus.

XLV. PAVLVS libro quinto ad Plautium.

SI mandatu meo fundũ emeris,vtrum cum dederis pretium,ageres mecũ mandati: an & antequam des,ne necesse habeas res tuas vendere? Et rectè dicitur, in hoc esse mandati

casu: quia hæc delegatio erat facta periculo delegantis. hoc in prima. Viuianus.

a *Vt suscipiam obligationem.* Queritur, quare antequam soluat agit, cum fideiussor non possit, nisi prius soluat: præterquam in casibus: vt dixi supra eo.l.Lucius? Respon. quia fideiussor de soluendo se obligasse videtur: vt supra de cõdic.inde l. indebitũ. & dixi supra de neg.gest. l.si quis mandato. Item not.hic ex parte rei fieri procuratorem in rẽ suam: vt supra fami.ercis.plane.in fi.&dixi.ff. de condic. inde. l. fin. §.Titius. sed nisi creditor velit mutare, cauebo tibi: vt infra. ij. respon.

b *Actionem.* vt supra eo.ita vt omnes.in fin. & ar.supra qui mandatum suscepit. Et sic no. quòd vbi emolumentum, ibi & onus: vt infra de vulga. substitu. & si contra tab.in fi.

c *Sine iusta causa.* quæ multę sunt: vt supra de procura. filiusfa. §. fin. & legibus sequen.

d *Mandatũ.* & ita adiuuari, non decipi beneficiis nos oportet: vt supra commo.l. in cõmodato. §. sicut. sic & tutelæ non potest agi nisi finito tutelæ officio: vt infra de tute. & ra.distra.l.nisi finita.in principio.

e *Certũ.* vel cum mandato, vel sine mãdato: & dic omnia. Sed quid si mando tibi vt creditori meo ꝓmittas animo nouandi? Respon. idem. secus si vt fideiubeas pro me animo nouandi: vt not. infra in §.si iudicio.in fine.

f *Defensum iri te.* scilicet à me.

g *Vt me liberes.* sic enim impletum est mãdatum. nam iuxta quod mandatum fuit, promisit vt sisteret: nec per eum stetit quin sisteret: itaque stipulatione commissa potest agi vt liberetur. Accursius.

h *Factus sim.* scilicet possum agere vt me liberes. secus autem in fideiussore. & est ratio: quia reus promittendi reum principalem liberat, cum obligationem animo nouandi suscipiat: vnde agit quasi soluisset: vt supra eo. inter causas. §. si is q fideiussori. fideiussor verò ipsa fideiussione non liberat: vnde non agit nisi soluerit: nisi in casibus: vt supra eodem.l. Lucius. Azo. Vel si velis dicere, dicas quòd fuit pro te reus promittendi non patiẽdo te obligari: quo casu etiam quandoque videtur impletum mandatum, cum à futura obligatione te liberaui.

i *Diximus.* ff. primo, secũdo, tertio, quarto, quinto, & sexto resp.

k *Faciendi causa.* scilicet vt liberet, vel vt actionem cedat: vt in primo casu huius legis. Accursius.

l *Cogimur.* nos scilicet procuratores.

m *Iudicio.* directo.

n *Obligatos.* nos procuratores.

o *Actionem.* contrariam.

p *Sumptus* [illegible]a in litem: vt supra de procu.l. qui proprio. §. litis. vel ad fructus colligendos: vt supra eo.l.idémque. §. item Labeo. & alios similes: vt infra. e. si is. §. fin. vel etiam si fideiussi pro te in contractu, in quo pœnam promisisti, in quam incidimus. vel accepi interim mutuam pecuniam sub pœna, vel vsuris: & solui totum: & sic summa multiplicabitur. Accursius.

q *Stipulatus sum.* animo nouandi.

r *Periculo tuo.* te mandante.

s *Mandati.* imò pristina actione videtur debere agi: vt supra de procu.l.licet. §.ea. quæ est contra. solu. ibi non agitur mandati: quia ibi nil plus veniret in eam quàm in primam, quæ erat similiter bonæ fidei: hic autem prima erat stricti iuris. hęc vero bon. fid. & ideo quia plꝰ est in ea, tenet: vt argu. instit. de leg. §. ex cõtrario. & j. de leg. iij l.si mulier. §. si rem. licet *fideiussor* hæc vltima ad aliquid *sumptus* posset notari cõtraria. *quos feci* Vel (quod verius est) *in lite, vel* hic agitur mandati, & *tit à reo.* nõ prima actione: quia iure nouationis subrogata erat mandato debitoris: vt in fine huius legis dicitur. vnde & ipse mãdati, nõ prima actione, conueniri potest: vt.l. cõtraria diximus. Item est cõtra infra de verbo. obliga. l. qui bis. nam hic bis se obligauit. Respon. bis quem obligari pro eadem re non est prohibitum, imò permissum: vt hic, & infra de fideiuss. l. heres à debitore. §. nõ est. sed bis soluere sic: vt in. l. contraria: vt & infra de regu. iuris. l. bona fides. certè imò & hic tollebatur prima, cum nascebatur secunda. Accursius.

† *Nec quid*

t *Tuam.* aliàs meam: & aliàs tuam. sed habeas meam. vnde non videbat tenere: sed tamẽ tenet: vt hic, &. ff. e. si mãdauero. § iterdũ.

u *Liberatur.* animo nouandi à prima obligatione & secunda.

x *Idem iuris.* supra de procu.licet. §.ea. in fi. contra. sol. vt ibi.

y *Egissem.* animo nouandi.

z *Mandato.* id est, propter mandatum, quod parit sequentem actionem mandati contra fideiussorem.

a *Liberatur ex priore causa.* & ex nouo mandato incipit teneri. qui enim delegat, soluit quantum ad primam obligationem: vt ff. ad Velleia. quamuis. §. interdum. & infra de noua. l. delegare.

Reus tenetur fideiussori ad id in quo creuit obligatio seu condemnatio. Bartolus.

Si fideiussor multiplicauerit summam in quam fideiussit, sumptibus[p] tex iusta ratione factis: totam eam præstabit is pro quo fideiussit. Quod mihi debebas, à debitore [tuo] stipulatus sum[q] periculo[r] tuo. posse me agere tecum mandati[f] in id quod minus ab illo seruare potero, Nerua [&] Atilicinus aiunt: quamuis id mandatum ad tuã[t] rem pertineat. & merito. Tunc enim liberatur[u] is qui debitorẽ delegat, si nomen eius creditor secutus est: non quum periculo debitoris ab eo stipulatur. Idem iuris[x] est si mandatu fideiussoris cum reo egissem:[y] quia sequenti mandato[z] liberaretur ex priore causa.[a]

Si fideiussor soluit aliud vilius vt principalem liberet ab obligatione maioris, mãdati actione repetit. Bartolus.

XLVI. IDEM libro septuagesimo quarto ad Edictum.

C SI quis pro eo spoponderit, qui ita promisit, si Stichum non dederis, centum milia dabis? & Stichum redemerit vilius, & soluerit, ne centum milium stipulatio committatur: cõstat posse eum mandati agere.[b] Igitur commodissimè illa forma in mandatis seruanda est, vt quotiens certum mandatũ[c] sit, recedi à forma nõ debeat:[d] at quotiens incertum,[e] vel plurium causarum:[f] tunc licet aliis

D *SI quis.* IAVOLENVS. Habẽs propositũ dãdi tibi Stichũ, dixi tibi, si nõ dedero tibi Stichũ, dabo tibi cértũ nomine pœnæ. & fideiussorẽ dedi. fideiuss. redemit Stichũ à Titio cuiꝰ erat, & tibi soluit. an possit cõuenire me mãdati, querit. Et respõ. ꝙ sic. videbat ꝙ nõ: qa Stichus nõ erat ī obligatiõe. hoc ī prima. In secũda ꝓponit duas regulas. Prima est, ꝙ quotiẽscũq; qdẽ certũ est mãdatũ, nõ est recedẽdũ à forma. Secũda est, ꝙ quãdo mãdatũ est incertũ, id est de re incerta: puta vt emas seruũ: vel si vna res est in obligatione, vt in superiori casu: tũc licet aliter fiat quàm sit mãdatum: dum tamen expediat mandanti, erit mãdati actio. Viuia.

b *Mandati agere.* videbatur contra: quia quod soluit, in obligatione non erat: vt infra de act. & obli. l. obligationum fere. §. fin. & infra. l. proxi. §. si is. Accursius.

c *Certum mandatum.* id est de re certa, vel facto.

d *Non debeat.* vt supra eo.l. diligenter.

e *Incertum.* id est de re incerta: vt emas seruum in genere. vel etiam de re certa, sed incerto modo: puta de Sticho emendo: sed non taxato pretio: vt supra eodem.l. præterea.

f *Pluriũ causarũ.* vt vnius rei quæ sit sub cõditione ī obligatiõe: alterius quæ sit tantum in solutione: sicut supra posuit in casu.

Præstationibus.

a *Præſtationibus.* id eſt alia præſtatione.
b *Expedierit.* vt in caſu propoſito,vbi ſolui Stichum expediebat:licet in obligatione non erat. Accurſius.

Iulianus.] CASVS. Debebam Titiæ decem, & Seius pro me fideiuſsit: Titia nupſit Seio: & ei illa decem, pro quibus nomine fideiuſſor io obligatus erat,promiſit:an ſtatim poſsit me cõuenire manda. quæritur. Et reſpon. q̃ ſic: quia onera ſuſtinet matrimonij: & ſic non habet ex cauſa lucratiua. [*SI IS.*] Promiſisti mihi hominem:& Titius q̃ te fideiuſsit: Stichũ ſeruũ alienũ mihi ſoluit.an tibi cõtingat liberatio,vt Titius poſsit te conuenire manda.quæritur. Et reſpõ. quòd non. hoc in prima.Sed ſi Stichum vſu cepit,contingit liberatio: & Titius aget mãda.hoc in ſecunda. Viuianus.

c *Iulianus ait.* Caſus eſt, quòd quidam fideiuſſerit pro alio apud mulierem creditricẽ: dum idẽ fideiuſſor eãdem mulierem in vxorem acciperet:idem fideiuſſor paſſus eſt dotem vxorem promittere ſibi,quam ipſe debebat ex fideiuſsione. Accurſius.

d *Abeſſe ei pecunia.* quaſi dicat,non eſt liberatus ex cauſa lucratiua: vt infra de actionibus & obligatio.l.ex promiſsiõe.quod ſi eſſet, non ageret: vt. ff. eodem.l.idem.§.finali. Accurſius.

e *Si is qui pro te hominem.* in genere.& ideo mala ratio:quia in multis caſibus agit fideiuſſor etiam antequã ipſe vel reus liberetur:vt.ff. eod.l.ſi mandato meo. §.quotiẽs. &.l.Lucius. &.C.eod.l.ſi pro ea.& ideo dicit quòd non agit,eo quòd te liberauerat: ſed ibi nec alia ex cauſa agit:quia nullus de illis caſibus eſt.

f *Contingere.* vt infra de euict.l.qui alienam.& infra de ſolu.l.is qui alienum.

Quintus.] CASVS. Accepi mutuam pecuniam à Titio ſub vſuris:& Seius pro me fideiuſsit: conuẽtus ego nolui ſoluere vſuras,dicens nõ eſſe promiſſas:vel promiſſas,ſed nudo pacto.fideiuſſ.volẽs bona fide agnoſcere eas,ſoluit:an iudicio mandati poſsit eas cõſequi? Et reſpõ.q̃ nõ.Sed quid ſi cõſuetus fuerit fideiuſ.& ego denũtiauero ne vſuras ſoluat:& ip̃ter cõſeruationẽ famæ ſuæ ſoluat:an repetere poſsit? Et reſpõ. q̃ ſic:quia in primo caſu nõ fecit fideliter:licet fideiuſſ. ſoluit.ſi velit mihi adimere ius meũ,per quod nego pecuniã deberi ſub vſuris:in poſteriori caſu nõ debet fideiuſ.verſari i dãno. [*CVM MANDAVERO.*] Mãdaui vt pecuniã tuã meo nomine Titio mutuares,& meo periculo.an cõſiſtat mãdatum? Et reſpõ.q̃ ſic. hoc in prima.Si vero vt mutuares tuo nomine, & tuũ ſit cõmodũ & periculum:potius eſt conſilium,quàm mandatum. Viuia.

g *Vellet.* vel falſo:vel etiã qa pacto tenus tãtũ debitæ erãt. Ac.
h *Soluendo.* ſcilicet extra iudicium. Accurſius.

præſtationib⁹ a exſoluta ſit cauſa mandati, quàm quæ ipſo mãdato inerant:ſi tamen hoc mandatori expedierit, b mandati erit actio.

Abeſſe videtur deo eo ipſo,quòd maritus ſuſtinet onera matrimonii. Bartolus.

XLVII. POMPONIVS libro tertio ex Plautio.

IVlianus ait, c ſi fideiuſſori vxor doti promiſerit quod ei cauſa fideiuſſoria debeat, nuptiis ſecutis conſeſtim mandati aduerſus debitorem agere eum poſſe: quia intellegitur abeſſe ei pecunia, d eo quòd onera matrimonij ſuſtineret.

Solutio quando non liberat debitorem, non parit actionem mandati: ſed reconciliata ſolutione naſcitur actio. Bartolus.

Si is qui pro te hominem e dare fideiuſsit, alienum hominem ſtipulatori dederit: nec ipſe liberatur, nec te liberat: & ideo mandati actionem tecum non habet. Sed ſi ſtipulator eũ hominem vſuceperit, dicendũ eſſe Iulianus ait, liberationem contingere. f Eo ergo caſu mãdati actio poſt vſucapionẽ demum tecum erit.

Qui parcit pudori alterius ad alterius commodum, non excuſatur. ſecus in eo qui parcit pudori proprio. l.d. & ſingularis eſt caſus iſte. Bartolus.

XLVIII. CELSVS libro ſeptimo Digeſtorum.

QVintus Mucius Scæuola ait, ſi quis ſub vſuris creditam pecuniam fideiuſsiſſet, & reus in iudicio conuentus cum recuſare vellet g ſub vſuris creditam eſſe pecuniã,& fideiuſſor ſoluẽdo h vſuras poteſtatẽ recuſandi eas reo ſuſtuliſſet: eam pecuniã i à reo non petiturum. Sed ſi reus fideiuſſori k denuntiaſſet, vt recuſaret ſub vſuris debitam eſſe, nec is propter ſuam exiſtimationem l recuſare voluiſſet: quod ita ſoluerit,à reo petiturũ. hoc bene cẽſuit Scæuola. Parũ enim fideliter facit fideiuſſor in ſuperiore caſu, q̃ poteſtatẽ eximere reo videtur ſuo iure vti. m Cæterũ in poſteriore caſu nõ oportet eſſe noxiæ fideiuſſori, ſi ipſe pepercisſet pudori n ſuo.

Mandatum quod ſit ſolum gratia mãdatarii, non eſt obligatorium. Vel ſic: Mandatum quod referatur ad vtilitatem mandãtis, eſt verum mandatum. ſecus ſi ad vtilitatem ſolius mandatarii. Baldus.

Cum mando tibi, vt credendo pecuniam o negotium mihi geras,mihíque id nomẽ præſtes, meum in eo periculum, meum emolumentum ſit:puto mandatum poſſe conſiſtere. Cæterùm vt tibi negotium geras,tui arbitrij ſit nomen, id eſt vt cuiuis credas,tu recipias vſuras, periculum dumtaxat ad me pertineat:iam extra mandati formam p eſt: quemadmodum ſi mandem vt mihi quemuis fundum emas.

Qui vendidit vt procurator,de euictione tenetur. Et ideo ſi euincit,exceptione repellitur. Item qui mandauit vendi rem ſuam ex vna cauſa, quam ſuam probat, ex alia cauſa non poterit vindicare. l.d. quam. l. no. quia eſt ſortis. Bartolus.

XLIX. MARCELLVS libro ſexto Digeſtorum.

SEruũ Titij q emi ab alio bona fide,& poſsideo. mãdato meo eũ Titius vẽdidit,cũ ignoraret ſuũ eſſe.vel cõtra ego vẽdidi illius r mãdato,cum fortè is cui heres extiterit, eum emiſſet s. De iure euictionis t & mandato u quæſitum eſt.

A i *Pecuniam.* id eſt vſuram:quia de ea tantum erat quæſtio.
k *Fideiuſſori.* conuento.
l *Exiſtimationem.* id eſt famam bonam conſeruandam. ſic ponitur infra de var.cog.l.cognitionem. Accurſius.
m *Suo iure vti.* ſ. negãdo vſuras deberi vel iuſte vel iniuſte: vt dixi.
n *Pudori.* Not.argu. emptorẽ poſſe de euictione agere, etiam ſi de calumnia nõ iuret, cum ſciat rem pertinere ad actorem:quia nõ debet compelli periurare:vt hic, & infra de actio.emp.l. emptorẽ. in princi. &. j. de adminiſtra.tutorũ.l.quotiens.§.ſicut.& arg.ſupra de in lit. iur. l. videamus.§.primo. &.ff. tit.j.l.bona fides.§.incurrit. *Emptor quandoque de euictione agere poteſt.*
o *Pecuniam.* tuam.
p *Formam.* quę videtur potius cõſiliũ fuiſſe,quàm mãdatũ obligatorium: vt.ff.eo. l.ij. §.finali. & ideo nõ datur mandati actio, niſi quando aliàs non eras mutuaturus: vt diximꝰ ſupra eod.l.ſi remunerandi.§. apud Iulianũ.

Seruum.] CASVS. Habebã ſeruũ: Titius eũ emit à non domino:mãdauit mihi vt eum venderem: & vẽdidi eum ignorans eſſe meum.poſtea comperi eum fuiſſe meũ:an Titius poſsit agere cõtra me manda.ne pretium peratꝰ Et reſpon.quòd nõ:& aſtrictus ſum ad tradendũ emptori: neque eũ vindicare poſſum,ſi tradiderim: ſed Titiꝰ mihi tenet mã. ſi in aliquo mea interfuit,vt ſi eum aliter nõ eſſem venditurus. Sed pone quòd habebã ſeruum:& Titius eũ emit à nõ domino bo.fi.cui Titio ſucceſsi. mãdaui procuratori meo vt ipſum vẽderet:quia credebam eum meum eſſe ex cauſa hereditaria,cũ aliàs eſſet meꝰ:an mihi vindicanti ſeruum ab emptore,obſtet exceptꝰ Et dicitur q̃ ſic. ſed contra eum qui vendidit eum teſtatori meo, habeo regreſſum nomine euictionis. Viuianus.

q *Seruum Titii.* Duos ponit caſus: thema primi procedit vſque illuc,vel contra.quæſtio eiuſdem eſt ibi, & de mandato quæſitum eſt,an ſcilicet detur actio mandati directa,vel contra. Solu. etiam conſequenter ponitur,& puto Tit. &c. vſque illuc, contra mandator ſi rem & c. Alius caſus incipit ibi, vel contra. & eius quæſtio conſequenter ponitur,de iure euic. quæſitum eſt. Solu.autem eſt in fine.contra mãdator ſi rem &c. dic ergo,ſeruum Titij &c.
r *Illius.* ſcilicet Titij veri domini.
ſ *Emiſſet* à non domino,cum Titius erat domi[illegible]. cum ex ancilla ſua erat natus.
t *De iure euictionis.* in ſecundo caſu. Azo.ſed certe & in primo ſimiliter de eo tractatur. Accurſius.
u *Et mandato.* in primo caſu. Azo.ſed certe in ſecundo ſimiliter de eo tractatur.

Et puto[a] Titium, quãuis quaſi procurator vendidiſſet, obſtrictum emptori:[b] neq; ſi rem tradidiſſet, vindicationem[c] ei concedendam: & idcirco mandati [eum non teneri:[d] ſed cõtraria mandati] agere poſſe, ſi quid eius interfuiſſet, quia fortè venditurus nõ fuerit. Contra mãdator[e] ſi rem ab eo[f] vindicare velit, exceptione doli ſummouetur,[g] & aduerſus vẽditorem teſtatoris ſui habet ex empto[h] iure hereditario actionem.

Qui ſoluit pro fideiuſſore, poteſt ab eo repetere, & fideiuſſor à principali. Bart.

L. CELSVS libro trigeſimo octauo Digeſtorum.

SI is qui negotia fideiuſſoris gerebat,[i] ita ſoluit[k] ſtipulatori, vt reum fideiuſſoremque liberaret, idq; vtiliter fecit, negotiorum geſtorum actione fideiuſſorem habet obligatum: nec refert, ratum habuit[l] nécne. fideiuſſor etiam[m] antequam ſolueret procuratori[n] pecuniam, ſimul[o] ac ratum[p] habuiſſet, haberet tamen mandati actionem.[q]

Fideiuſſor repetit debitum quod ſoluit, ſi quid vltra ſoluerit. Bartolus.

Siue cum frumentum[r] deberetur, fideiuſſor Africũ[s] dedit, ſiue quid ex neceſsitate ſoluendi plus impẽdit,[t] quàm eſt pretium ſolutæ rei: ſiue Stichum ſoluit, ſique deceſsit, aut debilitate flagitióve ad nullum pretium[u] ſui redactus eſt, id mandati iudicio conſequeretur.[x]

Soluens ante diem per errorem iuris vel facti minus probabili, non repetit: nec ante diem mandati agit. Baldus.

LI. IAVOLENVS libro nono ex Caſsio.

B FIdeiuſſor quamuis per errorem[y] ante diem pecuniã ſoluerit, petere tamen ab eo[z] non poteſt: ac ne mandati quidem actionẽ antequã dies ſoluendi veniat, cum reo habebit.

In obligatione generis, liberatur quis dãdo viliſsimum quod eſt in ipſo genere. Bar.

LII. IDEM libro primo Epiſtularum.

p *Statu.* adeo vt non possit socius eas intendere nisi cessas: vt subiicit: sed tunc vtiles tantum nomine suo, directas autem nomine cedentis: in casu tamen etiam sine cessione intẽdit socius, vt ex pacto magistri societatis: vt. ĩ. de pac. l. item magistri. & .l. seq. Item ex pacto socij, qui conducit publicum locum fruendũ: vt infra de loc. public. fru. l. j. in princ. & §. j. Accursius.

q *Cum specialiter.* id est expresse: vt. ĩ. eo. l. cum duobus. §. item Pomponius. & §. socium. & .l. si societatem vniuersorum. secus si simpliciter contrahat: vt infra eo. l. coiri. & .l. quæstus. & .l. nec adiecit. quæ sunt contra.

r *De illo quæritur.* quia communicabitur.

s *Iusta hereditas.* b incerti hominis. alioquin non valet: vt C. de pac. l. fin. quæ est contra.

t *Ex testamento.* quæ etiam legitima dici potest: quia lege confirmatur: vt infra de verb. signi. l. lege. Azo.

b Ista hereditas hoc loco dicitur, quæ iure legitimo obuenit, id est quæ iure nomine. Hic enim totalis hereditas pluralis est, & omnibus partibus iuris nuncupatur. Budæus.

ad legitimam [a] hereditatem tantum hoc pertinere. Societas ſi dolo malo, aut fraudãdi [b] cauſa coita ſit, ipſo iure nullius momenti eſt: quia fides bona contraria eſt fraudi & dolo.

IIII. MODESTINVS libro tertio Regularum.

SOcietatẽ coire & re, & verbis, [c] & per nuntium poſſe nos, dubium non eſt. Diſſociamur renuntiatione, morte, [d] capitis minutione, & egeſtate. [e]

V. VLPIANVS libro trigeſimoprimo ad Edictum.

SOcietates [f] contrahuntur ſiue vniuerſorum bonorum, ſiue negotiationis alicuius, ſiue vectigalis, ſiue etiam rei vnius.

Societas autem coiri poteſt & valet etiam inter eos qui non ſunt æquis facultatibus: cũ plerumque pauperior operã ſuppleat, [g] quãtum ei per comparationẽ patrimonij deeſt. Donationis [h] cauſa ſocietas rectè non contrahitur.

Poteſtas alicui ſimpliciter cõceſſa, in dubio ſignificat arbitrium boni viri. Baldus.

VI. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

SI ſocietatem mecum coieris ea conditione, vt partes ſocietatis conſtitueres, ad boni viri arbitrium ea res redigenda eſt [i]: & conueniens eſt viri boni arbitrio, vt non vtique ex æquis partibus ſocij ſimus: veluti ſi alter plus operæ, induſtriæ, pecuniæ, in ſocietatẽ collaturus ſit.

Societate contracta ſimpliciter, lucra perſonalia tantum veniunt communicanda. Bartolus.

VII. VLPIANVS libro trigeſimo ad Sabinum.

COiri ſocietatem & ſimpliciter licet: et ſi non fuerit diſtinctum, [k] videtur coita eſſe vniuerſorum quæ ex quæſtu veniunt: hoc eſt, ſi quod lucrũ ex emptione, [l] vẽditione, locatione, conductione deſcendit.

VIII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

QVæſtus [m] enim intelligitur, qui ex opera [n] cuius deſcendit.

IX. VLPIANVS libro trigeſimo ad Sabinum.

NEc adiecit Sabinus, hereditatem, vel legatum, vel donationes mortis cauſa, [o] ſiue non mortis cauſa: fortaſsis hæc ideo, quia non ſine cauſa obueniunt, ſed ob meritum [p] aliquod accedunt:

X. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

ET quia plerũq; vel à parente, vel à liberto, quaſi debitum nobis hereditas obuenit.

XI. VLPIANVS libro trigeſimo ad Sabinum.

ET ita de hereditate, legato, donatione, Quintus Mucius ſcribit.

XII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

SEd nec æs alienum, [q] niſi quod ex quæſtu pendebit, veniet in rationem ſocietatis.

XIII. IDEM libro trigeſimo ſecundo ad Edictum.

SEd & ſi adiiciat, vt & quæſtus & lucri ſocij ſint: verũ eſt, nõ ad aliud lucrum [r] quàm quod ex quęſtu venit, hãc quoque adiectionem pertinere.

Pactum de non diuidenda ſocietate, nil releuat. l. 2. d. Bar. Item ſocietas non poteſt intempeſtiue renũtiari: poſito etiam quòd non ſit dictum, niſi in caſibus hic expreſſis. Bartolus.

XIIII. VLPIANVS libro trigeſimo ad Sabinum.

SI conuenerit inter ſocios, ne intra certum tempus cõmunis res diuidatur, non videtur conueniſſe [s] ne ſocie-

a *Ad legitimam.* id eſt ad illam quæ ex lege defertur, & ab inteſtato. Accurſius.

b *Aut fraudandi.* quę ſit differentia inter dolum & fraudẽ, dic vt dixi ſupra de pac. iuriſgentiũ. §. ſed ſi fraudãdi. & dicas quòd dolus hic dedit cauſam contractui: & ſic ipſo iure non valuit vt ſupra de dol. & elegãter. in princ. & de mino. in cauſæ. in prin.

c *Societatem coire & re & verbis.* coniunctim, id eſt re interueniente: & verbis, interueniente ſtipulatione, vel non: in quibus verbis eſt conſenſus: re autem ſola non cõuentionalis, ſed incidens: vt infra eo. vt ſit pro ſocio. & ſic etiã hic aliàs poſſet poni, ſcilicet, pro incidẽti, ſcilicet cum dicit re. ſic ponit ſupra ſi cer. pe. certi condictio. §. quoniam. ſed alio modo contrahitur: ſcilicet conſenſu ſine re: vt inſti. de ob. ex conſenſu. in prin.

d *Morte.* ſcilicet naturali: item ciuili: vt ſubiicit. Accurſius.

e *Egeſtate.* ſcilicet incidente: vt ſi quis ex ſociis bonis ceſſerit: vt inſtitu. eo. §. item. vel fuerint publicata: vt infra eo. actione. §. publicatione. Accurſius.

Societas.] C A S V S. Nõ ſolum vniuerſorum bonorum, ſed vnius rei contrahitur ſocietas. hoc in prima. Sed quid ſi vnus plus habeat quàm alius: valet ſocietas: quia ille cui deeſt in facultatibus, ſupplere poteſt opera. ſi contraham tecum ſocietatem vt lucrum communicetur, & vt nihil ponas, & hoc donãdi animo feci: non contrahitur ſocietas. Viuianus.

f *Societates.* vt inſtitu. eo. in princ.

g *Suppleat.* a. arg. pro bene literatis, q̃ ita vt nobiles recipiantur in canonicos: vt infra eo. ſi non fuerint. Accurſius.

h *Donationis.* vt tecum faciã ſocietatem, vt tu nihil ibi ponas in communione, nec pecuniam, nec operam: & lucrum tamen pertineat ad te, quæ certe ſocietas nõ eſt: immo magis tu⁹ ſum mercenarius. ſed an donatio ſit? Reſpõ. ſic, niſi alia ratio impediat: vt. C. de contrahen. emptio. l. empti.

i *Si ſocietatem. Redigenda eſt.* ſic & in venditione: vt infra tit. j. l. hæc venditio. & in locatione: vt. j. loca. l. ſi in lege. in prin.

k *Coiri. Diſtinctum.* id eſt, expreſſe dictum quòd ſit omnium bonorum: vt ſupra eod. l. iij. §. j. & ſic nocet tacere. Arg. contra infra de re. iur. expreſſa nocent. Accurſius.

l *Ex emptione.* futura: vt ſupra. l. proxi. dictum eſt: quia ex diligentia quæritur: vt ſupra de ori. iur. l. ij. §. deinde cum ærarium. Accurſius.

m *Quæſtus.* id eſt lucrum.

n *Ex opera.* id eſt ſolertia & diligentia. alibi aliter poniſſ. Vetus.

o *Nec adiecit. Mortis cauſa.* quæ ſit propter futurum metum mortis.

p *Meritum.* vt ſupra manda. l. idemque. §. fi. & C. de codicil. l. fi. §. penulti.

q *Sed nec æs alienum.* id eſt æs quod nobis debetur: vel quod nos aliis debem⁹: vt. j. eo. l. omne. & infra de verb. ſigni. l. cedere. §. j. Accurſius.

r *Sed & ſi adiiciatur. Lucrum.* generaliter continet omne lucrũ: ſed quæſtus tantum id quod ex opera. & dices quòd reſtringitur hic lucrũ ratione adiunctiui: vt. j. de tri. vi. & oleo le. l. ſi. Vel dic quòd quando iunguntur hæc verba, nil plus vnũ quàm aliud ſignificet. Et ſic no. ſecundum hoc quòd licet adiiciatur verbũ, non ideo adiicitur ſenſus. ſimile eſt vbicunq; dicim⁹ aliquod verbũ, abundare. Sed ar. contra. j. de vſur. ſi ſtipulatus. in princi. &. j. de leg. j. ſi quãdo. in prin. Item no. quòd ſecũdũ vtramque lectu. abundat vnum de his verbis. Accurſius.

Si conuenerit.] C A S V S. Inter duos ſocios conuenit ne diuideretur res communis intra certum tempus. dicitur quòd non cogit iſtud pactum ne abeatur à ſocietate. & ſi conuenerit ne vnquam ſocietas diſſoluatur, non valet: quia fruſtra fit: vt ſubiicit. & ſi fiat ne diſtrahatur intra tempus, & intempeſtiue renũtiauerit, tenetur actiõe pro ſocio. ſed poteſt renuntiatio habere rationem ſi renuntiauerit intempeſtiue, quòd aliqua cõditio ſub qua fuit communicata ſocietas, non obſeruetur: vel quòd ita iniuriioſus & damnoſus ſit ſocius, vt non expediat eũ pati: vel q̃ non liceat eũ frui illa re ꝓpter quam fuit coita ſocietas, vel q̃ ſit abſturus etiã inuitus cauſa reipub. licet poſſet ſibi imputari; quia per aliũ non egerit ſocietatẽ, vel curam ſocio non cõmittit. ſed hoc imputari nõ poſſet, niſi facile poſſet aliis committere, vel ſocius valde diligẽs & idoneus eſſet. Sed cum actum eſt ne diuidatur intra certum tempus: an venditio impediatur? & videtur q̃ eadem ratio impediret venditionem, quæ impedit diuiſionẽ: & certe ipſo iure nõ impeditur: ſed obſtat emptori exceptio ſi ante tempus diuidatur. certe & ſocius qui vendidit contra pactum: & ideo tenetur actione communi diuidundo, vel actione pro ſocio. h. d. cum tribus. ll. ſeq. Viuianus.

† *Bal. in. l. 1. in fi. infra de reb. eo. alleg. iſtũ tex. cũ. l. fi. j. de iure do. ad hoc propoſitum, quòd pupillus cũ indiciis decreto poteſt ſociũ vocare ad diuiſionem bonorum, quando hoc ſibi expedit. qua iura pro hoc nihil faciũt ad propoſitum: vt bis in nono inſtepro. dixit Bolog.*

s *Conuenſſe.* hoc ipſo. Azo. Nam nõ poſſunt res manere cõmunes, & tamẽ ſocietas dirimatur: vt hic, & j. eo. l. actione. §. ſi poſt diſtractam. & ſupra communi di. l. in hoc iudicium. §. ſi inter.

a *Abeatur.* id eſt recedatur intra certum tempus, vel ſimpliciter: vt prædixit. Vel dic, non fuit tempus adiectum: vt hic, & infra eo. ſed & ſi ſocius. §. fi.

b *Scripſit.* nó ſoluit ſtati: ſed poſt vbi reaſſumit, ſed & ſi &c. Ac.

c *Actionem.* ſi vero tempeſtiue, etiam ſi intra tempus, non tamẽ agitur: quia vtriuſque intereſt à ſocietate recedi.

d *Ne.* incipit ponere exempla quando renuntiari poteſt.

e *Conditio.* id eſt conuentio.

f *Pati.* aliàs niſi cauſa ſit, renuntiari non poteſt: vt ſupra cõmuni diui. l. in hoc iudiciũ. §. ſi conueniat. in fi.

g *Denique. Diu.* & matrimonio ergo eadẽ ratione poteſt renũtiari: vt. C. de repu. l. ij. Azo.

h *Sed hoc.* ſcilicet q obiiciatur ei quòd aliũ ſuo loco non ſubſtituit, ſiue ſocium, ſiue alium.

i *Non aliàs.* ſcilicet impetrabitur, niſi &c. nam ſi ſocio potuit cõmittere, non ideo erat excõmunicandus. Ac.

k *Idoneũ.* ſcilicet ſubſtituẽdus extraneꝰ vel ſocius. & tũc dicas aut, pro &, ſecũdum quoſdam. Tu dic, idoneus ſcilicet futurus: aut ſi nõ eſt idoneus, facilis &c. Vel redde ſingula ſingulis. hoc eſt id qđ dicit niſi valde ſit idoneus ſocius, ſcilicet ab futurus, vel ſubſtituendus: non eſt vis: quia tunc debet committere ſocio: vel facilis ſit adminiſtratio ſocietatis etiam per alium.

l *Facilis.* ſcilicet ſit adminiſtratio. qđ eſt infra.

m *Abſituro.* datiui caſus: quia tũc extraneo.

n *Qui igitur.* redit ad ea quæ dicta ſunt ſupra. l. proxi. ſi conuenerit. in prin.

† *Flo. ad*

o *Nec vendere.* hoc ſtatim corrigitur. Accurſius.

p *Diuidatur.* ſi aliquid prohibetur, ergo prohibetur & id per qđ peruenitur ad illud: vt. ĩ. de ſpõſa. l. oratio.

q *Non impediri.* licet fiat contra pactum: vt infra. l. proxi. Azo. & ſupra communi diui. l. in hoc iudicium. §. ſi inter. Accurſius.

r *Exceptionem.* ſic & prodeſt aliàs venditoris pactum emptori: vt ſupra de pac. ſi tibi. §. pactum. & hic nocet ad hoc vt emptor repellatur: non vt conueniatur ex pacto venditoris: ſicut lex infra proxi. dicit.

ſ *Diuidat.* id eſt poſtulet diuidi. Accurſius.

Sed & ſocius.] CASVS in prin. huius. l. dictus eſt in caſu præcedenti. [*SI ABSENTI.*] Si aliquis renunciauit ſocietati ſocio ſuo abſenti, dicitur quòd illud quod acquirit interim, quãdiu abſens hoc ſcierit, commune erit: detrimentum, illius ſolũ qui renuntiauit. ſed econtra ſi abſens lucretur, ad eum ſolũ pertinet lucrum: commune autem erit detrimẽtum. Et eſt ſciendũ quòd non oportet caueri quòd nó intẽpeſtiue renuntietur. nã etſi nõ caueatur: tamẽ intẽpeſtiua renuntiatio venit in eſtimationẽ. Vi-

tate abeatur. a Quid tamen ſi hoc cõuenit, ne abeatur, an valeat? Eleganter Pomponius ſcripſit, b fruſtra hoc conuenire: nam etſi non conuenit, ſi tamen intempeſtiuè renuntietur ſocietati, eſſe pro ſocio actionem. c Sed & ſi conuenit ne d intra certum tempus ſocietate abeatur, & ante tempus renuntietur, poteſt rationem habere renuntiatio: nec tenebitur pro ſocio, qui ideo renũtiauit, quia conditio e quædam qua ſocietas erat coita, ei non præſtatur. Aut quid ſi ita iniurioſus & dãnoſus ſocius ſit, vt non expediat eum pati? f

XV. POMPONIVS libro decimotertio ad Sabinum.

VEl quòd ea re frui non liceat, cuius gratia negotiatio ſuſcepta ſit?

XVI. VLPIANVS libro trigeſimo ad Sabinum.

IDemque erit dicendum, ſi ſocius renuntiauerit ſocietati, qui reipublicæ cauſa diu g & inuitus ſit abſuturus: quamuis nonnunquam ei obiici poſſit, quia potuit & per alium ſocietatem adminiſtrare, vel ſocio committere: ſed hoc h non aliàs, i niſi valde ſit idoneus k ſocius, aut facilis l abſuturo m etiam per alium ſocietatis adminiſtratio.

Eus excipienditranſit contra ſingularem ſucceſſorem. b. d. cum prin. l. ſequen. Bar.

Qui igitur n paciſcitur ne diuidat: niſi aliqua iuſta ratio intercedat, nec vendere o poterit, nec alia ratione efficiet vt diuidatur. p Et † ſanè poteſt dici venditionem quidẽ non impediri, q ſed exceptionem r aduerſus emptorem locum habere, ſi ante diuidat, f quàm diuideret is qui vendidit.

XVII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

SEd & ſocius qui alienauerit, contra pactionem accipit, * committit: & tenetur ſocietatis aut communi diuidundo t iudicio.

Renuntiatio præiudicat renuntianti ſtatim, ſed aduerſario non præiudicat niſi poſtquam ei peruenerit in notitiam. Vel ſic: Renuntiatio facta ignoranti, valet quãtum ad præiudicium renuntiationis communis: ſed non quantum ad præiudiciũ ignorantis. Baldus.

Si abſenti renuntiata ſocietas ſit, quoad is ſcierit, u quod is adquiſiuit qui renuntiauit, in commune redigi: detrimentum autem ſolius eius eſſe, qui renuntiauerit: ſed quod abſens adquiſiit, ad ſolum eum pertinere, detrimentũ ab eo factum commune eſſe. In ſocietate autem coëunda x nihil attinet de renuntiatione y cauere eundem: quia ipſo iure z ſocietatis intempeſtiua renuntiatio in æſtimationem venit.

XVIII. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

SI ſeruus ſocietatem coierit, non ſufficiet ſi iubeatur à domino ſeruus abire à ſocietate: ſed ſocio renuntiandũ a eſt.

Si ſocius meus admittit in ſocietatem alium ſocium, admiſſus mihi ſocius non eſt: & pro facto illius admiſi mihi tenetur, & ei admittens tenetur etiã pro facto eius. hoc dicit vſque ad. §. idem quæritur. in. l. de illo. Vel ſic: Si vnus ex ſociis alium in ſocietatem admittit, ſibi ſoli ſocium facit: & de eius facto alijs tenetur: & cum eo ipſe ſolus communicat: & quod ab eo conſequitur, alij communicabit: nec liberatur eo debito contra eum actionem: & communionem cũ damno non compenſabit. Baldus.

XIX. VLPIANVS libro trigeſimo ad Sabinum.

A t *Communi diuidundo iudicio.* ad quid? nec enim videtur intereſſe actoris, cum emptorem diuidere volentem poſſit exceptione repellere: vt ſupra. l. proxi. Reſpon. immo poteſt intereſſe ſaltẽ propter ſumptus litis. Item in dãnis quæ ſim paſſus propter factam diuiſionem, ſi forte agente emptore pactũ probare nõ potui: nunc autem contra venditorem poſſum probare: vt ſupra de eden. l. argentarius §. cum autem.

t *Communi diuidundo.* vtili, cum deſinit ſocietati eſſe communis: vt ſupra cõmuni diui. l. j. * *accipit, de* u *Scierit.* qui abſens *eſt, in alio,* eſt. Azo. Et intellige *& recte.* hunc. §. vel ſimpliciter vt dicit: vel diſtingue an doloſe egerit, vel non: vt infra eo. actione. §. diximꝰ. & inſtitu. eo. titu. §. manet autẽ. Itẽ not. hic eſſe neceſſe ad notitiam abſentis aliquid peruenire: vt. ĩ. de ver. obl. l. fi. in prin. Sed argu. contra infra de repu. l. ij. in fi. & infra de ma. vin. l. ſi pater §. ſed ſi ignorante.

x *Coeunda.* ſiue ſimpliciter, ſiue ad certum tempus faciam tecum ſocietatem, non oportet addi vt non poſſimus renuntiare.

y *Renuntiatione.* non facienda.

z *Ipſo iure.* ſcilicet ſine pacto. Accurſius.

Si ſeruus.] CASVS planus eſt: quia dicit, ſi contraxi ſocietatem cũ ſeruo, & dominus eius iubeat ipſum renũtiare ſocietati: oportet q mihi denuntietur. Viuianus.

a *Renuntiandũ.* à quo? Reſpon à ſeruo. ſeruus enim, nó dominus, debet renuntiare: vtpote cum ſeruus etiã inuito domino poſſit contrahere: vt ĩ. de pœ. ſi quis ſeruũ. §. fi. Azo.

Qui admittitur.] CASVS. Duo erãt ſocij. alter admiſit alium ſocium ſine volũtate alterius. dicitur quòd illius qui admiſit, ſocius eſt: alterius nõ. nã ſocius mei ſocij, non eſt meus ſocius. ſed ſi ipſe aliquid cõſecutus fuerit à ſocietate, communicabit cum illo qui illũ admiſit: & ille nobis præſtabit factum ſuũ: & etiam illi præſtabit factum ſociorum. Vnde certum eſt quòd nihilo minus tenetur, quamuis primo non agatur inter aſſumentem & aſſumptum antequam agatur inter ſocios. Dubitat Pompon. an teneatur ſocius mandati actione propter aſſumptum: & non teneatur in plus quàm facere poteſt: an teneatur in ſolidum. & dicitur quòd in ſolidum: quia culpa ſua admiſſum eſt. Sed quæritur, vtrum commodum quod per aſſumptum obuenit, propter damnum eius culpa datum, in ſocietatem compenſandum ſit? Et reſpon. quòd ſic. Sed corrigit Marcellus, neque compenſabitur. nam ſi alter ex dominis ſeruum ſocietati præpoſuit, idem erit. ſed ſi alienum ſeruum ambo ſocij præpoſuerunt: non tenebitur dominus in ſolidum, ſed de peculio. & hoc dicit vſque ad. l. non ob eam. Viuianus.

a *Nam ſocii.* vt.j.de reg.iur.l.cõſilij.§.fi.& de verb.ſign.Modeſtin°. Sed arg.cõtra.j.de teſta.ad teſtiũ §.fi.vbi dicit q cera pãno impoſita,ipſi chartulę interpoſitæ inhęrere videt. Ac.

b *Et quidquid.Conſecutus* ſcilicet tertius.& ſic recte legitur littera.& non conſequitur actione pro ſocio,ſed communi diuidundo. Vel dic cõ ſecutus,ſcilicet ſocius noſter.

c *Communicabit* cum illo ſcilicet aſſumpto. Accurſius.

d *Nos.* qui eum non admiſimus.

e *Cum eo.* ſcilicet aſſumpto.

f *Non communicabimus.* quod ex ſocietate habuimus. Accurſius.

† *Cõcur.& bene facit tex.in ſimili,& ibi gl. in ca. legatur.80. diſt. Bolog.*

g *Ex contrario factũ quoque ſociorum.* non quaſi plures ſimus, ſed duo eramus ſine admiſſo.

h *Debet.* ſcilicet ſocius noſter.

i *De illo. Eum.* aſſumentem contra aſſumptum.

k *Difficile.* id eſt impoſſibile de iure.ſic ſupra de peti.here.ſed & ſi.§.ſimili.& infra rem ratam habe.ſi ſine.§. ſi in ſtipulatione. ſic ecõtra impoſſibile, pro difficili:vt ſupra de his qui deiece. vel effu.l. ij.Azo.

l *Admiſſum.* ſcilicet ſociũ.vel dic,id eſt delictum quod fecit admiſſus ſocius: iſte qui admiſit, feciſſe videatur.ſic infra de vi & vi arma.l.j.§.deieciſſe.

m *Nec compenſandũ.* his videtur contra.qđ dicitur, damnũ & lucrum non poſſe eſſe in eadem ſocietate:vt infra eo.Mucius.quæ eſt cõtra.Sed reſpõ.quod ibi dicitur de damno, verum eſt caſu accidẽte,non culpa ſocij. Azo.Item videtur compenſandum: vt ſupra de nego.geſtis. ſi negotia.quæ eſt contra. Sol.vt dices ſtatim in l.proxi.non ob eam.

n *Damnum petit.* Nota quem amplecti lucrum,& ad damnum vel onus non teneri: vt hic, &.C. de legitu.l.j. in fi. & inſtitut. de leg.patru.in fi.& infra de pac.do. ſi mulier.& ſupra de adop. l.ſi arrogator.§ fin. & C. de legat.l. ab adminiſtratione. Sed argu. contra infra de ac. empt.ſi duorum.in fin.&.C. de cadu. tollen.§.pro ſecundo. in fine.

o *Lanè. Alterius.* non ſocij,vel etiam ſocij. Accurſius.

QVi admittitur ſocius,ei tãtum ſocius eſt qui admiſit.& rectè. Cum enim ſocietas conſenſu contrahatur, ſocius mihi eſſe non poteſt quẽ ego ſocium eſſe nolui. Quid ergo ſi ſocius meus eum admiſit? Ei ſoli ſocius eſt:

XX. IDEM libro trigeſimo primo ad Edictum.

NAm† ſocij [a] mei ſocius, meus ſocius non eſt.

XXI. IDEM libro trigeſimo ad Sabinum.

ET quidquid fuerit de ſocietate noſtra cõſecutus,[b] cum illo qui eum adſumpſit cõmunicabit:[c] nos[d] cum eo[e] non communicabimus:[f] ſed factum eius pręſtabitur ſocietati:id eſt, aget ſocius,& ſocietati præſtabit quod fuerit conſecutus.

XXII. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

EX contrario factum quoque ſociorum[g] debet[h] ei præſtare,ſicuti ſuum: quia ipſe aduerſus eos habet actionem. Item certum eſt nihil vetare prius inter eum qui admiſerit, & eum qui admiſſus fuerit,ſocietatis iudicio agi, quàm agi incipiat inter cæteros, & eum qui admiſerit.

Qui tenetur ratione culpæ,non liberatur eodendo actionem. Et lucrum contingens ex induſtria,non compenſatur cum damno contingente ex culpa. Baldus.

XXIII. VLPIANVS libro trigeſimo ad Sabinum.

DE illo Pomponius dubitat,vtrum actionem eum[i] mandare ſociis ſufficit, vt ſi facere ille non poſſit,nihil vltra ſociis præſtet:an verò indemnes eos præſtare debeat. Et puto omnimodo eum teneri eius nomine,quem ipſe ſolus admiſit:quia difficile[k] eſt negare culpa ipſius admiſſum.[l] Idem quærit, an commodum quod propter admiſſum ſocium acceſſit,compenſari cum damno quod culpa præbuit, debeat. Et ait compenſandum. quod non eſt verum. Nam & Marcellus libro ſexto digeſtorum ſcribit,ſi ſeruus vnius ex ſociis ſocietati à domino prępoſitus,negligenter verſatus ſit: dominũ qui præpoſuerit,ſocietati præſtaturum:nec compenſandũ[m] commodum quod per ſeruum ſocietati acceſſit, cum damno: & ita diuum Marcum pronuntiaſſe:nec poſſe dici ſocio, *Abſtine commodo quod per ſeruum acceſſit, ſi damnum petis.*[n]

XXIIII. IDEM libro trigeſimoprimo ad Edictum.

PLanè ſi ambo ſocij ſeruum alterius[o] præpoſuerint, nõ tenebitur dominus eius nomine, niſi dumtaxat de peculio. Commune enim periculum eſſe oportet,cum ambo eũ præponamus.

Non ſummatur: quia ſummata eſt in glo. Baldus.

XXV. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

NOn ob eam rem minus ad periculum ſocij pertinet, quòd neglegentia eius p periiſſet,quòd in pleriſque aliis induſtria eius ſocietas[aucta]fuiſſet:q & hoc ex appellatione imperator [Antoninus] pronuntiauit.

XXVI. VLPIANVS libro trigeſimoprimo ad Edictum.

ETideo ſi ſocius quædam neglegenter in ſocietate egiſſet, in pleriſque autem ſocietatem auxiſſet:non compenſatur compendium cum neglegentia:vt Marcellus libro ſexto digeſtorum ſcripſit.

Æs alienum in ſocietate cõtractum,debet ſolui de communi. & ſi debitum eſt ſub conditione, vel in diem:debent interponi cautiones de ſoluendo adueniente conditione.hoc dicit cum.l.ſeq. Baldus.

XXVII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

OMne æs alienũ quod manente ſocietate contractum[r] eſt,de communi ſoluendum eſt:licet poſtea quàm ſocietas diſtracta eſt, ſolutum[s] ſit. Igitur & ſi ſub conditione promiſerat,& diſtracta ſocietate conditio extitit,ex communi ſoluẽdum eſt. Ideoque ſi interim ſocietas dirimatur, cautiones interponendæ[t] ſunt.

XXVIII. IDEM libro ſexageſimo ad Edictum.

SI ſocij ſumus,& vnus ex die pecuniam debeat, & diuidatur ſocietas, non debet hoc deducere ſocius: quemadmodum debet ſtatim ſolui illi ſocio qui promiſerat: vt ſupra titu.

A *Non ob eam.*] CASVS. Lex iſta & ſequens idem ponunt, quòd ex eo quòd ſocij induſtria auxit ſocietatem:ob hoc non excuſatur,ſi ſit ſocietas per negligentiam eius læſa. & hoc idem.l.ſequens dicit. Viuianus.

p *Eius.* ſcilicet ſocij.ſiue ergo per admiſſum damnũ det præſumptiue,vt ſupra,ſiue per ſeipſum,idem: vt non fiat compenſatio.

q *Aucta fuiſſet.* non ergo lucrum cum dãno compenſatur. Sed contra ſupra de negogeſt.l.ſi negotia.Solu. ibi loquitur cum in eadem negotiatione puta in emptis ſeruis dãnum in quibuſdam,lucrum in aliis eſt allatũ: vnde fit compenſatio. hic quando in diuerſis:puta lucrum in ſale: damnum in vino: & ideo non fit compẽſatio ſecundum Azo. Alij aliter ſoluũt:vt ibi dixim°. Item ex hac & ſuperiori.l.not.arg.q ſi do tibi pecuniam alicui perferendam, & perdas, quòd teneor: quaſi mala electio ſit in culpa. nos tamẽ diſtinguimus an alium poteram facere,an nõt Primo caſu teneor: ſecundo non:niſi in eligendo deliqui: vt arg. ſupra commo.l. cũ in ſi.&.l.ſeq. Accurſius.

Electio mala in culpa eſt.

B *Omne.*] CASVS. Si æs alienũ cõtrahitur manẽte ſocietate,de communi ſoluendum eſt etiam diſtracta ſocietate. Nam & ſi ſub cõditione fuit obligatio contracta,& ſoluta ſocietate extitit conditio,de communi ſoluendum eſt. & ſi forte ab vno ſociorum ſolutum fuerit,hoc repetitur à communi p ſocio:& ideo ſi interim dirimatur ſocietas,cautiones interponendæ ſunt de ſoluendo conditione exiſtente. Vi.

r *Contractum.* licet p vnum de ſociis.

ſ *Solutum ſit.* id eſt ſoluẽdum.ſic ergo hic tempus pro tempore ponitur: vt.C. in qui. cau. infa. irro. ſi Poſidonium. & de lege cõ.l.j.& infra de verbo.oblig.l. ex ea parte. & infra de lega. iij.l. etiam.§. ea quæ. Vel pone proprie. nã poteſt prius eſſe debitum, licet ſolutio retardetur: vt inſtitu. de [illegible]emp.§.pre[illegible].& infra de contrahen.emp.l.ij.§. fine pretio. Accurſius.

t *Interponenda.* non

titu.j.si mandauero tibi.in prin.&.j.de col.bo.l.ij.§.si sub conditione.& supra communi diu.cum duo socij.&.j.l.proxi.Ac.

Si socii.] CASVS. Si plures sint socij,& vnus debeat pecuniã ex causa societatis in diem: & ante diem diuidatur societas: socius non deducit illud debitum,sed cauetur quòd aduenientedie socius defendatur: Viuianus.

a *Præsens.* scilicet debitum debet deducere. & facit.ĩ.eo.l.proxi.

Si non fuerint.] CASVS. Si coitur societas in pari pecunia, neq; adiiciatur de partibus lucri vel damni: dicitur quòd æquales erunt.sed si dictum sit quòd vn' habeat duas ptes vel tres,alter vnã: quod intelligẽdum est cũ in societate coẽunda dispariter cõfertur, vt subiicit: dicit quòd valet,si alter plus conferat vel industriæ,vel operæ,vel pecuniæ.Itẽ etiã valet illud pactũ, quòd alter habeat lucrum non totum, sed commune, & nihil de damno: quod accidit in casibus: vt subiicit. Aristo tamẽ reprobat illam societatem quasi leoninam,in qua vnus debet habere damnum totum, & nihil de lucro.iniquum enim genus societatis est illud ex quo quis damnum tantum, non lucrum sperat. Viuianus.

b *Si non fuerit partes.* hoc casu æqualiter cõtulerant pecuniam: vt statim colligitur.

c *Adiecta.* nec alicui' arbitrio commissæ: vt supra eo.si societatem. Accursius.

d *Partes.* lucri & dãni:capitale tamen erat æquale.

† *Vide Eras. Chil. 1. cẽt. 7. prouerb. 89.*

e *Societati.* si autem non contulit plus,nũquid hoc pactum valet? quidam, vt Azo, q non: vt hic, & infra eo.quid enim. §.illud. & est ratio: quia societas habet ius fraternitatis.vnde licet aliàs huiusmodi pacta seruẽtur:vt.ĩ.depositi.d.j. §.si conuenit.hic tamen non valet: vt infra ea.l.§.fin.& infra eo.l.verum.j.respon. Alij dicunt,vt Io.quòd valet.& subaudiunt hic, maxime.nam hoc ipso quòd socius sit, dicunt alij afferri commodi aliquid:vt arg.j.de contrahen.emp. fundi partẽ.Tertij,vt Al.dicunt quòd valet iure pacti,non iure societatis.sed prima verior est.

f *Quod ita.* maxime subaudi,secundum Io.Sed Azo conditionaliter:vt supra diximus proxi.respon.

g *Opera.* scilicet æstimanda:vt diximus supra proxi.respon.

h *Damnum est.* id est periculum damni subeundi.

i *Solus.* id est sine socio.Azo.Sed quid si perdatur pecunia talis:an sit pe[illegible] commune? Respon.non: nisi hoc actum est: sicut nec si alter quæstus præstat moreretur, esset commune. Sed an posset vnus alium compellere operari,vel vt tantundem pecuniæ reportet vel reponat? Respon.non: quia finita est societas interemptione rerum:vt.j.eo.verum.§.fin. Accursius.

k *Lucrum.* scilicet totum:vt infra hoc.§.alioquin valeret:vt in dum præsens [a] debet:sed omnes diuidere, & cauere, cum dies venerit,defensu iri socium.

Si inter socios non fuerint partes adiecta cum contracta fuit societas: intelligitur facta societas pro partibus equalibus. hoc dicit vsque ad.§.Aristo. Baldus.

XXIX. VLPIANVS libro trigesimo ad Sabinum.

SI non fuerint partes [b] societati adiectæ [c]: æquas eas esse cõstat. Si verò placuerit vt quis duas partes [d], vel tres habeat, alius vnam:an valeat?placet valere: si modò aliquid plus contulerit societati [e] vel pecuniæ, vel operæ,vel cuiuscumque alterius rei causa. Ita coiri societatem posse, vt nullius partem damni alter sentiat, lucrum verò cõmune sit, Cassius putat.quod ita [f] demum valebit (vt & Sabinus scribit)si tanti sit opera [g], quanti damnum est [h]. Plerumque enim tãta est industria socij,vt plus societati conferat,quàm pecunia:id est,si solus [i] nauiget,si solus peregrinetur,pericula subeat solus.

Illa societas quòd vnum habeat lucrum, alius damnum:dicitur esse leonina: & non valet. Baldus.

Aristo refert Cassium respõdisse societatẽ talem coiri non posse,vt alter lucrum [k] tantùm, alter damnũ sentiret: & hanc [l] societatem leoninam † solitum appellare. Et nos consentimus talem societatem nullam esse,vt alter lucrum sentiret,alter verò nullum lucrum [m],sed damnũ [n] sentiret. Iniquissimũ enim genus societatis est, ex qua quis damnum, non etiam lucrum spectet [o].

A sti.eo.§.de illa.&.§.ideo.&.ĩ.ea.l.in princi.quæ sunt contra.

l *Et hanc.* scilicet Aristo refert Cassium solitum &c.

m *Lucrum.* scilicet totum solum &c. Accursius.

n *Sed damnum.* scilicet totum: vt subiicit. idem est si partem damni sentiat,& nihil lucri. Azo. Sed cum maiorem partem lucri,& minorem damni ex pacto possunt percipere: vt supra ead.l. in prin. quis erit finis? videtur enim quòd si etiam vnum nummum pro lucro habeat,& totum damnum:quòd valeat. Sed respon. arbitrio iudicis hoc dirimendum:vt arg. supra eo.si societatẽ. vel verius hoc valet vsque ad tres partes, non vltra. nam sic figit hæc lex suos pedes: vt in princip.sui dicit.

Lucrũ dicitur deducto damno, & damnum dicitur deducto lucro.b.d. Vel sic: Duo contraria simul locum habere non possunt, id hoc allegatur. Baldus.

XXX. PAVLVS libro sexto ad Sabinum.

MVcius libro quartodecimo scribit non posse societatem coiri, vt aliam damni, aliam lucri partem socius ferat. [p] Seruius in notatis [q] Mucij B ait nec posse societatẽ ita contrahi [r]. neque enim lucrum intellegitur,nisi omni damno deducto,neque damnum nisi omni lucro deducto. Sed potest coiri societas ita, vt eius lucri quod reliquum in societate sit, omni damno deducto pars alia feratur: & eius damni quod similiter relinquatur,pars alia capiatur.

Ad hoc vt habeat locum actio pro socio, non sufficit rem esse communem,nisi sit ex conuentione intercedente animo contrahendæ societatis. aliàs si res sunt communes alia de causa,habent locum alia remedia.b.d. vsque ad.l.nemo. Baldus.

C XXXI. VLPIANVS libro trigesimo ad Sabinum.

VT sit pro socio actio,societatem [s] intercedere oportet. Nec enim sufficit rem esse communem,nisi societas intercedat. Communiter autem res [t] agi potest etiam citra societatem [u], vt puta cum non affectione societatis incidimus in communionem:vt euenit in re duobus [x] legata:item si à duobus simul empta res sit: aut si hereditas † vel donatio communiter nobis obueniat: aut si à duobus seperatim emimus partes eorũ, non socij futuri: D

XXXII. IDEM libro secundo ad Edictum.

o *Spectet.* qui lucrum expectat, expectet & damnum: & econtra: vt in eo. titu.si igitur. in fi.& de regu.iur.secundum naturam.

Mvcius.] CASVS. Contrazi tecum societatem hoc pacto, vt duæ partes lucri spectarent ad me, & tertia pars dãni.dicit Mucius tale pactum non valere.Seruius dicit q nec de facto sic cõtrahitur societas, vt lucrum intelligatur nisi deducto damno. Viuianus.

p *Ferat.* in respõsione bene dixit:sed in ratione,quæ tamen nõ est hic, male. dixit enĩ quasi hoc sit iniquum propter naturã societatis:vt supra. l. proxi. in fi.& instit. eo. §. de illa. & ideo in hoc redarguitur. Accursius.

q *In notatis* .i. libro vbi reprehendit Mucium. Azo. Potest etiã esse lucrum & damnũ secundum vnum sensum: & non potest secundũ alium. item hic de damno casu accidẽti.secus si culpa:qa tũc nõ cõmunicatur, immò præstatur, vt.ĩ.eo. l.non ob eam. Accur.

† *Et tunc hereditas societatis fuisse, vt plures declarat Cic. in orat. pro Rosc. Comœd.*

r *Contrahi.* etiam de facto. Mucius ergo, quasi contra naturam societatis esset,reprobauit pactum:sed Seruius ideo, quasi nunquam possit accidere lucrum & damnum in eadem societate,secundum Ioan.sed certo quicquid dicatur in lege ista,tamen lucrum & damnum est in eadem societate.aliàs enim qualiter vnũ de altero deduceretur? loquitur ergo inspecto exitu. simile in peculio,in hereditate,in fructibus,qui nõ intelliguntur esse nisi deductis impẽsis:vt probauimus.ĩ.de pecu.l.iiij.§.fi ære.&.l.sed & si.§.peculiũ.&.C.de bo.quæ libe.l.fi.§. fin autẽ æs alienũ. secundũ Azo.Itẽ huic.l.est cõtra.ĩ.e.de illo.in fi.Solu.vt ibi. Ac.

s VT *sit.Societatem.* scilicet conuentionalem.

t *Res.* id est contractus,vel quasi contractus celebrari: nõ tamen eo animo vt velint esse socij.alioquin esset societas:vt.ĩ. eommuni diui.l.ij.

u *Societatem.* scilicet conuentionalem. est tamen incidens societas:vt no.supra eo.l.iiij.&.C.communi diui.l.pemul.

x *Duobus.* ementibus.Accursius.

Nam.

a *Nam. Cum ſine tractatu.* contrahendæ ſocietatis incidimus in communionem.
b *Ipſa.* id eſt, ſine conſenſu.
c *Geſtum.* & ſic locum habet actio nego. geſto.
d *Videtur.* ſcilicet ſine ſocietate: & probat per exempla: vt &c.
e *VT in conductionibus.* nō animo ſocietatis cōtrahendę factis, alioquin ſunt ſocij: vt ſupra eo. l. v.
f *Publicorum.* vectigalium.
g *Et ideo.* quia habet fieri cum conſenſu.
h *Geſto.* nego. geſto. & communi diui. nam & furioſus tenetur: vt infra de ac. & obli. l. furioſus. & facit ſupra communi diui. l. ij. Accurſius.
i *QVibus caſibus.* ſcilicet quando res ſunt communes ſine ſocietate. alioquin ſi cum ſocietate, agitur pro ſocio: vt infra eo. l. cū duobus. §. ſi in cōcunda. &. §. ité Mela.
k *Agitur.* ſi adhuc intentatum non eſt, neque tractatum: vt. C. familerciſcū. l. j. Accur.
l *Communi dividundo.* vt. C. communi diui l. penul. in fi.
m *Agi.* primo tamen famil. erciſ. ſecundum Azo. licet videatur etiam ab initio communi diuid. agi: vt ſupra fa. erc. l. inter. in prin. & ſic etiam idem Azo dixit in ſumma cōmuni diuid. Accurſius.
n *Nemo.*]*CASVS.* Non poteſt quis coire ſocietatē vt heres ſit ſocius: ſed datur in eum actio, vt bonam fidem præſtet: culpam etiā præſtet prædeceſſoris ſui q ſocius fuit: ſed heres nouo cōſenſu poteſt eſſe ſocius, & incidet factum ſuum in actio. pro ſocio. & hoc dicit vſque ad. l. pro ſocio. Viuianus.
o *Nemo poteſt ſocietatem.* ſcilicet priuatam. ſecus in ſocietate vectigalium: vt infra eo. l. adeo. in princi. *ADDITIO.* Tu dic hoc eſſe verū, trib⁹ tamē cōcurrētib⁹, ſcilicet q ſit ſocietas publicorū vectigaliū, vel ſimilū: & q ſit facta mētio heredis: & quòd heres ſit idoneus: vt. l. verū § in heredibus. j. eo. ſecundum Bal. hic.
p *Vt ipſe heret.* in mandato & depoſito ſecus eſt: quod dic vt no. ſupra de his qui not. infa. furti. §. penulti.
q *Præſtet.* ex ſua perſona. nam vetera negotia debet explicare, licet non ſit ſocius: ſed noua inchoare neceſſe nō habet: vt hic, & infra. l. proxi. & infra eod. l. heres ſocij. Accurſius.
r *ETacti. Quam.* ſcilicet culpam.
s *Is.* ſcilicet defunctus. Accurſius.
t *Lanè. Inierint.* & ideo cœperint facere ſocietatem de nouo, & fecerunt.
u *PRo ſocio.*]*CASVS.* Si ſocij velint ſocietatem diſtrahere, & aliquid debeatur ſocietati, cauere debet vnus ſocius alteri, quòd ſi aliquid ad ipſum peruenerit, quòd id communicet: vel ſi ſoluerit, quòd alius teneatur ſibi de eo refundendo pro parte. hoc eſt verum in omnibus bonæ fidei iudiciis. [*SI TECVM.*] Quod ex cauſa ſocietatis alter ſociorū conſecutus fuerit: iudicio ſocietatis & cōmuni diuidūdo cōſequitur alter. Viuia.
t *Pro ſocio arbiter.* id eſt iudex in actiōe pro ſocio cognoſcens. Ac.
u *Cautionibus.* ſcilicet interueniētib⁹ pro futuro damno vel lucro: vt ſubiicit. Sed videtur quòd tractus fururi temporis ad iudicē nō pertineat: vt infra de vſur. l. j. quæ eſt cōtra. Sol. hoc cum id futurū pendet ex præſenti vel præterito: vel hic ex cō tractu præterito, ibi autem ex futuro pendet. Vel dic quòd hæc cautio venit gratia aliarū rerum quæ in ſocietate veniunt. per ſe enim non veniret: ſicut & quod ex furto quæſitum eſt, non venit per ſe in ſocietate, venit tamen ſi fuerit collatum cum aliis: vt infra eo. quod autem. ſic & nomina nō per ſe ſed gratia corporum veniunt in fa. erc. iudicium: vt ſupra fa. erciſ. l. ij. in fi. ſed vt dixi, ſic ratione præſentis vel præteriti aliàs etiam cauetur in futuro: vt hic, & ſupra ſi ſer. vin. l. egi. & infra de aqua plu. arcen. l. Atteius. §. fin.
x *Exiſtimauit.* vt. ff. de iud. l. in omnibus. &. ff. de neg. geſt. l. iij. in fi. &. ff. titu. j. ſi mandato meo. §. item ſi cum.
y *Pro ſocio.* idem in actione cōmuni diui. dicitur: vt ſupra communi di. l. cum ſocij. de his tamen generalibus & ſingularib⁹, & qualiter fiant libelli in eis, dixi plene. ff. de eden. l. j. § j. & dicas q erant ſocij omnium bonorū.
z *Veluti mādati.* cum ſpeciale vnius rei tantum fuit mandatum.
a *Conſecutum.* vt infra eo. cum duobus. §. item ſi in communem.
b *Tulli.* in id qd exactū eſt: vt. j. eo. ſi actū. Ac.
c *SI fundus. Intulerit.* quandoque aliquis habet ius inferendi, nō tamen facit locū religioſum: vt ſi ſocius ſuum mortuū inferat in locum cōmunem: vt. ff. de relig. l. ſunt perſonæ. quādoque verò & habet ius inferēdi, & facit locū religioſum: vt ſi ſoci⁹ inferatur, cū nō alibi tā cōmode poſſit inferri: vt. ff. de reli. l. ſi plures. ité dicas quòd hic erat cōmunis ex ſocietate. aliàs enim fami. erciſ. vel cōmuni diui. agitur, vt. ff. de reli. l. ij. §. an & ſocius.
d *Pro ſocio.* vt dānū ſarciatur: vt. ff. de reli. l. locū. § j. &. l. is qui. poteſt etiā in factū agi vt corpus tollatur, vel [redacted]artis præſtetur: vt. ff. communi diui. l. ſi quis putās. §. [redacted]olis in cōmunem.
e *HEres ſocii. Per heredem.* qui ſit legitimæ ætatis ſic in herede tutoris: vt. j. de hered. tu. l. j. §. heredis. Azo. & eſt ad. l. ſupra de nego. geſt. l. nam & Seruius. §. ſi viuo Titio.
f *Poteſt.* ideoque punitur. Accurſius.

Si quis.

*Val. in re ipſa negotium.

NAm cum tractatu habito ſocietas coita eſt, pro ſocio actio eſt: cum ſine tractatu, [a] in re ipſa [b] & negotio* cōmuniter geſtum [c] videtur: [d]

XXXIII. IDEM libro trigeſimo primo ad Edictum.

VT in conductionibus [e] publicorū: [f] item in emptionibus. Nam qui nolunt inter ſe cōtendere, ſolent per nuntium rem emere in commune, quod à ſocietate longè remotum eſt. Et ideo [g] ſocietate ſine tutoris auctoritate coita, pupillus non tenetur: attamen communiter geſto [h] tenetur.

XXXIIII. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

QVibus caſibus [i] ſiquid forte vnus in eam rem impēderit, ſiue fructus mercedésve vn⁹ perceperit, vel deteriorem fecerit rem: non ſocietatis iudicio locus eſt: ſed inter coheredes quidem familiæ erciſcundæ iudicio agitur: [k] inter cæteros communi diuidundo. [l] Inter eos quoque, quibus hereditario iure communis res eſt, poſſe & communi diuidundo agi. [m]

Societas non tranſit ad heredem ex conuentione ſocij: ſed actio pro ſocio bene tranſit tam pro culpa ipſius defuncti, quàm pro dolo heredis. ex conuentione tamen heredis poteſt reuocari ſocietas. hoc dicit cum duabus ſequen.

XXXV. VLPIANVS libro trigeſimo ad Sabinum.

NEmo poteſt ſocietatem [n] heredi ſuo ſic parere, vt ipſe heres [o] ſocius ſit. in heredē autem ſocij proponitur actio, vt bonam fidem præſtet: [p]

XXXVI. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

ET acti etiam culpā, quam [q] is [r] præſtaret, in cuius locū ſucceſsit, licet ſocius (non) ſit.

XXXVII. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

PLanè ſi hi qui ſociis heredes extiterint, animum inierint [s] ſocietatis in ea hereditate, nouo cōſenſu: quod poſtea geſſerint, efficitur vt in pro ſocio actionē deducatur.

Cautela futurorum ſpectat ad iudicem tam in generalibus iudicijs quàm ſpecialibus, vbicunque aquitas ſuadet. Baldus.

XXXVIII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

PRo ſocio arbiter [t] proſpicere debet cautionibus [u] in futuro damno, vel lucro pendēte ex ea ſocietate. quod Sabinus in omnibus bonæ fidei iudiciis exiſtimauit, [x] ſiue generalia ſunt, veluti pro ſocio, [y] negotiorum geſtorum, tutelæ: ſiue ſpecialia, veluti mādati, [z] commodati, depoſiti. Si tecum ſocietas mihi ſit, & res ex ſocietate cōmunes: quam impenſam in eas fecero, quósve fructus ex his rebus ceperis: vel pro ſocio, vel cōmuni diuidundo me cōſecuturum, [a] & altera actione alteram tolli [b] Proculus ait.

XXXIX. POMPONIVS libro decimotertio ad Sabinum.

SI fundus mihi tecū cōmunis ſit, & in eum mortuum intuleris, [c] agā tecum pro ſocio [d].

Societas ad heredem non tranſit: tamen inchoata per defunctum debent per heredē explicari. h. d. Baldus.

XL. IDEM libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

HEres ſocij quamuis ſocius nō eſt, tamē ea quæ per defunctū inchoata ſunt, per heredem [e] explicari debēt: in quibus dolus eius admitti poteſt: [f]

Stipulatio pœnalis non nouat præcedentem obligationem, niſi ex cauſa non onerosa factam: ſed exactione facta per vnam, tollitur altera, quatenus concurrunt. Bar.

XLI. VLPIANVS libro viceſimo ad Edictum.

Si quis.] CASVS. Si ſocius à ſocio ſtipulatus fuerit de dolo in ſocietate nõ committendo, & promittat pœnã ſi dolus cõmittatur: non pro ſocio, ſed ex ſtipulatu agetur ad pœnam: ſi non minus fuerit in pœna, quàm in intereſſe. & hæc pœna his qui eam conſecuti ſunt, ſi alter debitor ſit, imputabitur in ſortẽ. Viuianus.

a *Stipulatus.* ſi dolum vel culpam commiſerit alteram.

b *In pœnam.* refert ergo an ſit minus, vel plus: vt hic dicit. Sed contra. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. in prin. Solu. ibi ſuccedit pœna loco cõcẽptus arbitri. vnde non impedit ſortis petitio, licet etiã pœna petatur: vt. ff. eo. tit. l. ſi quis rem. hic autẽ loco rei: & ideo pœna petita non petitur res: vt. ff. de excep. do. apud Celſũ. §. Labeo. & ſic intereſt: vt in id quod deeſt, nõ noceat: vt. ff. eo. l. proxi. Itẽ opponitur: aut hæc ſtipulatio pœnalis fuit animo nouandi, aut non. Primo caſu nec in eo quod deeſt, poteſt agi. In ſecũdo remanet efficax vtraq;. Sol. dicas tolli pro ſocio, ſi tantũ eſt in pœna, promiſſum ſcilicet & exactũ: vt. ff. l. proxi. aliàs non: & ſic eſt nouatio. Vel dic, quòd ſi dubium eſt an nouandi animo an non ſtipulatus ſit pœnam, inſpiciendum eſt an tantum ſit in pœna, quantum interſit eius. tunc enim præſumitur nouandi animo factum: vnde poſtea pro ſocio nõ aget. ſi vero minus ſit in pœna, præſumitur non eſſe factum nouandi animo: vnde poteſt agi in id quod deeſt pœna exacta. Vel tertio dicas, ſecundum Azo. quòd indiſtincte fuit nouatio. ſtipulando enim pœnam certam, in tantum videtur repudiaſſe actionẽ pro ſocio: vt infra de actio. & obli. l. obligationum fere. §. fin. habita de facili nouationis coniectura, ſecundum has leges: vt inſtit. qui. mo. tol. obli. §. ſed cum hoc. Accurſius.

c *Quod ſi ex ſtipulatu. Hoc minus.* id eſt, táto minus. ſed videtur quòd lucro deberet pœna cedere creditoris: vt infra de reg. iur. l. quod à quoquam. & ſi fra de ſolu. id quod pœnæ. & ſupra de pigne. act. ſi pignore. in prin. quæ ſunt cõtrariæ. Solu. refert, an ſit legalis pœna, & ſic loquuntur leges contrariæ. an conuentionalis: & tunc quia loco rei ſuccedit, non poteſt vtrũque peti: vt hic, & ff. eo. de excep. do. apud. §. Labeo. & ff. de act. emp. l. prędia. Item lex illa, prædia. videt eſſe cõtraria in eo quòd hic ipſo iure dicit tolli primã: vt diximus. ff. p nouationẽ. ibi verò dicit p exceptionẽ. ſ. intẽtionis vel factí: vt ibi diximus.

Si actum.] CASVS. In communi diuidundo actione tantum venient corporalia, non nomina. Item in actione pro ſocio non venient adiudicationes, cum per eam non diuiſio, ſed cõmunicatio fiat. ſed táto minus cõſequitur per actionem pro ſocio, quãtum plus conſecutus eſt per act. cõmuni diui. Viuianus.

d *Rationem habet.* quod non habetur in communi diui. vt ſupra communi diui. l. per hoc.

e *Admittit.* cũ nõ fiat diuiſio per eã, ſed cõmunicatio: vt no. in d. l. cõmuni di. ſed ad perſonales præſtatiões cõueniũt. & de hoc ſubiicit ĩ prima parte. p ſoc. & cõmuni diui. habẽt ſe vt excedẽtia & exceſſa: in ſecũda cõueniũt in pſonalibus præſtationibus.

f *Hoc minus.* Nota quòd in perſonalibus præſtationibus cõueniunt, vt in damnis & fructibus: ſed in diuiſione vel adiudicatione excedit communi diu. actionẽ pro ſocio: & econtra actio pro ſocio excedit in omnibus: vt hac. l. colligitur. primum colligitur ex fi. ſecundũ ibi, & adiudicationem &c. tertiũ ex prin. &c.

g *Actione.* ſcilicet actione pro ſocio inter ſocios.

h *Quia.* [illegible]rum. Azo. & dic vt not. ſupra communi diui. l. j. & ſupra eo. pro ſocio. §. fin. Accurſius.

Si margarita.] CASVS. Dedi margarita, vt ſiẽderes ea p decẽ, x. mihi redderes: ſi plꝰ, illã tuũ eſſet. Dicit q ſi hoc dixi aío cõtrahẽdę ſocietatis, eſt iter nos act. p ſocio. ſi nõ, actio ꝑſc. ver. Vi.

i *Si animo.* quod colligitur ex qualitate perſonarũ & negotiorũ. nã ſi hic vẽditor margaritarũ erat, ſicut & venditor librorũ: præſumit nõ animo ſocietatis, & ſic dat præſcrip. ver. vt hic, & j. de præſcrip. ver. l. ſi tibi rẽ. ſi autẽ promiſit mihi q in Alexandriã foret portaturus, tũc eſt ſocietas: & ſic agitur pro ſocio: vt hic, & ff. e. l. cũ duob⁹. §. item ex facto. Azo.

Rei cõmunis.] CASVS. Si ſocius rẽ cõmunẽ contrectet: & furti, & pro ſocio actio cõpetit: neq; altera alterã tollit. idem in omnibus bo. fi. iudi. vt cõpetat furti ex ea cõtrectatione: vt in act. mãda. locati. neg. geſt. tutelæ. ſi tamẽ pro ſocio actũ fuerit, tollitur cõdictio furti. nec tamen facile præſumitur q ſoci⁹ faciat cauſa furãdi, vel celandi: ſed potius iure ſuo, & ratiõe ſuæ partis quam habet iure ſocietatis. vnde ſi ſeruũ cõmunẽ vnus ſociorũ celauerit: nõ tenetur lege Flauia propter prędictã præſumptionem: verũtamen ſi probetur eũ ſuppreſſiſſe, tenebitur. & hoc dicit. l. illa, merito. quia cõiungitur cũ. ff. ſed ſi ex cauſa. & continue debet legi cum duabus ſeq. vſque ad. §. ſi damnum. & ille. §. continuatur cum tribus. ll. ſeq. quæ planæ ſunt. Viuianus.

k *Agi poteſt.* vt infra de fur. ſi ſocius.

l *Dicendum eſt.* vt furti competat & ex eo cõtractu. & ſic etiam in cõmodato ſecũdũ hoc, vt ſi rei cõmodatæ tibi feceris furtũ, vtraque tenearis: nec vna per alterã tollitur: vt hic, & ff. de act. & obli. l. qui ſeruũ. Sed cõtra. ff. de fur. is cui. vbi dicit tolli cõmodati ipſo iure, ſi furti eſt actũ. Itẽ ſi cõmodati, dicitur ibi q furti actio tollitur per exceptionẽ. Sol. hic nõ tollitur, ſcilicet ipſo iure: ſed per exceptionẽ: vt ibi. vel ibi actor ſciuit rẽ eſſe ſurreptã. Vel ſpeciale eſt ibi in actione cõmodati: & ideo quia accipiens cõmodatũ, grauius obligatur q̃ aliquis alius, quia de leuiſſima culpa: & ideo in hoc releuetur. ſed hoc nõ valet, quia & procurator æquè obligat, cũ etiam de leuiſſima culpa teneatur: vt. C. mãda. l. à procuratore. licet quidã dicãt cõtra. & tamen in procuratore vna per alterã nõ tollitur: vt. ff. l. proxi. Vel diſtingue, an agitur propter rẽ tãtũ actione cõmodati: an ꝓpter intereſſe. nã ſi propter rẽ, poſſea furti agetur. aliàs nõ, ſecũdũ Ir. Vel dic ſecundũ V. an feci mẽtionẽ furti, vel ago cõmodati ꝓ illa re in qua furtũ feciſti, & tũc nõ agã poſtea furti. an nõ: & tũc poſſum. Vel dic, ſpeciale in cõmodato, alia ratione: quia ſi dolo etiã cõmodatarij res abſit: tamẽ poſtea præſtita æſtimatione litis, cogitur cõmodatario cedere actionẽ: vt. ff. de re iudi. l. in depoſiti. ſic ergo poſtea furti nõ aget. ſed & hoc nõ placet: quia nõ tãtũ cõmodatario, ſed etiã depoſitario, qui de ſolo dolo tenetur, ceditur actio: vt ibi dicitur. multo magis ergo ceditur mandatario, q̃ de omni culpa tenetur. nã & prædicta. l. in depoſiti. generaliter eſt intellecta in omnibus bo. fid. iudiciis. Solue ergo, & dicas q in. d. l. de fur. fuit actũ actione furti, id eſt cõdictione furtiua: & ſic tollitur cõmodati: vt. ff. l. proxi. ſed ſi ex cauſa. j. reſpon. & hic bona ſolutio. Hodie vero etiã furti & cõmodati tolluntur ſola electione, licet alij dẽtur poſtea: vt. C. de fur. l. fi. §. j. Itẽ ei quod dicit, vnã p alterã nõ tolli, prout ad mãdatũ refertur: vt hac. l. & infra. l. proxi. eſt contra. C. de fur. l. j. vbi dicitur, vel mandati vel furti eligi. nam electione tolluntur. Solu. ibi loquitur cum alius, non actor mandauerat: & ideo datur electio agenti vel vt mandatum ratum habeat, & ex eo agat. vel furti, dicens alios ſine ſua voluntate contrectaſſe. vtrumq; autem non poteſt facere, quia contraria ſunt. nam ſi agit mandati, ratam habet contrectationem. ſi furti, non agit mãdati, & non habet ratũ. hoc enim in actione furti intenditur, nec debuiſti contra meam voluntatem pecuniam contrectare. & cum agit poſtea mandati, videtur approbare contrectationem: ſicque vt ſibi contrarius repellitur: vt infra

SI quis à ſocio pœnam ſtipulatus[a] ſit, pro ſocio nõ aget, ſi tantundẽ in pœnam[b] ſit, quãtum eius interfuit.

XLII. IDEM libro quadrageſimo quinto ad Sabinum.

QVod ſi ex ſtipulatu eam conſecutus ſit: poſtea pro ſocio agendo hoc minus[c] accipiet, pœna ei in ſortẽ imputata.

Actio communi dividundo, non tollitur per actionem pro ſocio: quia habẽt ſe vt excedentia & exceſſa. Bartolus.

XLIII. IDEM libro viceſimo octauo ad Edictum.

SI actum ſit communi diuidundo, non tollitur pro ſocio actio: quoniam pro ſocio & nominum rationem habet[d], & adiudicationem non admittit[e]. Sed ſi poſtea pro ſocio agatur: hoc minus[f] ex ea actione[g] conſequitur, quàm[h] ex prima actione conſecutus eſt.

XLIIII. IDEM libro trigeſimo primo ad Edictum.

SI margarita tibi vendenda dedero, vt ſi ea decem vendidiſſes, redderes mihi decem: ſi pluris, quod excedit, tu haberes: mihi videtur, ſi animo[i] contrahẽdæ ſocietatis id actum ſit, pro ſocio eſſe actionem: ſin minus, præſcriptis verbis.

Actio rei perſecutoria non tollitur per pœnalem: nec econuerſo: ſed vna perſecutoria aliam bene tollit. B.

XLV. IDEM libro trigeſimo ad Sabinum.

REi communis nomine cũ ſocio furti agi poteſt[k], ſi per fallaciã dolóve malo amouit, vel rem communem celandi animo cõtrectet. Sed & pro ſocio actione obſtrictus eſt: nec altera actio alterã tollet. Idémque in omnibus bonæ fidei iudiciis dicendum eſt[l].

XLVI. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

Actio vna per aliã tollitur.

vt infra quando ap.ſit.l.ij. §.ſed ſi alius.& ſupra de peti. here.ſi teſtamentum.in fi.quia ratione eiuſdem contrectationis & mãdati quaſi ſit mandatum,& furti quaſi non ſit mandatum, experitur.hic autem actor geſtionem mandauerat: procurator deinde inuito domino res contrectauerat. ſi agit vtraque, non ideo ſibi cõtradicit: & ideo admittitur:vt hic dicitur,& ſupra tit.j.ſi mãdauero. §. ſi tibi. Item contra ſupra nau. cau. ſtabu.l.idem.§.fin.Sol. vt ibi.Accurſius.

a *Idem eſt & in colono.* qui res domini in prædio conſiſtẽtes celat animo ſurandi. Ac.

b *Sed ſi ex cauſa. Aquilia.* vt.ſ.ad legẽ Aquil. ſed & ſi cõmunem.&.l.ſeq.

Si ita diſtrahatur.] CASVS. Vendidi tibi his verbis,illã aut illã ré.quã velim tradere,tradã:quia in mea dilectione eſt.Vi.

a *Illa res.*ſit tibi vendita: & puncta ibi,venditor. Vel dic q̃ ſint verba emptoris,ſit mihi empta: ne ſit cõtra ſupra eo. Labeo. facit ad.l.iſtam infra eod.ſi in emptione. §. ſi emptio.&.ĩ. de iure do.l. plerumque.§.pe.

b *Qui vendidit.* ſcilicet fundum.

c *Spopõdit.* ſcilicet da re:quia tũc tenetur facere rem accipiẽtis: vt inſt.de act.§.ſic itaque. aliud ſi promiſit tradere:vt.ĩ. de ver. obli. ſi rem tradi. Accur.

Si ſciens.] CASVS. Emi ab aliquo cui bonis interdictũ erat, ſciẽs, & ab aliquo quẽ ſciebam nihil poſſe de hereditate vẽdere, qa acceperat tẽpus ad deliberandum. nõ fio dominus ex illa vẽditione.aliter enim ſi emi à debitore creditorem fraudãte,quia tunc bene fio dominus.Viuia.

d *Datum ſit.*id eſt ſub hoc pacto.

e *Emero.*quia fio dominus,licet reuocetur à me per Paulianã : vt inſtitu.de act.§.item ſi quis.ſed ĩ primis duobus non, quia erat interdicta: vt hac.l. &.ĩ. de vſuca. l. ſi ab ea. & de verb.obli.l.is cui.libertas autẽ etiam hoc tertio caſu non valet, qa in fraudẽ creditorũ ſit data:vt inſti.qui manu.non poſ.in princ.

Qui à quolibet.] CASVS. Si emi rẽ ab aliquo quẽ dominum puto,bona fide videor emere. ſi autem à pupillo ſine tutoris vel curatoris auctoritate ſcienter emero, non videor bona fide emere.& hoc Sabinus ſcripſit. Viuianus.

f *Ipſius eſſe.* vel ipſum habere ius vendendi:vt.ĩ. de verb.ſigni. bonæ fidei.niſi colludat:vt.ĩ. pro emp.l. qui fundum.§. procurator.nec obeſt ſi ſciam alicui obligatum,vel vſumfructum eſſe alienum:vt.ĩ.pro empt.qui fundum.§.fin. Accurſius.

g *Non videtur bona fide.* cũ ille qui à pupillo emit, debeat probare tuto.&c.vt.ĩ.de Publicia.quæcumque.§.fin. Accurſius.

Rem alienam.] CASVS. Bene valet emptio ſi vendo rem alienam,ſed res auferri poterit ab emptore. Viuianus.

h *Dubitatio.* quia tenet cõtractus in prẽiudiciũ vendẽtis, quãuis in re mobili hoc nõ facile ſit:quia cum facile ibi cõmittatur furtum:vt inſti.de vſuca.§.vnde in rebus.nõ erit emptio ſecundum diſtinctionem poſitã infra eo.ſi in emptione.§. item ſi emptor. habet ergo locum hæc lex in re immobili: item in mobili quando non ſit furtum:ſed & quando ſit furtum quandoque:vt patebit in.d.l.ſi in emptione.ĩ. eo.§. item. ſed cum teneat venditio rei alienæ,quare non tenet pignoris obligatio: vt.ĩ. de pi. ac.l.ij?Reſpon. quia in pignore oportet quòd conſtituam ei ius in re, id eſt obligationem quandam: quod facere non poſſum ſi res eſt aliena.ſed in venditione non teneor niſi quandam alininam poſſeſſionẽ tradere,& me pro euictione obligare:& ita eſt ius in perſona,quod poſſum etiã in re aliena:vt.ĩ.de act.empt.l.

In alternatiua venditione eſt electio venditoris. Bartolus.

XXV. IDEM libro trigeſimoquarto ad Sabinum.

Si ita diſtrahatur, illa aut illa res: a vtrã eliget vẽditor,hæc erit empta. Qui vendidit, b neceſſe non habet fundũ emptoris facere: vt cogitur qui fundum ſtipulanti ſpopondit. c

XXVI. POMPONIVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

Si ſciens emam ab eo cui bonis ineerdictum ſit, vel cui tempus ad deliberandũ de hereditate ita datum ſit, d vt ei deminuendi poteſtas non ſit, dominus non ero: diſſimiliter atque ſi à debitore ſciens creditorem fraudari,emero. e

XXVII. PAVLVS libro octauo ad Sabinum.

QVi à quolibet rem emit, quã putat ipſius eſſe: f bona fide emit. At qui ſine tutoris auctoritate à pupillo emit, vel falſo tutore auctore, quem ſcit tutorem non eſſe: nõ videtur bona fide g emere: vt & Sabinus ſcripſit.

XXVIII. VLPIANVS libro quadrageſimoprimo ad Sabinum.

REm aliená diſtrahere quẽ poſſe, nulla dubitatio h eſt. nam emptio eſt & venditio:ſed res emptori auferri poteſt. i

XXIX. IDEM libro quadrageſimotertio ad Sabinum.

QVotiens ſeruus venit, non cum peculio diſtrahitur. k & ideo ſiue nõ ſit exceptum, ſiue exceptũ ſit, ne cũ peculio veneat,non cum peculio diſtractus videtur. Vnde ſi qua res fuerit peculiaris à ſeruo ſubrepta, condici poteſt, videlicet quaſi furtiua:hoc ita, ſi res ad emptorem peruenerit.

XXX. IDEM libro trigeſimoſecundo ad Edictum.

SEd ad exhibendum agi poſſe nihilo minus & ex vendito l puto.

XXXI. POMPONIVS libro viceſimoſecundo ad Sabinum.

SEd & ſi quid poſtea acceſſit m peculio, reddẽdum eſt vẽditori, veluti partus,& quod ex operis vicarij n perceptũ eſt.

Qui vendit rem, videtur vendere ſolummodo ius quod habet in re. Bald.

XXXII. VLPIANVS libro quadrageſimoquarto ad Sabinum. o

QVi tabernas argẽtarias, p vel cæteras quę in ſolo publico ſunt,vendit, non ſolum, ſed ius vendit: cum iſtæ tabernæ publicæ ſunt, p quarũ vſus ad priuatos pertinet.

Verba quæ poſſunt intelligi actiue & paſſiue:in præiudicium venditoris intelliguntur actiue. vnde hic intelliguntur de ſtillicidiis dominantibus,non ſeruientibus. Bald.

XXXIII. POMPONIVS libro trigeſimotertio ad Sabinum.

CVm in lege venditionis ita ſit ſcriptum, *Flumina, ſtillicidia, vti nunc ſunt, vt ita ſint*: nec additur quæ flumina vel ſtillicidia: primùm ſpectari oportet quid acti ſit. ſi non id appareat,tunc id accipitur,quod vẽditori nocet. q ambigua enim oratio eſt.

Qui vetiẽ.] CASVS. Si vendo tibi ſeruum qui habet peculiũ,nõ videor vendere peculiũ, ſiue expreſſe excipiam,ſiue nõ.ſed ſi ſeruus aliquã rẽ aſportauit peculiarem,condici poteſt cõdictione furtiua, ſi ad emptorẽ peruenit. ſed & agi poteſt ad exhibendum, & ex vẽdito. vnde ſi poſtea aliquid acceſſit peculio,reſtituendum eſt vẽditori, veluti quia perceptũ ex operis vicarij, vel partus eſt editus. & h. d.vſque ad.l.qui tabernas. Viuianus.

h *Diſtrahitur.*vt infra de euic. l.iij. in princ. & infra de pigno.l.j.§. j. & ſupra de pecu. l. quis ergo. in princi.& infra de pecu. lega. ſi legatus. & argu. infra de fun.inſtru. l.ij.§. fi. Accurſius.

i *Ed ad exhibẽdum. Ex vendito.* ſic ergo ex vendito agitur ad id quod in vẽditione non venit:vt C. de act.em.l.ij.in fi.Acc.

m *Ed &. Acceſſit.* ex re vẽditoris, vel ex re ſerui vicarij.

n *Vicarij.* quẽ habebat in peculio. Accur.

Vt tabernas.] CASVS Vẽdidi tibi tabernas meas argentarias,& cæteras quę ſunt in loco publ. quæritur, an vendam tibi ſolum? Et dicitur quòd non, ſed ius tabernę:cum ipſę tabernæ publicæ ſint, quarum vſus priuatus eſt:& ille intelligitur venditus. Viuianus.

o *Qui tabernas argentarias.* id eſt vbi argentum vendebatur.

p *Publicæ ſunt.* vbi talia vendebantur. ſic & in legato : vt.ĩ. de leg.j.l.ſenatus.§.fi.&.l.ſi domus.§.fi. Accurſius.

Cum in lege.] CASVS. Si vendo tibi domum, & dico, vti ſeruitutes ſunt,ita ſint:dubium poteſt eſſe vtrũ domui meæ debeatur ſeruitus,an ipſa debeat:& ideo cõtra me fiet interpretatio,vt potius ei debeatur quàm debeat, quia ambigua eſt oratio. Viuianus.

q *Nocet.* vt.ĩ.e.ea quæ.§.fi.&.ĩ.de pac.l.veteribus.&.ĩ.eo. Labeo.hoc eſt,vt potius recipiãtur ſtillicidia venditarum ædium: vt.ĩ.de ſerui.vrba.prædi.ſi arborem.§.fi.& facit.ĩ. de reg. iur.l. in contrahenda.&.ĩ.pro empt.l.ij.§.cum Stichum.

Si in emptione.] CASVS Si fundus vẽditus eſt,& emptor dicat Stichũ acceſſiſſe, & de alio ſenſerit emptor, de alio vẽditor: quem elegerit vẽditor dabitur.an autẽ refert plus fuit in acceſſione quàm in re?Et reſpõ.quòd non. [OMNIVM] In iſto.§. traditur regula,quia emptio cõſiſtere poteſt omnium rerũ quas poſſidemus:& perſequi poteſt.in illis autẽ in quibus natura, ius gentium,vel mores non patiuntur commercium,venditio contrahi nõ poteſt.& de hoc ſubiicit exemplũ.liberũ hominẽ ſciẽs emere non poſſum:& ſi dicam,cum ſeruus erit,nõ eſt talis caſus expectãdus.item in re furtiua ſi vẽditor ignorabat,emptor autẽ ſciebat,nõ obligatur vẽditor. Si tamen aga: ex vẽdito, nihil conſequetur,

Has circã fori a Tarquinio exſtructas Dionyſ. Halic. li.3.teſtatur à quibus circũforaneum as Cice. appellat lib.2. epi. ad Attic.epiſto.1. circa finẽ.

Cõiunge.l. ſeruitus. de ſeruit. vrb. pra.

quetur,niſi præſtiterit quod conuenit. Si autẽ emptor ignorabat,obligatio eſt vtrobiq;& ita ſcripſit Papinia.[*REI.*] Emo rem meam.nõ valet emptio,niſi emo ſimpliciter poſſeſſionem quam habet vẽditor,& in quo vincat me iudicio poſſeſſorio. [*ALIA.*] Si emo vinum,alia cauſa eſt guſtãdi,alia menſurandi.nam guſtus proficit vt liceat probare vel improbare:mẽſura autem proficit vt ſciatur quantum vẽditur. ſed poſt menſurationẽ nõ improbat. [*SI EMPTIO.*]Vẽdo Stichũ aut Pãphilum, his verbis:ſit vẽditus Stichus aut Pamphilus.dicitur quòd in vẽditoris poteſtate eſt quẽ velit tradere.ſed ſi vnus deceſſerit,alter eſt i obligatione.& ita primus eſt periculo vẽditoris:ſecũdus periculo eſt emptoris. vnde ſi ambo mortui ſunt,pretiũ debet:quia vnus fuit periculo emptoris.& idẽ erit ſi electio emptoris ſit,dummodo hoc ſortium ſit malum conſtitutum ſit in arbitrio ſuo quem velit,non hoc an velit emere.[*TVTOR.*] Si tutor velit emere rem pupilli ſui, non valet emptio.idem in curatore & ꝓcuratore, & aliis qui aliena negotia gerunt. Vi.

† *Bal.not. iſtũ text. & inſpiciunt illud qđ eſt principale: licet acceſſorium ſit malum valeat.*

a *Dictum ſit.* ſcilicet ab emptore,& ſic obſcuritas debebit nocere illi.

b *Senſerit.* id eſt,ſenſiſſe dicitur.Ioã.ſic.C. de here.inſt.l.iij.&.C. de quęſtio.l. iij. aliàs contra.ĩ.eo.in venditione.vel hic in acceſſoriis.

† *Idẽ prohibetur Deut. 24.cap.*

c *Intellexerit.* imò videtur cõtra.ĩ.eo.l.Labeo. &.l. proxi. & de pac.l. veteribus. &.j. de reg.iur.l.in cõtrahẽda.Solu. hic ab emptore fuit dictum.

d *Refert.* ſcilicet aliàs. & ſic innuit caſum cũ non homo,ſed alia res accedit.Alioquin cõtra:vt infra de ædil. edic.l.iuſtiſsime.quæ eſt contra.Item aliud in fideiuſſoria obligatione:vt inſtitu.de fideiuſſ.§.fideiuſſores.quæ eſt contra.Ac.

e *Habere.* ciuiliter.

f *Poſſidere.* ſcilicet naturaliter.

g *Natura.* vt homo liber.

h *Gentium.* vt ſacer vel religioſus locus.

i *Mores.* vt res publicæ in publico vſu:vt inſtitu.eo.§.finali.

k *Admittenda eſt.* vt inſti.de inuti.ſtip.§.j.&.j.de ſol.qui res.§. areã.in prin.&.j.de fideicom.liber.l.generaliter.§.ſi libero.

l *Dixerimus.* vt ſupra eo.l.nec emptio.

m *Expectare.* quia caſum aduerſamque fortunam liberi hominis expectare,neq; ciuile neq; naturale ius eſt:vt.j.de verb. ob.

Libertas libero homini relinqui poteſt.

inter ſtip[illegible] ſacrã.ſed libertas etiã libero homini relinqui poteſt:vt.j.de [illegible]m.libert.l.generaliter.§.ſi libero.Ac.

n *Furtiuum.* ſiue aliàs ſurreptum,ſiue ipſa cõtrectatione,quia venditur: vt quia res mobilis eſt:vt inſtitut.de vſucapio.§. furtiuæ. Item idem in depoſito & commodato diſtinguitur,ſecundum Ald.Sed quid ſi vterque ſcit rem alienam, non furtiuam?

Diſſenſus circa acceſſoria, contractum non vitiat: & in dubio fit interpretatio cõtra creditorem. B. & B.

XXXIIII. PAVLVS libro trigeſimotertio ad Edictum.

SI in emptione fundi dictum ſit[a] accedere Stichũ ſeruũ, neque intellegatur quis ex pluribus acceſſerit, cum de alio emptor, de alio venditor ſenſerit:[b] nihilo minus fundi venditionem valere conſtat. ſed Labeo ait eum Stichum deberi,quem vẽditor intellexerit.[c] Nec † refert[d] quanti ſit acceſſio, ſiue plus in ea ſit quàm in ipſa re cui accedat, an minus. Pleraſque enim res aliquando propter acceſſiones emimus: ſicut cum domus propter marmora & ſtatuas & tabulas pictas ematur.

Omnia quæ poſſunt haberi & poſſideri, poſſunt vendi: ſecuſſi nõ poſſunt haberi & poſſideri. Baldus.

Omnium rerum quas quis habere[e] vel poſſidere[f] vel perſequi poteſt,venditio rectè fit: quas verò natura,[g] vel gentium[h] ius,vel mores[i] ciuitatis commercio exuerunt, earum nulla venditio eſt. Liberum hominem † ſcientes emere non poſſumus. Sed nec talis emptio aut ſtipulatio admittenda eſt,[k] cum ſeruus erit:quamuis dixerim[l] futuras res emi poſſe. Nec enim fas eſt eiuſmodi caſus expectare.[m]

Rei quæ eſt furtiua in ipſo contractu, vel eius executione, non tenet emptio vtroque ſciente vitium, vel emptore ſolo: ſed ſcientia ſolius venditoris non officit. Bal.

Item ſi emptor & venditor ſcit furtiuum[n] eſſe quod venit, à neutra parte obligatio contrahitur. Si emptor ſolus ſcit, non obligabitur venditor: nec tamen ex vendito quicquam conſequitur, niſi vltro quod conuenerit præſtet.[o] Quòd ſi venditor ſciuit, emptor ignorauit, vtrinque obligatio contrahitur.& ita Põponius quoque ſcribit. Rei ſuæ emptio tunc valet,cum ab initio agatur vt poſſeſſionẽ emat quam forte venditor habuit: & in iudicio poſſeſſionis potior[p] eſſet. Alia cauſa eſt deguſtandi,alia metiendi. Guſtus enim ad hoc proficit,vt improbare[q] liceat: menſura verò non eo proficit,vt aut plus[r] aut minus veneat, ſed vt appareat quantum ematur.

Si fiat venditio plurium rerum alternatiue,erit in poteſtate venditoris quæ res ſit vendita: & ſi duæ res vendantur alternatiue, prima perẽpta, altera permanet in venditione. Baldus.

Si emptio ita facta fuerit,*Eſto mihi emptus Stichus, aut Pamphilus*: in poteſtate eſt venditoris quem velit dare: ſicut in ſtipulationibus:[s] ſed vno mortuo, qui ſupereſt dandus eſt:& ideo prioris periculum ad venditorem, poſterioris ad emptorem reſpicit.[t] Sed & ſi pariter deceſſerunt,pretium debebitur.[u] vnus enim vtique periculo emptoris vixit. Idem dicendum eſt etiam ſi emptoris fuit arbitrium quem vellet habere: ſi modò hoc ſolum arbitrio eius commiſſum ſit, vt quem voluiſſet,emptum haberet:non & illud, an emptum haberet.[x]

Tutor rem pupilli emere non poteſt.[y] idemque porrigendum eſt ad ſimilia, id eſt

a Reſpon.valet:vt ſupra eodem.l.rem alienam.

o *Præſtet.* ſcilicet emptori.& ſic not.quòd emptor aliquid cõſequitur excipiendo,quod non conſequitur agendo.ſic & ſupra de cõpen. ſi cum filiofamilias. Item in domo cõbuſta ſecus ſeruatur:vt infra.e.domum. Accurſius.

p *Potior.* ſcilicet emptor.alij,id eſt venditor.& facit.j.de acqui. poſſ.ſi aliquis.

q *Vt improbare.* non ergo poſt méſurã ĩprobare licet, ſicuti poſt guſtũ ante menſuram, ſiue vt ſpecies,ſiue vt quãtitas venierit. Azo.

r *Aut plus.* id eſt maiori pretio.

s *In ſtipulationibus.* nã in alternatiuis electio eſt promiſſoris:vt hic, &.ĩ.de eo quod certo loco.l.nõ vtique.j. reſp.& etiã poteſt mutare volũtatem:vt infra de verborum obligatio.l.eum qui certarum.§.ſi. Accurſius.

t *Reſpicit.* ſic infra de leg.j.& cum res.&.C. de peri.& com.rei vẽ. l.mortis.

u *Debebitur.* ſcilicet venditori.

x *Haberet.* quia tunc non tenet contractus: vt.C.eodem.l.in vendentis. Accurſius. * *Pla.ſ.*

y *Nõ poteſt.* immo videtur quòd ſic poteſt: vt.C.e.l.cum ipſe.cõtra.Sol.hic de eo dicit qui adminiſtrauit, ibi non:vt argu.j. de auct.tut.l. tutores quibus.Vel meliuscũ plures ſunt tutores,valet emptio ab initio facta alterius tutoris auctoritate : vt arg. infra de auct.tut.l.iiij.&. v.§. ſed & ſi cũ. aliàs non: vt hic. Vel dic quòd palam & bona fide poteſt à pupillo emere,& ſibiipſi auctor fieri,nõ autem clam:vt argu.j. de admini.tut.l.nõ eſtimo. & de auct.tut.l. pupillus. §. ſane.ij.& hęc habẽt locũ in omni officio publico,vel priuato.aliàs puoitur:

vt hic,& infra eo.l.non licet.Item opponit de eo quod eſt infra de admini.tut.l.tutor rerũ.in fin.vbi dicit pupillum rẽ vindicare non poſſe,quam ſibi tutor accepit de bonis eius,& pretiũ rationibus pupilli intulit.Sed reſpon.ibi eſt ideo,vel quia vſucapta ſit ab herede tutoris,vel quia bona fide accepit fructus tales:nõ quia ipſe tutor poterat emere à ſeipſo:niſi ipſe faciat palã,& bona fide:vt prædicta.l. de auct.tut.l. v.§.j.&.§.ſane. Vel dic,non poteſt vindicare,niſi reddat pretium quod in ſuam vtilitatem peruenit:argu.C.de præ.mi.ſi prædium. Accurſius.

Quod ſæpe.]*CASVS.* Dicitur quòd emptio valet etiam ſine arris.[*ILLVD.*] Imperfecta eſt emptio ita contracta, habeas emptum quanti volueris,vel quanti arbitratus fueris [*VENENI.*] Vendidi venenum. an valeat emptio? quidã diſerunt quòd nõ,ſicut ſocietas & mandatum flagitioſæ rei non valet.ſed iſta ſententia ita demũ vera eſt,ſi tale ſit venenum quod nullo modo vtile poſſit eſſe cũ adiectione alterius materiæ.ſed ſi poteſt aliàs medicamentum ex eo confici:bene valet venditio. [*SI QVIS.*] Habebam ſeruum qui fugerat.

mandaui

mandaui amico meo peregrinanti,quòd cum quærat & vendat. ſi inuenerit & vendiderit, non facio contra ſenatuſcon. Libonianum(quo cauetur vt non vendatur ſeruus in fuga conſtitutus) quia vendo : neque amicus meus facit contra ſenatuſ. quia vendit. videtur enim præſentem vendere,& recte emptor contrahit negotium. [*SI RES.*] Si vendita res periit furto penes venditorem, quæritur cuius ſit periculum.attendendum eſt quid de cuſtodia conuenit.ſi enim nihil cõuenit,in eo caſu talem diligentiam præſtare debet venditor, qualem bonus paterfa. præſtaret in rebus ſuis: quam ſi præſtiterit,ſecurus erit ab emptore, vindicationem tamen rei & condictio.cedere debet emptori. Sed pone quòd res ſua nó erat,& vendidit quod non habet:non poteſt cedere,ſcilicet vindicationem & cõdictionem. nunquid eo ipſo damnabitur? Reſponſio huius quæſtionis non eſt in litera: & ſecundũ omnes reſpõdetur quòd dãnatur:quia ſi ſuam rem vendidiſſet, potuiſſet emptori actiones ſuas cedere. [*IN HIS.*] Cum vinum vel quid aliud qđ in põdere numero vel menſura conſiſtit, aut in genere,aut in quãtitate ſeu ſpecie, venduntur: ſecundo caſu poſt mẽſurationé trãſit periculum ad emptorẽ,primo caſu ſtatim poſt celebratũ cõtractum. Viuianus.

Flo.vſu

Facit ad nec.§.glo. in.c.inius. extra de rerũ permu.

a *Euidentius*.nam eſt arg.emptionis futuræ: vt inſtitu.eo. in princ. ſic & in ſcriptura,quia & ſine ea valet quod agitur: vt infra de fide inſtru.l.penul.data autem arra ſi emptor pœniteat, perdit quod dedit.ſi vẽditor, reddit in duplum : vt inſtitut.eo.§.j ſed an nihilo minus ad intereſſe agitur? Quidam vt Ioan.& Bul. quòd ſic: Azo quod non : quia videntur renuntiaſſe agere ad intereſſe. Itẽ qua actione agitur ad arras reddendas? Reſpon. condic. ex lege: vt.C. de fide inſtru.l. contractus. vel iudicis officio.actione autem ex empto agitur,quando eſt ſine ſcriptis.aliàs non,niſi ſcriptura tota completa:quia tũc demum eſt perfecta venditio:vt.d.l.contractus.

Arra qua actione peti poſſunt?

b *Emptum*. Notatria.aut enim pretium confertur in arbitriũ alterius eorum,& tunc non valet,vt hic.aut contractus, & tunc non valet:vt C.eo.l.in vendentis.aut res , vel eius qualitas : & hoc poteſt fieri:vt inſti.eo.§.pe.

c *Societas*. vt ſupra pro ſocio.nec prætermittendum. Acc.

ad curatores , procuratores,& qui negotia aliena gerunt.

XXIV. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

QVod ſæpe arræ nomine p emptione datur, non eò pertinet,quaſi ſine arra conuẽtio nihil proficiat : ſed vt euidentius [a] probari poſsit conueniſſe de pretio.

Non valet venditio ,ſi pretij quantitas in emptoris voluntatem vel arbitrium cõferatur. Bartolus.

B

Illud conſtat, imperfectũ eſſe negotium,cum emere volenti ſic venditor dicit : *Quanti velis , quanti æquum putaueris, quãti æſtimaueris , habebis emptum.* [b]

Veneni mali quidam putat non contrahi emptionem:quia nec ſocietas [c] aut mandatum [d] flagitioſæ rei vllas vires habet. quæ ſententia poteſt ſanè vera videri de his quæ nullo modo adiectione alterius materiæ vſui * nobis eſſe poſſunt. De his verò quæ mixta aliis materiis adeò nocẽdi naturam deponunt,vt ex his antidoti [e] C & alia quædam ſalubria medicamenta conficiantur,aliud dici poteſt. Si † quis amico peregre eunti mandauerit, vt fugitiuum ſuum quærat, & ſi inuenerit,vendat:nec ipſe contra ſenatuſconſultum [f] committit, quia non vendidit: neque amicus eius, quia præſentem vendit. emptor quoque, qui præſentem emit,rectè negotiũ gerere intellegitur.

Venditor tenetur præſtare cuſtodiam in re vendita:& ſi ſine culpa ſua perdatur, nõ tenetur niſi vt actionem cedat : quam ſi cedere nõ poteſt,ſine culpa tenetur. Bartolus.

Si res vendita per furtum pe- D rierit,prius animaduertendum erit,quid inter eos de cuſtodia rei conuenerat.ſi nihil appareat conueniſſe,talis cuſtodia deſideranda eſt à venditore, qualẽ bonus paterfamilias ſuis rebus adhibet . [g] quam ſi præſtiterit,& tamen rem perdidit:ſecurus eſſe debet:vt tamen ſcilicet vindicationem rei & condictionem exhibeat emptori. [h] Vnde videbimus in perſonam eius qui alienam rem vendiderit, cum is nullam vindicationem aut condictionem habere poſsit. [i] ob id ipſum damnãdus eſt:quia ſi ſuam rem vendidiſſet, potuiſſet eas actiones ad emptorem transferre.

In his quæ venduntur vt ſpecies, periculum eſt emptoris incontinenti : in his quæ venduntur vt pondus,numerus, vel menſura,eſt periculum emptoris,cum diſtinctione qua hic habetur. Bartolus.

In his quæ põdere,numero, menſuráve conſtãt,veluti frumento,vino,oleo,argento:modò ea ſeruantur quæ in cæteris, vt ſimul atque de pretio conuenerit,videatur perfecta venditio: [k] modò vt etiam ſi de pretio conuenerit,non tamen aliter videatur perfecta venditio, quàm ſi admenſa & adpenſa adnumeratáve ſint . Nam ſi omne vinum , vel oleum , vel frumentum,vel argentum , quantumcũque eſſet,vno pretio venierit:* idem iuris eſt quod in cæteris rebus. [l] Quòd ſi vinum ita venierit, vt in ſingulas amphoras:item oleum, vt in ſingulas* metretas:item frumentum, vt in ſingulos modios: item argentum , vt in ſingulas libras certum pretiũ diceretur:quæritur quando videatur emptio perfici . quod ſimiliter ſcilicet quæritur & de his quæ numero conſtant, [m] ſi pro numero corporum pretium fuerit ſtatutum.Sabinus & Caſsius tunc perfici emptionem exiſtimant, cum adnumerata, admenſa,adpenſáve ſint: [n] quia venditio quaſi ſub hac conditione videtur fieri,vt in ſingulas * metretas , aut in ſingulos modios, quos quáſve admenſus eris:aut in ſingulas libras,quas adpẽderis:aut in ſingula corpora,quæ

** Hæc vẽditio dicitur facta auenſione. Ante. Augu.lib. e. mẽd.3. t.6.*

** Flo ſingulos*

** Flo ſingulos.*

d *Mandatum*. vt ſupra manda.ſi remunerandi.§ rei.

e *Antidoti*. nomen medicamenti.& facit infra de verb.ſig.l. qui venenum.

f *Contra ſenatuſconſultum*. Libonianum. Vel dic quòd non habemus nomen eius:& cauetur in eo quòd nemo vendat ſeruum in fuga conſtitutum:vt hic,&.C.ad leg.Fa. de pla.l.in fuga. & infra de pla.l.ſciendum.

g *Adhibet*. licet ipſe ſuis rebus talẽ non adhibeat:vt ſupra de peri. & commo. rei vend.l. cuſtodiam. & inſtitut. eo.§.cum autem.

h *Emptori*.actionem etiam furti quæ vẽditori competit: vt infra de fur.l.eũ qui.in pri. &.l.ſi vẽdidero. & infra de act.empt. ſi ea res.in prin. Acc.

i *Habere poſsit, damnandus eſt*! Reſpon. & certe ob idipſum dãnandus eſt.quæ eſt litera Piſana. Vel ſi non habes hoc,lege interrogatiue:& ſupple,qd iuris ſit?Et rñ.ob id ipſum.Itẽ quod dicit q in re aliena nõ poteſt cedi condictio,verum eſt ratione dominij: ſed ratione poſſeſſionis poteſt:vt.ſ. de cõdic. trit.l.ij. ſed ob id nõ liberatur. Item no. q imputatur ei qui cedere non poteſt actionẽ,cum debeat cedere: vt hic,& infra de ſolu. Stichum.§.penul. &.j. de admi.tu. ſi pupillus alterum.ſic & infra locat.l.ſi quis domum.in princ. &.l. hæc diſtinctio. Sed arg . contra infra de fideiuſ. ſi ſtipulatus.§.ſi ex duob[9]. Accurſius.

k *Perfecta venditio*. quantum ad periculũ. ſic &. C. de peri . & commo.rei ven.l.ij. Accurſius.

l *In cæteris rebus*. hoc ita in vino,ſi & deguſtatio interceſſerit,ſecundum Bul. vt infra de pericu. & commo. rei vẽ.l.j.§.j. &.l. ſi qs vina. Et idem in qualibet alia re quæ venditur ad ſaporem : vt poſt deguſtationẽ demũ ſit emptoris periculum. Sed tu dic etiã in vino,quòd ſtatim etiam ante deguſtationem cum venditur in ſpecie,vt i cæteris rebus:vt hic,& ſupra proxi.§ nec ob.d.l.infra de pericu. & commo.rei ven.l.j.§.j.quia ibi de periculo conuenit:& ſi quidẽ intra tempus,bene eſt:aliàs intelligitur v[illegible]ſtationem. Si autem nil de periculo conuenerit,ſer[illegible] quod hic dicitur. Itẽ non ob.dicta lex,ſi quis vina.quia loquitur ibi in vino venditio ad menſurã,quod erat deguſtandum poſt diem certum.

** Flo ſingulos*

m *Conſtant*. vt ouec.

n *Adpenſáve ſint*. hoc niſi ſteterit p emptorem quo minus hæc fiant:

fiant:vt infra de peri.& com.l.si g emptorem.§.si verbi gratia.

a *Adnumeraueris.* scilicet pretium constituatur. Sic ergo sub hac conditione videtur fieri,si hæc mensurentur, vel appendantur,vel numerentur:vt hic dicit.ergo pendente conditione periculum peremptionis est venditoris,sed deteriorationis est emptoris: & sic acoris vel mucoris: quod B. plane concesit & in qualibet alia cõditionali venditione:vt infra de pericu.& commo. rei ven.l. quòd si pendẽte.Sed certe hoc est falsum.& idẽ Bul. postea more sapientis mutauit consilium. nã indistincte omne periculum est venditoris:vt hic. Et sic aliud erit in hac conditione tacita quàm in aliis: quia venditori datur facultas etiam per corbes tantundem effundere:& sic potest se famcile periculo liberare: vt infra de pericu. & commo.rei vend.l.j.in fin. Accursius.

adnumeraueris. a Ergo & si grex venierit: si quidem vniuersaliter vno pretio, perfecta videtur, postquam de pretio conuenerit. si verò in singula corpora certo pretio:eadem erunt,quæ proximè tractauimꝰ.

† *De vino doliario, aut qđ idẽ est, doliari, pulchrè Bud.j. de pers. & cõ. rei ven.l.i. § vlti.*

Sed & si ex doliario † pars vini venierit,veluti metretę cẽtum:verissimum est (quod & constare videtur)antequam admetiatur, b omne periculum c ad venditorem pertinere. Nec interest,vnum pretium omniũ centum metretarum insimul* dictum sit: an in singulas eas.*

* *Flo.in semel.*

* *Flo. singulos eos.*

Si quis in vendendo prædio cõfinem celauerit, d quem emptor si audisset, empturus non esset: teneri e venditorem [dicimus.]

b *Admetiatur.* & degustetur.nam hæc duo sunt necessaria: vt infra de peri.& commo. l.si quis vina.§. ex hoc apparet. ibi, difficile autẽ. in prin.l. primę no. Accursius.

† *Ex tit. si quid in fraud. patroni.*

c *Omne periculum.* nõ ergo solum peremptionis,sed etiam acoris & mucoris. Item nõ solũ si pars pereat, sed & si totum illud dolium: vt hic. & hoc nisi emptor fuerit in mora:vt infra de pericu. & commo.l. si per emptorem. §. si verbi gratia. Accursius.

d *Confinem celauerit.* id est malum vicinũ: quos vicinos tenetur dicere,si sunt mali: vt hic. vel si hoc ita actũ sit:non aliàs: vt infra eo.l. cum seruo.§ fin.

a De cõmoditate seu incomoditate á vicino: pulchrè L. Columella de re rustica lib.1. ca.3.& apud Erasmum in chiliadibus in expositione illius proverbii: Aliquid malo propter vicinum malum.

ac ipsos terminos agri semper tenetur dicere: vt.j. de ac.empt.l. Titius heres.

e *Teneri.* scilicet ad interesse. Accursius.

Quando pretium incertum in aliquem casum certificandum conferetur:non perficitur venditio si certificari non possit. Bar.

XXXVII. IDEM libro tertio Disputationum.

Si quis fundum iure hereditario sibi delatum, ita vendidisset : *Erit tibi emptus tanti, quanti à testatore emptus est:*& mox inueniatur non emptus, sed donatus testatori:videtur quasi sine pretio facta venditio: ideoque similis h erit sub conditione factæ venditioni : quæ nulla est,si conditio defecerit. i

Valet donatio commixta venditioni: licet ea intercidat donatio:nisi inter prohibitos. Bartolus.

Cum in venditione.] CASVS. Si aliquis venditor apponat pretium in venditione causa donationis:non videtur vendere. Viuianus.

f *Non exacturus.* secus si poneret,exacturus,& postea remitteret:vt infra loca.l. si tibi habitationem. quæ est contra. Item hic quando vtraque pars in hoc consensit. Sed quid si venditor tantum hoc gerebat in animo,ne exigeretur pretium? Respon.vterque alteri obligatur.licet enim tibi proposui donare, non tamen donaui.

g *Non videtur vendere.* vt ex empto vel vendito agatur : vt infra loca.& condu.l.sicut emptio,& supra pro socio.l.v.in fi.sed tamen est donatio:vt.C.ro.l.empti. Accursius.

Si quis.] CASVS. Vendidi tibi fundum,qui hereditario iure mihi deferebatur,& ita dixi:Vendo tibi fundum talem quãti emptus fuit à testatore.apparet postea quòd testator non emit, sed sibi donatus fuit. quasi sine pretio venditio est: & ita nulla quasi sub conditione facta,deficiente conditione.

h *Similis.* non est vere conditio:cum in præteritum conferatur:vt supra si cer.pet.itaque.

i *Si condicio defecerit.* secus in legatis,quibus adiecta falsa causa vel etiã demonstratio nó nocet:vt instit.de legat.§.huic. Ac.

Si quis donationis causa.] CASVS. Vendidi tibi equum pro.v. qui valebat.x.an valeat venditio? Dicit huiusmodi vẽditionem valere.alias non, cum tota venditio donationis causa sit. si enim viliori pretio fiat: valet nihilo minus,nisi inter virum & vxorẽ. & hoc dicit. Vi.

XXXVIII. IDEM libro septimo Disputationum.

Si quis donationis causa minoris vendat,vẽditio valet. Totiens enim dicimus in totũ venditionem non valere,quotiens vniuersa venditio donationis causa facta est. k quotiẽs verò viliore pretio res donationis causa distrahitur, dubiũ non est venditionem valere. Hoc inter cæteros:inter virum verò & vxorẽ donationis causa venditio facta pretio viliore, nullius momenti est. l

k *Facta est.* vt supra eo.l.cum in venditione. Accursius.

l *Nullius momenti est.* vt supra ad Velle.l. vir vxori.& infra de iur. do.si res.in princ.Hoc tamen si principaliter donare intendebat.secus si principaliter vẽdere:quia tũc eatenus irritatur,quatenus fuit donatio:vt infra de dona. inter virum & vxo. si sponsus.§.circa. Accursius.

Emptio rei suæ non valet, etiam si ematur à creditore cui obligata est. Bal.

XXXIX. IVLIANVS libro quintodecimo Digestorum.

Si debitor rem pigneratam à creditore redemerit, quasi suæ rei emptor actione ex vendito non tenetur: m & omnia n in integro sunt creditori. o Verisimile est,eum qui fructum oliuæ pendentis vendidisset, & stipulatus est p decem q pondo olei quod natum esset: q pretiũ r constituisse ex eo quod natum f esset, vsque ad decem pondo olei.idcirco solis quinque collectis,non amplius emptor petere potest,quàm quinque pondo olei, quæ collecta essent.[& hoc] à plerisque t responsum est. u

Si debitori.] CASVS. Emi rem à Titio, quam ei pignerauerã. an tenear ac.ex vendito? Dicitur quòd non. [VERISIMILE.] Vendidi alicui fructũ oliuæ meæ pendentis pro.x.põdo olei quod natum esset. Dicitur quòd verisimile est ita constitutum pretium esse,vt si.x.colligeret, siue.x. nascerentur, x. præstarentur. si tantum.v,præstarentur.v. quæ collecta essent.& hoc à quibusdam responsum est.

m *Non tenetur.* ad pretium.

n *Omnia.* tam in actione reali, quàm in actione personali: vt hic,& supra de pig.ac. l.debitor. Sed contra supra man.l.si mandauero.§. si hi. Solu. ibi alium supposuit: non ipse debitor emit. Accursius.

o *Creditori.* aliàs venditori.

Renuntiatio facta post terminum conuentionalem,nullius est momẽti.h.d.tiẽ per vniuersalem renuntiationem satisfit termino, si aliud non est actum expresse.h.d. ista l.quam not. Bartolus.

XL. PAVLVS libro quarto Epitomarum Alfeni Digestorum.

QVi fundum vendebat, in lege ita dixerat, vt emptor intra. xxx. dies mensuraret fundum:& nisi mensuraret intra tẽpus statutum,fides venditionis solueretur,id est vt venditor vlterius de pretio refundendo non teneretur.nec emptor mensurauit:sed dixit quanto minorem esse credebat intra diem mẽsurationis præfixum:& pretium accepit:postea vẽdidit,& inuenit longe in minori esse quàm dixerat.quæritur,an hoc recuperet

p *Et stipulatus esset.* id est promisisset,siue conuenisset.sic.ĩ. de condic.inde.si non sortem.§.si decem. Vel dic,stipulatus esset scilicet pretium.x.pondo &c.vt hic sint casus genitiui.& hoc si non est pro.aliàs planum.

q *Decem.* scilicet pretium.

r *Pretium.* nunc respondet. Accursius.

f *Ex eo quod natum.* quia hæc verba,quod natum erit,causam taxationis obtinent:vt.ĩ.de tri.vi.& oleo lega.l.v.Azo.

t *A plerisque.* subaudi,etiam. Accursius.

u *Responsum est.* sed & pretium plus quàm pro.v.nõ soluetur & si soluerit,per condic.sine causa repetitur. Accursius.

à primo venditore? Disting. si fuit actum vt intra .xxx. dies proximos renuntiaret: quod postea renuntiauit, sibi non proficit. sinauté actum fuerit quòd metiretur intra .xxx. proximos, & renuntiaret quandocunque: in eo casu recuperat si post multos annos renuntiauit. [*IN LEGE.*] Vēdidi tibi fundum: & in pacto dixi aquam accessuram. quæritur, an iter ad aquam tradere debeam? Dicitur quòd sic: quia id actū videt. [*QVI AGRVM.*] Vēdidi agrum, & dixi esse .xviij. iugerum: & conuenit vt certū pretiū solueretur [p] quotlibet iugere super hoc inuento per mensurationem. Dicitur quòd si .xx. iugera inueniantur, pro .xx. pretiū soluatur. [*FVNDI.*] Vēdidi fundum, & excepi frumenta manu sata. q̄ritur, an videatur exceptum frumentū natū ex stipula? Dicitur quòd considerādū est quid actum sit: quia ex verbis nō sunt illa exempta: sicut neque illa quæ ex facco saccarij, vel aliàs ex ore auib[q] cecidissent. [*CVM FVNDVM.*] Si vēdo fundum, & excipio frumentum vel fructū omnem, videor excipere arūdinem, & siluam cæduā, quæ loco fructuum sunt. [*DOLIA.*] Ego procurator vēdidi fundū: dixi accessura dolia domini quæ ibi erant empta de peculio: an auté accedent? Dicitur quòd sic. [*ROTA.*] Si ædificia sint vendita: accedit rota p quam aqua trahitur: quia ædificij est sicut situla. Viuia.

Quid sit auisare, ibi dic, & hanc lex plurimis illam lex.

a *Soluta esset.* id est vt nō teneatur emptori.
b *Accepit.* id est recepit à vēditore: quia minorem modum inuenerat. Accursius.
c *Vendidit.* scilicet emptor.
d *Quàm putauerat.* scilicet in prima mensuratione.
e *Triginta proximis.* hic distinguitur: sed quāquam obscure ponatur hic distinctio, potest sic clare dici vt dicas: an dixit, ita .xxx. dies renūtia quanto sit minor: an quòd sit minor, vt ex litera obscure colligitur. Vel die secundum Ioan. an dixerit vt metiretur & renuntiaret intra .xxx. dies: an dixerit vt metiretur intra .xxx. dies: & renuntiaret scilicet quandocúque. & sic non fit repetitio .xxx. dierum. Et sic est arg. contra insti. ad le. Aquil. §. hoc tamen capite. Item not. quòd hæ interpretationes habent locum cum non apparet quid actum est: vt. j. de actio. emp. l. ij. Item quando venditor fuit ignorās modum. aliàs perpetuo tenetur: vt. j. de act. emp. l. emptorem. §. Iulianus. Mēsor autem si dolo fecit protractionem istam, tenetur de dolo: vt supra si men. fal. mo. di. l. si mensor. in prin. Accursius.

ptor in diebus triginta proximis fundū metiretur, & de modo renuntiaret: † & si ante eam diem non renuntiasset, vt venditoris fides soluta esset. [a] Emptor intra diem mensuræ, quo minorem modum esse credidit, renuntiauit: & pecuniam pro eo accepit. [b] postea eum fundū vendidit: [c] & cum ipse emptori suo admetiretur, multo minorem modum agri, quàm putauerat, [d] inuenit. Quærebat, an id quod minoris esset, consequi à suo venditore posset. Respondit, interesse quemadmodum lex diceretur. Nam si ita dictum esset, vt emptor diebus triginta proximis [e] fundum metiatur, & domino renuntiet quanto modus agri minor sit: quo post diem trigesimum renuntiasset, nihil ei profuturum. Sed si ita pactum esset, vt emptor in diebus proximis [f] fundum metiatur, & de modo agri renuntiet: [g] etsi in diebus triginta renūtiasset minorem modum agri esse: [h] quamuis multis post annis posse eum, quo minor is modus agri fuisset, repetere.

Vnum accessorium trahit ad se aliud accessorium. Baldus.

In lege fundi aquam accessuram dixit. [i] quærebatur, an etiam iter aquæ accesisset. Respondit, sibi videri id actum esse: & ideo iter quoque vēditorem tradere oportere. [k]

Cum fundus venditur ad mensuram, si plus fuerit inuentum quàm fuerit dictum, pro toto debetur pretium. Baldus.

Qui agrum vendebat, dixit fundi iugera decem & octo esse: & quod eius [l] admensum erit, ad singula iugera certū pretium stipulatus erat. [m] viginti inuenta sunt. Pro viginti deberi pecuniam respondit. Fundi venditor frumenta manu sata receperat. [n] in eo fundo ex stipula seges erat nata. quæsitum est, an pacto contineretur. Respōdit, maximè referre quid actum esset. Cæterùm secundū verba, * esse actum quod ex stipula • nasceretur, non magis, quàm si quid ex facco saccarij [p] cecidisset, aut ex eo quod auib[q] ex aëre [q] cecidisset, natum esset.

Appellatione fructus continentur etiam arundines. Baldus.

Cum fundum quis vendiderat, & omnem fructum receperat: & arundinem cæduam & siluam [r] in fructu esse respondit. Dolia quę in fundo domini essent, accessura dixit. [s] etiam ea [t] quæ seruus qui fundum coluerat, emisset: peculiaria emptori cessura respondit. Rota [u] quoque, per quam aqua traheretur, nihilo minus ædificij est, quàm situla.

Modus adiectus contractui, contractum non suspendit: & actiones ex eo contractu quis modum implere cogitur. secus in conditione. Bartolus.

XLI. IVLIANVS libro tertio ad Vrseium Ferocem.

CVm ab eo qui fundum alij obligatum habebat, quidā sic emptum rogasset, vt esset is sibi emptus si eum liberasset, dūmodo ante kalendas Iulias † liberaret: quæsitum est, an vtiliter agere posset ex empto in hoc, vt venditor eum liberaret. Respondit. Videamus quid inter ementem & vendentem actum sit. Nam si id actum est, vt omnimodo intra kalendas Iulias venditor fundum liberaret, ex empto erit actio, vt liberet. Nec sub cōditione [x] emptio facta intellegetur: veluti si hoc modo emptor interrogauerit, *Erit mihi fundus emptus, ita vt eum intra kalendas Iulias liberes*: vel, *ita, vt eum intra kalendas à Titio redimas*. Si verò sub cōditione facta emptio est, non poterit agi vt cōditio impleatur. Vel dic secundum Ioan. an dixerit vt metiretur & renuntiaret intra .xxx. dies: an dixerit vt metiretur intra .xxx. dies: & renuntiaret scilicet quandocúque. & sic non fit repetitio .xxx. dierum. Et sic est arg. contra insti. ad le. Aquil. §. hoc tamen capite. Item not. quòd hæ interpretationes habent locum cum non apparet quid actum est: vt. j. de actio. emp. l. ij. Item quando venditor fuit ignorās modum. aliàs perpetuo tenetur: vt. j. de act. emp. l. emptorem. §. Iulianus. Mēsor autem si dolo fecit protractionem istam, tenetur de dolo: vt supra si men. fal. mo. di. l. si mensor. in prin. Accursius.

Cum ab eo.] CASVS. Habebā librum meum obligatū penes aliquem: vēdidi eum Titio si luero librū intra kalend. quæritur an possit Titius agere cōtra me act. ex empto vt librū luā intra kalend. Distinguit quid actū fuerit inter emptorem & venditorem. si enim actum fuerit quòd ego venditor omnino luerem, tunc bene potest me cōuenire. verbi gratia, si ita dictum fuerit ab emptore: erit mihi fund[s] emptus si intra kalēdas redimas. ī hoc casu tenetur ex empto redimere venditor: neque intelligit venditio sub conditione contracta. Si vero sub cōditione fuerit facta venditio: tunc non potest agi cum eo vt redimat. [*MENSAM.*] Vendidi coopertam mensam argento ei qui credebat eam solidam. Dicitur quòd non valet venditio: & pecunia data pro hoc, condicetur. Viuianus.

† *Hūc locū explicat Glāster Anto. Aug. li. 4. cap. 14.*

a *Soluta esset.* id est vt nō teneatur emptori.
b *Accepit.* id est recepit à vēditore: quia minorem modum inuenerat. Accursius.
c *Vendidit.* scilicet emptor.
d *Quàm putauerat.* scilicet in prima mensuratione.
e *Triginta proximis.* hic distinguitur: sed quāquam obscure ponatur hic distinctio, potest sic clare dici vt dicas: an dixit, ita .xxx. dies renūtia quanto sit minor: an quòd sit minor, vt ex litera obscure colligitur. Vel die secundum Ioan. an dixerit vt metiretur & renuntiaret intra .xxx. dies: an dixerit vt metiretur intra .xxx. dies: & renuntiaret scilicet quandocúque. & sic non fit repetitio .xxx. dierum. Et sic est arg. contra insti. ad le. Aquil. §. hoc tamen capite. Item not. quòd hæ interpretationes habent locum cum non apparet quid actum est: vt. j. de actio. emp. l. ij. Item quando venditor fuit ignorās modum. aliàs perpetuo tenetur: vt. j. de act. emp. l. emptorem. §. Iulianus. Mēsor autem si dolo fecit protractionem istam, tenetur de dolo: vt supra si men. fal. mo. di. l. si mensor. in prin. Accursius.
f *In diebus proximis.* scilicet triginta.
g *Renuntiet.* scilicet quandocunque. Accursius.
h *Agri esse.* sed non tantum quanto minor erat.
i *Dixit.* scilicet venditor.
k *Oportere.* tanquā accessoriū: vt. j. ea. l. in fi. & l. fistulas. j. rū. & ī. de relig. si vēditor. & ī. de seruit. vrba. prędi. l. binas. & de seruit. rustic. prædi. itē. §. qui habet. & j. de act. empt. si venditor. §. fi.
l *Esset.* f. fundi, etiam si vltra dictā mēsuram sit: vt statim innuit. * *Hal. non esse.*
m *Erat.* f. venditor.
n *Receperat.* aliàs eā emptorē sequerenti: vt j. de act. empt. l. Iul. §. fi fructibus. & C. de ac. emp. l. fruct[s]. & ī. de euict. l. si pendētes. j. rū.
n *Stipula.* quam vulgariter stopolā appellamus. f. quādo inde sectū est frumētū: vt. j. de ver. sig. silua. §. stipula.
p *Saccarii.* aßinarij sunt, q deferūt saccos.
q *Ex aëre. al. ore.* i. rostris, de quo non fuit cogitatum, & sic non intelligitur exceptum: vt. ī. de transac. l. cum Aquiliana.
r *Siluam.* f. cæduam.
s *Dixit.* f. procurator domini mandato.
t *Ea.* scilicet dolia.
u *Rota.* vt in palatio dñi Accursij: vbi rota est p quā trahit aqua. u *Rota.* facit. ī. ea. l. §. in lege. & infra eo. l. si aquæductus.

ſto penderet:ſi ſtaret per iſtum,contra eſſet:vt infra eo.l.ſi mihi bibliothecam.quæ eſt contra. Accurſius.

a *Menſam.* æneam,vel ligneam.

b *Nulla eſt emptio.*immo contra:vt ſupra eo.quid tamen.Solu. nulla eſt quo ad æs:ſed quo ad aurũ ſic. Vel diſtingue an poſsit ſeparari: & tunc valet etiam in auro vel argẽto:vt ibi. an non: & tunc non valet etiam in auro vel argento:vt hic. Vel diſtingue qđ prevalet:vt ſi argentũ, valeat: ſi æs,nõ valeat. Vel dic ꝙ hic ſpecialiter fuit actum vt in ſolidum eſſet argẽtea. Vel melius:nõ eſt emptio quantum ad rem: id eſt æs.dicitur tamẽ aliqua fauore emptoris, ne decipiatur: vt inſtitu.eo.§.ſi. Acc.

Domini.]*C A S V S.* Si dominus velit vendere ſeruum ſuum vt pugnet cum beſtiis: neq; poteſt per ſe, neque per procuratoré, etiam criminoſum ſeruum.

c *Saltem.* ponitur ibi pro etiam. Accurſius.

d *Vẽdere.* ſcilicet hoc pacto quod ſubiicit. & infra ad leg. Cornel. de ſic.l. circũcidere.§. ſeruo.Item facit inſti. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.§.fin.Acc.

Aqua.]*C A S V S.* Vẽdebam ſeruum. commendabã eum de his quę palam apparebant: quia eum dicebam ſpecioſum,vel domum bene ædificatã. iſta talia quæ cõmendandi cauſa dicebam, cum publica ſint, non obligant venditorem. aliàs ſi dicam ſeruum artificem,vel literatũ, cum hæc palã nõ ſint, bene obligabor. Idem eſt in aliis quibuſdam pollicitationibus ſi ꝓmitto ſeruum ſanum, cum monoculus ſit:nõ obligabor: cũ emptor aperte videat quòd monoculus eſt.vnde cum de ſanitate ſtipuletur,videtur de cæteris partibus ſerui ſtipulatus:non de illa de qua ſeipſum decipit. [*D O L V M.*] Venditor debet hoc præſtare quòd dolus à ſe abfuerit in venditione:vnde generaliter de dolo tenetur cõmiſſo in contractu:ſiue fallendi cauſa,cum obſcurè loquitur, ſiue inſidioſe obſcuritatem diſſimulat. Vivianus.

† *Hunc locũ latè explicat Cic. lib.3. Offic.*

e *Non ignorauerit.* vel ſcire potuerit. & dicas plene vt ſupra de dolo.l.quod venditor. Accurſius.

f *De ſanitate ſtipuletur.* generaliter.Sed ſi nominatim ſtipulatus eſt eum videre, quamuis ſciebat eum non videre, tenebitur venditor:quia hoc conuenit: ſicut is qui ſciens emit fugitiuum, & ſtipulatur non eſſe fugitiuum:vt infra de except.do. apud Celſum.§.item Labeo ſcribit,ſi quis fugi.quæ eſt contra. Vel dic quòd ibi pretium fuit ſtipulatus,hic non:ſed tantum de ſanitate. A[illegible]

g *Fallendi.* vt ſi [illegible] equum non aſcendere arborem: vt ſic non teneatur ideo quia non aſcendit pontem. Vel ſi dicat emptor,non eſt ſeruus artifex,& venditor ſtatim ſubiiciat: ego promitto. Accurſius.

h *Diſſimulat.* ſcilicet tacendo,vel in aliis verbis ſe intromittendo:vt infra de ac.emp.l.j.§.j. Accurſius.

pleatur. Menſam [a] argento coopertam mihi ignoranti pro ſolida vendidiſti imprudens.nulla eſt emptio: [b] pecuniaq́ue eo nomine data condicetur.

XLII. MARCIANVS libro primo Inſtitutionum.

DOmini neque per ſe,neq; per procuratores ſuos poſſunt ſaltem [c] criminoſos ſeruos vendere [d] vt cum beſtiis pugnarent. & ita diui fratres reſcripſerunt.

Commendatio generalis non obligat cõmendantem: & promiſſio generalis non refertur ad id quod emptor ſciebat. Bartolus & Baldus.

XLIII. FLORENTINVS libro octauo Inſtitutionum.

EA quæ cõmendandi cauſa in venditionibus dicũtur, ſi palam appareant, venditorẽ non obligant,veluti ſi dicat ſeruum ſpecioſum, domum bene ædificatam. At ſi dixerit hominem literatum, vel artificem: præſtare debet. Nam hoc ipſo pluris vendit. Quædam etiã pollicitationes venditorem nõ obligant, ſi ita in promptu res ſit, vt eam emptor non ignorauerit: [e] veluti ſi quis hominem luminibus effoſsis emat, & de ſanitate ſtipuletur. [f] Nam de cætera parte corporis potius ſtipulatus videtur, quàm de eo in quo ſe ipſe decipiebat.

Dolum malum à ſe abeſſe præſtare venditor debet: qui non tantum in eo eſt,qui fallẽdi [g] cauſa obſcurè loquitur:ſed etiã qui inſidioſè obſcurè diſſimulat.† [h]

XLIIII. MARCIANVS libro tertio Regularum.

SI duos quis ſeruos emerit [i] pariter vno pretio,quorum alter ante venditionem * mortuus eſt:neque in viuo conſtat emptio. [k]

XLV. IDEM libro quarto Regularum.

LAbeo libro poſteriorum ſcribit,ſi veſtimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere, ita emptori præſtandum quod intereſt, [l] ſi ignorans interpola emerit. quam ſententiam & Pomponius probat:in qua & Iulianus eſt,qui ait,ſi quidem ignorabat venditor,ipſius rei nomine teneri. [m] ſi ſciebat,etiam damni quod ex eo contingit: [n] quemadmodum ſi * vas aurichalcum pro auro vendidiſſet ignorans, tenetur vt aurum quod vendidit • præſtet.

Officialis in loco vbi adminiſtrationem gerit,contractus per ſe vel per alium facere non poteſt. Bartolus.

XLVI. IDEM libro ſingulari de Delatoribus.

NOn licet ex officio [p] quod adminiſtrat quis, emere quid vel per ſe, vel per aliam perſonam: [q] alioquin non tantùm rem amittit,ſed & in quadruplum [r] conuenitur, ſecundum conſtitutionem Seueri & Antonini. & hoc ad procuratorem quoque Cæſaris pertinet. Sed hoc ita ſe habet, niſi ſpecialiter quibuſdam hoc cõceſſum * eſt. [ſ]

Iura realia accedunt rei ſine aliqua expreſſione. Baldus.

XLVII. VLPIANVS libro vicesimonono ad Sabinum.

I aqueductus.]*C A S V S.* Si ductus aquę cõpetat domui meæ, & eã vendã:illud ius trãſit ad emptorẽ, etiã ſi nihil dictũ ſit: ſed & fiſtulæ ꝑ quas trãſeũt, licet extra ædes ſint.ſed & ſi ductus aquę

A

B

C

D

i *Emerit.* putans vtrumque viuere,cum vnus tantum viueret.

k *Conſtat emptio.*forte . quia non eſſet emptus niſi vtrumque ſimul: arg. infra de in diem addic.quòd ſi vno.§.Celſus.& inſtitu. ad leg.Aquil.§.his autem verbis. Alioquin cõtra:vt.j.eo.l. domũ. Item contra ſupra eo. quid tamẽ.Sol.hic nõ errauerũt:licet crediderũt eum viuere:ſed ſupra ſic. Accurſius. * vnius.

Aleo.]*C A S V S.* Vendidi veſtimẽta mea antiqua ꝑ nouis:emptor qui putabat eſſe noua,ꝑgere poteſt contra me,quamuis ego ignorem vetera. Addic,ſi aurichalcũ pro auro venderem: quòd etiam ignorans teneor vt aurum quod vendidi tradam. Vi. * ſi quis aur.

l *Intereſt.* ſcilicet cũ melior ſit noua veſtis: ſicut & nouum mancipium:vt infra de ædil.edict.l.prẽcipiunt. Accurſius.

m *Teneri.* ſcilicet actione ex empto,quãto minoris eſſet emptus ſi ſciuiſſet: vt infra de act.emp.l.Iulianus. in prin. Accurſius.

n *Cõtigit.*vt quia forte vendidit alij:& emptori promiſit pœnã ſi ea inueniret interpolata:vt.j.de act.emp.l. Iulianus.circa prin.

o *Quod venundit.* id eſt,quia putabat vendere,ac ſi ſciſſet tunc omne damnũ: vt.ſ.ꝑti.& actione de dolo: nõ ex empto ſecundũ M.cum nulla ſit venditio. Accurſius. * Flam-inin.

Non licet.]*C A S V S.* Tutor & curator & procurator vel quicũque alius nõ poſſunt emere ex officio qđ adminiſtrãt aliquid,neq; per ſe,neque ꝑ interpoſitã perſonã: & ſi fecerint,rem emptã amittẽt:& quadruplũ prestabũt:quod eſt & in ꝓcuratore Cæſaris.hoc em̃ ſpecialiter quibuſdã certis perſonis cõcedit. *Vi.*

p *Non licet ex officio.*vt ab eo cuius gerit officium publicũ vel priuatum:vel etiam ab eo qui de ſua iuriſdictione eſt: vt hic,& C. de cõtrac.iudi.l.j.&.ſ.ſi cer.pet.l.principalibus. Sed contra C.eo.cũ ipſe.Sol. vt dixi.ſ.eo.ſi in emptione. §.ſi. Itẽ contra infra de admi.tu.l.quotiens.§.nõ tantũ.Sed ibi in pecunia mutua ſpeciale vt tutor ſibi poſsit ſoluere,& mutuum ſumere.

q *Perſonam.* C.quod metus cau.ſi per impreſsionem. ſic & in auth.de alie.& emp.§ œconomos.coll.ix.

r *In quadruplum.* quod forte fiſco applicatur: vt infra de iur. fiſ.l.aufertur.§.quod à præſide.

ſ *Conceſſum eſt.* à lege:vt in caſu qui eſt infra eo.titu.l. qui officij. Vel à principe in priuilegiũ.hoc tamen videtur reprobari.C.de contrac.iudi.l.j.

aquæ nó tranſeat,quia ſit tẽpore amiſſus,tamen fiſtulæ & canales ad emptorem pertineant.& hoc dicit cum duabus.ll.ſeq.Vi.

a *Prædio.* vrbano forte. Accurſius.

b *Dictum ſit.* vt infra de euic.l.penul.

c *Licet extra.* Hic ergo nota quòd ratione acceſſionis aliquid debetur: vt infra eo.l.fiſtulas.& infra de leg.iij.vxorem.§.legauerat.&.l. cui. &.l. p̃diis.§. penul.&.§.fi.& C.de dona.ante nup.l. ſi conſtante.§.pactũ.& infra de act.emp.l.ſi vẽditor.§.fi.& dixi.ſ. eo. qui fundum.§.j.

d *Quia.* i.quia.Acc.

SI aquæductus debeatur prędio,[a] & ius aquæ tranſit ad emptorem,etiam ſi nihil dictũ ſit:[b] ſicut & ipſæ fiſtulæ p quas aqua ducitur,

XLVIII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

LIcet extra [c] ædes ſint.

XLIX. VLPIANVS libro vicęſimonono ad Sabinum.

ET quãquam ius aquæ non ſequatur,quod [d] amiſſum B eſt: attamen fiſtulæ & canales dum ſibi ſequuntur,quaſi pars ædium ad emptorem perueniunt.& ita Pomponius libro decimo putat.

Conditio habetur pro impleta quantum ad illum contrahentem per quem ſtat. hoc dicit. Bartolus.

L. IDEM libro vndecimo ad Edictum.

LAbeo ſcribit,ſi mihi bibliothecam [e] ita vendideris,ſi decuriones Campani locum mihi vẽdidiſſent,[f] in quo eam ponerem: & per me ſtet quo minus id à Campanis impetrem:non eſſe dubitandum, quin præſcriptis verbis agi [g] poſſit. Ego etiam ex vendito agi poſſe puto, quaſi impleta conditione, cum per emptorẽ ſtet quò minus impleatur.

Circumſtantiæ agri quæ non ſunt inris priuati,nec eodunt emptori:non computantur in modum agri.h.d.Iac.But.

LI. PAVLVS libro vicęſimoprimo ad Edictum.

CVm in plures annos dom[a] locata eſt, præſtare locator debet, vt non ſolùm habitare cõductor ex kalendis Iuliis* cuiuſque anni, ſed etiã locare[b] habitatori,ſi velit, ſuo tẽpore[b] poſſit. Itaque ſi ea domus ex kalendis Ianuariis ſulta* in kalendis Iuniis permanſiſſet, ita vt nec habitare quiſquam,nec oſtẽdere alicui[c] poſſet : nihil locatori conductorem præſtaturũ: adeò vt ne cogi quidem poſſet, ex kalendis Iuliis refecta domu habitare: niſi ſi paratus fuiſſet locator cõmodam[d] domũ ei ad habitãdum dare. Heredẽ coloni,quãuis colonus non eſt[e], nihilo minus domino poſſidere[f] exiſtimo.

Quando vnus conuenitur ex facto alterius principaliter delinquentis, poteſt petere vt primo principalis conueniatur, vel contra ipſum actiones ſibi cedantur: quod in arbitrio iudicis erit.h.d. quem caſum nota. Bartolus.

Veſtimenta tua fullo perdidit: & habes vnde petas[g], nec repetere vis: agis nihilo minus ex locato cum fullone. ſed iudicem æſtimaturum, an poſſis aduerſus furem magis agere[h], & ab eo tuas res conſequi, fullonis videlicet ſumptibus. Sed ſi hoc tibi impoſsibile[i] eſſe perſpexerit, tunc fullonem quidẽ tibi condemnabit, tuas autem actiones te ei præſtare cõpellet.

Permutatio operis facta locatore volente, præiudicium mercedis non impedit. Bar.

Lege dicta[k], domus faciẽda locata erat, ita vt probatio aut improbatio locatoris aut heredis eius eſſet.redemptor ex voluntate locatoris quædam in opere[l] permutauerat[m]. Reſpõdi, opus quidem ex lege dicta non videri factum: ſed quoniã ex voluntate locatoris permutatum eſſet, redemptorem abſolui debere[n].

Si dolus aduerſarii dedit cauſam contractui: poteſt contrahens pœnitere, & quod dedit repetere. Bartolus.

Mandaui tibi vt excuteres quãti villam ædificare velles[o]. renuntiaſti mihi, ducentorum impẽſam excutere[p]*.certa mercede opus tibi locaui. poſtea comperi non poſſe minoris trecentorum* eam villam conſtare.data autem tibi erant centum:ex quibus cum partem impendiſſes, vetui te opus facere. Dixi, ſi opus facere perſeueraueris, ex locato tecum agere, vt pecuniæ mihi reliquum reſtituas[q].

Colonus non poteſt conditione furtiua agere: ſed poteſt agere contra dominum vt agat.h. d. Et nota iſtum modum agendi, ago vt agas:de quo in.l.Iulianus.§ penulti.ff.ſolu.matri.dic vt ibi. Bartolus.

Meſſem inſpiciẽte[r] colono, cum alienam eſſe non ignorares,ſuſtuliſti.cõdicere[s] tibi frumentum dominum poſſe Labeo ait: & vt id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum.

Propoſitum in mente retentum, parti nõ expreſſum, nil releuat. Bartolus.

Locator horrei propoſitum habuit, ſe aurum, argentum, margaritam non recipere ſuo periculo:deinde cum ſciret has res inferri, paſſus eſt. Proinde eum futurum tibi obligatum

* *Etiam locare.* aliis idoneis perſonis:vt argu. ſupra de vſu & habi.l.non aliter.& ſic intelligitur.C.eodem.l.nemo.

a *Domus.* [*LEGE DICTA.*] Locaui tibi domum faciendã certa groſſitudine & altitudine,hoc etiam pacto,vt ſi: in meo arbitrio,probem vel improbem. poſtea feciſti aliter quàm primo conueneras.ſi hoc ex voluntate mea, non teneris. [*MANDAVI.*] Rogaui magiſtrum vt inquireret & deliberaret pro quanto poſſem ædificare turrim, & dixit pro. cc. ideoq; ſibi poſtea locaui faciẽdam pro.cc.& cum eſſet fundata,vidi qp vix etiam pro.ccc.poſſet fieri.vnde pœnitui, & dixi quòd non procederet.certe non procedes:& ſi procedas,& ego tibi debeã centum quæ adhuc non expenderas:omnino reſtitues quod ſupererat cum pœnitui. Cætera plana ſunt vſque ad finem tit. Vi.

b *Habitatori.* id eſt congruo.

c *Alicui.* ad locandum.

d *Commodam.* vt ſupra eo.ſi quis domum. in princip. & hoc ſi tunc fuit paratus, quando locare vel habitare volebat:ſecus ſi poſtea:vt ſupra eodem,ſi in lege.§.colonus.

e *Non eſt.* poſt finitã conductionem,ante enim ſic eſt : vt inſtitu. eo.§.finali.

f *Domino poſſidere.* ſicut ipſum colonum dũ viuit,& etiã poſt mortem ante apprehenſam hereditatem : vt infra de acquiren. poſſ. l.qui vniuerſas. §.quod per colonum.&.l.ſi de eo. §.j.Accurſius.

g *Vnde petas.* veluti à poſſeſſore potes auocare,& non vis.

h *Agere.*qui ergo cõtra duos agere poteſt, arctatur ex cauſa magis vnum eligere : vt hic, & infra de præſcriptis verbis.l.ſi rem tibi.in principio.& infra de ſepara. l. prima. §.ſi filij.in fine. §. & in authen. de fideiuſ. §. j. colla.j.& de duo.re.§. j.colla.vij. Item intellige hoc in cõdict. fur. vel rei vindi. quas poteſt domin[s] cõtra poſſidentẽ inſtituere nõdum conuento fullone.ſecus in ac.furti.quę ſoli fulloni datur ſi eſt ſoluendo:vt inſtitu.de obliga.ex delict.§.fulloni.& infra de fur. l. itaq;. in prin. quæ ſunt contra.

i *Impoſsibile.* id eſt difficile : vt ſupra de his qui deie. vel effu. l. cũ ſane. Accurſius.

k *Lege dicta.* id eſt pacto conuento.

l *Quædam in opere,* ſcilicet imponenda.aliàs, non ponenda. Ac.

m *Permutauerat.* contra legem in initio dictã: vt in prin. dicitur.

n *Debere.* licet contra legem ſiue pactionem : quia tamen voluntas adfuit,parcitur vt hic, & infra de ver. obli.cum ſtipulatus. & ſupra de pigne.act l.qui ratiario. Accurſius.

o *Velles.* id eſt poſſes.

p *Excutere.* id eſt exigere.

q *Reſtituas.* potui ergo pœnitere. Et ſic eſt contra. C. de act. & obli.l.ſicut. Sol. hoc eſt propter mendacium conductoris : & quia conductor non ſuis expenſis facere debebat opus, immò locatoris. vnde quia locator grauabatur, permittit ei lex reſilire propter mendacium alterius, ſecundum Io. Vel dic quòd non erat ſolitus locator locare operas ſuas. vnde etiam in nominato contractu permittitur reſilire: vt infra de præſcri. verb. l.naturalis.§.at cum do.

r *Meſſem inſpiciente.* id eſt cuſtodiente.

s *Condicere.* condi fur.colonus enim non fit dominus fructuũ, niſi ipſe perceperit:ideoque ipſe non habet condict. furtiuam, ſed habet actionem:vt.j. de fur.l.fullo.§.f. ugibus.& intellige.§. iſtum in partiario colono. nam colonus qui nummis colit, poſſet agere cõdict. furtiua,cum fructus eius ſit ſtatim cũ decerptus ſit:vt

Pignus
Hypotheca
Differentia
Pignus
Hypotheca
Pignus
Hypotheca
Pignus
Hypotheca

a *Hanc actionem.* ſcilicet præſcriptis verbis: vt ſubiicit. Accur.
b *Actionem dari.* non noua lege, quia tunc daretur cõdictio ex lege. & ſic non ob. ſupra de condict. ex lege. l. j Item nõ ex delicto, quia tunc de dolo daretur: vt ſupra de dol. l. & eleganter. §.
a *Iſtã tenet Bartol. hic.* non ſolum. quæ eſt contra. Sed ex contractu[a] cuius nomẽ ignoratur: vt hic, & infra de præſcrip. verbis. l. j. §. j. & l. quotiens.
c *Æſtimatoria.* id eſt quæ eſt æſtimatoria in hoc caſu, & ita bonæ fid. ibi. nec enim quotiens datur in ſubſidiũ: æſtimatoria dicit, vel bo. fi.
d *Ciuile.* id eſt quod iure ciuili eſt approbatum, vt ex eo actio detur, ſicut & pro aliis cõtractibus: vt ſupra de origi. iuris. l. ij §. deinde ex his. quæ vocatur præſcript. verb. vt hic. ipſum tamen negotiũ, ſeu cõtractus innominatus, qui cadit in do vt des, eſt de iure gentium, ſicut cæteri contractus nominati & innominati fere omnes: vt ſupra de iuſti. & iur. l. ex hoc. & ſ. de pact. iuriſgẽtium. in principio. & in. §. j.
e *Diximus.* ſcilicet in ſuperioribus titu. nam & ipſa eſt bo. fid. vt inſti. de act. §. actionum.
f *Conuenit.* imò videtur diſtinguẽdum quis alterum rogauerit: vt rogãtis ſit periculum: vt infra de præſcr. verbis. l. ſi gratuitam. §. ſi margaritam. quę eſt cõtra. Solu: hoc intelligitur ſecũdũ diſtinctionem illius. Vel dic, hic pretium certũ fuit appoſitum: vt patet hic in fine: ibi non. Vel diſtingue planius ſecundum Io. vtrum conuenerit de præſtanda æſtimatione rei, aut re, aut etiam de præſtandis. x. aut re: vt in primo habeat locum diſtinctio legis cõtrariæ, in ſecũdo teneat omnino ad æſtimationẽ, ſiue culpa ſiue caſu perierit: vt hic dicitur ſecundum Ioan. & eſt pro Ioan. ſ. titu. j. l. quæro. §. finali. & infra de iure dotium. l. plerumq;. §. ſin autem. Sed quod dixi de caſu, q̃ eum præſtet ſecundum Io. eſt contra ſecũdum Azo. qui exponit hic, periculum facit &c. ſcilicet cuſtodia non adhibita, vel mala contingent. fortuitum autem caſum non præſtat, ſecundum eum: vt hic, & ſupra pro ſoc. l. cum duobus. §. damna. &. ſ. commo. l. ſi vt certo. §. commodatum. Accurſius.

In hunc titulũ Calius Rhodigin. Lectionum antiquarũ lib. 12. cap. 19.

Melius itaque viſum eſt hanc actionem[a] proponi. Quotiens enim de nomine contractus alicuius ambigeretur, conueniret tamen aliquam actionẽ dari[b], dandam æſtimatoriã[c] præſcriptis verbis actionem. Eſt enim negotium ciuile[d] geſtũ, & quidem bona fide. Quare omnia & hic locum habent quæ in bonæ fidei iudiciis diximus[e].

Æſtimatio facit tranſire periculum in accipientem. b. d. Supra dixit quæ actio detur quando res datur æſtimata vendenda: hic vero ad quid detur. Bartolus.

Æſtimatio autẽ periculum facit eius qui ſuſcepit. Aut igitur ipſam rem debebit incorruptam reddere, aut æſtimationẽ de qua conuenit[f].

11. PAVLVS libro trigeſimo ad Edictum.

HAec actio vtilis[g] eſt, etſi merces[h] interuenit.

DE RERVM PERMVtatione.†

TITVLVS IIII.

Permutatio eſt contractus innominatus: & ideo producit actionem præſcriptis verbis. & ſolo conſenſu non contrahitur, niſi rei interuentu veſtiatur. & ſi datur res aliena, non veſtitur: & in ea eſt locus condictioni ob cauſam. b. d. & ſic diuiditur. Primo oſtendit permutationem eſſe contractum innominatum, & in ſpeciem nominati contractus non cadere. Secundo, ex hoc infert quatuor effectus: qui congruunt contractui innominato. Secũda pars ibi, vnde ſi ea res. Bartolus.

1. PAVLVS libro trigeſimo ſecundo ad Edictum.

SIcut aliud eſt vendere, aliud emere: alius emptor, alius venditor: ita aliud ptiũ, aliud merx[k]. At in permutatione diſcerni nõ poteſt vter emptor, vel vter venditor ſit[l]: multúmque differunt præſtationes. emptor enim niſi nummos accipientis fecerit, tenetur ex vendito: venditori ſufficit ob euictionem ſe obligare, poſſeſſionem tradere, & purgari dolo malo. Itaque ſi euicta res non ſit, nihil debet[m]. In permutatione verò ſi vtrumque[n] pretium eſt[o], vtriuſque rem fieri oportet[p]. ſi merx[q], neutrius. Sed cum[r] debeat[ſ] & res & pretium[t] eſſe, non poteſt inueniri quid eorum merx, & quid pretium ſit. Nec ratio patitur, vt vna eademq; res[u] & veneat, & pretium ſit emptionis. Vnde ſi ea res quam acceperim vel dederim, poſtea euincatur, in factũ[x] dandam actionẽ reſpondetur. Item emptio[y] ac venditio nuda conſentientiũ voluntate cõtrahitur[z]: permutatio autem ex re tradita[a] initium obligationi præbet. Alioquin ſi res nõdum tradita ſit, nudo conſenſu conſtitui obligationem dicemus[b]. Quod[c] in his dũtaxat receptũ eſt, quæ nomen ſuum habent[d]: ſed emptor pretium: ſicut in permutatione. aut vtrimque debebit transferri, aut ex neutra parte. & ſic apparet ex prædictis q̃ permutatio aliud eſt à vẽditione: neq; enim poteſt ſeparari pretium à re, vt prædixi. Tertio diſcernitur, quia re vendita agitur ex empto de euic. ſed euictare cadit à nomine permutationis, & agitur in factum. Quarta eſt, quia venditio fit conſenſu ſolo, ſed permutatio nõ habet effectũ per conſenſum, ſed re demum ſecuta: quia hoc. ſ. conſenſu perfici cõſueuit nominatus cõtractus, vt in venditione, & ſimilib[e], nõ in permutatione. Eſt & quinta ſecundum Pedium, quia in re aliena nõ fit permutatio: ſed venditio ſic eſt, & videt: quia ſi trado, & tu non tradis, q̃ ago condictione ob cauſam. ſed in vẽditione nõ agã ad rem cõdictione ob cauſam, ſed tãtum ad intereſſe.

B

C

D

a *Vtraque eſt bona, ſecundũ Bar. hic.*

b *Dicemus.* vel legas plane, in cõtractibus ſcilicet qui ſolo cõſenſu contrahuntur. Vel dic alio quin, id eſt in contractibus nominatis. Vel melius legas interrogatiuè, vt referas ad proximũ dictum de permutatione: & ſubaudi quaſi diceret, non.

c *Quod.* ſcilicet quòd naſcatur obligatio ſolo cõſenſu. Accur.

d *Nomẽ ſuum habẽt.* id eſt hi ſoli cõtrahũtur cõſenſu qui nomẽ ſuũ habẽt, qualis eſt emptio & ſimiles: vt ſubiicit, & ſ. de pact. l. iuriſgẽtiũ. §. j. & ſic permutatio nõ habet nomẽ ſuũ: vt hic dicit.

Venditio ſine pretio eſſe non poteſt.

Sed

Sed quare? Respō. vt dixi supra de pactis. l. iurisgētium. §. j. Item caue tibi: quia licet illi qui habent nomen, contrahātur consensu: non tamen est hoc verum in omnibus. nam depositum & cōmodatum nominati sunt contractus: non tamen solo consensu in eis contrahitur obligatio, sed re: vt. d. l. iurisgentium. in prin. & insti. quibus mo. re con. obli. per totum. sicut & si dicam: in vineis Bonoñ. nascitur bonū vinum, nō sequitur: ergo i qualibet vinea Bononiēn. nascit bonum vinū: quia non versus Galeriam. Item quid differt contractus permutationis ab illo, do vt des? Respon. permutatio est species, do vt des est genus: & vbi genus pro genere datur, habet ille locum, sed nō sic de permutatione: vt. C. eo. l. quoniam asseueras.

a *Ideoqu. Pedius.* scilicet quia ex re tradita, & accipientis facta, datur initiū permutationi: quod in re aliena fieri non potest: vt infra de acquir. re. do. l. traditio. ideo Pedius &c. & si velis tueri Pediū, dic pro eo. ī. de act. empt. datio. in princ. & supra de cōdic. ob cau. l. fin. & hoc quidā dicunt, scilicet Pedium bene dixisse, etiam re aliena non contrahi aliquā permutationē. Sed tu dic, secundū Iur. tenet, quia sic scripsit. hic nimium prosecutus est Pedius hoc verbum, scilicet q̄ res euicta fingatur nō tradita, & ideo agit actione ex empto: vt supra e. l. cum ibi dictum sit quòd re euicta agitur de euictione actiō: in factum, ergo interim tenuit: & alibi dicitur permutatio, etiā re aliena data: vt. C. e. l. j. interim ergo nō potest agi, & sic interim tenet permutatio, sed re euicta nō videtur tenuisse permutatio: vt & infra de distra. pig. rescriptum. § j. in fi. Vel dic Pedium bene dixisse, vt nō teneatur, nisi fiat accipiētis quo ad hoc, vt alius non teneatur implere contractum, ac si sua facta sit: ar. dictæ. l. supra de condic. ob cau. l. fin. Accursius.

Concor. gl. vltima in fi. in c. cum olim extra, de ti.

Vulg. causa permutationis.

Actio præscriptis verbis vnde dicatur, pulchrè Alciat. lib. disput. 4. c. vlti.

†*Locū hunc pulchrè explicat Alciat. lib. Parerg. 5. cap. 25.*

b *Igitur.* forma, quia non cōtrahitur consensu permutatio, sed rei traditione, igitur habet locū condictio ob cau. vt dicit. & sic no. condict. ob cau. in contractibus nominatis non habere locum, sed in contractibus innominatis, nisi in contractu donationis, qui olim erat innominatus, vbi etiam rei vin. datur: vt. C. de dona. quæ sub modo. l. j. hodie vero est nominatus, cum consensu cōtrahatur etiam nudo pacto: vt. C. de dona. si quis argētū. §. pe. & de hoc dixi. ī. de condict. ob. cau. l. fin. & not. hic aliā differentiam inter venditionem & permutationem.

c *Agemus.* scilicet tantū. nam habet locum præscr. verb. vt cōpleatur contractus: & condict. ob cau. si nolit impleri, sed repetere datum: vt hic, & infra titu. j. l. naturalis. §. fin autem rem do vt rem. & l. si tibi decem. & C. eodem. l. quoniam.

d *Condictioni.* quarta differētia est. Itē quinta: quia in vēditione nō trāsit dominiū, nisi pretio soluto: vt iltit. de re. diui. §. vēditæ. sed i permutatione sic. Itē in quibus cōueniūt, dic vt. C. e. l. ij. Ac.

e *Aristo Daretur.* quoniā & in vēditionib⁹ hęc prę̄stātur: vt. ī. de act. emp. l. ex empto. §. animaliū. & sequētibus. § §. Ac.

DE PRAESCRIPTIS VERBIS, &c.

Præscriptis verbis ideo dicitur, quia certa & præscripta verba erant huic actioni, dum daretur in his contractibus vbi hæc datur, sicut in quibusdam aliis actionibus: a *vt supra de origi. iur. l. secunda. §. omnium. sed alia acquisierunt sibi nomina, hæc non aliud, nisi quòd sic dicerentur præscriptis verbis: & nos nomina habet locum in tribus generibus negotiorum. Primum actionis in pactis inconuentis apposita: vt. C. de pact. inter emptorem & venditorem. l. fin. Secundo vbi ipsa vtrinque debet abatur de actione circa contractum: vt infra eo. l. prima, & tertia. & d. si tibi decem. ī. de acti. act. l. tam nō potest in principio. Tertio in tribus de nouis contractibus innominatis, scilicet do vt des. do vt fa cias. facio vt des. facio vt facias. innominatis. In quarto autem, scilicet tui. vocatur facio vt des, datur de dē. ergo actio: vt infra eo. l. naturalis. præscriptis verbis. per totum. Item actio ver. hoc est in factum habet locum in actionibus deficientibus generibus negotiorum. dum sentiunt. Primum videbitur petis ex re præscriptis verbis, & tūc hic præscriptis dicitur in factum actio: seu propositis vt infra eodem. l. prima. ī. fi. secundū in fine. & supra de dolo. Baldus. l. & elegāter. § item Labeo. Secundo, in locum omnium edictorum & interdictorum, quibus specialia nomina actionum non sunt quæ accommodātur: vt instit. singulis de interdict. §. fin. Tertio ut vocabulo vbicūque suadet æquitas lis prædari actionem dari, vt ex contractu, vel etiā extra contractum. vnde dicitur dare finib. bus. vt ex variis figuris causarum, & maleficiorum, quasi nō habeat certa pœnas semitas. sed sit anomala: vt infra de actionibus & obligationibus. l. prima. & C. de sacrosanct. eccles. l. sanctimus. & ī. e. l. quotiēs. cum incertū est aliquid dari. sed vbi est æquum vt detur, tunc hæc datur. vbi certum est nullam dari, sed æquum est dari, tunc in factum subsidiaria. Accursius.*

a *Tu dic quod actiones præscriptis verbis: & nos nomina dominantia.*

B

II. CELSVS libro octauo Digestorum.

NAm cum deficiant vulgaria atque vsitata actionum nomina, præscriptis verbis [1] agendum est.

III. IVLIANVS libro quartodecimo Digestorum.

IN quam necesse est confugere, quotiens contractus existunt, quorū appellationes nullæ iure ciuili proditæ sunt.

IIII. VLPIANVS libro trigesimo ad Sabinum.

NAtura enim rerum conditum est, † vt plura sint negotia, quàm vocabula [m].

Hæc est difficilior, & forte lex vtilior quasi in iff. veteri. Et primo ponitur thema & quæstio. Secundo alius exarditur materiam dividendo eam i. quatuor partes: scilicet in quatuor contractus innominatos. Tertio prosequitur primum. Quarto prosequitur secundum. Quinto prosequitur tertium. Sexto prosequitur quartum. Septimo determinat quæstionem propositam. Secunda ibi, in hac quæstione. Tertia ibi, & si quidem. Quarta ibi, at cum do. Quinta ibi, quòd si faciam. Sexta ibi. sed si facio. Septima ibi, si ergo. Prima particula non recipit summarium, quia mere factum ponit. secunda etiam non summatur, quia ponit diuisionem mere. B.

C

V. PAVLVS libro quinto Quæstionum.

NOnnunquam.]CASVS. Euenit aliquādo vt dubitemus de nomine contractus, & sic de act. & ideo agitur præscrip. ver. & dat duo exempla, & plana est. Viuianus.

D

b *Proditis.* id est actionibus. & dic proditis, id est adinuentis.

g *Ex vulgaribus.* &, pro id est.

h *Non possumus.* propter dubitationem de nomine contractus: vt infra proxi. §. & sic non obst. ī. de dolo. l. & eleganter. §. non solum. quia illa regula obtinet cum in maleficiis occurrit dubitatio: sicut & dixi supra de æstimato. actio. in princi.

i *In factum appellantur.* quas appellat infra eo. l. proxi. præscriptis verbis.

k *Scribit.* sed si non est incertum, datur vel locati, vel conducti: vt supra ad le. Rho. de iact. l. ij. circa prin.

l NAm cum. *Præscriptis verbis.* quam supra. l. proxi. appellauit in factum. Accursius.

m *Vocabula.* scilicet actionum.

NAturalis.]CASVS. Ex ancilla tua habeo filiū, qui tuus est seruus, & ex mea tu habuisti filiū, qui est meus seruus. cōuenimus vt tu filiū meū manumitteres, & ego tuū: & ego manumisi, & tu nō. qua act. tecū agā quæritur: & datur solutio in fi. l. Secūdo dicit, q̄ occasione huius quæstionis potest inquiri hic tot⁹ tractatus: vt hinc inde datur aliquid, q. cōtractus diuidit in quatuor species: aut do vt des: aut do vt facias: aut facio, vt des: aut facio

cio,vt facias. [*ET SI QVIDEM.*] Hic proſequitur primum, hoc modo:ſi do pretium pro re, tũc eſt emptio. ſi do ſpeciẽ pro ſpecie:tunc eſt innominatus, do vt des: quo caſu ſi ego dedi, & tu non des,poſſum vel condicere quod dedi: vel præſcrip.ver. petere quod intereſt,niſi perierit ſine culpa tua quod mihi dare debebas.[*AT CVM DO.*] Hic proſequitur ſecũdam ſpeciem, hoc modo:ſi do tibi decem vt facias opus locabile, puta vt ſcribas: eſt locatio.ſi do ſpeciem, tunc innominatus: & ago cõdictione ob cauſam ad repetẽdũ quod dedi:vel præſcrip.ver. ad intereſſe, ſcilicet ſi nolis facere quod conueniſti. Item ſi factum eſt nõ locabile, vt manumittere ſeruũ: ſimiliter tunc condico,vel præſcrip. verb. ago ad intereſſe. Quid autem ſi ſeruus quem dedi tibi vt manumitteres, euictus eſt cũ iã manumiſeris?tũc ſi ſciẽs alienum dedero,teneor de dolo: aliàs in factum pro intereſſe prædictæ euictionis. [*QVOD SI.*] Tertiam ſpeciem proſequitur ſic:Ecce cõueni vt manumitterem ſeruum meum,vt dares mihi tuum:& eum manumiſi,tu non das.ago de dolo. [*SED SI FACIO.*] Quartã & vltimã proſequitur ſic: Conueni tecum, vt tu à meo debitore exigas Carthagine, ego à tuo Romæ:vel ego in tuo, & tu in meo ſolo ædifices:& ego feci,&tu nõ feciſti.qua agam act?& videtur in primo caſu mãdati,ſine quo neque tu à meo,neque ego à tuo debitore petere poſſum.Econtra,quòd non: quia non redduntur impenſæ hincinde.ſed hoc non nocet:quia mandatum quãdoque mutat naturã ex pacto, vt & in hoc caſu,ſi procurator agat vt teneat de lata culpa tantum:ex quo apparet,ſiue æqualiter, ſiue inæqualiter impendamus,ſit mandatum.ſed hoc allegando dixit. veritas autem eſt,vt fiat innominatus contractus,facio vt facias : & agã præſcript.verb.quæ actio habet naturam locati & cõducti. [*SI ERGO.*]Ex prædictis apparet ſolu.primæ quæſtionis huius legis, quòd agam actio. præſcript. verb.ad intereſſe, inquantum mea intereſt me non manumiſiſſe:quod intereſſe non minuitur per hoc quòd habeo illum libertum quem manumiſi.

a *Seruit.* aliàs *ſeruiebat*,id eſt ſeruus tuus erat,quia ex ancilla tua eum habueras.& ſic ponitur in authen. vt liber. de cætero. §.ſi quis autem.in fin.§.coll.vj.

b *Quæſtum eſt.* ſed nõ ſoluit hic:ſed infra ea.l.§.fina. ibi,ſi ergo &c. Accurſius.

c *In hac quæſtione.* id eſt occaſione iſtius quæſtionis.

d *Dati.* id eſt cuiuſlibet dati, vel cuiuſlibet rei datæ, vel etiam facti ob rem,vel ob ſpeciem,vel factum.nam verbum rei, etiam facti comprehendit, cum ſit generale: vt ſupra ſi cer. pet.l. j.in fin.ſed pro futuris tantum:vt ſupra de condict.inde.l.damus.

Rei verbũ, facta comprehendit.

e *In his.* ſcilicet quatuor ſub quibus nominati continentur.

f *Obligatio.* id eſt obligatio quæ parit ciuilem actioné præſcriptis verbis:ipſa tamen obligatio eſt de iure gẽtium, cũ fuit ante venditionem:vt ſupra de contrahen.emp.l.j.quæ venditio eſt de iure gentium:vt inſt.de iure natu.§.ius autem. Vel dic id eſt approbatam à iure ciuili. Accurſius.

g *Emptio & venditio.* imò videtur do vt des: vt ſupra de condic.ob cau.l.fin.in princ. quæ eſt contra. Solu. hic pecunia fuit in quantitate,ibi in ſpecie. Vel ſol.vt ibi.

NAturalis meus filius ſeruit [a] tibi,& tuus filius mihi. conuẽnit inter nos, vt & tu meum manumitteres , & ego tuum.ego manumiſi,tu nõ manumiſiſti . qua actione mihi tenearis quæſitũ eſt [b].In hac quæſtione [c],totius ob rem dati [d] tractatus inſpici poteſt:qui in his [e] competit ſpeciebus. Aut enim do tibi vt des : aut do vt facias: aut facio vt des: aut facio vt facias. in quibus quæritur, quæ obligatio [f] naſcatur.

Hæc eſt tertia pars, in qua proſequitur naturam primi contractus innominati, do vt des. E: breuiter hoc intendit. Si pecunia datur vt res recipiatur, eſt emptio. ſed ſi res datur pro re,eſt contractus innominatus,ex quo oritur actio præſcriptis verbis ad intereſſe:& poteſt etiam agi condictione ob cauſam : & periculum rei ſpectat ad eum qui eam rem recipere debet,ſicut in venditione & emptione. Bartolus.

Et ſi quidem pecuniam dem vt rem accipiam, emptio & vẽditio [g] eſt. Sin autem rem do vt rem accipiam: quia nõ placet [h] permutationem rerũ emptionem eſſe, dubium non eſt naſci ciuilem obligationem: in qua actione [i] id veniet, non vt reddas quod acceperis,ſed vt damneris mihi quanti intereſt mea illud de quo conuenit accipere:vel ſi meum [k] recipere velim, repetatur quod datum eſt,quaſi ob rem datum,re nõ ſecuta.Sed ſi ſcyphos tibi dedi,vt Stichum mihi dares: periculo meo [l] Stichus erit, ac tu dũtaxat culpam præſtare debes. Explicitus eſt articulus ille,do vt des.

Si datur pecunia pro facto quod ſolet locari,eſt locatio.ſi res datur pro facto,eſt cõtractus innominatus : & ex eo poteſt agi præſcriptis verbis ad intereſſe.ſed ſi factum locari non ſolet:quicquid detur, eſt contractus innominatus : & ideo ex eo poteſt agi præſcrip.verb.poteſt etiã datũ cõdici. Bar.

At cum do [m] vt facias : ſi tale ſit factum,quod locari ſoleat, puta vt tabulam pingas, pecunia data [n] locatio erit: ſicut ſuperiore caſu [o] emptio. ſi res, [p] non erit locatio , ſed naſcetur vel ciuilis actio in hoc quod mea intereſt , vel ad repetẽdum cõdictio. Quod ſi tale eſt factum , quod locari non poſſit, puta vt ſeruum manumittas [q], ſiue certum tempus adiectum eſt, intra quod manumittatur: ídque,cum potuiſſet manumitti,viuo ſeruo trãſierit: ſiue finitũ [r] nõ fuerit,& tãtũ tẽporis cõſumptũ ſit, vt potuerit debuerítque manumitti: [s] condici ei [t] poteſt, vel præſcriptis verbis [u] agi.quod his [x] quæ diximus [y], locum habere debet.

h *Non placet.* vt ſupra de contrahenda emptione.l.j.& ſupra de rerum permu.l.j.circa princi.

i *In qua actione.* ſcilicet præſcriptis verbis , quæ oritur ex tali obligatione ciuili .nam per hanc actioné agitur ad intereſſe, vel ad fieri quod eſt conuentum:vt hic,&. C.eo.l.cum precibus in fine.& infra eo. ob eã. & infra proxi. ſed per condic.ob cau.repetitur datũ : vt hic ſubiicit,&.C.eo. quoniam.

k *Meum.* ſcilicet quõdam.nam ſi nunc eſſet meum, nõ daretur cõdictio aliqua : vt ſupra vſufructua. quẽadmoca.l.finali.

l *Periculo meo.* ſcilicet ante traditionem:ſicut eſt in vẽditione: vt inſti.de cõtrahen. empt. §.cum autem . Sed cõtra ſupra de condic.ob cau.l.fin. ibi, & ideo ſi mortuꝰ &c.Solu.ibi in genere, hic in ſpecie. Vel dic quòd hic ſcyphi fuerũt æſtimati, & loco pecuniæ numeratæ dati . ſed tunc eſſet emptio:vt.C.de reſcindẽ.vẽ.l.pretij.Vel melius dicas,periculo meo erit , ſcilicet ſi moriat, nõ teneris eum tradere:teneris tamen conuẽtus condictione ob cauſam , vt quod acceperis, reſtituas. Vel ſol. vt ibi. Accurſius.

m *Cum do.* tunc eſt do vt facias, quando prius debet dari,& poſtea fieri:licet quandoque præueniatur in faciẽdo . ſic enim omnes dinoſcũtur,& tunc nihilominus datur actio præſcriptis verbis, licet in faciendo præueniatur.ſpectatur enim conuentio ſecundũ Ioan.vt.C.de trãſact. l.cum mora. licet alij ſolum inſpiciant quæ fiant prius.

n *Pecunia data.* in quantitate:vt ſtatim dices. Accurſius.

o *Superiori caſu.* in illo ver.& ſi quidem &c.

p *Si res.* id eſt ſpecies, vel pecunia vt ſpecies : vt arg. infra de leg.j.plane.§.ij.Et no.hic quòd locatio non eſt,niſi merces in pecuniæ quantitate conſiſtat: vt hic,& ſupra depoſi.l.j.§. quòd ſi operæ.& ſupra loca.l.& hæc diſtinctio.§.finali.Accurſius.

Locatio nõ eſt, niſi merces in pecunia quantitate conſiſtat.

q *Manumittas.* puta,do tibi aliquid,etiam pecuniam. Accurſi.

r *Sine finitum.* id eſt adiectum. Accurſius.

s *Manumiſi.* quod eſt duorum menſium : vt infra qui ſine ma. ad li.per.l.fina.

t *Condici ei.* ſcilicet quod datum eſt: vt.C.de condic. ob cau.ſi liber.in prin.& ſupra de condic.ob cau.l.dedi.§.j. Accurſius.

u *Præſcriptis verbis.* Sed videtur quòd nulla ſit actio: cum ipſe ſit liber adueniente die appoſito : vt.C.ſi man. ita fuerit aliena. l.ſi is qui. quæ eſt contra. Solu. ibi nomine pretij accepit : hic autem ob cauſam, & ſic vt ſpecies. Vel hic pœnituit ante manumiſionem datam, quod poteſt : vt ſupra de condict. ob cau. l.dedi. §.j. Vel forte hic erat ſeruus alienus : ibi proprius, qui ad libertatem peruenire non poterat. Vel hic de actu manumittendi dixit . Item not.hic, quòd non datur locati, vbi tale eſt factum quod nen conſueuit locari : vt hic, & ſupra ſi men.fal. mo.l.j.§.ideo. Item no.vtramque ex iſtis dari, vel cõdictionem ad repetendum, vel præſcrip. verb. ad contractum implendum : vt infra de manumiſſ. l.ſi quis ab alio. Vel etiam actionem præſcrip.ver.ad intereſſe præſtandum: vt ſupra eo.§. finautem rem do.

x *Quod his.* id eſt cum his.

y *Diximus.* de hac ſupra proxi.§.finauté rem do.& ſupra proxi.reſpon.cum ſcilicet non eſt venditio vel locatio.

Conuenit.

a *Conuenit.* penulti. breuis est. Azo.

b *De dolo.* id est præscrip. verb. propter dolum, vt iuretur in litem. Sed quomodo hoc? Respon. quia iuratur in nominato contractu, cui hic similis est: arg. infra. §. vl. Vel vt agatur ad interesse etiã antequã euincatur: vt supra de act. emp. l. si seruus quẽ. §. fi. Sed quidam dicunt dari de dolo: & ideo ipso iure nullus est hic contractus dolo dante ei causam: vt supra de dolo. & elegãter. circa prin. sed male dicũt: vt. C. de inuti. stipu. l. dolo. Sed nec per dolũ inducit: licet sciẽs fui de re quã dedit: q̃ aliena erat. Itẽ ideo nõ de dolo: q̃a nõ principaliter ex meo facto, sed de tuo teneor. Nõ qa mutuum misisti, ideo me obligasti ad dandũ: ibi non dedi, cum erat alienus.

† *Quæstio quare in hac specie nõ detur actio præscrip. verbis, pulchra. Alc. lib. 4. paradox. §. cap. 7.*

c *In factum.* scilicet à prætore dandam, vt si biipsi non contradicat Iulianus qui hoc dixit supra de pactis. l. iurisgentium. §. j. Et sic reprehenditur & corrigitur per Mauricianũ quod hic dicitur: vt in ead. l. iurisgẽtium. §. j. in fine. §. Vel dicas q̃ Iulianus variauerit: q̃ aliter hoc dixit ibi, & aliter & melius hic, vt det speciem.

d *Quod si faciam.* & ideo de dolo. Sed certe immo & vbi est ciuilis, vt si do vt des, videt q̃ hæc de dolo locũ habeat: vt. C. de dol. l. cũ proponas. quę est contra. Sol. ibi fuit facio vt des. licet enim accepi ancillam, & seruũ dedi vt manumitteres: attamen hæc datio pro facto habetur quasi ego viderar manumisisse. Itẽ in hoc facio vt des, videtur dandam præscrip. ver. vt. C. de trãsact. l. cum mota. Sol. ibi erat do vt facias, licet ibi præuentum fuerit in faciendo. vnde nihilominus datur præscrip. verbis. Vel dic, vt statim dices, quia ibi aliquid tibi aderat cui factum fuerat: hic non. Sed quæro, quare in contractu facio vt des, non datur actio præscrip. ver. sicut in superioribus? Respon. secundum Azo. immo datur, nisi in casu, scilicet cum tale sit factum vt mihi ablit, & tibi non adsit: vt. C. de dolo. cum proponas. Et ita intelligitur hic. aliàs autem bene potest dari præscrip. ver. cum ratio diuersitatis reddi non posit: vt infra de verbo. obli. l. à Titio. Et hoc modo potest intelligi quod est. C. de transactio. l. cum mota. vt modo dixi. Sed hanc distinctionem reprobat Alb. & Io. & Ir. arg. C. de trãsact. l. actione. & infra. e. solent. in fin. sed in vtraque est sol. Alij vt Io. reddunt talem rationem: quia inueniretur inæqualitas. nam ille qui dat, potest repetere quod dedit, & etiam agere præscrip. ver. ad interesse. at ille qui facit, quod factum est, nequit repetere. ne ergo inæqualiter constituatur actio, recurritur ad actionem de dolo. sed hoc non valet, quia idem inueniretur in do vt facias: nam ibi est inæqualitas prædicta. sed ipsi dicunt quòd tunc non facile contingit vt præueniat in faciendo: & ideo non facile datur ei condictio. Io. dicit factum grauius quàm datum: & ideo durius agitur contra rumpẽtem fidem: vt infra de pœnis. l. in seruorum. §. fi. quod nõ placet. Est ergo ratio prima bona: quia vestienti contractum actio debet dari præscriptis verbis. Vestire autem dico cũ ex eo quod facio, aliquid tibi adest: alioquin datur actio de dolo. Hæc ratio fallit in facio vt facias: vt si de manumittendo conuenit vt manumitteres: vt infra ea. l. in fin. Sed ibi est alia ratio: quia conuenit. [a] Sed si dedi tibi seruum, vt seruũ tuũ manumitteres, & manumisisti: & is quẽ dedi, euictus est: si sciens dedi, de dolo [b] in me dandam actionem Iulianus scribit. si ignorans, in factum [c] ciuilem.

In facio vt des, non habet locum actio præscriptis verbis: sed ad actionem de dolo recurritur. Bartolus.

Quod si faciam [d] vt des [e], † & postea quàm feci, cessas dare: nulla erit ciuilis actio: & ideo de dolo dabitur.

Ex contractu facio vt facias, oritur actio præscriptis verbis quæ habet similitudinem cum actione mandati. Bartolus.

Sed si facio vt facias, hæc species tractatus [f] plures recipit. nã si pacti sumus vt tu à meo debitore Carthagine exigas, ego à tuo Romæ: vel vt tu in meo, ego in tuo solo ædificem: & ego ædificaui, & tu cessas: in prio rẽ speciẽ mandatum quodammodo interuenisse videtur [g], sine quo exigi pecunia alieno nomine nõ potest. Quamuis enim & impendia sequantur [h], tamen mutuum [i] officium præstamus: & potest mandatum ex pacto etiam naturam suam excedere. Possum enim tibi mandare vt & custodiam mihi præstes [k], & non plus impendas in exigendo quàm decem. & si eandem quantitatem impendemus, nulla dubitatio est [l]. Sin autem alter fecit [m], vt & hic mandatum interuenisse videatur; quasi refundamus inuicem impensas. neque enim de re tua tibi mando. Sed [n] tutius [o] erit, & in insulis fabricandis, & in debitoribus exigendis, præscriptis verbis dari actionem: quæ actio similis [p] erit mandati actioni: quẽadmodũ in superiori b casib' locationi & emptioni.

Ista est vltima particula in qua determinatur quæstio proposita in principio huius legis. C. d. l. Ita facio vt facias: datur actio præscrip. verb. in qua venit quantum interest mea fieri quod conuenit. quòd si illud interesse cessat, quanti interest mea non fecisse. item habere liberum, non est ius æstimabile. Bartolus.

Si ergo hæc sunt vbi de faciẽdo ab vtroque conuênit [q], & in proposita quæstione idem dici potest: & necessariò [r] sequitur, vt eius fiat condemnatio, quãti interest mea seruũ habere, quẽ manumisi [s]. An deducendum erit, quòd libertum habeo? Sed hoc non potest æstimari [t].

Error in nomine contractus non vitiat contractum. Bartolus.

VI. NERATIVS libro primo Responsorum.

INsulam hoc modo, vt aliam insulam reficeres, vendidi [u]. Respondit, nullam esse venditionem: sed ciuili intentione incerti [x] agendum est [y].

A factum est in obligatione ab alia parte: vnde agitur ad interesse. Sed nonne transactio est facio vt des, & tamen non datur actio? Respon. quia non impleuit: vt supra de condic. inde. & eleganter. §. pe. Item contra supra de condic. ob cau. l. dedi. §. ij. vbi datur condictio.

e *Vt des.* aliqd̃ speciẽ.

f *Tractatus.* i. quæstiones. sic exponitur. ff. si pars her. peta. l. fi. in fi.

g *Videtur.* quod falsum est: quia non fuit gratuitum. vnde infra dicit dãdam præscrip. ver. Accursius.

h *Sequantur.* sic non repetẽdo: quia à nullo repetuntur expensæ. Accursius.

i *Mutuum.* quod non impedit mãdatum, sed merces.

k *Præstes.* in re locata: & ita locatio immutat naturam suam. loquitur enim p̃ simile. Vel dic, in mãdato loqui, vt ex pacto de leui culpa, nõ de leuissima teneatur. nam nisi dicat contrarium, semper de leuissima tenetur, secundũ nostr. C. mã. l. à procuratore. sed secundum alios qui dicunt in mandato tantũ leuem culpam venire, planum est.

Lætatis quandoque naturã suã immutat.

l *Dubitatio est.* has enim ego tibi & tu mihi videris restituere impẽsas: vnde videtur esse mandatum. Azo.

m *Fecerit.* si maiores sumptus facit vnus q̃ alius: magis est, subaudi, vt hic & &c. quicquid dicit, allegando dicit. Azo.

n *Sed.* vsque nũc dictũ est allegando, nunc sententiando. Ac.

o *Tutius.* nec enim actio mandati datur: quia mandatum non fuit gratuitum. Azo.

p *Similis.* non tamen ideo dicitur bo fi. sed ideo, quia quæ veniunt in illa de dolo, culpa lata, vel leuissima, vel leui: & in ista veniunt. Et no. quòd in omnibus his contractibus innominatis obserua vt id in singulis veniat, quod venit in eo cui est simile in culpa: vt. ff. depo. l. j. §. in cõducto. & in vsuris: vt infra eo. Titius. & vt iuretur in litem forte: vt supra. §. at cum do. in fi.

q *Conuenit.* vt detur præscrip. ver. actio ad interesse.

r *Necessario.* cũ ratio diuersitatis reddi nõ potest: vt. ff. de verb. oblig. à Titio. in fi. & dixi de hoc. ff. ad leg. Aquil. illud. Ac.

s *Manumisi.* non dicit quanti interest illum manumitti: quia nõ potest sic inspici interesse: ar. contra supra ea. l. §. si autem rem do. vel quod in plus mihi expedit.

t *Æstimari.* non enim est, id est fingitur, quòd non sit locupletior q̃ libertũ habet: vt hic, & ff. de reg. iur. l. nemo. §. j & ff. quibus ad lib. pela. nõ lic. l. ij. in fi. Sed cõtra. ff. de act. emp. idẽmq; in fi. Solu. hic nõ debet æstimari q̃ libertum habeo, cum manumissionem fecerim non vt meæ sed vt tuæ satisfacerem volũtati. potius ergo tibi debes imputare, qui me ad hoc faciẽdũ induxisti: nec modo idẽ vis adiplere. at ibi emptor manumisit pprio arbitrio suæ volũtati satisfaciẽdo: vnde quod ex eo sibi prouenit, secum compẽsare debet, secundum Azo. Itẽ potes super hac l. distinguere de pactis appositis in contractibus innominatis, vt plene dixi. ff. de contrahen. emp. l. pacta. in fi. glo. Accursius.

u *Insulam vendidi.* id est, dixi me vendere.

x *Incerti.* id est præscriptis verbis, quæ datur ad incertum, id est ad interesse: vel vt fiat quod conuenit. Azo.

y *Agendum esse.* vt fiat quod conuenit: vt. j. e. si vir. Accursius.

Quæ ſi ſint, ſi ſint, ſi ſint,

Iulianus libro vndecimo Digeſtorum ſcribit, Si tibi areæ meæ dominium dedero, vt inſula ædificata, partem mihi reddas: neque emptionem [a] eſſe, quia pretij loco partem rei meę recipio: neque mandatum, quia non eſt gratuitum: neque ſocietatem, quia nemo ſocietatem cõtrahendo rei ſuæ dominus eſſe deſinit [b]. Sed ſi puerum docendum, vel pecus paſcendum tibi dedero [c], vel puerum nutriendum, ita vt ſi poſt certos annos veniſſet, pretium inter nos communicaretur [d]: abhorrere [e] hæc ab area, eo quòd hic [f] dominus eſſe non deſinit, qui prius fuit. cõpetit igitur pro ſocio actio. Sed ſi fortè puerum dominij tui fecero, idẽ ſe, quod in area, dicturum [g]: quia dominium deſinit ad primum dominum pertinere [h]. Quid ergo eſt? in factum putat actionẽ Iulianus dandã, id eſt præſcriptis verbis. Ergo ſi quis areæ dominium non tranſtulerit, ſed paſſus ſit te ſic ædificare, vt cõmunicaretur vel ipſa [i], vel pretium, erit ſocietas. Idémque & ſi partis areæ [k] dominium tranſtulerit, partis non, & eadem [l] lege ædificare paſſus ſit.

Qui me damnificat ſine cauſa, ſi quidem doloſe, tenetur mihi actione de dolo: ſi autem non doloſe, tenetur actione in factum. Paul. de Caſt.

XIIII. IDEM libro quadrageſimoprimo ad Sabinum.

QVi ſeruandarum mercium ſuarũ [m] cauſa alienas merces in mare proiecit: nulla tenetur [n] actione. ſed ſi ſine cauſa id feciſſet, in factum [o]: ſi dolo, de dolo [p] tenetur.

Quando datur damnum de non corpore, in non corpus non cõpetit actio legis Aquiliæ directa, ſed in factum ſurrogata. hoc dixit cum. §. ſeq. Paul.

Sed & ſi ſeruum quis alienũ ſpoliauerit, ĩſque frigore mortuus ſit, de veſtimentis quidem furti agi poterit: de ſeruo verò in factum [q] agendum, criminali pœna aduerſus eum ſeruata [r]. Sed & ſi calicem argenteum quis alienum in profundũ abiecerit damni dandi cauſa, non lucri faciendi: Pomponius libro ſeptimodecimo ad Sabinum ſcipſit, neq; furti, neq; damni iniuriæ actionem eſſe: in factum tamen agendum [s].

Actio de paſcuũ pecorum non habet locum, quando fructus mei qui cadunt in alienũ, depaſcuntur: ſed ad actionem in factum recurritur. Bartolus.

Si glans ex arbore tua in meũ fundum cadat, eámque ego immiſſo pecore depaſcam, Ariſto ſcribit, non ſibi occurrere legitimã actionẽ [t] qua experiri poſſim. nã neq; ex lege duodecĩ tabularũ *de paſtu [u] pecoris, quia nõ in tuo paſcit: neq; de pauperie, neq; dãni ĩurię [x] *agi poſſe. in factum itaque [y] erit agendũ.

Pretium conuentum pro indicando furem, poteſt peti actione præſcriptis verbis: niſi dolus indicãtis interuenerit. Bartolus.

XV. IDEM libro quadrageſimoſecundo ad Sabinum.

SOlent qui nouerunt ſeruos fugitiuos alicubi celari, indicare eos dominis vbi celentur: quæ res non facit eos fures. Solent etiam mercedem huius rei accipere, & ſic indicare. Nec videtur illicitum eſſe hoc quod datur. Quare qui accepit: quia ob cauſam accepit, nec improbam cauſam: non timet condictionem [z]. Quòd ſi ſolutũ quidem nihil eſt, ſed pactio interceſſit ob indicium, hoc eſt, vt ſi indicaſſet, apprehẽſúſq; eſſet fugitiuus [a], certũ aliquid daretur: videam' an poſſit agere. Et quidẽ cõuentio iſta nõ eſt nuda, vt quis dicat ex pacto actionẽ nõ oriri: ſed habet in ſe negotiũ aliquod. * ergo ciuilis actio oriri poteſt, id eſt præſcriptis verbis: niſi ſi quis & in hac ſpecie de dolo actionem competere dicat, vbi dolus aliquis arguatur.

Ex contractu facio vt des, & do vt facias: oritur actio præſcriptis verbis: niſi datũ fuerit propter pecuniam: & ſic actio ex empto daretur. Bartolus.

XVI. POMPONIVS libro viceſimoſecundo ad Sabinum.

PErmiſiſti mihi cretã [b] eximere de agro tuo: ita vt eũ locum vnde exemiſſem, replerẽ [c]. tantum non ob. immo eſt pro nobis. nam hic alteri adeſt, & datur præſcrip. ver. & literam lege vt dixi, niſi &c.

b *Permiſiſti. Creta am.* ex cauſa donationis. Accurſius.

c *Replerem.* ex terra.

a *Emptionem.* immo videtur emptio: vt ſupra de act. emp. l. tenetur. §. ij. Sol. ibi fuit vendita pro pretio: ſed hic tantùm ad hoc data vt partem ædificij reficeret.

b *Deſinit.* in totum. in partem autem deſinere poteſt: vt ſupra pro ſoc. l. j. §. in ſocietate. Hic autem deſiit dominus eſſe in ſolidum tradendo.

c *Dedero.* id eſt tradidero.

d *Communicaretur.* idẽ de fructibus: vt. C. de pac. l. ſi paſcenda.

e *Abhorrere.* id eſt differre.

f *Quod hic.* id eſt in hoc caſu quem proxime poſuimus.

g *Dicturum.* id eſt dicendum.

h *Pertinere.* in ſolidũ.

i *Vel ipſa.* ſub alternatione. Azo.

k *Areæ.* totius. Azo.

l *Eadem.* vt ſit ſocietas. Accurſius.

m *Qui ſeruãdarum. Suarum.* ſcilicet tãtùm: vt infra ſubiicit. ſed & ſi ſine cauſa &c. Si vero cauſa communis periculi vitandi faciat, non in totum ſed pro parte tenetur ad collationẽ. Accurſius.

n *Nulla tenetur.* ſcilicet directa, vel de ſtricto iure: ſed de æquitate tenetur ſi fecit ſine cauſa vel dolo: vt ſubiicit. ſi ergo cum cauſa, non tenetur: vt hic. Sed cõtra ſupra ad leg. Rho. de iac. l. ij. Sol. qd hic dicit, non tenetur, verum eſt illi cuius merces proiectæ ſunt: vt hic. tenetur tamen magiſtro: vt ibi. Vel hic non proiecit dominus, vel nauta, ſed alius: ibi autẽ dominus. Vel hic cauſa fuit: ibi cauſa cõmunis vitãdi periculi: & ideo agitur ex illa. l. Rhodia ad æſtimationem. Vel ibi fecit cauſa ſuarum mercium: & ideo in factũ generali. prima placet.

o *In factũ.* nõ Aquil. ſubſidiaria: qa nõ fuit in culpa: ſed generali tenetur. Fecit enim cauſa ſuarũ merciũ: & ideo in factum generali tenetur domino mercium proiectarũ ad intereſſe. Quilibet enim diligens paterfa. feciſſet ita: quia proiectæ merces erant viles & ponderoſæ: proiicientis autem erant pretioſæ, & non ponderoſæ. cũ ergo ei nulla obiici poteſt culpa, nõ ex lege Aquilia, ſed generali de factum tenetur. Dic ergo ſine cauſa, quo ad me dominum proiectarum mercium: ſuberat tamẽ cauſa quo ad proiiciẽtẽ. Si autẽ debuit potius ſuas proiicere, quàm meas: tenetur ex. l. Aquil. propter culpam vel dolũ: & hæc in factum actio excludit actionẽ de dolo: cum & ipſa ſubſidiaria ſit: & etiã in locũ ipſius actionis de dolo deficiẽtis ſubiiciatur. Ac.

p *De dolo.* id eſt le. Aquil. propter dolum: vt ſupra ad. l. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi quis. & infra. §. proxi. Azo.

q *In factum.* ſubſidiaria leg. Aquil.

r *Seruata.* ſcilicet le. Cor. de ſic. vt ſupra ad l. Aquil. inde Nerati'. §. ſi dolo.

s *Agendum.* ſubſidiaria le. Aql. vt ſupra ad le. Aql. ſi ſeru' ſeruũ. §. ſi quis de manu. & infra de acquir. re. do. l. in laqueum. in fi.

t *Actionem.* immo occurrit actio ad exhibẽ. vt. ĩ. ad exhi. l. Iulian'. §. glans. quæ eſt cõtra. Sol. ibi dolo, hic ſine dolo pauit.

u *De paſtu.* proprium nomẽ actionis: quę habet locũ cũ in tuo tuã glãdẽ meo pecore depaſco: vt hic, &. C. ad. l. Aquil. l. ſi. Sed quid ſi mea pecora in tuo glãdes tuas paſta fuerũt ſine mea immiſiõe? Reſpon. habet locum forte de pauperie. Acc.

x *Iniuria.* quia fortè matura erat glans: vt. ĩ. ad. l. Aquil. ſi ſeru' ſeruũ. §. ſi oliuã imaturã.

y *Itaque.* vt. ĩ. ad. l. Aquil. l. qui occidit. §. ſi quis alienum.

Solent.] CESPS. Si indicas mihi ſeruũ meum fugitiuum, opus bonum operatus es: & non teneris furti. ſed ſi accipis pretium ob indicium, iuſte accipis. ſi accipis promiſſionem pretij pro indicando: agere potes præſcriptis verbis, vel de dolo. Vi.

z *Condictionẽ.* ob turpẽ cauſã: vt. ĩ. de cõdi. ob tur. cau. l. iiij. in fi.

a *Apprehẽſuſq; eſſet fugitiuus.* Fuit ergo facio vt des: ex quo tãtùm de dolo datur actio, ſecũdũ Io. & ſecũdũ hoc verbũ niſi, quod eſt. ĩ. legas correctiue. Vel di quid. licet fuerit pręuentum in faciendo: vt. C. de tranſac. l. cum mota. & quod dicit niſi, mutat cauſam quando fuit facio vt des, & tale factũ ex quo faciẽti abeſt, & alteri non adeſt: cæterum ſi ei non abeſt, vel alteri adeſt, datur præſcrip. ver. vt dixi. ĩ. e. l. naturalis. §. quòd ſi faciam. & ſecũdum hoc niſi, nõ intelligit correctiue. Vel verius, nõ

Vide Pl. lib. 16. ca. §. ex lege. 12. Tab.

Flo. de lãnis inimica.

Flo. alicas

a *Incerti.* id eſt præſcriptis verbis. Accurſius.
b *Ad exhibendum.* & rei vin. vt infra de dona. qui ſaxum. ſed & iniuriarũ: vt ſupra de act. emp. l. qui pendentem. Sed certe immo videntur hæ ceſſare: cum dicat lex dari de dolo, quæ in ſubſidiũ tantum datur: vt ſupra de dolo. l. ſi cum mihi. quæ eſt contra. Solu. hic exemerat, & dominus factus fuerat: ſupra tãtùm ſumptum fecerat. Accurſius.
c *Permiſiſti.* ex cauſa donationis.
d *De dolo.* Sed hodie datur condictio ex lege ſi hæc permiſsio facta fuerit cauſa donationis: vt. C. de dona. ſi quis argentũ. §. pen. & ſic ceſſat de dolo. Ac.

SI gratuitam.] CASVS. Accõmodaui tibi domum vſu nõ deſignato: dubium eſt an ſit cõmodatum, vel precarium: & ideo datur mihi præſcri. ver. Viuianus.
e *Habitationẽ.* id eſt domum plenam, non ſpecificato vſu ad quẽ vtatur domo. Azo.
f *Tutius.* ſi dubitetur ſit commodatũ: an precarium. Differũt enim hæc inter ſe: vt dixim⁹ ſupra commo. l. in cõmodato. §. ſicut. & eſt pro hoc ſupra eo. l. j. & ſic ceſſat commodatum, cum vſus nõ fuerit dictus, & propter dubiũ, ſecundum Azo. Vel dic, ſecundum Io. quòd nihilominus habet locum commodati. nam & domus commodatur: vt ſupra cõmo. l. j. §. j. Accurſius.

Cõmodatũ & precariũ differunt.

g *Ego.* ſcilicet dominus. Azo.
h *Te.* qui accepiſti margaritas vendendas.
i *Tuam.* niſi venales habebam: vt ſupra ſi cer. pet. rogaſti. Azo. Sed videtur indiſtincte periculũ reſpicere accipiẽtem, ex quo æſtimatas accepit: vt ſupra de æſtima. act. l. j. in fin. Sol. vt ibi. Accur. *ADDITIO.* Dic ſecundũ Bar. quòd hic fuit dictum quòd reſtituantur margaritæ, aut pretium earum dumtaxat. Vel dic quòd æſtimatio hic fuit facta pro quanto vẽderẽtur, nõ eo animo & emptionẽ faceret, vel faceret trãſire periculũ: ibi ſecus.
k *Præſcripti verbi.* quando non apparet qui rogauerit: & culpa cõmiſſa fuit. Acc.
l *Si rem.* aliàs lex, & aliàs. §.
m *Si ignorem.* ſic ergo arctor vt certam actionem eligam: vt & dixi ſupra loca. l. cum in plures. §. veſtimenta. circa prin.
n *Condicere.* condictione furtiua. Azo.
o *Culpam.* exactam ſeu leuem. Azo.
p *Periculum.* ideo vſque ad exactiſsimam, vel leuiſsimam. Azo.

ff. Vetus.

exemi, nec repleo. quæſitũ eſt, quam habeas actionem. ſed certum eſt ciuilem actionẽ incerti [a] competere. Si autem vendidiſti cretam, ex vendito ages. q̃ ſi poſt exemptionem cretæ repleuero, nec patiaris me cretam tollere: tum agam ad exhibendum [b], quia mea facta eſt, cùm voluntate tua exempta eſt.

Ex contractu facio vt des, vel do vt facias, ſi aduerſario nihil quæritur: non cõpetit actio præſcriptis verbis, ſed de dolo. Bar. B

Permiſiſti [c] mihi vt ſererẽ in fundo tuo, & fructus tollerem. ſeui: nec pateris me fructus tollere. Nullam iuris ciuilis actionem eſſe, Ariſto ait: an in factũ dari debeat, deliberari poſſe. ſed erit de dolo [d].

Quando non conſtat quis contractus fuerit celebratus, conſtat tamen quòd aliquis fuit celebratus: datur actio præſcriptis verbis. Paul. de Caſt.

XVII. VLPIANVS libro viceſimooctauo ad Edictum.

SI gratuitam tibi habitationem [e] dedero: an commodati agere poſsim? & Viuianus ait poſſe: ſed eſt tutius [f] præſcriptis verbis agere.

Aut res datur vendenda gratia venditoris: & ſuſceptor tenetur de dolo, & lata culpa: aut datur gratia ſuſceptoris, & tenetur etiam de leuiſsima: aut gratia vtriuſque, & de leui tenetur: & eius gratia dicitur contractus celebratus qui rogauit. b. d. quem caſum nota. Bartolus. C

Si margarita tibi æſtimata dedero, vt aut eadem mihi adferres, aut pretium eorum: deinde hæc perierint ante venditionẽ: cuius periculum ſit? Et ait Labeo (quod & Põponi [g] ſcripſit) ſi quidem ego [g] te [h] venditor rogaui: meum eſſe periculum. ſi tu me: tuum [i]. ſi neuter noſtrũ, ſed dumtaxat conſenſimus: teneri te hactenus, vt dolum & culpam mihi præſtes. actio autẽ ex hac cauſa vtique erit præſcriptis verbis [k].

Si res datur inſpicienda, & ignoratur vbi ſit, ad hanc actionẽ recurritur, vel aliis actionibus poteſt agi: & in hac actione venit culpa, habita conſideratione eius cuius gratia ſit celebratus contractus. Bar. D

Papinianus libro octauo Quæſtionũ ſcripſit. Si rem [l] tibi inſpiciendã dedi, & dicas te perdidiſſe: ita demum mihi præſcriptis verbis actio competit, ſi ignorem [m] vbi ſit. Nam ſi mihi liqueat apud te eſſe, furti agere poſſum, vel condicere [n], vel ad exhibendum agere. Secundum hęc, ſi cui inſpiciendũ dedi ſiue ipſius cauſa, ſiue vtriuſq;: & dolum & culpam [o] mihi præſtãdã eſſe dico propter vtilitatẽ: periculũ [p] nõ. ſi verò mei dumtaxat cauſa datũ eſt, dolũ [q] ſolũ: quia prope [r] depoſitum hoc accedit.

Si cõmodo vt cõmodes, agitur præſcriptis verbis: quia cõmodatũ nõ eſt gratuitũ. Bar.

Si cum vnũ bouem haberẽ, & vicinus vnum, placuerit inter nos, vt per denos dies ego ei, & ille mihi bouem commodaremus, vt opus faceret, & apud alterũ bos periit [s]: cõmodati non competit actio, quia non fuit gratuitũ commodatum: verùm præſcriptis verbis agendũ eſt [t].

Is cui res inſpicienda conceditur: de caſu fortuito non tenetur. Bartolus.

u *Appellatione.* vere aliud est: quia hoc nomē pecus, est genus vel totū: aliud est pars, siue species. nā omne iumētū est pecus. & hoc innuit ibi, de cætero pecore &c. sed nō omnia pecora sunt iumenta.

x *Idcirco.* q̄ nō omnia animalia iumētorū appellatiōe cōtinētur.

y *Elegiū.* id est sermo generalis omnia animalia cōprehēdēs.

z *Neque morbi.* in corpore. Accursius.

a *Neque vitii.* in animo.

b *De vtilitate.* sed aliud in homine: vt supra. e. l. fin autem quis.

c *Castratum.* id est caste natum, vt differat à sequenti.

d *Spado.* scilicet equus.

e *Ex empto.* scilicet ciuilem: vt. ff. de ac. emp. l. ex empto. §. si quis virginem. cum aliàs non erat empturus. nec enim ob id vitioſum vel morbosum est, vt agatur ex hoc edicto.

SI plura mancipia vno prætio venierint, & de vno eorum ædilicia [a] actione vtamur: ita demum pro bonitate [b] eius æstimatio [c] fiet, si confusè vniuersis mancipiis constitutū pretium fuerit. quòd si singulorum mancipiorum constituto pretio, vniuersa tanti venierunt, quantum ex cōsummatione singulorum fiebat: tūc cuiuſq; mācipij pretium, seu pluris, seu minoris id esset, sequi debemus.

B

XXXVII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

PRæcipiunt ædiles ne [d] veterator [e] pro nouitio veneat. & hoc edictum [f] fallaciis venditorum occurrit. Vbique enim curāt ædiles, ne emptores à vēditoribus circumueniantur. vt ecce plerique solent mancipia quæ nouitia non sunt, quaſi nouitia distrahere, ad hoc scilicet, vt pluris vendant. Præsumptum est enim ea mancipia quæ rudia sunt, simpliciora esse, & ad ministeria aptiora, & dociliora, & ad omne ministerium habilia: trita verò mancipia & veterana difficile esse reformare [g], & ad suos mores formare. quia igitur venalitiarij [h] sciunt facilè decurri ad nouitiorum emptionem: idcirco interpolāt [i] veteratores, & pro nouitiis vendunt: quod ne fiat, hoc edicto ædiles denūtiāt: & ideo si quid ignorāte emptore ita venierit, redhibebitur [k].

XXXVIII. IDEM libro secundo ad Edictum Aedilium Curulium.

AEdiles † aiunt: *Qui iumenta vendunt, palam rectè dicunto quid in quoque eorū morbi vitiſque sit: vtique [l] optimè ornata [m] vendendi causa fuerint, ita emptoribus tradantur [n]. *Si quid ita factum [o] non erit, de ornamentis restituendis, iumentisve ornamentorū nomine redhibendis, in diebus sexaginta: morbi autem vitiſve causa inemptis faciendis, in sex mensibus: vel quo minoris tum venirent fuerint, in anno iudicium [p] dabimus. Si iumenta paria simul venierint, & alterum in ea causa fuerit vt redhiberi debeat: iudicium dabimus quo vtrumque redhibeatur.* ¶ Loquuntur ædiles in hoc edicto de iumentis redhibendis. Causa autem huius edicti eadem est, quæ mancipiorum redhibendorum: & ferè [r] eadem sunt in his, quæ in mācipiis, quod ad morbum vitiúmve attinet. Quidquid igitur illic* diximus, huc erit transferēdum: & si mortuum fuerit iumentum, pari modo redhiberi poterit, quemadmodum mancipium potest [s]. Iumentorum autē appellatione an omne pecus contineatur, videamus. Et difficile est vt contineatur. nam aliud significant iumenta [t], aliud significatur pecoris appellatione [u]. idcirco [x] elogium [y] huic edicto subiectū est, cuius verba hæc sunt: *Quæ de iumentorum sanitate diximus, de cætero quoque pecore omni venditores faciunto.* Vnde dubitari desiit, an hoc edicto boues quoq; contineantur. etenim iumentorum appellatione non contineri eos verius est: sed pecoris appellatione continebuntur. Sed enim sunt quædā, quæ in hominibus quidē morbū faciunt, in iumētis nō adeo, vt puta si mul⁹ castrat⁹ est, neq; morbi [z] neque vitij [a] quid habere videt: quia neq; de fortitudine qd ei⁹ detrahit, neque de vtilitate [b], cū ad generādū nūquam sit habilis. Cælius quoq; scribit, nō omnia animalia castrata ob idipsum vitiosa esse, nisi ꝓpter ipsam castrationē facta sint ībecilliora: & ideo mulū nō esse vitioſū. Idē refert Ofiliū exiſtimaſſe, equū castratū [c] sanū esse, sicuti spado [d] quoque san⁹ est. Sed si ēptor ignorauit, vēditor scit, ex empto [e] esse actionē. & verū est quod Ofili⁹

C

D

Flaminius & alias huius edicti partes explicat Alexan. ab Alexā. lib. 4. Gen. dier. cap. 4.

**traduntur.*

Vterator quis sit.

Quæsitũ est, si mula talis sit, vt trãsiungi [a] non possit: an sana sit. Et ait Pomponius sanã esse: pleraſq; deniq; carrucarias tales esse, vt nõ possint trãsiungi. Idẽ ait, si nata sit eo ingenio aut corpore, vt alterũ [b] iugũ non patiatur, sanã nõ esse. Nõ tantũ autẽ ob morbũ [c] vitiúmve [d] redhibitio locũ habebit in iumentis: verũetiã si cõtra dictũ promissúmve, erit locus redhibitioni, exẽplo mãcipiorũ [e]. Vẽdẽdi autẽ causa ornatũ iumentũ videri Cælius ait, nõ si sub tẽpus [f] vẽditionis, hoc est biduo [g] ante vẽditionẽ, ornatũ sit: sed si in ipsa venditione ornatum sit: aut ideo (inquit [h]) venale cum esset, sic ornatum inspiceretur. Sempérq; cũ de ornamẽtis [i] agitur [k], & in actione [l] & in edicto adiectũ est, *vẽdẽdi causa ornata dicta esse*. poterit enim iumẽtũ ornatum itineris causa duci, deinde venire [m]. Si plura iuméta venierint [n]: nõ omnia erũt redhibẽda ꝓpter vnius ornamẽtũ [o]. Nã etsi vitiosum sit vnũ iugum, nõ tamẽ propter hoc cætera iuga redhibebũtur. Si fortè iugũ mularũ sit, quarum altera vitiosa est: nõ ex pretio tãtũ vitiosæ, sed ex vtriusq; erit cõponẽdũ †quanti minoris sit. Cũ enim vno pretio [p] vtræq; venierint, nõ est separãdũ [q] ꝓtiũ: sed quãto minoris, cum veniret, vtrunque fuit, nõ alterum [r] quod erat vitiosum. Cũ autẽ iuméta paria veneunt, edicto expressum est, vt cum alterũ in ea causa sit, vt redhiberi debeat, vtrunq; redhibeatur. in qua re tam emptori quàm vẽditori cõsulitur, dũ iuméta non separãtur. Simili modo & si triga venierit [s], redhibẽda erit tota: & si quadriga, redhibeatur. Sed si duo paria mularũ sint, & vna mula vitiosa sit, vel par: solũ par redhibebit [t], alterum nõ. Si tamẽ nõdũ sint paria constituta, sed simpliciter quatuor mulæ vno ꝓtio [u] venierint: vnius erit mulæ redhibitio, non omniũ. Nã & si polia [z] venierit, dicemus vnũ equũ qui vitiosus est, non omnẽ poliã redhiberi oportere. Hæc & in hominibus dicem', plurib' vno' ꝓtio distractis, nisi si separari non possint, vtputa si tragœdi, vel mimi,

a *Transiungi*. puta à dextra tãtum, vel à sinistra tãtum sustineat: & quodlibet iugum ducit, & quodlibet plaustrum: sed transiungi, id est ex vtraque parte iungi diuersis temporibus non potest.

b *Vt alterum*. nisi vnum. Azo. Vel dic quòd vult facere differentiam, an ex accidenti habeat hoc vitium: vt supra proxi. an ex natura: vt hic. & secundum hoc dic, iugũ alterum, id est trãsiungi nõ patitur: quod facit vel propter vitium corporis qđ patitur ab vna parte: vel quia naturale fuit in ea à principio vitium quòd nõ potuit sustinere nisi ex vna parte. secus si accidentale fuit vitium animi: vt supra dixi. corporale autem vitium, siue naturale, siue accidentale, inducit redhibitionem. vel dic, alterũ, id est neutrum.

c *Ob morbum*. scilicet corporis. Accursius.

d *Vitiúmve*. scilicet animi: vt &. ï. eo. l. bouem. in prin. aliter accipitur supra. e. l. j. §. j.

e *Mancipiorum*. quæ redhibẽtur etiam propter animi vitia, si fuerint dicta abesse: vt. ï. eo. l. ob quæ. §. animi autem vitium.

f *Sub tempus*. subaudi tunc semper.

g *Biduo*. repete, si.

h *Inquit*. Cælius.

i *Cum de ornamentis*. id est cum de ornamẽtis agitur, semper additur hoc verbum, scilicet vendendi causa.

k *Agitur*. id est tractatur.

l *In actione*. scilicet ex empto, vel in factum: vel ponitur pro eodẽ, id est in actione quæ est edictum. Accursius.

m *Deinde venire*. & ita non habebit locum edictum.

n *Venierint*. pretio in singulis cõstituto. Alioquin contra supra. e. l. cum eiusdẽ. quę est cõtra. Vel hic nõ agebatur redhibitoria, sed quanto minoris, vt hic dicitur: quod non placet. Vel aliud in actione redhibitoria, quæ datur propter morbũ: vt ibi. aliud in actione in factum, quæ datur propter ornamenta: vt hic. vel hic non erat eiusdem officii. Acc.

o *Ornamentum*. quod non vult dare vẽditor.

p *Vno pretio*. id est vna summa ex pretiõ singulorũ collecta: vt supra eo. l. si plura. in prĩ. Accursius.

q *Separãdum*. & ideo nec separatim colligẽda summa: vt hic, & supra ad leg. Aquil. proinde. §. j.

r *Non alterum*. quanto minoris fuit alterum tantum.

s *Venierit*. in hoc differt à ciuili. Accursius.

t *Par redhibebitur*. scilicet par vitiosum.

u *Vno pretio*. scilicet vnico, id est summa vna erat ex singulorũ pretio collecta. alioquin est cõtra: vt supra eo. cum eiusdẽ. Vel aliter vt ibidem dixi: quia hic non sunt eiusdem officij.

x *Polia*. id est [a] vniuersitas equorũ. à polys quod est pluralitas. Accursius.

y *Pluribus vno*. id est vnico facto ex pretio singulorum cuiuslibet. nam quilibet suo pretio fuit æstimat': ne fit contra supra eo. l. cum eiusdem. Accursius.

z *Vel fratres*. vt supra e. l. plerunq;. Accursius.

a *Polia, teste Cælio Calcagnino Curione, equitium significat, id est equorum armentum: à Græca voce πῶλος, quod pullũ, & præsertim equinũ significat. Beroꝛ.*

a *Et generaliter. Nocere*. id est nocere posset: vt innuit infra eo. l. proxi. ar. infra de statulib. l. Labeo. non tamen hic agitur nisi dãno dato. infra. l. proxi. §. si aduersus ea. Accursius.

b *Qua. Dupli*. & nihilominus agi potest actione in factũ de pauperie: vt insti. si qua. pau. fe. di. §. fin. Accursius.

c *Quem. Vitiosum*. in animo: vnde non redhibetur: sed quãto minoris agitur: vt supra eo. l. j. in fin. & l. ij. iij. & iiij. j. respon. &. §. animi autẽ. Vel forte aliud est in iumẽtis: vt dixi supra eo. l. ædiles aiunt. §. loquuntur. in prin. in mancipiis in tribus casibus tantum, propter vitium animi redhibentur: vt in fugitiuo, fure, & eo qui sibi mortem conscisiuit. Accursius.

d *Pessundant*. id est pede percutiunt. Accursius.

e *Fugitivus*. vt &. ï. eo. quis sit fugitiuus. §. fin autem in hoc. Accur.

f *Nomen est*. conuerte literã. sic &. ï. de pac. l. iurisgentiũ. §. pactorũ. sic & aliàs exigit factũ, nõ cõsilium tãtum, vel ꝓpositũ: vt. ï. e. l. quod si nolit. §. illud plane. &. ï. de vsufru. l. quid ergo. §. fin. Accursius.

g *Qui persuasit*. persuadens etiam tenetur actione serui corrupti: vt supra de seruo corrup. l. j. §. j. Accur.

h *Fugerit*. ãte bona fide possidente. Acc.

i *Sibi fa it*. sic & dicitur cũ de bonis eorũ liberorum, qui sibi mortẽ cõsciuerũt, quæritur: vt hic, &. j. de bo. eorum qui ante sentẽ. mor. sibi cõsci. l. fi.

* *Solidi. j. aurei, Budæus hic.*

* *quanti.*

* *Vulg. posfundant. Hal. cessimus.*

* *Vulg. nisi dolorẽ corporis sustinendo. &c.*

XXXIX. PAVLVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

VEl fratres [z]:

XL. VLPIANVS libro secundo ad Edictum Aedilium Curulium.

HI enim nõ erunt saparãdi. Deinde aiunt ædiles: *Ne quis canẽ, verrẽ, vel minorẽ aprum, lupum, vrsum, pantheram, leonem,*

XLI. PAVLVS libro secundo ad Edictum Aedilium Curulium.

ET generaliter, *aliúdve quod nocere [a] animal, siue soluta sint, siue alligata, vt contineri vinculis quo minus dãnũ inferat, non possint,*

XLII. VLPIANVS libro secũdo ad Edictum Aedilium Curulium.

QVa volgo iter fiet, ita habuisse velit, vt cuiquam nocere, damnúmve dare posſit. Si aduersus ea factum erit, & homo liber ex ea re perierit, solidis ducenti [præstabuntur.] si nocitum homini libero esse dicetur, quanti bonũ æquum iudici videbitur, condemnetur: cæterarum rerum, quantum* damnum datũ factúmve sit, dupli [b].*

XLIII. PAVLVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

BOuẽ qui cornu petit, vitiosum [c] esse pleriq; dicũt. item mulas quæ cessum dant [d] *. Ea quoq; iumenta quæ sine causa turbãtur, & semetipsa eripiunt: vitiosa esse dicuntur. Qui ad amicũ domini deprecaturus cõfugit, non est fugitiuus [e]: immò etiã si ea mẽte sit, vt non impetrato auxilio, domũ non reuertatur, nondũ fugitiuus est: quia non solũ consilij, sed & facti, fugæ nomẽ [f] est. Qui ꝑsuasu alteri' à domino recesit, fugitiu' est: licet id nõ fuerit facturus citra consiliũ eius qui persuasit [g].

Si seruus meus bona fide tibi seruiens fugerit [h], vel sciens se meum esse, vel ignorans: fugitiuus est, nisi animo ad me reuertendi id fecit. Mortis cõsciscendæ causa sibi facit [i], qui propter nequitiam, malósque mores, flagitiúmve aliquod admissum, mortem sibi consciscere voluit: nõ si* dolorẽ corporis non sustinendo id fecerit. Si quis seruũ emerit: & rapto eo,

vi bonorum raptorum actione quadruplum cõsecutus est, deinde seruum redhibeat: reddere debebit quod accepit. Sed si per eũ seruum iniuriam passus, iniuriæ nomine egerit, nõ reddet [a] venditori: aliter forsitan atque si loris ab aliquo cæsus, [b] aut quæstione de eo [c] habita, [d] emptor egerit. [d]

Per actionem quanto minoris sit redhibitio, & tanti pretii restitutio, quando res empta apparet nullius esse valoris. h. d. facit. l. illud §. minus. de tributoria act. B

Aliquãdo † etiam redhiberi mancipium debebit, licet æstimatoria, id est quanto minoris, agamus. Nam si adeò nullius sit pretij, vt ne expediat quidẽ tale mancipium domino habere, veluti si furiosum aut lunaticũ sit: licet æstimatoria actum fuerit, officio [f] tamen iudicis cõtinebitur, vt reddito mancipio pretium recipiatur. Si quis cũ consilium iniisset fraudãdorum creditorũ, redhibuerit, nõ redhibiturus aliàs, nisi vellet eos fraudare: tenetur creditoribus propter mãcipium venditor. [g]

Pignus manebit [h] obligatum etiam si redhibitus fuerit seruus: [i] quemadmodum si eum alienasset, [k] aut vsumfructum eius, nõ rectè redhibetur, nisi redemptum sit, & pignore liberatum redhibeatur. [l] Si sub cõditione homo emptus sit, redhibitoria actio * ante conditionem existentem inutiliter agitur: quia nondum perfecta emptio, arbitrio iudicis imperfecta fieri non potest: [m] & ideo si ex empto, vel vendito, vel redhibitoria antè actum fuerit, [n] expleta conditione iterum agi [o] poterit. Interdum etiam si pura sit venditio, propter iuris conditionem in suspẽso est: veluti si seruus in quo alterius vsusfructus, alterius proprietas est, aliquid emerit. nam dum incertum est, ex cuius re pretium soluat, pendet cui sit adquisitum: [p] & ideo neutri eorũ redhibitoria competit.

xliiii. Idem libro secundo ad Edictum Aedilium Curulium.

IVstissimè ædiles noluerunt hominẽ ei rei quæ minoris [q] esset, accedere: ne qua fraus aut edicto [r] aut iuri ciuili fieret (vt ait Pedius) propter dignitatẽ [s] hominum: alioquin eandem rationem fuisse & in cęteris reb'. Ridiculum [t] namque esse, tunicæ fundum accedere. Cæterùm hominis venditioni quiduis adiicere licet. nam & plerũq; plus in peculio est, quàm in seruo: [u] & nonnũquam vicarius qui accedit, pluris est quàm is seruus qui venit. Proponitur actio ex hoc edicto in eum cuius maxima pars in venditione fuerit: quia plerũque venaliciarij ita societatẽ coeunt, vt quicquid agunt, in commune videantur agere. Aequum enim ædilibus visum est, vel in vnũ ex his, cuius maior pars, aut nulla parte minor esset, ædilicias [x] actiones cõpetere: ne cogeretur emptor cum multis litigare: [y] quamuis actio ex empto [z] cum singulis [a] sit pro portione qua socij fuerunt. nam id genus hominũ ad lucrum potius vel turpiter faciendum proni' est. In redhibitoria vel æstimatoria potest dubitari, an quia alienum seruũ vendidit, & ob euictionem, & propter morbum fortè vel fugam simul teneri potest. Nam potest [b] dici, nihil interesse emptoris vtrum vnam obligationem: hic autẽ est vtraq; obligatio principalis: licet vna super principaliter vendito sit, altera super vendito accessoriè.

---

a *Non reddit.* quod est cõsecutus: vt & ff. de peti. he. l. at vbi. ad emptorem enim cũdemque possessorem respexit: quia grauius, vel quia in dedecus domini: vt dicitur. ff. sed si per eum seruum &c. secus si non respexit: vt hic subiicit, & ff. de iniur. l. ité apud. §. si quis sic fecit iniuriam.

b *Caso.* scilicet per iniuriã seruo. aliàs cęsus.

c *De eo.* scilicet accusato. Accursius.

d *Habita.* quo absoluto agitur in duplum: vt supra de calum. l. fi.

e *Egerit.* quasi p vitio serui, non dominũ hic venditori restituit: vt. d. §. si quis sic.

f *Officio.* Hic not p aliud petit: & aliud in condẽnatione deducitur. sic. j. de except. rei iudi. si is qui heres nõ erat. §. j & de leg. j. l. huiusmodi. §. q seruũ. in fi. minus em valet, qđ nihil valet: vt. ff. de tributo. act. l. illud quoq;. §. minus autem.

† *Hũc tex. alleg. p sing. Ludoui. Ro. fol. 23. sing. 648. de quo ibi per eum, & hic in nouis interpretat. Bolog.*

g *Venditor.* renouocatoria: sed ille qui redhibuit, tenet ex illo edicto. ff. de alie. iudi. l. qa redhibito. in fine.

h *Pignus manebit.* vt ff. quib' mo. pig. vel hypo. sol. si debito. Sed certe immo videtur p nõ: vt. ff. de in di. addic. vbi. §. sed Marcellus. q est contra. Solu. ibi ex necessitate resoluit vẽditio: hic ex voluntate. Accursius.

i *Seruus.* & ideo non liberatur à vẽditione.

k *Alienasset.* scilicet eius proprietatem.

l *Redhibeatur.* in prędiudicium emptoris &c. vt subiicit. Vel etiã nõ liberatur à venditore talem restituendo. Ac.

m *Non potest.* vt & infra de iniust. testa. l. nã & si sub conditione.

* *Vulg. actione.*

n *Ante actum fuerit.* & absolutio secuta, sicut debuit fieri: vt ff. de iudi non quemadmodum. Sed contra. ff. ad Vellei. l. aliquãdo. §. fi. Sol. ibi pure cõtra eũ qui pure tenebatur agebat, licet alius cõditionaliter teneatur. Ité argu. contra infra de dona. cau. mor. l. mortis causa. Sed ibi nihil fuit in iudicio actum.

o *Iterum agi.* Not. iterum agi, si primo fuit incompetens actio proposita. sic & ff. de pig. l. grege. §. si sub conditione. & infra de excep. rei iu. si mater. §. eandem.

p *Adquisitum.* dominiũ: vt ff. de vsufru. sed & si quis. §. interdũ.

Iustissime.] CASVS. Vendidisti mihi fundum: postea apparet fundus vitiosus, quia produxit pestiferã herbam. quæritur, an seruus non redhibendus redhibeatur propter fundum redhibendum? quod habes necesse dicere, si dicis hominem accedere fundo: vt ff. proinde. §. fi. Sed certe hoc est absurdũ, vt homo qui est pretiosissima creatura, non redhibendus redhibeatur occasione vilis rei cui accedit. Ideoq; dicamus non posse eũ esse accessorem rei minoris, propter sui dignitatem. Vide cętera in gl. j.

[PROPONITVR.] Si plures vendũt seruũ vitiosum, datur redhibitoria in solidũ contra illũ cuius fuit maior pars, vel non minor. secus in actione ex empto: vbi etiã p partibus datur. Vi.

q *Minoris.* pretij: & hęc est ratio, quia homo est maioris pretij vel paris. hæc em ratio esset nulla: quia secũdũ hoc res maioris pretij nõ accederet ei quę sit minoris. quod est falsum: vt infra de re. diui. §. si tamẽ aliena. sed id est propter dignitatẽ hominis. homo enim rei maioris pretij, licet minoris dignitatis, accedere potest: quia hoc nõ phibetur hic. Ité rei paris dignitatis, licet minoris sit pretij: vt homo homini in cuius est peculio. Si aliud diceret, quàm ff. dixi, scilicet p homo cuilibet rei accederet: redhiberet? sępe homo nõ redhibẽdus, propter rem principalem cui accederet: vt ff. eo. proinde. §. fin. quod quamuis prætor & ius ciuile in aliis admiserit, in homine tamen reprobauit. Nec obstat quod dicitur. ff. de contrahen. emp. l. si in emptiõe. ibi, nec refert &c. referẽdus est enim ad res alias accessorias, nõ ad hominẽ. Azo. Vel de homine ascripticio ibi dicit: aliàs obtinet qđ hic dicit. Vel dic, in duobus casib' speciale. s. cũ fũdo accedit: & cũ alij homini: vt ibi, & hic. Ac.

r *Aut edictio.* veteri, qđ ad plenũ non habem'. edictum ergo prętoris voluit, ité ius ciuile voluit, ne homo rei minoris ptij accederet. Ac.

s *Dignitatem.* est em homo dignissima creaturarũ. vnde Ouidius: Pronaq; cum spectent animãtia cętera terrã: Os homini sublime dedit, cœlumq; videre &c. Et virgilius: Igne' est illis vigor, & cœlestis origo.

Versus.

t *Ridiculum.* s. eadẽ ratiõe allegata q allegatur in homine. s. vt nõ accedat alij: quia minoris pretij est. Azo.

u *In seruo.* Nec ob. istli. de fideiuss. fideiussores. qa ibi dicitur de accessoria fideiussoris obligatione: hic autẽ est vtraq; obligatio principalis: licet vna super principaliter vendito sit, altera super vendito accessoriè.

x *Ædilicias.* vt infra de euict. si rem. §. j.

y *Cũ multis litigare.* quod esset durũ: vt. ff. de exerci. actio. l. ne in plures. in solidũ ergo teneãtur, nisi quilibet separatim suã partẽ vẽdiderit: vt supra eo. quod si nolit. §. quod si venditori. ibi, verius est enim dicere &c. Licet hic non vendiderit, vt essent vendẽdi plures rei in solidum. quod est speciale. Accursius.

z *Ex empto.* scilicet ciuilis.

a *Cum singulis.* hic ergo loquitur cũ omnes vẽdiderũt, vel maior pars vendidit: alioquin singuli cõueniri non possunt, nisi cũ magistro omnium contraheretur: vt supra de pac. item magistri. Vel dic, singuli qui vendiderunt.

b *Nam potest.* ratio ad primum dictum legis.

a *Euictus fit.* hucusque allegauit:nunc soluit,sed interfuit &c. Aidem habes.j.de euic.l.euicti.§. si seruus. in fi. & supra de act. emp.l.ex empto.§.ignoramus.

b *Ex postfacto.* post euictionem.

c *Decrescat.* nec crescit:vt supra de act.empt. si sterilis.§. cum per venditorem. Ac.

d *Committitur.* id est incipit committi.

e R *Edhibitoria.Soluat.* id est soluere nolit, & reddere à à iudice admonitus.

Actio redhibitoria, & ex stipulatu, arbitrariæ sunt.

f *Iubetur.* Sic ergo actio redhibitoria est arbitraria.idé dicút in actione ex stipulatu, q̃ datur ꝓ dote:arg. eius qđ legitur.j.sol. matri. l.ſi filio.§.maritũ.Ac.

g *Reddat.* id est reddere velit,& se præparet.sic ergo &c.

h C *Vm mihi.Alienaueris.* de quibus debet cauere: vt supra eo.redhibere.§.j.

i S *I hominem. Denegandam.* immo videtur durare : vt infra de act.& obli.l.quęcũque.quę est cõtra.Sed illud verum est cũ dãtur mihi actiones propter dãna illata in seruo vel iniurias.quę autem ex contractu meo, vel quasi,non : vt hic, & infra titu.j.si seruus. Item contra infra de euic.l.euicta.§.si seru⁹. Sol. hic ipse manumisit:ibi erat statuliber: & sic non ꝓpter f ctũ emptoris euenit libertas:vnde non perit actio quanto minorit. Et ꝓ hac solutione est & alia.j.titu.j.l. si seruum cuius nomine.Itẽ in eo quod hic dicit, in morte aliud quàm ĩ manumissione, est cõtra.j. de solu.l. si mihi alienũ.vbi dicit manumissionem similẽ morti.Sol. ibi quo ad quędam, non autem quo ad omnia verum est.Itẽ ad id quod subiicit hic,quòd post mortẽ serui remanent actiones,est contra.j. titu.j. l.si seruus vẽditus.Solu.ibi de actione euic. dicit ꝙ cessat,hic autẽ de redhibitoria& quãto minoris ꝙ durẽ.sed & in his ædiliciis cur aliud in morte, aliud ĩ manumissione?Rñ.qa fortuito mors cõtigit:manumissio volũtate emptoris.ar instabis:nõne mors cõtingere potest volũtate emptoris:vt.ff.eo.ꝙ si nolit.§. si mãcipiũ. quod redhiberi oportet:& manumissio ex necessitate:vt.j.tit.j sed hoc nomine. in fi Rñ.quando manumissio fit ex necessitate,idẽ est ac si mors cõtingeret. Sed quid si mors vel manumissio cõtingat ex volũtate:idẽ debet esse in vtroq; casu,vt nõ agat:vt.ff.eo.ꝙ si nolit.§. si mancipiũ.secundũ quosdã.sed tu dic non esse ita.nã vbi mors cõtingit ex volũtate,æstimari potest:& debet seru⁹ quãti fuerit tẽpore mortis suæ,æstimari,vt id restituatur vẽditori.cũ em nõ superſit seruus,nõ æstimat quãti sit,sed quãti fuerit.in manumissione vero cũ supersit:cũ agit,æstimari debet secũdũ qđ est. æstimari aũt sic nõ potest:qa liber homo nõ recipit æstimationẽ.

Liber homo æstimationẽ non recipit.

ptoris sanum esse,fugitiuũ non esse eum qui euict⁹ sit:[a] sed interfuit emptoris, sanum possedisse propter operas.neque ex postfacto [b] decrescat [c] obligatio.Statim enim vt seru⁹ traditus est,committitur [d] stipulatio quanti interest emptoris.

XLV. GAIVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

R Edhibitoria actio duplicẽ habet cõdemnationẽ. modò enim in duplum, modò in simplum condemnatur venditor.nam si neque pretium, neque accessionem soluat,[e] neq; eum qui eo nomine obligatus erit, liberet : dupli pretij & accessionis condẽnari iubetur.[f] si vero reddat[g] pretium & accessionem,vel eum qui eo nomine obligatus est,liberet,simpli iubetur condemnari.

XLVI. POMPONIVS libro octauodecimo ad Sabinum.

C Vm mihi redhibeas : furtis noxisque solutum esse ꝓmittere non debes, præterquã quod iussu tuo fecerat,aut eius cui tu eum alienaueris.[h]

XLVII. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

S I hominem emptum manumisisti,& redhibitoriam, & quanti minoris denegandam [i] tibi Labeo ait:sicut duplæ actio periret.[k] ergo & quod aduersus dictum promissúmve sit, actio peribit. Post mortem autem hominis ædiliciæ actiones manent,

XLVIII. POMPONIVS libro vicesimotertio ad Sabinum.

S I tamen sine culpa actoris, familiæve eius,vel procuratoris mortu⁹ sit. Audiẽdus[l] est is qui de vitio vel morbo serui querens,[m] retinere eũ velit.

Non nocebit emptori, si sex mensiũ*exceptione redhibitoria excluſus,velit intra annum æstimatoria [n] agere.Ei qui seruũ vinctum [o] vendiderit,ædilicium edictum remitti æquũ est. Multo enim amplius [p] est id facere,quàm pronuntiare in vinculis fuisse. In ædiliciis actionibus exceptionem opponi æquum est,si emptor sciret de fuga,aut vinculis,aut cæteris rebus similibus,vt vẽditor absoluatur. Aediliciæ actiones & heredi & in heredem competunt:[q] vt tamen & facta heredum [r] quæ postea accesserint,& quod experiri potuerint,quęrantur. Non solùm de mancipiis,sed de omni animali hæ actiones cõpetunt:ita vt etiam si vsumfructum in homine emerim,competere debeant. Cũ redhibitoria actione de sanitate agitur:[s] permittendum est de vno vitio agere, & prædicere, vt si quid aliud postea apparuisset,de eo iterũ ageretur. Simplariarum [t] venditionum causa ne sit redhibitio,in vsu est.

Flo.meminit, & sic fere semper per totas pandectas.

XLIX. VLPIANVS libro octauo Disputationum.

E Tiã in fundo vendito redhibitionem procedere,nequaquam incertum est:veluti si pestilens fundus distractus sit. nam redhibendus erit.Et benignum est dicere, vectigalis exactionem futuri temporis post redhibitionem aduersus emptorem cessare.

L. IVLIANVS libro quarto ex Minicio.

V Aricosus[u] sanus non est.

LI. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

C Vm mãcipiũ [x] morbosum vel vitiosum seru⁹ emat,& animo,merito cessant ædiliciæ actiones.si tñ ius sit ĩ corpore.occasione corporis redhibitio fit:vt.ff.e.l.bouẽ.§.alioq̃. vel secũdũ Azo.simplariarũ.i.vilium rerũ.vel dic tertio simplariarũ.i.rerũ carẽtiũ vitali alimẽto:vel quia nõ habẽt in se vitale alimẽtũ:vel qa nõ cẽ ferũt:nõ ergo ꝓ signo debili vel fracto,vel lapide male cocto,nec ꝓ seruitute à pdio debita agi potest. agetur aũt ꝓ carne pensifera,& ꝓ herbis.nõ ratione herbarũ agitur ꝓ fundo: vt.j.eo.l.ꝓi.& etiã ꝓ reb⁹ vilissimis,in quibus cauet de morbis in simplũ: vt de eui.vt.j.ti.j.ẽptori fit redhibitio:vt.ff.eo.l.bouẽ §.aliquãdo.&.l.ob quę.§.idẽ Põponius.&.j.tit.j.l.emptori.Ac.

a *Simplaria vendi-tiones sunt, pro quibus necessitor non habet de duplo empteri repromittere: quarum etiã meminit Vlpia.ff. l.emptori. j.de euic. Bud.hic.*

u *Aricosus.* qui modo huc,modo illuc,vt stultus vadit: vel ægritudo tibiarum,quæ dicuntur varis. Accursius.

x C *Vm mancipiũ.* Ad hu⁹.l.euidentiã dic:cũ seru⁹ emit mãcipiũ:si quidẽ sine mãdato domini,vel cum mandato,peculiari i

a *Euictus fit.* hucusque allegauit:nunc soluit,sed interfuit &c. Aidem habes.j.de euic.l.euicti.§. si seruus. in fi. & supra de act. emp.l.ex empto.§.ignoramus.

b *Ex postfacto.* post euictionem.

c *Decrescat.* nec crescit:vt supra de act.empt. si sterilis.§. cum per venditorem. Ac.

d *Committitur.* id est incipit committi.

e R *Edhibitoria.Soluat.* id est soluere nolit, & reddere à à iudice admonitus.

Actio redhibitoria, & ex stipulatu, arbitrariæ sunt.

f *Iubetur.* Sic ergo actio redhibitoria est arbitraria.idé dicút in actione ex stipulatu, q̃ datur ꝓ dote:arg. eius qđ legitur.j.sol. matri. l.ſi filio.§.maritũ.Ac.

g *Reddat.* id est reddere velit,& se præparet.sic ergo &c.

h C *Vm mihi.Alienaueris.* de quibus debet cauere: vt supra eo.redhibere.§.j.

i S *I hominem. Denegandam.* immo videtur durare : vt infra de act.& obli.l.quęcũque.quę est cõtra.Sed illud verum est cũ dãtur mihi actiones propter dãna illata in seruo vel iniurias.quę autem ex contractu meo, vel quasi,non : vt hic, & infra titu.j.si seruus. Item contra infra de euic.l.euicta.§.si seru⁹. Sol. hic ipse manumisit:ibi erat statuliber: & sic non ꝓpter f ctũ emptoris euenit libertas:vnde non perit actio quanto minorit. Et ꝓ hac solutione est & alia.j.titu.j.l. si seruum cuius nomine.Itẽ in eo quod hic dicit, in morte aliud quàm ĩ manumissione, est cõtra.j. de solu.l. si mihi alienũ.vbi dicit manumissionem similẽ morti.Sol. ibi quo ad quędam, non autem quo ad omnia verum est.Itẽ ad id quod subiicit hic,quòd post mortẽ serui remanent actiones,est contra.j. titu.j. l.si seruus vẽditus.Solu.ibi de actione euic. dicit ꝙ cessat,hic autẽ de redhibitoria& quãto minoris ꝙ durẽ.sed & in his ædiliciis cur aliud in morte, aliud ĩ manumissione?Rñ.qa fortuito mors cõtigit:manumissio volũtate emptoris.ar instabis:nõne mors cõtingere potest volũtate emptoris:vt.ff.eo.ꝙ si nolit.§. si mancipiũ. quod redhiberi oportet:& manumissio ex necessitate:vt.j.tit.j sed hoc nomine. in fi Rñ.quando manumissio fit ex necessitate,idẽ est ac si mors cõtingeret. Sed quid si mors vel manumissio cõtingat ex volũtate:idẽ debet esse in vtroq; casu,vt nõ agat:vt.ff.eo.ꝙ si nolit.§. si mancipiũ.secundũ quosdã.sed tu dic non esse ita.nã vbi mors cõtingit ex volũtate,æstimari potest:& debet seru⁹ quãti fuerit tẽpore mortis suæ,æstimari,vt id restituatur vẽditori.cũ em nõ superſit seruus,nõ æstimat quãti sit,sed quãti fuerit.in manumissione vero cũ supersit:cũ agit,æstimari debet secũdũ qđ est. æstimari aũt sic nõ potest:qa liber homo nõ recipit æstimationẽ.

Liber homo æstimationẽ non recipit.

ptoris sanum esse,fugitiuũ non esse eum qui euict⁹ sit:[a] sed interfuit emptoris, sanum possedisse propter operas.neque ex postfacto [b] decrescat [c] obligatio.Statim enim vt seru⁹ traditus est,committitur [d] stipulatio quanti interest emptoris.

XLV. GAIVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

R Edhibitoria actio duplicẽ habet cõdemnationẽ. modò enim in duplum, modò in simplum condemnatur venditor.nam si neque pretium, neque accessionem soluat,[e] neq; eum qui eo nomine obligatus erit, liberet : dupli pretij & accessionis condẽnari iubetur.[f] si vero reddat[g] pretium & accessionem,vel eum qui eo nomine obligatus est,liberet,simpli iubetur condemnari.

XLVI. POMPONIVS libro octauodecimo ad Sabinum.

C Vm mihi redhibeas : furtis noxisque solutum esse ꝓmittere non debes, præterquã quod iussu tuo fecerat,aut eius cui tu eum alienaueris.[h]

XLVII. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

S I hominem emptum manumisisti,& redhibitoriam, & quanti minoris denegandam [i] tibi Labeo ait:sicut duplæ actio periret.[k] ergo & quod aduersus dictum promissúmve sit, actio peribit. Post mortem autem hominis ædiliciæ actiones manent,

XLVIII. POMPONIVS libro vicesimotertio ad Sabinum.

S I tamen sine culpa actoris, familiæve eius,vel procuratoris mortu⁹ sit. Audiẽdus[l] est is qui de vitio vel morbo serui querens,[m] retinere eũ velit.

Non nocebit emptori, si sex mensiũ*exceptione redhibitoria excluſus,velit intra annum æstimatoria [n] agere.Ei qui seruũ vinctum [o] vendiderit,ædilicium edictum remitti æquũ est. Multo enim amplius [p] est id facere,quàm pronuntiare in vinculis fuisse. In ædiliciis actionibus exceptionem opponi æquum est,si emptor sciret de fuga,aut vinculis,aut cæteris rebus similibus,vt vẽditor absoluatur. Aediliciæ actiones & heredi & in heredem competunt:[q] vt tamen & facta heredum [r] quæ postea accesserint,& quod experiri potuerint,quęrantur. Non solùm de mancipiis,sed de omni animali hæ actiones cõpetunt:ita vt etiam si vsumfructum in homine emerim,competere debeant. Cũ redhibitoria actione de sanitate agitur:[s] permittendum est de vno vitio agere, & prædicere, vt si quid aliud postea apparuisset,de eo iterũ ageretur. Simplariarum [t] venditionum causa ne sit redhibitio,in vsu est.

Flo.meminit, & sic fere semper per totas pandectas.

XLIX. VLPIANVS libro octauo Disputationum.

E Tiã in fundo vendito redhibitionem procedere,nequaquam incertum est:veluti si pestilens fundus distractus sit. nam redhibendus erit.Et benignum est dicere, vectigalis exactionem futuri temporis post redhibitionem aduersus emptorem cessare.

L. IVLIANVS libro quarto ex Minicio.

V Aricosus[u] sanus non est.

LI. AFRICANVS libro octauo Quæstionum.

C Vm mãcipiũ [x] morbosum vel vitiosum seru⁹ emat,& animo,merito cessant ædiliciæ actiones.si tñ ius sit ĩ corpore.occasione corporis redhibitio fit:vt.ff.e.l.bouẽ.§.alioq̃. vel secũdũ Azo.simplariarũ.i.vilium rerũ.vel dic tertio simplariarũ.i.rerũ carẽtiũ vitali alimẽto:vel quia nõ habẽt in se vitale alimẽtũ:vel qa nõ cẽ ferũt:nõ ergo ꝓ signo debili vel fracto,vel lapide male cocto,nec ꝓ seruitute à pdio debita agi potest. agetur aũt ꝓ carne pensifera,& ꝓ herbis.nõ ratione herbarũ agitur ꝓ fundo: vt.j.eo.l.ꝓi.& etiã ꝓ reb⁹ vilissimis,in quibus cauet de morbis in simplũ: vt de eui.vt.j.ti.j.ẽptori fit redhibitio:vt.ff.eo.l.bouẽ §.aliquãdo.&.l.ob quę.§.idẽ Põponius.&.j.tit.j.l.emptori.Ac.

a *Simplaria vendi-tiones sunt, pro quibus necessitor non habet de duplo empteri repromittere: quarum etiã meminit Vlpia.ff. l.emptori. j.de euic. Bud.hic.*

u *Aricosus.* qui modo huc,modo illuc,vt stultus vadit: vel ægritudo tibiarum,quæ dicuntur varis. Accursius.

x C *Vm mancipiũ.* Ad hu⁹.l.euidentiã dic:cũ seru⁹ emit mãcipiũ:si quidẽ sine mãdato domini,vel cum mandato,peculiari i

liari tamẽ nomine: scientia & ignorãtia tantũ serui, & nõ domini inspicitur. Et isti sunt duo primi casus qui ponuntur in. l. ista vsq; illuc, sed si seruus &c. & euidentius explicantur infra de libe. cau. immo. §. tũc. & infra de luti. l. ij. j. respon. Excipitur tamẽ quãdo domino præsente & non contradicente seruus emit. nã domini scientia in suum præiudiciũ inspicitur: vt infra de lib. causa. l. immo. §. plane si filius. Si vero præsens dominus contradicere non posset, non oberit sibi sua scientia. & hoc est quod dicitur supra de cõtrahen. emp. l. in huiusmodi. sin autem domini mandato, & non in peculio, sed dominico emit nomine: si quidem dominus mandet de incerto, idem est, vt serui tãtum scilicet & non domini debeat inspici ignorãtia & scientia. idem si liber homo mãdato meo mihi hominem emit: vt infra ea. l. §. circa. si vero de certa tũc patris est vel domini, & non filij seu serui scientia vel ignorantia inspicienda: vt probãtur hæc infra de li. causa. immo. §. tunc. & l. in seruo. & j. de luti. l. ij. ij. respon. & supra de cõtrahen. emp. sed & si seruo. & infra e. l. §. sed si seruus. nec ob. qd hic dicitur certũ incertúmve: qa refertur ad eum casum quãdo emit peculiari nomine. In vsucapione quoque distinguẽdum est: vt infra pro emp. l. ij. §. si seruus tuus. vsq; ad illum. §. si à pupillo. Illud certum est, cpvbi quis vt nũti[b] emit, nũquam eius scientia vel ignorãtia spectaĩ, sed domini. Azo. cum nũtius vicem epistolæ gerat: vt supra de const. pec. l. & licet.

redhibitoria, vel ex empto dominus [a] experiatur: omnimodo scientiam serui, non domini [b] spectandam esse ait: vt nihil interfit, [c] peculiari, an domini nomine [d] emerit & certum [e], incertúmve mãdante eo emerit: quia tũc [f] & illud ex bona fide est, seruum cum quo negotium sit gestum, deceptum non esse: & rursus delictum [g] eiusdem quod in contrahẽdo admiserit, domino nocere debet [h]. Sed si seruus [i] mandatu domini hominẽ emerit [k], quẽ dominus vitiosum esse sciret [l]: non tenetur venditor.

Circa procuratoris pſonã [m], cum quidem ipse [n] scierit morbosum vitiosum esse: non dubitandum, quin quamuis ipse domino [o] mandati vel negotiorũ gestorũ actione sit obstrictus, nihilo magis [p] eo nomine [q] agere possit. At cum ipse ignorans esse vitiosum, mandatu domini qui id sciret, emerit, & redhibitoria agat, ex persona domini vtilem exceptionem ei non putabat opponendam [r].

LII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

SI furtũ domino seruus fecerit, nõ est necesse hoc in vẽditiõe serui pdicere: nec ex hac causa redhibitio est. Sed si dixerit húc furẽ nõ esse: ex illa parte tenebitur, *quod dixit promisisse* [s].

LIII. IAVOLENVS libro primo ex Posterioribus Labeonis.

QVi tertiana aut quartana febri, aut podagra vexarẽtur, quíve comitialem morbum haberent: ne quidem his diebus [t] quibus morbus vacaret, rectè sani dicentur.

LIIII. PAPINIANVS libro quarto Responsorum.

ACtioni redhibitoriæ nõ est locus, si mancipium bonis conditionibus [u] emptum fugerit, quod antè non fugerat.

LV. IDEM libro duodecimo Responsorum.

CVm sex mẽses vtiles [x], quib' experiũdi potestas fuit, redhibitoriæ actioni præstantur: non videbitur potestatem experiundi habuisse [y], qui vitiũ fugitiui latens ignorauit [z]. non idcirco tamen dissolutam ignorationem emptoris excusari oportebit [a].

LVI. PAVLVS libro primo Quæstionum.

LAtinus Largus: quæro an fideiussori emptionis *redhiberi mancipium possit. Respondi, si in vniuersam [b] causam fideiussor sit acceptus: putat Marcellus posse ei fideiussori redhiberi.

LVII. IDEM libro quinto Quæstionum.

SI seruus mancipium emit, & dominus redhibitoria agat: Et sic dol' præpõderat culpæ: vt. ff. ad. l. Agl. itẽ si obstetrix. §. fi. & l. si putator. §. fi. si autem vterq;, sciẽs repellitur: vt. ff. e. l. j. §. fi intelligatur. Itẽ si vterq; supine ignorauit, repellitur emptor: vt supra. l. si tamen. §. ei qui. & l. quæritur. §. fin. Itẽ si non supine, non currit: vt supra eo. tit. l. sciendum §. tempus. & hic.

---

vicẽ epistolæ nuntius gerit.

a *Dominus.* ignorans.
b *Non domini.* scilicet ignorantiam.
c *Interfit.* cum sine mandato emit.
d *Nomine.* sine mandato tamen.
e *Certum.* repete, & cum peculiari nomine emit, non interesse certũ incertúmve emerit eo mandante. nam & si seruo meo mãdem vt nomine peculiari certũ emat, & ipse sciat vitiosum, nocet mihi ne agam redhibitoria: multo magis si mãdem de incerto. si autem ipse ignoret, & ego sciam: nocet mihi si sciam tempore emptionis. nam & nocet mihi vbi non mãdaui, sed ipse me patiente emit seruum quem scio vitiosum: vt infra pro emp. l. ij. §. si seruus. & infra de lib. causa. immo. §. fin.
f *Tunc.* cum sine mandato emit.
g *Delictum.* stultitiã appellat delictũ: quia sciẽs vitiosum emit.
h *Nocere debet.* Hic est ar. cõtra. j. de iur. & fac. ign. l. iniqssimũ.
i *Sed si seruus.* R. dixit cp iste ver. sed si, corrigit prędicta, scilicet in eo quod. ff. dixit nõ distĩgui cũ emit nomine peculiari, emerit certũ vel incertũ mãdato dñi. Sed certe hic nomine dominico emit, ibi peculiari: vt ibi dixi. Vel expõe vt ibi, qa ad ĩcertũ tãtũ.
k *Emerit.* & nomine dominico.
l *Sciret.* & sic certum mandauit dominus emi.
m *Pſonam.* statuendum est.
n *Ipse.* procurator.
o *Domino.* ignoranti.
p *Nihilo magis.* si habes nihilo magis, planũ est. hic enim procurator nõ ideo magis quia dominus ignorauit, agit: & hoc dicit illud verbũ, nihilo magis. & secundũ hoc ponitur quin, pro quòd. q. d. certũ est quòd ideo magis agere nõ potest. nã in verbo, nihilo magis, ĩclusa est negatio. si habes nihilomin', ponitur quin, pro quòd & non. q. d. certũ est quòd non est verum, scilicet cp nihilo min' agere possit. vel ponẽ nihilo minus, p nihilo magis: & sit sẽsus, nihil primo, ipsi autem domino datur vtilis secũdum quosdã, quam cedit procuratori.
q *Eo nomine.* id est propter vitium.
r *Opponendã.* procuratori agenti: quia ex suo contractu agit: sed domino, si agat ex persona sua: secus si procuratoris. nam datur vtilis ex contractu procuratoris: vt supra de act. empt. l. Iulianus. §. ii procurator. Accur.
s *Si furtũ. Promisit ve.* Vt supra. e. quod si nolit. §. j.
t *Qui tertiana. Diebus.* quando cõuenitur ex aliis contractibus. Acc.
u *Actioni. Conditionibus.* quia dixit se non teneri ex fuga post traditionem cõtingente. idem etiam sine pacto: vt. C. eo. l. iij. Vel dic quòd vẽditor erat homo bonæ conditionis, actor verò malę cõditionis, actor verò malę cõditionis, & tenetur quasi præbens occasionem fugę, vel quia bonus seruus.
x *Cum sex mẽses vtiles.* scilicet ad præscriptionẽ incho dam, non coniummandã, sicut alibi. ff. de calumn. l. annus. Alij cõtra. dicũt enim etiam ad cõsummandam esse vtile.
y *Habuisse.* loquitur hæc lex quando vẽditor sciuit vitiũ: sed emptor supine ignorauit.
z *Ignorauit.* vt. j. quod vi aut clã. l. semper. §. hoc interdictũ. in fi. §. & j. quãdo ap. fit. l. j. §. fi. & §. dies. & C. de excu. tu. l. quĩquaginta. & j. quis or. in bo. poss. l. j. aliàs. ij. in princi. & de bo. poss. l. si plures. & arg. C. de inoffi. testa. l. contra. Sed arg. contra infra ad. l. Iuliam de adulte. l. mariti. §. quinquennium.
a *Oportebit.* vt. ff. de cõtrahẽ. ẽpt. sed si cõsensit. §. ignorãtia.
b *Latinus. Vniuersam.* hic dic vt supra loca. l. quæro.

Dolus quãdoque plus ponderat, quã culpa.

Emptionis nomen venditionẽ intelligi, vt ff. de act. emp. l. vtres emptione.

SI seruus.] CASVS. Stichus seruus meus emit seruũ morbosum: ago redhibitoria, vt reddatur pretiũ. dicit cp non aliter ago, nisi seruũ & accessiones, & alia quæ consueuerunt reddere redhibitoria agẽtes, reddã: & qdẽ in solidũ, nõ tãtũ quãtũ patiẽ peculiũ Stichi serui mei. & hoc ꝓbat per simile: quia si Pãphilus empt' nõdũ est traditus, & agã ex empto ex emptione quã fecit Stich', vt tradat Pãphil' vẽditus: nõ aliter cõsequar, nisi solidũ pretiũ Pãphili soluã: nõ verò solũ quod patitur peculiũ Stichi. Secũdo dicit ecõtra. pone cp Stich' seruus me' vẽdidit Pãphilũ: emptor agit cõtra me redhibitoria, vt reddã pretiũ. dicit cp teneor eatenꝰ quatenus patiẽ peculiũ Stichi, nõ in solidũ. in peculio tamẽ Stichi videt esse præsumptione iuris præsens æstimatio Pãphili redhibendi, licet adhuc sit in emptoris dominio, & per hoc nõ in peculio Stichi serui mei, veritate ĩspecta: & qa teneor peculio tenus, tantũ debeo deducere quod mihi debetur. Vinia.

a *Daturus eſt.* i. reſtituturꝰ pretia, & alia ſimilia: aliàs cõdẽnãdꝰ.
b *Continentur.* idẽ in pupillo, qui aliàs nõ tenetur, niſi in quãtũ eſt locupletior, ſi agat eius tutor redhibitoria: vt &. ſ. eo. l. quòd ſi nolit. §. ſi mancipium. & §. quod in procuratore. Accurſius.
c *Agat.* vt res empta à ſeruo tradatur ſibi. Accurſius.
d *Conſequitur.* vt & ſupra ſi cer. pe. l. cũ fundus. §. fi. & facit ſupra de compẽ. l. ſi cũ filio.
e *Competit.* vt ſupra. e. l. cũ autem. §. ſi ſeruus.
f *Cauſa.* id eſt æſtimatio.
g *Redhibitionis.* i. æſtimatio rei redhibendæ.
h *Decem milibus.* ſeruus vẽditꝰ valebat quĩque milia: ſed duplo ſcilicet decẽ milibus venditꝰ eſt. totũ ergo pretiũ emptori redhibendum eſt: & in peculio eſſe videtur, quantum vere valet ſeruus. Ac.
i *Ademptum.* ſine dolo: vt ſupra quando ac. de pecu. eſt an. l. j. & de in rem ver. l. j.
k *Præſtet.* ſcilicet emptor redhibendo: & ſibi imputet quare non tenet quod habet. Ac.
l *Et nihil conſequatur.* cum nihil ſit in peculio. Accurſius.

non aliter ei venditor daturus eſt [a], quàm ſi omnia præſtiterit quæ huic actioni cõtinentur [b]: & quidem ſolida, non peculio tenus. Nam & ſi ex empto dominus agat [c]: niſi pretium totũ ſoluerit, nihil conſequitur [d]. Quod ſi ſeruus vel filius vendiderit, redhibitoria in peculium competit [e]. In peculio autem & cauſa [f] redhibitionis continebitur. Nec nos moueat, quòd antequam reddatur ſeruus, non eſt in peculio. Non enim poteſt eſſe in peculio ſeruus, qui adhuc emptoris eſt: ſed cauſa ipſius redhibitionis [g] in peculio computatur. Igitur ſi ſeruus decem milibus [h] emptus, quinque milibus ſit: hæc quoque in peculio eſſe dicemus. Hoc ita, ſi nihil domino debeat, aut ademptum [i] peculium non eſt. Quòd ſi plus domino debeat, eueniet vt hominem præſtet [k], & nihil conſequatur. [l]

QVARO.] CASVS. Emi ſeruum Stichum: qui à me fugit, & mihi res quaſdã ſubtraxit. poſtea rediit ſine reb⁹: egi redhibitoria. dicit ꝙ non aliàs reddam, licet pretium ſit mihi reſtitutũ, niſi & rerũ mihi ablatarum æſtimatio reſtituatur. poteſt tamẽ vẽditor eũ pro noxa mihi dimittere, ſcilicet pro æſtimatione rerũ. Secũdo pone quòd emit Pãphilum à ſeruo tuo Sticho pro x. & ꝙmiſit mihi Stichus reddere duplã dicti pretij ſi vitioſus inueniat. hic Pãphilꝰ à me fugit cũ rebus meis quibuſdã. dominus vendentis ſerui nõ vult reſtituere mihi agenti redhibitoria duplam: neq; rerum æſtimationẽ: & tamen vult ſibi reſtitui ſeruum. & dicit quòd agã ad duplam, vt promiſſa eſt propter vitia de rerum æſtimatione. dic quòd vel eam reſtituet, vel Pamphilum relinquet mihi pro noxa, ſeu dabit: vt in prin. l. dixi. Viuianus.

m *Emptorem.* id eſt dum eſſet apud eum &c. & res quaſdã emptori ſubtraxit. Accurſius.
n *Reſtitui.* reuerſus ergo fuit, id eſt dum eſſet apprehenſus &c.
o *Niſi pro his.* id eſt, pro æſtimationibus rerum ablatarũ: vt ſupra eo. l. cum autem. §. Iulianus. Accurſius.
p *Item quæro.* redit ad caſum poſitũ. ff. eo. l. proxi. in fi. vbi ſeruus tuus vendidit mihi ſeruũ vitioſum. agere enim cõtra te poſſum de peculio ad pretium quod dedi: & repetam in duplum: vt ſupra eodẽ. l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. nam ſic ex ſtipulatione duplæ pro euictione experior, ſi nolit dominus ſerui vẽdẽtis.

ff. Vetus.

LVIII. IDEM libro quinto Reſponſorum.

QVæro, † an ſi ſeruus apud emptorẽ [m] fugit, & in cauſa redhibitiõis eſſe pronuntiatus fuerit: non prius venditori reſtitui [n] debeat, quàm rerũ ablatarum à ſeruo æſtimationem præſtiterit. Paulus reſpõdit, venditorem cogendum non tantùm pretium ſerui reſtituere, ſed etiam rerum ablatarum æſtimationem: niſi ſi pro his [o] paratus ſit ſeruum noxæ nomine relinquere. Itẽ quæro [p], ſi nolit æſtimationẽ & pretia rerum reſtituere, an ſeruus retinendus [q] ſit, & danda ſit actio de peculio [r], vel de pretio redhibiti ſerui ex duplæ [s] ſtipulatione [t]. Paulus reſpondit, de pretio ſerui repetendo competere actionem etiam ex duplæ ſtipulatione. De rebus per furtum ablatis iam reſponſum eſt. [u] Seruum dupla [x] emi, qui rebus ablatis fugit. mox inuentus, præſentibus honeſtis viris interrogatus, an & in domo venditoris fugiſſet [y], reſpondit fugiſſe. quæro, an ſtãdum ſit reſponſo ſerui. Paulus reſpondit: ſi & alia indicia prioris fugæ non deficiunt, tunc etiam ſerui reſponſo credendum eſt [z].

† *Coniunge l. 4. de probat. j.*

q *Retinendus.* ſcilicet venditori, ſi emptor eum rehabuit: vel dic, emptori, ſi ad venditorem peruenerit.
r *De peculio.* cum emit à ſeruo: & dic, pro pretio.
s *Duplæ.* id eſt ſub ſtipulatione duplæ ꝙ euictiõe, vel ꝙ vitiis.
t *Stipulatione.* quæ fuerat appoſita propter vitia. Alij dicũt ꝙpter euictionem, quaſi nunc euincatur.
u *Reſponſum eſt.* vt liceat repeti res, niſi dare velit ſeruũ ꝙ noxa.
x *Seruum dupla.* id eſt ſub ſtipulatione duplæ pro euictione vel pro vitiis.
y *Fugiſſet.* ſcilicet antequam eſſet venditus.
z *Credendum eſt.* vt & j. de proba l. cum probatio. & de teſti. l. ſerui. j. reſpõ. Sed cõtra. ff. de interro. act. ſi fine. §. ſi ſeruꝰ. Sed ibi in alieno facto, non ſuo, interrogabatur: vt hic erat. vel vt ibi. & ſic ad duplũ agit quaſi eo cui facto. vel ibi in iudicio.

LIX. VLPIANVS libro ſeptuageſimoquarto ad Edictum.

CVm in ea cauſa eſt venditum mancipium, vt redhiberi debeat: iniquum eſt venditorem pretium redhibendæ rei conſequi [a]. Si quis duos homines vno pretio [b] emerit, & alter in ea cauſa eſt vt redhibeatur, deinde petatur pretium totum: exceptio erit obiicienda. ſi tamen pars pretij petatur, magis dicetur non nocere exceptionem: niſi fortè ea ſit cauſa, in qua propter alterius vitium vtrumque mancipiũ redhibendum ſit.

a *Vm in ea. Cõſequi.* ab emptore quod nondum ſoluerat. Dolo enim facit, qui petit quod reſtituturus eſt: vt. j. de except. doli. l. dolo. Accurſius. *Dolo facit qui quod reſtituturꝰ eſt, petit.*
b *Vno pretio.* id eſt vnico. fuit tamẽ ĩ quolibet ſuũ pretium conſtitutum.

LX. PAVLVS libro ſexageſimonono ad Edictum.

FActa redhibitione omnia in integrum reſtituuntur, perinde ac ſi neque emptio neque venditio interceſsit [c].

c *Facta. Interceſsit.* vt & ſupra eo. l. cum autem. §. Iulianus ait. Si ergo liber homo vẽditus eſt ad pretiũ participãdũ, & quia vitioſus erat, facta eſt redhibitio: redit in priſtinã libertatem, non in dominium venditoris.

LXI. VLPIANVS libro octogeſimo ad Edictum.

QVotiens de ſeruitute agitur, victus [d] tantum debet præſtare, quanti minoris emiſſet emptor, ſi ſciſſet hãc ſeruitutem impoſitam.

QVotiẽs.] CASVS. Emi fundum: poſtea quidam vicinus euicit mihi ſeruitutem in eo fundo. ago quanto minoris emiſſem. Viuianus.

d *Victus.* ſcilicet venditor per actionẽ quãto minoris ciuilẽ, præſtat tantũ quantũ &c. & hoc quãdo ignorabat venditor ſeruitutẽ deberi. alioquin teneretur ad intereſſe: vt. ĩ. * Hæc illud de act. empt. Iulianus. §. quod autẽ dicimus. &. l. quæro ſi quis fundum. & ſupra de contrahen. empt. l. cũ ven- *pertinet, δῶρον ἀ' ὃν δῶκε, ἐπὶ τῷ . apud Strabonem li. 6. Quodcunque quis dederit, habebo.*

LXII. MODESTINVS libro octauo Differentiarum.

ADres donatas * edictũ ædilium curulium non pertinere dicendum eſt. Etenim quid [e] ſe reſtituturum donator

deres fundum. Item & ſi ignorauit, & aſſeueraſſet eum optimũ & maximum, teneretur ad intereſſe: vt ſupra de act. empt. l. Iulianus. §. quid tamen. licet quidam hanc. l. intelligant quando ignorans aſſeuerauit ſeruitutem impoſitam: & ſic ciuill ex empto agitur. Accurſius.

e *Adres donatas. Etenim quid.* aliàs eo quod ſe &c. id eſt ea ratione allegata, ꝙ donator &c. vnde videtur locũ habere edictũ: ſed cõtra eſt quãdo, ꝙ qa: ſed nullũ pretiũ &c. Et dic, reſtituturũ, id eſt traditurũ rẽ quã donat: vt. ĩ. de verb. ſigni. l. verbũ reddẽdi. Alij verò libri habẽt, Amelius, quid enim ſe &c. & legetur interrogatiue. & reſpõd. q. nihil, nec obligatur ciuiliter: ſicut in emptione: quando, pro quia, in donatione nullũ &c.


i *Verſimile.* Nota non plus venire in ſubſtituta actione quàm in ea cui ſubſtituitur, vt hic. ſic & legatarius ſtipulando nomine legati ſerui, non eſſe fugitiuum. nam non plus quàm in prima actione ex teſtamento venit in ſtipulationẽ: vt. j. de leg. j. ſi legati ſerui nomine. Item in eo qui ſtipulatur ante diem de legato ſoluendo: vt. j. vt le. no. ca. l. j. §. ſi quis ſub cõditione. Idem de eo qui accipit fideiuſſorẽ pro legato: vt. ff. de condic. inde. frater à fratre. §. fi. Et ſimile eſt in eo qui conſtituit quòd ex cauſa donationis debeat: vt infra de dona. qui id quod. Accurſius.

k *Compelleretur.* Sed in eo venit factũ ſolum, id eſt traditio aſinina: vt ſupra de act. empt. l. ex empto. circa prin. ergo patet quòd non plus ſub ſecundo verbo q̃ ſub primo eſſet: ſed tamen &c. & ſic proximo ſuperiori caſu reſpondet: ſcilicet medio, & vltimo.

l *Ex ſtipulatu.* Deducta re empta i ſtipulationẽ animo nouandi.

m *Conſequitur.* vt C. de peri. & commo. rei vẽd. l. poſt perfectam. Sed contra. j. de nouatio. l. aliam. Sol. periit etiam hic priuilegium primæ actionis per nouationem: ſed in eo tãtum quod tranſlatum eſt in obligationẽ ſecundam: vt C. de trãſact. l. age. Accurſius.

Generaliter.] CASVS. Vendidiſti mihi domum: fuiſti in mora tradẽdi. potuiſti autem interim locare domum meretricibus, quod non feciſti: nunc volo pecuniæ habere fructum percipiendæ. nõ poſſum. Viuianus.

n *Præſtationem.* quam non percepit: & ideo non imputatur. ſecus ſi percepit: vt infra de peti. here. & ancillarum. in fi. & l. ſi poſſeſſor. quæ ſunt contra. Accurſius.

Cum de in rem.] CASVS. Mutuaui filio vel ſeruo tuo centũ ſub vſuris: quæ. c vertit in rem tuam. & tu per. x. an. ſic gulis annis præſtitiſti vſuras. licet non probo promiſſam vſuram, ſi tamen probẽ per. x. annos præſtitas, vinco. Ad hoc adducit exemplũ aliud imperator: quidã Flauius debebat mille filiæ ſuæ emancipatæ, vel etiam non emãcipatæ, quia Flauius deliquit, vnde fiſcus accepit eius bona, & per. x. an. ſoluit vſuras de mille illi filię Flauij. nunc in vndecimo anno petit illa filia Flauij, quæ Athenagora vocatur: & pronũtiauit imperator pro ea, hoc ſolo probato quòd fiſcus ſoluerat vſuras diu illorum mille. Viuianus.

o *Quæſtio moueretur.* & erat iudicium ſtricti iuris, ex quo agebatur de in rem verſo: aliàs ex ipſa mora ſine aliqua præſtatione venirent: vt. j. e. l. mora. §. in bonæ fidei. Accurſius.

p *Longo.* ſcilicet decẽniõ: vt C. de præſcrip. long. tẽp. x. vel. xx. annorum, in rub. Alij dicunt, triẽnio: vt C. de fideicõmiſſis. l. j. Sed ibi ſpeciale fauore alimentorum. Sed videtur q̃ ideo quòd aliquandiu ſint præſtitæ, non ideo in poſterũ neceſſario præſtẽtur: vt C. de pact. l. ſi certis annis. Sol. ibi biennio tãtum, hic autem maiori (ſecundũ quoſdam) tẽpore ſunt ſolutæ, ſcilicet decẽ annis. Alij dicunt quòd hic non extabat memoria: vt. j. de aqua plu. arcen. l. j. §. j. Vel ibi nudum pactũ interuenit, & hoc conſtabat: hic autem dubium. Item eodẽ modo cõtra. C. de vſur. l. creditor. vbi loquitur de vſuris aliquandiu præſtitis. Item ſimiliter cõtra. j. de ope. lib. l. operis. vbi dicitur quòd licet libertus præſtiterit aliquanto tempore operas quæ ſibi à manumiſſore impoſitæ non ſunt, non tamen ideo in poſterum tenetur. Sol. ſecũdum quoſdam ibi loquitur in tẽpore minori quàm decẽnio. Tu autẽ breuiter ad omnia contraria ſol. diſtinguas: quia aut creditor aſſerit aliquid ſibi deberi ex ſola ratione, quia in præteritum eſt præſtitũ, ſiue vſuram, ſiue aliquam aliam præſtationẽ: & tunc nullo tempore præiudicatur ſoluenti: vt C. eo. l. creditor. &. d. l. operis. Et eſt ratio: quia tempus non eſt modus tollendæ vel inducendæ obligationis: vt infra de ac. & ob. l. obligationum. ferè. §. placet. aut ex pacto quod vult probare per diuturnã ſolutionem: & tunc aut ex nudo, & tunc idem quod in primo: vt in d. l. C. de pact. ſi certis annis. Aut veſtito: & tunc præiudicium fit, vt hic, & arg. infra de aqua plu. ar. l. j. in fin. niſi in caſu fauore

Decennium longũ tempus dicitur.

alimentorum

alimentorum.quo casu etiã si ex tempore tantũ nititur,per triẽnium præiudicatur:vt C. de fideicõmiss.l.j. Et hanc eandẽ distinctionem serua in decimis,& quibuslibet præstationibus, secundum Ioã. Idem quoque in seruitutibus adquirẽdis,vel personalibus,vel rerum quæ non habent cõtinuam causam:vt.j.de aqua plu. arcen. l.ij.in fi.Vel hominum forte: licet solum tempus nõ sufficeret allegari: vt C.de præscri. lon.tẽp.l.sola. Sed hoc vltimũ in homine cõtrarium obseruatur.

a *Præstitiss.t.* quia forte erat diligẽs: nec forte consueuit suas pecunias iactare:vt.j.de probationibus. l. cum de indebito.§.si vero.sed magis consueuerat fœnerare:vt infra.e.l.qui semisses.§.fi.

b *Athenagora.* Athenagora fuit filia Flauij: & dederat pater ei filię doté: vt C.de rei vxo. act.auth. sed quamuis. Vel promisit ei emãcipatæ,vel nõ emãcipatæ: & morte cõfirmata est promissio: vt C.de dona. iter vir.& vxor. l.antep. *ADDITIO.* Tenet ista glo. secundum Bald. hic q promissio quæ est facta a patre filio existenti in potestate,confirmatur morte.qd verũ videt quia lex dicit q promissio facta inter virũ & vxorem, nisi interueniat traditio, vel aliquid quod loco traditionis habeatur,morte non confirmatur. Sed fortè ista glo.debet intelligi secũdũ Papinia. j.de do. iter vi.& vxo.

† *De modo legitima vsura Alex. ab Alex.li. 3.Gen.dier. ca.7.circa finem.*

c *Cuius.* s.Flauij.

d *Decies cẽtena.* id est mille.& caue tibi:quia potest intelligi in dotem damnatum fiscum heredem Flauij: quia diu præstiterat vsuras eius dotis. Vel dic quòd hic nullæ fuerant vsuræ tempore quo non fuerat soluta dos quam præcepit solui,ideo quia in præteritum erat soluta.

e *Præstitisse.* scilicet per filiũ qui successit Flauio. Et not.quòd dicit,præstitisse, idem tamen si tantummodo promisisset vsuras dotis,licet nullam dotem promisisset:vt not.C. de do.promis. si pro dote.& C.ad leg.Fal.l.fin.

f *Allegasset.* scilicet filia.

g *Debitor vsurarum.* vt C.eod.l.si creditrici.

h *Non erunt.* si nummos in suos vsus cõuertit postea : vt C.eod.l.acceptum.in fin.

i *Equis,* id est equabus.& facit ad hanc.l.ã.de peti.here. sed & si lege.in fin.& l.quòd si oues.& l.ancillarum.Accursius.

Pecuniæ.] CASVS. Mutuaui.x.Titio:& stipulat' sum reddi mihi.xx.hinc ad annum.quæritur,an valeat? Dicit quòd nõ in eo quod est vltra legitimum modũ vsurarum: in eo quod infra,sic. Cætera sunt plana vsque ad.l.Gaius.Viuianus.

k *Pecuniæ.* s.mutuo dederit.x.& stipulatus est sibi reddi.xx.

l *Stipulatum.* id est stipulationem.

m *Non tenere.* vt.j.eo.pœnam.&.l.placuit . Ex quibus collige quòd vtile per inutile non vitiatur.Accursius.

n *Pro modo.* legitimæ vsuræ.& sic fit separatio,cum sit pecunia res separabilis . sic & aliàs in pecoribus: vt.j. de aqua quoti. & æsti. l.j.§. Trebatius . Sed aliud in fideiussore, qui accipitur in grauiorem causam,qui in nihilo tenetur:vt.j.de fideiuss.l.Græcè.§.illud.quod est arg.contra.

tempore præstitisset.[a] Imperator quoque noster Seuerus filiæ Flauij Athenagoræ[b] cuius[c] bona fuerant publicata, de fisco ideo numerari decies centena[d] dotis nomine iusserit,quòd ea patrẽ præstitisse[e] dotis vsuras allegasset.[f]

VII. IDEM libro secundo Responsorum.

DEbitor vsurarius creditori pecuniam obtulit: & eam cũ accipere noluisset, obsignauit,ac deposuit. ex eo die ratio non habebitur vsurarũ.[g] quòd si postea cõuentus vt solueret, moram fecerit: nummi steriles ex eo tempore non erunt.[h]

VIII. IDEM libro septimo Responsorum.

EQuis[i] per fideicõmissum relictis,post moram fœtus quoque præstabitur vt fructus: sed fœtus secundus vt causa, sicut partus mulieris.

Stipulatio vsurarũ in eo quod est vltra legitimũ modum,nõ valet:in alio sic. Bart.

IX. IDEM libro vndecimo Responsorum.

PEcuniæ[k] fœnebris intra diẽ certum debito non soluto, dupli stipulatum[l] in altero tanto supra modũ † legitimæ vsuræ respondi nõ tenere.[m] quare pro modo[n] cuiuscũque temporis,superfluo detracto,stipulatio vires habebit.

Stipulatio vsurarum cõmittitur ex lapsu diei sine interpellatione : & qui tenetur ad minores post certum tempus,potest se propter moram obligare ad maiores,à quibus excussatus si nemo extitit qui reciperet. Bart.

Vsurarum[o] stipulatio, quãuis debitor non conueniatur, committitur:[p] nec inutilis legitimæ vsuræ stipulatio videtur sub ea conditione concepta, *si minores ad diem soluta nõ fuerint.* Non enim[q] pœna, sed fœnus vberi[r] iusta ratione sortis promittitur.Si tamen post mortem creditoris nemo fuit cui pecunia solueretur,[s] eius temporis inculpatam[t] esse moram constitit.ideo si maiores vsuræ prioribus petantur, exceptio doli non inutiliter opponetur.[u]

X. PAVLVS libro secundo Quæstionum.

PArtum post litem contestatam editum restituere[v] possessor debet:quem non deberet restituere,si cum mater peteretur,[x] iam natus fuisset : nisi specialiter & pro hoc egisset.[y]

Non fit compensatio damni prouenientis ex culpa administratoris cum lucro proueniente ex lege,vel consuetudine:licet propter ipsum contractum : sed cum prouenientes ex contractu, & diligentia administratoris, sic. hoc dicit. Et in primo casu non fuerunt maiores vsuræ in stipulationem deductæ in secundo sic.

XI. IDEM libro vicesimoprimo Quæstionum.

GAius † Seius, qui rem publicam gerebat,[z] fœnerauit pecuniam publicã sub vsuris[a] solitis. Fuit autem consuetudo,[b] vt intra certa tempora & partus venit:vt infra.e.l.Paulus.in princ. Vel ibi fuit specialiter petitus partus,vt hic.

Negligentia quandoq; nocet.

o *Vsurarum.* scilicet maiorum.Accursius.

p *Committitur.* Interpellari enim videtur ab ipsa die constituta: vt C.de contrahen.& commit.stipu.magnam.

q *Non enim.* q.d.propter vnam solutionis cessationem,& vsuras deberi,& pœnã exigi absurdũ est.sed hic cessant minores,ex quo currunt maiores.

r *Solueretur.* scilicet cum minoribus vsuris.

s *Inculpatam.* quo ad maiores: sed minores debentur,nisi fiat oblatio, & consignatio, & depositio . sed contra maiores sufficit sola oblatio, quia nondum cœperunt:vt C.eod.si perte.Accursius.

t *Opponetur.* Et sic no. quòd nõ nocet alicui aduersarij defectus,cũ ipse in negligentia nõ fuit : vt hic, & .j. vt in pos.leg.l.j.§. non exigit.&.j.eod. cum quidam.§. si pupillo. &.ã. de lege cõmiss.l.fi fundus.§.fin.&.ã.de consti . pecu. item illa. in prin. Sed contra.j. eo. euictis agris.§.fin. Sol. vt ibi.Item contra.j.titu.j.l. fin. sed ibi non erat qui solueret : erat tamen qui reciperet: hic econtra.

u *Partum.Restituere.* Agẽti in rem , vel etiam personali:vt infra eod. l.videamus.§. si actionem.

x *Peteretur.* rei vindicatione,vel personali.

y *Egisset.* post litem cõtesta.ergo potest venire per officium:licet sit extra ré , vt est hic: sed non ante, nisi specialiter petatur:vt hic, & supra de ædil.edict. l.ædiles.§. item sciendum.& C.de libe.cau. l.fin. aliud autem est si iure fideicõmissi vidicatur: quia post morã & partus venit:vt infra.e.l.Paulus.in princ. Vel ibi fuit specialiter petitus partus,vt hic.

† *Hic est tex sing. ad hoc quod officialis potest adquirere actionẽ reip sine cessione . de quo tamẽ nõ est mirandum: vt hic in secũdis interpreta. Bolo.*

Gaius Seius.] CASVS. Gaius erat massarius curiæ Boñ. & fœnerabat pecuniam publicam sub quatuor dcñ.vt erat cõsuetudo. erat etiam alia consuetudo , scilicet quòd illi qui non soluerent minores singulis.v.mensibus,extunc tenerẽtur ad vsuram quinq; dena.quidã ex debitoribus quibus mutuauit Gaius, factus est nõ soluendo culpa Gaij: alius autem soluit quod debuit,& etiam vltra:ita quòd si fieret cõpensatio,videretur nunc solutum secundum consuetudinem.quæritur,an fiet compensatio,an non cedat lucro reipubli,quod plus est solutum:& quod ab alio deficit, soluat Gaius de bursa sua?Et respon.quòd cedunt lucro reipublicæ eo casu,quo prætextu consuetudinis nomine pœnæ maiores consecutus est: neque in releuationem eius computatur . Si vero ex industria sua maiores vsuras stipulatus est etiam vltra consuetudinem : tunc quidem satis est si Gaius tantum inferat reipubli. inter omnia, quantum secundum consuetudinem potest ei deberi.ideo si plus quàm exigi debuit, ab aliquo est exactum,& ab alio minus,licet culpa Gaij fiet compensatio.Secundo dicit:eadem in tutore,si fecit nomina ex pecunia pupilli: & quædam culpa tutoris facta sunt non soluendo, & ab aliis exegit plus:quia compensat.ideo dicit , quia in tutore non habet locum dicta consuetudo. Viuianus.

z *Gerebat.* erat enim massarius communis.

a *Sub vsuris.* scilicet minoribus.

b *Consuetudo.* scilicet illius reipublicæ.

a *Vſuris.* minoribus ex pacto debitis.
b *Grauiores.* legitimæ tamen: vt ſupra eod. l. pecuniæ. in princ. etiam & ſine pacto. Accurſius.
c *In ſoluendo.* ſcilicet vſuris minoribus & maioribus, ſecũdum Pet. & hoc culpa Gaij interueniente. vnde non dicit compẽſationem fieri: vt. j. de admini. tuto. l. cũ quæritur. Vel dic ſecundũ Ir. q̃ ceſſarunt in minoribus: quia erant nõ ſoluendo, ſed alij ſoluerunt etiã maiores.
d *Quidam plus.* id eſt maiores, qui ceſſauerunt in minoribus.
e *Vſurarũ.* ſ. minorũ.
f *In vſuris.* ita q̃ nullo modo ſoluerunt.
g *Suppleatur.* in minoribus, habita compenſatione eius quod ex cõſuetudine à quibuſdam exigatur.
h *Proficere.* ad euitandum damnum propter non ſoluẽtes maiores: quia non poterant, ſecũdum Ir. Vel verius, vt diximus, ad euitandum damnũ minorum, quæ etiam ipſa culpa Gaij ſolutæ non erant.
i *Cederet.* vt ſic eas nõ compenſet.
k *Stipulatus.* ciuitati cui adquirit vtilem actionem: vt tutor pupillo: vt. ff. de conſti. pecu. cũ qui. §. Iulianus.
l *Solas.* & omnes ſcilicet maiores & minores: nec releuatur ideo quia ab aliis exegit maiores: licet & iſti debẽtes minores ſint ſoluẽdo, vt ſubiicit.
m *Præſtari.* ab hac dictione, præſtari, vſque illuc, adquiſiuit &c. eſt litera Piſana.
n *Formam.* id eſt cõſuetudinem: licet minores ſint legitimis: vt infra de admi. tu. l. tutor qui. §. ex cæteris.
o *Solent.* tunc ſcilicet cum & hic habeantur pro ſoluendo propter culpam Gaij.
p *Publicus.* id eſt Gaius qui erat adminiſtrator. nam ipſe à ſeruiendo dicitur ſeruus. hic enim non diuerſitatem perſonarum, ſed caſuum inducit. Vel dic, ſeruus publicus iuſſu Gaij Seij.
q *Adquiſiuit.* ſcilicet maiorum vſurarum quàm conſuetudo ſit. Nam ſuperiori caſu ex conſuetudine, non ex induſtria vel ſtipulatione Gaij maiores vſuræ erant quæſitæ: vnde ibi non fit compenſatio: hic ſic.
r *Compenſationem.* i. computationẽ: vt. ff. de rei vindi. l. emptor.
ſ *Si.* id eſt quamuis.
t *Vniuerſorum.* id eſt ſi hoc non vult pati ſponte.
u *Debitorum.* ſcilicet quorundam tantum, qui maiores vſuras ſoluerunt. Azo. hoc enim non permittitur: vt infra de admi. tu. cum quæritur.
x *Eadem ferè.* ferè ideo dicit, propter conſuetudinẽ illam minorum & maiorum, quæ in tutoribus locum non habet. Itẽ quia ciuitati quæritur ex nudo pacto: vt. j. eo. l. etiam. quod non eſt in pupillo. Item quia ſi tutor maiores vſuras propter debitorũ pauperiem & ſuam negligentiam nõ eſt conſecutus, & occaſione maiorum tantum eſt cõſecutus, vt ſuppleatur debitũ minorum, nõ tenetur: ſed ſaltem quædam pupillus agnoſcat: vt. j. de admi. tu. cũ quæritur. Vel ideo, quia ipſe pupillus debet ſtipulari: aliàs ſeruus, ſi habet, vel eſt emendus, vt directa ei quæratur. aliàs ſi tutor non poteſt ſeruum habere, ipſe tutor præſenti vel abſenti pupillo ſtipulatur: vt. ff. de conſti. pecu. l. eum qui. §. Iulianus.

non illatis vſuris, [a] grauiores [b] infligerentur. Quidam debitores ceſſauerunt in ſoluendis [c] vſuris: quidam plus [d] intulerunt: & ſic effectũ eſt, vt omne quod vſurarum [e] nomine competebat, etiam pro his qui ceſſauerant in vſuris, [f] ſuppleatur. [g] quæſitum eſt an illud quod amplius ex cõſuetudine pœnę nomine à quibuſdã exactum eſt, ipſi Scio proficere [h] deberet, an reipublicæ lucro cederet. [i] Reſpondi, ſi Gaius Seius à debitoribus vſuras ſtipulatus [k] eſſet, eas ſolas [l] reipublicæ præſtari [m] oportere, quæ ſecundum formam [n] ab his exigi ſolent, [o] etiã ſi omnia nomina idonea ſint. Quid ſi ſeruus publicus [p] obligationem vſurarum reipublicæ adquiſiit? [q] æquum eſt, quamuis ipſo iure vſuræ reipublicæ debeantur, tamen pro defectis nominibus compenſationem [r] maiorum vſurarum fieri, ſi [ſ] nõ ſit parata reſpublica vniuerſorum [t] debitorum [u] fortunam ſuſcipere. Eadem ferè [x] in tutoribus Marcellus refert.

Diuiſa negligentia atque mora, diuidit præſtationem vſurarum & pœnæ hoc dicit: quaſi dicat, ſicut diuiditur cauſa, ita diuiditur effectus. Franciſcus.

XII. IDEM libro quarto Reſponſorum.

SEia mutuam pecuniam [y] accepit à Septicio: de vſuris ita conuenit: niſi ſua quaque* die vſuræ [z] ſuprafcriptę exſoluerẽtur, vel poſt tertium [a] menſem, tunc in maiores vſuras Seia teneretur: & deinceps [b] per ſingulas [c] penſiones ſi conditione data vſuræ non ſoluerentur, ea cõditio obſeruaretur, donec omnis ſumma debita [d] hoc nomine exſolueretur. Quæro, an hęc verba, & deinceps per ſingulas penſiones cõditione data vſuræ non ſoluantur, ea conditio obſeruaretur: eò pertineant, vt quamuis commiſſa ſit ſortè prima ſtipulatio, non tamen in amplior quantitatem vſurarum conueniri poſsit, quàm eius pẽſionis nomine, quæ egreſſa eſt diem præſtitutũ. Paulus reſpondit, plures conditiones continere eam ſtipulationem, [e] quæ de grauioribus vſuris præſtandis ſubiecta eſt, id eſt, vt per ſingulas penſiones conditio inſpectaretur* non illatarum ſuis tẽporibus leuiorum vſurarum: & ideo poſſe euitari pœnã ſequentium penſionum.

Creditor recipiendo ſponte minores vſuras per longum tempus, videtur remittere maiores. h. d. Sola etiam patientia operatur liberationem à debito odioſo. facit extra de conſt. c. olim.

XIII. SCAEVOLA libro primo Reſponſorum.

QVi ſemiſſes vſuras promiſit, per multos annos minores præſtitit: heres creditoris ſemiſſes petit. cum per debitorem nõ ſteterit quo min' minores ſoluat, quæro an exceptio doli vel pacti obſtet. Reſpondi, ſi exſolucẽdis ex more vſuris per tãta [f] tempora mora per debitorẽ non fuit, [g] poſſe ſecundum ea quæ proponerentur, obſtare exceptionem. [h]

y *Pecuniã.* reddendã annua bima trima die.
z *Vſuras.* ſ. minores.
a *Vel poſt tertium.* q. d. vel extunc ſtatim ex quo eſt ceſſatum: vel poſt tres menſes ex die ceſſationis.
b *Deinceps.* i. poſt aliũ terminũ primũ ex quo ceſſaſſet: & ſic cœpiſſent currere maiores.
c *Per ſingulas.* Ex hac oratione quę ſequitur, oritur dubitatio: quia poteſt intelligi vt demum poſt omnem ceſſationem incipiãt maiores currere: vt ſupra de pigne. actio. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. in prin. Vel quia prout in quolibet fuerit ceſſatũ, ſtatim pro ea quantitate currãt: quod eſt verius, vt dixi in ſi. & ff. ſi cer. peta. l. lecta. & dicta. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. in ſi. §.
d *Debita.* ex hac obligatione ſortis.
e *Eam ſtipulationem.* Ea ſtipulatio vna dicitur, propter vnũ tempus, ſcilicet ſtipulationis interpoſitę, in quo conditionẽ eius qui ſtipulatur, intuemur: ſcilicet an ſibi, vel alij quærere poſsit: vt. ff. de don. cau. mor. l. ſenatus. §. ſi. & ff. j. de ver. obli. ſi filius. Plures tamen eſſe dicuntur, propter plures ſummas: vt. ff. de verb. oblig. l. pluribus. §. j. Sed nunquid elapſo primo anno ſtatim currũt pro prima ſorte? Videtur q̃ non, ſed omnibus terminis ſolutis: quia dicit, ſua quæque & c. vt. ff. de pig. act. ſi neceſſarias. §. ſi annua. ſed his adiecit, deinceps &c. & ſic cum dicat de aliis terminis, apparet quòd de primo tãtum dixerat. Item quæro, quod eligetur, vel ſtatim poſt ceſſationem, vel poſt tres menſes? Reſpon. poſt tres menſes: vt infra de verbo. obliga. l. ſi ita ſtipulatus fuero.

Vulg. explicatur.

QVI ſemiſſes.] CASVS. Mutuaui tibi. c. ſub vſuris maximis: ſed poſtea accepi minores per longũ tempus. certe videor remittere maiores. [QVAESITVM.] Procurator cũ mandato, vel geſtor ſine mandato, habuit pecuniam domini depoſitam. quæritur, an teneatur domino ad vſuras. Et reſpõ. quòd non, ſi dominus non fuerit ſolitus fœnerare. Viuianus.

f *Per tanta.* ſcilicet decem vel viginti annis. Vel dic etiam breuiori tempore in odium vſurarum, ſorte quinque annis.
g *Non fuit.* & creditor accepit. nec enim cogebatur. Accur.
h *Exceptionem.* Nota mirabilem præſumptionẽ: quia ſciens et de

de non petendis maioribus videtur feciſſe tacitum pactum, per longinquam petitionem, & exactionem minorum. ſic. ff. eod. l. cum de in rem verſo. & j. eo. cum quidam. §. diuus. Poſſet etiam poni caſus, vt q̃ conuenerat de minoribus: & ſi illæ non præſtarentur, quòd maiores darentur: & creditor accepit tantum, minores per multũ tempus poſtquam potuit petere maiores: vt C. e. l. aduerſus. & l. quãuis. Accurſius.

Ceſtor non tenetur ad vſuras pro pecunia otioſa: niſi dominus conſueuerit fenerare. hoc dicit.

Quæſitum eſt, an iudicio negotiorum geſtorum vel mãdati, pro pecunia[a] otioſa vſuras præſtare debeat, [b] cũ dominus nullam pecuniam fœnerauit. [c] Reſpõdit, ſi eam pecuniam poſitam* habuiſſet, ſdque ex conſuetudine [d] mandantis† feciſſet: non debere quicquam vſurarũ nomine [e] præſtare.

a *Pro pecunia.* ratione negligentiæ. Accur.

b *Debeat.* procurator, vel geſtor.

c *Fœnerauit.* id eſt ſolitus fuit fœnerare.

d *Ex conſuetudine.* vt ff. de pig. act. l. vel vniuerſorum. Secus ſi conſueuerit fœnerare: vt ff. de neg. geſt. l. at qui natura. §. non tantum.

e *Nomine.* ſecus ſi in ſuos vſus conuertiſſet, vel in mora fuiſſet.

* *Vulg. de poſitam.* † *Habes eũ quod procurator mandatũ habẽs generale, poteſt illa facere quæ ſolitus eſt facere dominus. l. vel vniuerſorũ. ff. de pign. act. amplia per ipſum text. etiã quo ad prædicta. hic eſt text. no. ſecũ dã Ro. ſing. 10. fo. 2. refert Alex. in. l. ſoluto. §. fin. ſupra de pign. act. in addit. ad Bart.*

XIIII. PAVLVS libro quarto-decimo Reſponſorum.

RESPÕDIT Paulus moram [f] * in ſoluẽdo fideicommiſſo factam: partus quoque ancillarum reſtituendos. Heres rogatus erat, poſt mortem ſuam ſine reditu [g] hereditatem reſtituere. quæſitum eſt, an partus ancillarum etiam viuo herede nati, reſtituendi eſſent propter verba teſtamenti, quibus de reditu [h] ſolo deducendo teſtator ſenſit. Paulus reſpondit, ante diem fideicommiſſi cedentem partus ancillarum editos fideicõmiſſo non contineri. Neratius libro primo ita refert: eum qui [i] ſimiliter [k] rogatus eſſet, vt mulierem reſtitueret, partum eius reſtituere cogendum non eſſe: [l] niſi tunc editus eſſet, cum in fideicommiſſo [m] reſtituendo moram [n] feciſſet. Neque intereſſe exiſtimo, an ancilla ſpecialiter, an hereditas in fideicommiſſo ſit.

Vſura fructuũ non debẽtur, ſicut nec vſuræ vſurarũ: ne ſit acceſſio acceſſionis. Bart.

NEque.] CASVS. Fundum meũ poſſidebas mala fide: vnde teneris ad fructus perceptos ante litẽ conteſtatã, cõdictione ſine cauſa, de poſtea perceptis officio iudicis. Et dicit hic q̃ neutro caſu veniunt vſuræ dictorum fructuum. Viuianus.

f *Mora.* ſemper autẽ fuit ĩ mora à die fideicommiſſi cedente, ſi fuiſſet teſtatoris: niſi gratia legis Fal. fiat: vt ſupra eod. in fideicommiſſi.

g *Sine reditu.* hi etiam ſine hoc non reſtituerentur. quod dic vt infra ad Trebel. l. in fideicommiſſariam. & l. mulier.

h *De reditu.* quo non continetur partus. & erat dubitatio: quia exceperat ſolum reditum eorum, ergo omne aliud reſtituẽdum: ergo partus. ſed tamen hic continetur appellatione reditus. & ſic eſt contra infra eod. l. in peculium. Accurſius.

i *Eum qui.* aliàs. l. eum qui. & aliàs. §. Neratius.

k *Similiter.* id eſt deducto reditu. Azo.

l *Non eſſe.* Hoc in eo caſu, cum aditione hereditatis fideicommiſſariæ dominium non eſt quæſitum, cum extranei vel heredis eſſet res legata. & ita intelligitur. j. eod. l. equis. Alioquin à die adquiſiti dominij fructus præſtãtur: vt. j. e. l. Herẽnius Modeſtinus. Item contra. j. ad Trebel. l. in fideicommiſſariam. & l. mulier. §. ſi heres. ſed iſtæ duæ de fructibus, & l. deducta. §. hereditatem. hæc directè eſt contra. Solu. hic loquitur de partu edito primo ante diem fideicõmiſſi cedẽtem: ibi de partu nato poſtea. Azo.

m *In fideicommiſſo.* ſine reditu. Accurſius.

n *Moram.* quæ eſt poſt diem: vt C. de contrahen. & commit. ſtipu. l. magnam. Accurſius.

XV. IDEM libro decimoſexto Reſponſorum reſpondit.

NEque eorum fructuũ qui poſt litem conteſtatam [o] officio iudicis reſtituendi ſunt, vſuras præſtari oportere: neque eorum qui prius percepti, quaſi malæ fidei poſſeſſori condicuntur. [p]

o *Litem conteſtatam.* Quæ eſt ratio? Reſpon. non ea quia vſura accedit quantitati, nõ ſpeciei: quia pone eos cõſumptos, vel eos feciſſe ſuos, vt ipſi non deberentur: ſed eorũ æſtimatio. Sed forte illa, quia ſicut vſura vſuræ non debetur: ſic nec vſura fructus, id eſt acceſſio acceſſionis. Alij dicunt quòd officium officio nõ poteſt ſeruire. Sed cõtra ſupra de petit. hered. l. heres furioſi. Solue vt ibi. Item quando fuerũt percepti? Reſpon. poſt litem cõteſtatam, qualiſcumque fuerit poſſeſſor. vel ſi ante, dic quòd erat bonæ fidei poſſeſſor: & non conſumpſit. aliàs lucrifaceret: vt ſupra finium regundorum. l. iiij. §. ij. Item ſi malæ fidei, poſſent vindicari extantes: cõſumpti cõdicerentur: vt hic ſubiicit. Accurſius.

XVI. IDEM libro primo Decretorum.

LIberalitatis in rem publicam factæ vſuræ non exiguntur. [q] Cum vſuræ pretij fundi ab eo qui à fiſco emerat peterentur, & emptor negaret traditam ſibi poſſeſſionem: imperator decreuit, iniquum eſſe vſuras ab eo exigi, qui fructus non percepiſſet. [r]

Pro tempore quo cucurrerunt vſuræ minores: non committitur ſtipulatio de maioribus. Bartolus.

XVII. IDEM libro Singulari de Vſuris.

CVm quidã cauiſſet, ſe quotannis [ſ] quincunces † vſuras præſtaturum: & ſi quo anno non ſoluiſſet, tunc totius pecuniæ ex die qua mutuatus eſt, ſemiſſes ſoluturum: & redditis per aliquot annos vſuris, mox ſtipulatio commiſſa eſſet: diuus Marcus Fortunato ita reſcripſit: Præſidem prouinciæ adi, qui ſtipulationem de cuius iniquitate queſtus es, ad modum iuſtæ exactionis rediget. Hæc conſtitutio ad infinitum [t] * modum excedit. [u] Quid ergo? Sic temperanda res eſt, vt in futurum dũ Alij dicunt, etiam ex mora, niſi à præſide tempus ſit poſitum: vt dictis legibus. Accurſius.

Condictio certi, ſtricti iuris.

† *Vſura quincũx cẽteſimæ vſuras quincũces cõplectitur. parũ centeſima vſura eſt, cũ duodena in ſingula centum quotannis pendantur. quincũx igitur vſuræ eſt, cũ quina in ſingula centum quotannis perſoluuntur.*

* *Flo. adſignitam. vnica dictione.*

p *Condicuntur.* Not. dicit condicuntur, ſcilicet condictione certi: quæ ſtricti iuris eſt. Si enim bonæ fidei eſſet actio, vt petitio hereditatis, præſtarentur ei vſuræ fructuum: vt ſupra de petit. hered. l. heres furioſi. §. fina. quæ eſt contra. Vel vt ibi.

q *Exiguntur.* niſi fuerint in mora: vt ſupra depoſi. l. j. in fin. j. reſpon. & infra de ope. publi. l. ſi legatum. & infra eodem. l. prox. §. fina. quæ ſunt contra.

r *Non percepiſſet.* vt ſupra de act. empt. l. Iulianus. §. ex vendito. aliàs ſecus: vt infra eod. euictis. §. poſt.

CVm quidam.] CASVS. Mutuaui tibi. c. ſub vſuris. iiij. denariis ſingulis mẽſibus: in quibus ſi ceſſares, p̃miſiſti maiores nõ ex die ceſſationis tantum, immo extunc. pollea ſoluiſti minores tribus menſibus: & extunc non ſoluis. teneris quidẽ ad maiores, ſed non extunc: quia iniquum eſſet quòd pro eodẽ tempore ad vſuras tenearis, ſed ex die ceſſationis tantũ. [IN TACITO.] Teſtator in ſecreto reliquit. c. cuidam non capaci: & heres dixit ſecreto ſe daturum. hæc quidem. c. auferãtur heredi cum vſura, & dantur fiſco. nam nõ capax habere non debet. [SI DIES.] Teſtator præcepit ſtatuam erigi in municipio ad honorem municipij. ſi dies intra quem poni debeat, à teſtatore non eſt præfinitus: præſes ſtatuere debet tempus: & ſi intra illud non ponat, tenetur heres ad vſuras tertiæ centeſimæ. Viuianus.

ſ *Quotannis.* id eſt ſingulis annis. Accurſius.

t *Ad infinitum.* id eſt nõ finitum, vel determinatum: ſed terminari poteſt. ponitur enim negatiuè, nõ augmentatiuè. Azo. q. d. obſcura eſt: & ideo ſtatim interpretatur. Accurſius.

u *Excedit.* i. excedere poteſt ſi à tẽpore interpoſitæ ſtitulationis dicas præſtari vſuras maiores, vel in totũ, vel ſaltẽ pro parte: ideoque

ideoque dicit,à die ceſſationis: vt ſubiicit. Et hoc ideo, quia à priori tempore etiam minores currebant.aliàs autem bene poſſent peti ex tempore ſtipulationis:vt ſupra ſi cer.peta.l.lecta.in fi.& infra de ver.obli.l.huiuſmodi.

a *Longi temporis*.ſcilicet triennij,vel quinque annorum.

b *Gratior*.quia dignitatẽ per eum ſperabas habere.ſed in.l.qui ſemiſſes.&.C.e.aduerſ⁹. &.l. quãuis.fuit ſignũ remittẽdi maiores exceptiones minorum,ſiue eſſent ꝓmiſſæ: vt.l. quamuis.ſiue non:vt.l. aduerſus.

c *Non putaſti*. vt.ſ.e. qui ſemiſſes.in prin.

d *Fideicommiſſo*. vt ſi heres accommodat fidem de reſtituendo nõ capaci.

e *Præſtandum*.vt & ſupra de peti. her.l.prædonis.&. j. de his qui. vt ĩdig.l. heres.&.l. cũ quidam.&.C.ad.l.Fal. Liij. &.j.de vul.ſubſti. ex facto.§. Iulianus.

f *Et vſurarum*. id eſt emolumentũ quod eſt vſura,ſecundũ Io.aliàs contra eſt quod dicitur vſuram vſuræ non deberi:vt. C. de vſur.l.fi. Et dic, quas exegit ab hereditario debitore, vel quaſi,vbi ex ſua mora dedit,vel ſtipulatione.Accurſius.

g *Nõ potuit*.q.d.nihil. Et ſic not.quòd nõ imputatur alicui ſi nõ facit qđ & ſi facere vellet,nõ poſſet: vt ſupra eo.l.pecuniç.in fi.& ſupra de arbi.l.arbiter.§. kalẽdis.in.fi.§.&.C.de anna.excep.l.j.in fi. & j.de adul.ſi maritus. in prin.&.j.de vſufru. le. l. Sempronio. & ſupra quãdo act.de pecu. eſt an. l. j. §. j. & ſupra de nego.geſt.ſi pupilli. §. fi.& infra de condit.& demon.l.multa.in pri. Sed nõne ego poſſum facere vt poſſim ſoluere,petendo ei curatorẽ bonis:ergo poſſum ſoluere:vt. j.de regu. iur. l.qui ſ.cere poteſt. & ĩ. de mino. l. ait prætor.§. j?Reſpõ.in adulto ibi:ſed hic in pupillo.Vel hic non facile: illa quandoque facile. Vel illa in conditionibus appoſitis in vltima voluntate.

h *Succurri*. vt ſupra de mino. l. ait prætor. §.hodie.

i *Non propter lucrum*. ſcilicet tãtum,vel principaliter. aliàs contra inſti.manda.§.tua gratia.

k *Deberet*.vt ſi conuenerit, ut non ſoluta mercede vſq; ad certum tempus vſuræ præſentur. Et ſic not.quòd citra ſtipulationẽ ex ſolo pacto incontinenti appoſito debentur in contractibus bonæ fi.vt hic,&.ĩ.depoſi.Luci⁹ Titius.&.C.de pac.inter emp. & ven.l.in initio.ſecus in ſtricti iuris:vt ſupra de præſcrip. ver. Titius.&.C.de vſur.quamuis.Si autem hic pactum nõ interceſſiſſet: nõ deberentur, niſi ex mora quæ per interpellationẽ vel litis conteſtationem aduenieret:vt infra.e. mora. §.in bonæ fidei con. Sed quid ſi mercedem ad certum diem ſe ſoluturum cõuenit: & nil de vſuris dictum eſt? Reſpon.præſtat : quia in mora eſt die interpellante pro homine:vt arg.ĩ.de ie. cõmiſ.l.ſi fundus. §. fi. &.j.e.l. euictis. &.j.de act.& oblig.l. traiectitiæ.&.C.loca. & condu.l.præſes.Accur.

l *Ad foricarios*. id eſt qui furnum,vel fornacem,vel apothecas,vel quid ſimile à fiſco conducunt.

m *Inferunt*. no. ipſa re[a] fieri moram à fiſco.

n *Dare*.not.ergo heredem debere vti iure defuncti: licet ipſe per ſe ſit priuilegiatus : vt hic,&.C.de his qui. vt indig. l. Polla. &.j. de cõdit.& demon. in facto. §. fiſcus.&. j.ſolu. ma.ſi marito.in prin.& l.ſi merit⁹.&. ĩ.de iud. heres.Sed arg. cõtra.j. de iu.do. promittẽdo. §.fi.&.j.de ſolu. l. Strichum.§.aditio.Accur.

o *Caperint*. quia fiſc⁹ ſucceſſit creditori.

p *Notum eſt*. etiam ſine vlla mora.Sed contra.j.ad munici.l.conſtitutionib⁹.Sol.vt ibi.

q *In operum*.publicorum: vt differat à præcedente.

r *Arguitur*.ſcilicet curatoris.Azo.

ſ *Statuẽdum eſt*. & niſi ſit à præſide cõſtitut⁹, tũc intra ſex mẽſes leuiores: poſtea vero ſemiſſes:vt.j.de ope.publi.l.ſi legatum.quę eſt contra. Sed nõ placet quòd ſit cõtra, ſed cõcordat cũ illa.& ſic iſtã diſtinguas vt ibi notai.

t *Pendẽs*. propter moram poſt præceptũ præſidis.aliàs non : vt. ĩ.l. prozi.in prin.Accur.

u *Euictus.Initio*.id eſt incontinenti.

x *Præſtabuntur*. etiam ſine interpellatione:qa dies interpellat pro homine:vt.C.de contrahen.ſtipu.magnã.Azo. Si autẽ hoc pactũ non eſſet,non venirent niſi poſt euictionem mora interueneriẽt.Accur.

y *Medii*. id eſt à lite conteſtata vſq; ad ſententiam.

z *Nõ fuit*.idẽ erit & ſi eſſet in cauſa depoſiti: ſi tamẽ oblatũ nõ eſſet:vt.C.e.l.ij.Ir.Sed videt q̃ nullo modo currãt:vt.ĩ.e.l.pecuniæ.§.fi.&.l.cũ quidã.§.ſi pupillo.quæ ſunt contra.Sol.hic in quaſi mora:ibi in vera mora:aliàs hic ipſi defuncto inceperant currere:ibi non,ſed erant curſuræ:vt infra eo.cum patri.

Videamus.

taxat ex die ceſſationis creſcant vſuræ.

Taciturnitas longi temporis tollit actionem perſonalem competentem ad vſuras. h.d.Franci.& eſt ſpeciale.

Diuus Pius ita reſcripſit : Parum iuſte præteritas vſuras petis,quas omiſiſſe te, longi temporis [a] interuallum indicat : qui eas à debitore tuo, vt gratior [b] apud eum videlicet eſſes, petẽdas non putaſti.[c] In tacito fideicõmiſſo[d] omne emolumentum heredi auferẽdum, & fiſco præſtandum,[e] diuus Pius reſcripſit.ergo & vſurarum [f] emolumentum auſertur heredi.

Vſura non præſtantur propter lucrum: ſed propter moram:qua ceſſante, non poſſunt peti.h.d.

Si pupillo non habenti tutorem,fideicommiſſum ſolui non potuit:[g] non videri moram per heredem factam, diuus Pius reſcripſit.ergo nec ei debetur,qui quòd reipublicæ cauſa abſuit, vel ex alia cauſa iuſta impeditus, ex qua reſtitutio indulgetur, petere non potuit. Quid enim poteſt imputari ei qui ſoluere etiam ſi vellet non potuit? Nec ſimile videri poſſe, quod placuit, minoribus etiam in his ſuccurri, [h] quæ non adquiſierunt. vſuræ enim non propter lucrum [i] petentium, ſed propter moram ſoluentium inſtituuntur.

In contractibus bonæ fidei veniunt vſuræ ex die conuentionis: quæ ceſſante, veniunt ex die moræ.h.d.

Ex locato qui cõuenitur,niſi conuenerit vt tardius pecuniæ illatæ vſuras deberet [k],non niſi ex mora vſuras præſtare debet.

Fiſcus ex ſuis cõtractib⁹ vſuras non dat, ſed ipſe accipit : vt ſolet à foricariis,[l] * qui tardius pecuniam inferunt,[m] item ex vectigalibus.Cùm autem in locum priuati ſucceſſit, etiam dare [n] ſolet. Si debitores qui minores ſemiſſibus præſtabãt vſuras, fiſci eſſe cœperunt: [o] poſtquam ad fiſcum tranſierunt,ſemiſſes cogendi ſunt præſtare.

Eos qui ex adminiſtratione rerum ciuitatum cõueniuntur, vſuris obnoxios eſſe ſatis notum eſt. [p] Idem obſeruatur in operum [q] curatoribus, ſi pecunia apud eos remanſit. Sed in ea quam redemptoribus commiſerunt: etiam ſi negligenter dederint, vſura eis remittitur. Hæc autẽ ita ſunt, ſi nulla fraus arguitur:[r] alioquin etiam vſuræ adplicabuntur. Si dies nõ ſit ab his qui ſtatuas vel imagines ponendas legauerunt, præfinitus,à præſide tempus ſtatuẽdum eſt:[ſ] & niſi poſuerint heredes,vſuras reipublicæ vſque ad tertiam centeſimæ pendent.[t]

Dies etiam incertus à principio, ſed ex poſtfacto certificatus, interpellat. h.d.text. cum glo.

XVIII. IDEM libro tertio Reſponſorum.

EVictis agris,ſi initio [u] conuenit vt venditor pretium reſtitueret, vſuræ quoque poſt euictionẽ præſtabuntur:[x] quãuis emptor poſt dominij litem inchoatam fructus aduerſario reſtituit.nam incommodũ medij [y] temporis emptoris damnum eſt.

Poſt moram ſemel commiſſam non excuſatur debitor propter impedimentum ſuperueniens in perſona creditoris. hoc dicit. Idem ſi in perſona ſua. infra eod. l. ſed & ſi reipubli.§.fina.

Poſt traditam poſſeſſionem defuncto venditore,cui ſucceſſor incertus fuit:medij quoque temporis vſuræ prerij quod in cauſa depoſiti non fuit,[z] præſtabuntur.

Non debet quis condemnari ad fructus rei in qua fructus non cadunt : ſed ad commoditatem quæ ex ea percipitur : quia loco fructuum habetur. Bartolus.

XIX. GAIVS libro ſexto ad legẽ duodecim Tabularum.

VIdeamus, an in omnibus rebus petitis,in ſi uct⁹ quoque cõdẽnatur poſſeſſor. Quid enim ſi argentũ, aut veſtimentum, aliámve ſimilẽ rem, quid præterea ſi vſumfructum, aut nudam proprietatem,cum alienus vſusfructus ſit,petierit? Ne-

a Ipſa gloſ. eſt ſing. ad hoc,quòd ille qui eſt obligatus fiſco, conſtituitur in mora ſine interpellatione ipſa: quæ tamen glo. cum tex. nõ debet ita large intelligi, prout volunt ſcribentes vbique : vt hic in nouis inſcriptis.Bolo.

a foricariis legit Bud. & diligẽter interpretatur. Tu vide ne foricariis à fornice deductum ſit, qđ apud Iuuenalem eſt ſat.3.Conducunt fornices &c.

a *Videamus Proprietatis.* id eſt quia ex nuda proprietate id eſt ex hoc verbo,vel nomine,nõ facta relatione ad rẽ ipſam nullus fructus peruenit. Azo.

b *Computabitur.* ſicut nec aliarum ſeruitutum: vt ſtatim dicit ibi,iter quoque &c.

c *Vſusfructus.* vt.ĩ.de rei vindi.l.fructus non modo. in fi.&.l.ſeq.

d *Poterit.* hæc tamẽ raro locantur.

e *Æſtimari.* vt ſupra de ſerui ruſti. prædl. cum eſſet.in fi.

f *Quod admittendũ eſt.* vt.ĩ.ſi ſer.vĩ.l.loci corpus § in confeſſoria.

g *Vsuras.Nõ vitiare.* Sic ergo inutilis adiectio vitiatur, & nõ vitiat:vt hic,& infra.e. placuit. Accurſius.

Adiectio inutilis non vitiat, ſed vitiatur.

h *Sciendum eſt. Adhibendos.* ſcilicet ſolutioni per quos facilius poſsit probare ſe ſoluiſſe quàm per extraneos,vel inimicos.

i *Expediendis.* q̃ debitori daturi ſunt pecuniam. Accurſius.

k *Rogandis.* vt interſint ſolutioni: & ſic videant ſe liberatos. Vel dic vt ſeruenĩãt apud creditorem,à quo modo accepit debitum vt ſatisfaciant priori. Vel dic tertio:quia obligatus erat aliquis fideiuſſorẽ dare:vt.ĩ.de cõſt. pecu.l.qui autẽ.§.j.Nõ enim videtur eſſe in mora dandi, dum pro eis inueniendis ſtudet, & ſic curret. Acc.

Sed & ſi reipub.]*CASVS.* Si reipu. cauſa aliquis miſſus eſt ſubito,nulli videtur moram facere: & ergo ad vſuras non tenetur. Vlpianus.

l *Defenſionem.* id eſt excuſationem ſui,quare non ſoluat. Acc.

m *Mandare.*per procuratorem. Azo.

n *Non poſſit.*de facto. de iure enim poteſt.

o *Aliquando.* Titius minori debebat. x. ex cõtractu bonę fidei tenetur ad vſuras ſine vlla interpellatione, vel lit.cõteſt.maxime ſi nõ ſit q̃ cõueniatur: quia eſt abſens Titius,vel ſine herede deceſsit.

†*Cõcur.glo. 2.in prin. ff. ea. tit. vñ poſt extra de elec. & c. quoniã frequenter. §. ſi vero alter.ad finẽ: ibi,cum habẽs forte exceptiones legitimas.*

Vel.expediendis debitis.

p *In re.* poteſt dici moră fieri in re,vbicumq; quis ſine denuntiatione vel litis conteſta.tenetur ad fructus vel vſuras:ſicut.j.e.l.videamus.j.reſpõ. &.§.item ſi indebitum. &. §. in Fauiana.&.§.item ſi vi. &.§. ex cauſa.&.§.in interdicto.&.§.fin.&.j eo.l.penul. Quod autem de vſuris dixit, non inueniemus eas curtere ex mora in re, niſi in perſona minoris:vt.C. in quib.cau.in integ.reſti.non eſt ne.l.in minorum. Punitur ergo huiuſmodi mora in re, vt dictum eſt in prædictis.& patet etiam infra de verb.obl.cum filius.§.j.&.l.ad diem.&.j.tit.j.l.fin.&.l.l.abeo. Sed Ir. dicit eam non puniri,cũ rei nõ perſonæ vitio eueniat. ſed forte intelligebat aliàs quàm in prædictis caſibus. Item pone infra titu.j.l.Labeo.

que enĩ nudæ ꝓprietatis, quod ad proprietatis [a] nomẽ attinet, fructꝰ vllus intellegi poteſt: neque vſusfructus rurſus fructus eleganter cõputabitur. [b] Quid igitur ſi nuda proprietas petita ſit? ex quo perdiderit fructuarius vſumfructum, æſtimabuntur in petitione fructus. Item ſi vſusfructus [c] petitus ſit, Proculus ait in fructus perceptos cõdẽnari. Præterea Gallus Aelius putat,ſi veſtimenta aut ſcyphus petita ſint, in fructu hæc numeranda eſſe: ꝙ locata ea re, mercedis nomine capi potuerit. [d]

Iter quoque & actus ſi petitus ſit,vix eſt vt fructus vlli poſſint æſtimari: [e] niſi ſi quis commodũ in fructibus numeraret, quod habiturus eſſet petitor, ſi ſtatim eo tempore quo petiſſet, ire agere non prohiberetur.qđ admittendum eſt. [f]

XX. PAVLVS libro duodecimo ad Sabinum.

VSuras illicitas ſorti mixtas, ipſas tantùm nõ deberi cõſtat:cæterum ſortẽ nõ vitiare. [g]

Qui differt ſolutionem ex iuſta cauſa,nõ committit moram.ſecus ſi ex ficta. hoc dicit cũ.l.ſeq.& ſeq. Et differt iſta.l.à.l.ſi quis ſolutioni.quia hic non negabat ſolutionem, ſed differebat ex iuſta cauſa. Bar.

XXI. VLPIANVS libro trigeſimoquarto ad Edictum.

SCiendũ eſt,non omne quod differendi cauſa optima ratione fiat, moræ adnumerandũ. †Quid enim ſi amicos adhibendos [h] debitor requirat, vel expediendi [i] debiti, * vel fideiuſſoribus rogandis [k]? vel exceptio aliqua allegetur? Mora facta non videtur. [l]

XXII. PAVLVS libro trigeſimoſeptimo ad Edictum.

SI modo idipſum non fraudandi cauſa ſimuletur.

XXIII. VLPIANVS libro trigeſimoquarto ad Edictum.

SI quis.]*CASVS.* Titius debitor dicit ſe nolle ſoluere,ſed iuri parere:quæritur,an ſit in mora? Reſpon.quòd non,ſi iuſte &c.[*CVM REVS.*] Si reus eſt in mora, eoſdẽ effectus quos habet mora contra reum,habet & contra fideiuſſ.vt infra eo.mora.[*MORA.*]Siue ego,ſiue procurator meus, ſiue geſtor negotiorum meorum interpellet debitorem meũ, facit eum moroſum ratione officij: nec per eos acquiritur actio, ſed impinguatur:ſicut ſi furem inuenirent rerum mearũ,acquirũt actionem, vt de nõ manifeſto faciant manifeſtũ: & ſic in quadruplũ. & ſic denuntiatio procuratoris impinguatur:& ad aliud valet,vt faciat perpetuam obligationẽ,ſcilicet quo ad hoc vt licet res debita pereat debitori, eius obtentu non liberetur. Viuianus.

Mora commiſſa re ipſa nõ tollitur ex eo ſi contingente ex perſona moroſi.b.d.

Aliquando [o] etiam in re [p] moram eſſe decerni ſolet, ſi fortè non exſtat qui conueniatur.

XXIIII. PAVLVS libro trigeſimoſeptimo ad Edictum.

SI quis ſolutioni quidem moram fecit, iudiciũ autem accipere paratus fuit, non videtur feciſſe moram: vtique ſi iuſtè ad iudicium prouocauit. [q]

Cum reus moram [r] facit, & fideiuſſor tenetur. Mora videtur creditori fieri,ſiue ipſi,ſiue ei cui mandauerat, ſiue ei qui negotia eius gerebat, mora facta ſit. Nec hoc caſu per liberam perſonam adquiri videtur, ſed officium impleri: ſicuti cum quis furtum mihi facientem deprehendit,negotiũ meũ agens, manifeſti furti actionem mihi parat. [s] Item cũ procurator interpellauerit promiſſorem hominis, perpetuam facit ſtipulationem. [t]*

Litis cõteſt. facta an cõſtituatur quis in mora.

Primo loquitur in mala fidei. Secundo loquitur in bona fide. Tertio in eo qui à principio fuit bona fidei, poſtea incepit eſſe mala fidei. Secunda ibi, in alieno fundo. Tertia ibi,bona fidei.

XXV. VLPIANVS libro ſeptimo Digeſtorum.

QVi ſcit [u] fundum ſibi cum alio communem eſſe: fructus quos ex eo perceperit inuito vel ignorante ſocio, non maiore ex parte ſuos facit,quàm ex qua domin' prædij eſt. Nec refert, ipſe, an ſocius,an vterq; eos ſeuerit: quia omnis fructus non iure ſeminis, ſed iure ſoli [x] percipitur. Et quemadmodum [y] ſi totum

Litis cõteſt. facta an cõſtituatur quis in mora.

r *Cum reus morã.* Nã mora rei fideiuſſori nocet:vt infra de verbo. oblig.mora.& de ope. liber. ſi libertus morã. Accurſius.

ſtipulationem, & ſi mortuus ſit homo promiſſus.

s *Parat.* vt infra de fur.l.iij. & l.ſi quis in ſeruitute.&.j. quod vi aut clã.l.iij.in princ.& j de bo.auct. iudi.poſ. l.cum vnus.

t *Stipulationem.*vt ſupra de procu. per procuratorem. Et expone vt. j.de verb. obli. l.ſi ſeruum.§.ſequitur. Accurſius.

Ant. Fab. Conſ. Iur. lib. 1. cap. 59.

Qui ſcit.]*CASVS.* ſiue ſciã te partẽ habere in fundo quem poſſideo,ſiue ſciam totum tuũ:nõ facio fructus meos in eo quod tuum eſt. [*IN ALIENO.*]A non domino emi fundum, in quo ſeminaui alienum frumentũ. quæritur.cuius ſit fructus,an meus,an eius cuius fuit ſemẽ.& dicit meũ eſſe, ſicut quando ex opera ſerui alieni,quẽ bo.fi.poſſideo.hoc autẽ probat ex alio ſimili:vt ecce in meo proprio fundo ſeui alienũ ſemẽ.& dicit ꝙ eſt meꝰ fructꝰ.idẽ eſt ergo ĩ bo.fi.poſ. quia plus iuris habet bo.fi.poſ.circa fructꝰ q̃ fructuarius,cũ bo.fi. fiãt ſtatim ꝙ à ſolo ſeparati ſunt:ſed fructuarij fiũt demũ in horreis repoſiti.& idẽ quod eſt in bo.fi.eſt in eo qui habet fundum in emphyteuſim:vt ſtatim ꝙ à ſolo ſeparati ſunt,fiant eius. Viuianus.

u *Qui ſcit.*ſed iuret quòd ſit ſuum,vel ſeminatoris.

x *Soli.*id eſt quia ſit ſuum,vel bona fide à ſe poſſeſſum.

y *Quemadmodum.* quod eſt in toto quo ad totum, idem eſt in parte

parte quo ad partem:vt hic,&.ĵ.ad leg.Pal.in ratione.§.prorſus. &.ĵ.de admini.tuto.l.ſi duo.in fin.& infra de adquiren.hered.ſi ſeruus eius.&.ĩ.de pac.l.iuriſgentium.§.adeo.arg. contra.C.de diſtract.pigno.l.quamdiu.& ſupra de inof.teſta.l.Papinianus.§. ſed nec impuberis.& ſupra de euict.l.ex mille. & ſupra de peti. hered.ſed & ſi.§.adeo.

Solut autem eſt in illo generali:idem in parte &c.in brochardo.

a *Frumentum*.ſcilicet alienum.Accurſius.

b *Sentit*. ſ.dictus Titi⁹ bonæ fidei poſſeſſor.

c *Ea*.neutri generis.

d *Accedere*.ſ fructus.

e *Adquirunt*. vt.ĵ. de adquir.re.do. l.quæſitum.in fin.

f *Semini*. quod fuerat alienum.

g *Id inuis*. ſ.pœnæ:vt ĵ.de adquir.re.do. l.in bo.fi.in prin.Nõ enim per omnia ſũt ſimiles: vt patet in quæſtione ſerui habenda: vt.ĵ.ad Sila.l.j.§.ij.

h *A quo.bet*. & de cu iuſlibet frumento.

i *Percipiantur*. vt de vſufruct.l.ſi fur decerpſerit. & ſubaudi hic, vel ab alio nomĩe ſuo. Vel dic, ſcilicet ita ꝙ idoneè reponantur:vt & no.ſupra quib. mo. vſusfruc.amit.l.ſi vſufructuarius.

k *Eius*.vt & infra de adquiren.re.do.l.quæſitum.in fin.§.

l *Fundum*.idem in colono:vt infra de fur.l. ſi apes.§.j.

m *Separati ſunt*. etiam à furibus,dũmodo poſſeſſores bonæ fid.poſſidentes non deſierint habere poſſeſſionẽ fundi. Itẽ ſunt & aliæ duæ differẽtię inter fructuarium & bonæ fidei poſſeſſorẽ: quia bon. fi. poſſ. tranſmittit ad heredẽ: fructuarius nõ:vt inſt. de re.di.§. is ad quem. Item fructuarius etiã naturales fructus ſuos facit:vt.ĩ. de vſufruct. l.vſufruc.legato.bonę fidei poſſeſſor non: vt ſupra eo.l.fructus.

Fructuari⁹ & bo.fi.poſſ. differunt.

n *Sentit*. idem ſi poſt ſciẽtiam ſeuit,vel etiã poſt lit.conteſta.vt ex reſpõſione colligitur.

o *Percipiendos*. Nota ergo quòd bonæ fidei poſſ poſt litis conteſtatio. quo ad quædã remanet bonæ fidei poſſ.ſcilicet vt faciat ſuos fructus:vt hic.Itẽ vt compleat vſucapionem: vt.ĩ. de rei vin.ſi poſt. & C.de vſucap.tranſfor.§.hoc proculdubio. Item vt nõ præſtet interitum, ſi tamen iuſtam cauſam litigandi habeat:vt.ĩ.de rei vindi. l.vtique.§.non enim.& de petit.hered.l.illud. fit autẽ malæ fi.vt teneatur de fructibus.Item vt interrumpatur præſcriptio.Item in quodam alio nec omnino cenſetur bonæ fidei poſſeſ. nec malæ fidei:vt ſupra de rei vindi.Iulianus ſcribit ſi in aliena. Sed in eo quod dicit hic facere fructus ſuos poſt ſcientiam, eſt contra infra de adquiren.re.do.l.bonæ fidei.§.in contrarium.Sol. hic de æquitate:ibi de rigore, ſecũdum Ir. Vel poſſumus dicere quòd quæſtio quæ ibi fit,determinatur hic.Vel dicamus quòd quamdiu fundum alienũ quis ſciens poſſideat,nulla ex parte fructꝰ ſuos faciet, quoquo modo ſati fuerint: ita qui cõmunem ſundum poſsidet, nõ faciet ſuos fructus pro ea parte qua fundus ad ſocium eius pertinebit. In alieno ſundo,quem Titius bona fide mercatus fuerat,frumẽtum[a] ſeuit.[b] an Titius bonæ fidei emptor perceptos fructus ſuos faciat? Reſpõdi, quod ad fructus qui ex ſundo percipiuntur, intellegi debet propius ea[c] accedere,[d] quæ ſerui operis ſuis adquirunt:[e] quoniam in percipiẽdis fructib⁹ magis corporis ius ex quo percipiuntur, quàm ſeminis[f] ex quo oriuntur, aſpicitur. & ideo nemo vnquam dubitauit, quin ſi in meo fundo frumentum tuum ſeuerim: ſegetes, & quod ex meſsibus collectum fuerit, meum fieret. Porrò bonæ fidei poſſeſſor in percipiendis fructibus id iuris[g] habet, quod dominis prædiorum tributum eſt. Præterea cum ad fructuarium pertineant fructus à quolibet[h] ſati, quanto magis hoc in bonæ fidei poſſeſſoribus recipiendum eſt, qui plus iuris in percipiendis fructibus habent? cum fructuarij quidẽ non fiant antequam ab eo percipiantur: [i] ad bonæ fidei autẽ poſſeſſorem petineant, quoquo modo à ſolo ſeparati fuerint: ſicut eius[k] qui vectigalem fundum[l] habet, fructus fiunt ſimul atque ſolo ſeparati ſunt.[m] Bonæ fidei emptor ſeuit:[n] & antequam fructus perciperet, cognouit fundum alienum eſſe. an perceptione fructus ſuos faciat, quæritur. Reſpondi, Bonę fidei emptor, quod ad percipiendos[o] fructus, intellegi debet, quamdiu euictus fundus non fuerit. Nam & ſeruus alienus quẽ bona fide emero, tamdiu mihi ex re mea, vel ex operis ſuis adquiret,[p] quamdiu à me euictus non fuerit.

XXVI. IDEM libro ſexto ex Minicio.

VEnationem, fructus fundi negauit eſſe: niſi fructꝰ fundi ex venatione conſtet.[q]

Moram ſibi commiſſam tranſmittit quis ad heredem. Bartolus.

XXVII. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

CVm patrifamilias mora facta ſit, iam in herede eius non quæritur mora. nam tunc heredi proximo hereditario iure ea competet:[r] ideóque ad cæteros quoque deinceps trãſmittitur.

XXVIII. GAIVS libro ſecũdo Rerum Cottidianarum, ſiue Aureorum.

IN pecudum fructu etiam fœtus eſt, ſicut lac, & pilus, & lana. Itaque agni, & hœdi, & vituli, ſtatim pleno iure ſunt bonæ fidei poſſeſſoris[s] & fructuarij.[t] Partus[t] verò ancillæ in fructu non eſt: itaque ad dominũ proprietatis[u] pertinet. abſurdũ enim videbatur, hominem in fructu eſſe, cum omnes fructus rerum natura hominum gratia comparauerit.

Quod eſt inutile, vitiatur: & non vitiatur vitio.hoc dicit.

XXIX. MARCIANVS libro quartodecimo Inſtitutionum.

PLacuit ſiue ſupra ſtatutum modum quis vſuras ſtipulatus fuerit, ſiue vſurarum vſuras: quod illicitè adiectum eſt, pro non adiecto haberi, & licitas peti poſſe.[x]

XXX. PAVLVS libro Singuri Regularum.

ETiam ex nudo pacto debentur ciuitatibus vſuræ[y] creditarum ab eis pecuniarum.

r *Viri.* ne denũtiet liberto viri contra vxorẽ eius accuſati: quia ei debet reuerẽtiã: vt. C. de in ius vocã. l. j. Item ne liberto vxoris eius qui accuſatur, denũtiet teſtimoniũ cõtra ipſum maritum accuſatum.

f *Patroni.* repete, ne denũtietur liberto patroni contra libertum qui eſt libertus eiuſdem patroni, vel patronæ: quia ſunt de eadem familia. Accurſius.

t *Liberti.* hoc dixerat: ſed repetit, vt plenius dicat.

u *Cogantur.* ſed nec admittuntur liberti volentes: vt. C. eo. liberti aduerſus. Accurſius.

x *IN legibus. Sponſa.* vt infra de grad. cogna. l. ſeruus. Accurſius.

y *IDonei imperari.* ſiue liberi, ſiue ſerui ſint: & itelligo imperari à producẽte eos *p* ſe: alioquin null' teſtis idoneus eſſet, quia magiſtrat' ei præcipere poteſt: vt. C. e. ſiquãdo. Itẽ intellige imperari poſſe ratione patriæ poteſtatis, vel dominicæ, vel ratione obediẽtiæ, vel iuriſdictionis, vt in cauſa *p*pria imperãtis nõ ſint teſtes qui de iuriſdictione vel obediẽtia vel poteſtate eius ſunt: ſed in cauſa vniuerſitatis poſſunt: & hac ratiõe imperabit abbas monacho vt ferat teſtimonium pro collegio: vt ar. ĩ. de in ius vocã. ſed ſi hac. §. q manumittitur. Accurſius. *ADDITIO.* Quid autem de vaſallo? Dicit Guil. in ſpe. de teſti. §. j. ver. ſed nũquid vaſallus. q iuramentum fidelitatis eſt ſpecies ſeruitutis: arg. ĩ. de proba. l. ſi filius. & eſt glo. ordinaria ſupra de vſufru. ſi cuius. §. j. repellitur ergo quia ei poteſt imperari, argu. huius. l.

z *Ærui reſponſo.* Quod ab eo elicitur cũ tormẽtis, præcedẽtib' tamẽ indiciis: vt. j. de quæſtio. l. mariti'. & C. de quæſt. l. milites. & l. j. Itẽ de ſuo tãtũ facto intellige eũ interrogari: vt. C. de quæſti. l. iterrogari. & ĩ. de *p*ba. l. cũ *p*batio. aliàs ſi nõ de facto ſuo, nõ: cũ nullã cõmunione habeat cũ iure ciuili: vt. j. de teſta. l. qui teſtam. cto. §. ſeruus. Alij dicũt nõ oportere præcedere indicia cũ de ſerui facto quæritur. & tacit. ĩ. de ædil. edict. l. quẽro. §. ſi.

a *INuiti. Senes.* qui ſunt maiores ſexaginta annis. lxx. vt. C. qui ætate. l. j. li. x. & infra de iu. immu. l. iij. Accurſius.

b *Valetudinarii.* qui ſcilicet morbo detinentur. Accurſius.

milites,[a] vel qui cum magiſtratu Reipublicæ cauſa abſunt, vel quibus venire non licet.[b]

IX. PAVLVS libro primo ad Sabinum.

TEſtis idoneus pater filio,[c] aut filius patri non eſt.

X. POMPONIVS libro primo ad Sabinum.

NVllus idoneus teſtis in re ſua[d] intellegitur.

XI. IDEM libro trigeſimotertio ad Sabinum.

AD fidem rei geſtæ faciendã etiam nõ rogatus[e] teſtis intellegitur.

XII. VLPIANVS libro trigeſimoſeptimo ad Edictum.

VBi numerus teſtiũ non adiicitur,[f] etiam duo ſufficiẽt. Pluralis enim elocutio duorum numero contenta eſt.

Nota quòd cauſa euitandæ abſurditatis debet fieri extenſio legis ad caſum non expreſſum habentem ſimilem rationem. Bar.

XIII. PAPINIANVS libro primo de Adulteriis.

QVæſitum ſcio, an in publicis iudiciis calumniæ damnati teſtimonium iudicio[g] publico perhibere poſſunt. Sed neq; lege Rémia prohibẽtur: & Iulia lex de vi, & repetundarum, & peculatus, eos homines teſtimoniũ dicere non vetuerũt:[h] verũtamẽ quod legibus omiſſum[i] eſt, nõ omittetur religione iudicantiũ: ad quorũ officiũ pertinet, eius quoq; teſtimonij fidem, quod integræ frõtis homo dixerit, perpendere[k].

XIIII. IDEM libro ſingulari de Adulteriis.

SCio quidẽ[l] tractatũ eſſe, an ad teſtamẽtũ faciendũ adhiberi poſsit adulterij dãnatus.[m] Et ſanè iuſtè teſtimonij officio ei interdicetur.[n] Exiſtimo ergo neq; iure ciuili teſtamẽtum valere, ad quod huiuſmodi teſtis proceſsit: neque iure prætorio, quod ius ciuile ſubſequitur:[o] vt neq; hereditas adiri,[p] neq; bonorum poſſeſsio dari[q] poſsit.

XV. PAVLVS libro tertio Sententiarum.

REpetũdarũ dãnatus, nec ad teſtamẽtũ[r] nec ad teſtimoniũ[s] adhiberi poteſt. Hermaphroditus an ad teſtamentũ adhiberi poſsit, qualitas ſexus incaleſcentis oſtendit.[t]

XVI. IDEM libro quinto Sententiarum.

QVi falſò[u] vel variè[x] teſtimonia dixerunt, vel vtriq; parti prodiderũt:[y] à iudicibus competenter puniuntur.[z]

XVII. VLPIANVS libro ſingulari Regularum.

PAter, & filius qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes vtrique in eodẽ

Hæreticus in teſtẽ admittitur.

---

a *Milites.* vt & arg. ſupra. e. l. iij. §. teſtes. Accurſius.

b *Non licet.* vt hi qui ſunt ignominiæ. vel deportati. vel dic, illi q ſine dedecore apparere non poſſunt: vt. ij. ex quib. cau. ma. l. in eadem. in fi. Sed quid ſi veritas aliter ſciri nõ poterit? Reſpõ. dicũt quidã omnes iſtos compellendos nam & magiſtratus minus idoneus admittit in defectum: vt. j. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. quotiẽs. & ſeru⁹ in defectum ad teſtimoniũ admittit: vt. C. de quæſti. l. j. & hæreticus: vt. C. de hære. l. quoniam. Sed tu dic contra. nec ob. de magiſtratu: quia in publico vertit vtilitas: & ideo infringitur immunitas. Itẽ nec de ſeruo: quia non habet priuilegiũ: ſed quia p mortuo habebat, ideo nõ admittitur: & quia domini eſt, non interrogatur in eum, niſi in defectum probationũ. Item hæretici non habẽt immunitatẽ in lege cõmuni: & ideo admittuntur, ne anguſtetur facultas probandi. hi autẽ de quibus hæc lex loquitur, vel priuilegium habent, vel iuſta cauſa excuſantur: & ideo non coguntur, ſecundum Azo. niſi fuerint forte rogati: quia tunc videtur renũtiaſſe excuſationi. ſed cum nõ cogũtur inuiti: ergo volẽtes iſti admittuntur.

c *TEſtis idoneus. Pater filio.* vt &. C. e. l. parẽtes. ergo nec ſocer, cum vicem patris obtineat: vt &. j. ſo. ma. l. quia parentis. in caſtrẽſi autem peculio ſi filius ante miſsionem teſtamẽtum fecerit, pater teſtis haberi poteſt: vt infra de teſta. l. qui teſtamento. §. j.

d *NVllus. In re ſua.* principaliter ſua, ſecus ſi ſecũdario. nã poteſt legatarius eſſe teſtis in cauſa teſtamẽti: vt infra de teſta. l. qui teſtamẽto. & inſti. de teſta. §. pen. nec ob. huic. C. de fideicõ. l. fin. ibi, & iudex & teſtis &c. quia nõ loquitur ibi de huiuſmodi teſtificatione. an autẽ venditor poſsit eſſe teſtis in cauſa euictionis pro emptore? Reſpon. nõ puto, cum ad eum cõmodum & incõmodũ pertinere poſsit: & ſic eſt ſua cauſa: vt. j. quãdo ap. ſit. l. j. §. in propria. niſi tũc quãdo nõ teneret de euictione. Nec ob. ẽ. fi. reg. l. cos. quia ibi de euictione non tenetur. Ac.

AD fidem.] *CASVS.* Regulariter creditur teſti, ſiue ſpecialiter fuit vocatus vt contractum audiret: ſiue ob aliã cauſam ibi exiſtens audiat.

e *Non rogatus.* præterquam in quatuor caſibus, ſcilicet in teſtamento, in ſolutione facta creditori eius debiti quod erat in ſcriptis. Itẽ in confeſsione creditoris confitentis ſibi ſolutũ tale debitũ: vt. j. de teſta. l. heredes. §. fi. &. C. de teſti. auth. rogati. ſup. l. teſtiũ. quartus in diuortio: vt. j. de repu. l. nullũ. ſed hoc non bene ibi aperit. Alij dicunt, hodie ſemper rogari, per dictam authẽ. & ſic hoc corrigi dicunt, quod hic dicitur. Accurſius.

f *VBi numerus. Non additum.* quod fit quandoq; vt in teſtamẽto, in quo quandoq; viij. vt in teſtamẽto cæci: vt. C. qui teſta. fa. poſ. l. hac cõſultiſſima. quãdoq; vij. vt regulariter: vt. C. de teſta. l. hac cõſultiſſima. §. j quãdoq; v. vt i teſtamẽto ruſtici: vt C. de teſta. l. fi. & in codicill[illegible]t. C. de codi. l. fi. quãdoq; iij. vt C. ſi cer. pe. l. fin. & in auth. ibi poſita. quãdoq; duo: & hoc regulariter: cum pluralis locutio &c. vt hic, & infra de verb. ſig. l. interilla. §. fin. ſed contra infra de op. le. l. j. Solu. vt ibi.

QVæſitum.] *CASVS.* Titius accuſauit quendam de publico crimine: & quia nõ probauit, fuit de calumnia condemnatus. quæritur, an hic Titius amodo poſsit eſſe teſtis in accuſatione aliorum? Et dicit quòd nõ, licet aliqua lex ſpecialis hoc non prohibeat. Vi uianus.

g *Iudicio.* id eſt, in alia accuſatione facta de crimine publico.

h *Non vetuerunt.* ſed probo quod cauetur. l. Iulia de vi, vt repellãtur damnati de calũnia. lex enim Iulia de vi, prohibet dãnatum de publico crimine: vt ẽ. eo. teſtium. §. lege. ſed calumniæ damnatus, de publico crimine videtur dãnat⁹, qa l. repetundarum: vt. ẽ. de calum. l. j. §. j. quod eſt publicũ crimen: vt j. de pub. iu. l. j. in fi. vel ſi non ꝛtenetur. l. Iulia repe. quia non accepit pecuniam, tenetur tamen. l. Remmia: vt infra ad Turpil. l. j. §. calumniatoribus. quia publico crimine calũniatus eſt: & ideo publica eſt accuſatio: vt infra de prẽuari. l. prẽuaricationis. §. fi. arg. à cõtrario ſenſu reſumpto. Itẽ probo aliter: quia. l. Iulia repellũtur infames: vt ſupra. e. l. iij. §. lege. Reſpon. ad hoc nõ cauetur: vt hic dicit, ſcilicet nominatim: vnde nec caueri videtur: vt arg. j. de iniuriis. item apud Labeonem. §. ait prætor.

i *Omiſſum.* hic no. ar. quod dixi ſupra de offic. aſſeſ. l. liberti.

k *Perpendere.* & ſi inuenerit vacillare, puniat, cuiuſcunque fori ſit teſtis: vt. C. eo. l. nullum.

SCio.] *CASVS.* Quæritur, an damnatus de adulterio, poſsit eſſe teſtis in teſtamento. Et dicit quòd regulariter non poteſt. neque ergo in teſtamento. Viuianus.

l *Scio quidem.* q. d. non ſolum iſtud conſideratur in teſte, ſcilicet quòd nõ ſit pupillus, ſed etiam hoc ſpectatur, quòd integri &c.

m *Dãnatus.* cũ adhuc nõ ſit facta executio: licet ſit ſeru⁹ pœnę: vt. j. de pœ. q vltimo. Vel dic q olim nõ occidebatur: hodie ſec⁹: vt. C. de adul. l. quãuis. vel dic, adulterij, id eſt. l. Iulia de adulte. quæ multa habet capitula: quorũ quædam non inferunt mortem: vt ſupra de minoribus. l. auxiliũ. §. fin. Vel dic, damnatus, id eſt, damnata: vt in auth. ſed hodie. quæ eſt ſuper dicta. l. quamuis.

n *Ei interdicetur.* eſt enim infamis: vt. j. de public. iudi. l. infamẽ.

o *Subſequitur.* vt & ſupra de præſcrip. ver. l. quia.

p *Adiri.* ſcilicet de iure ciuili. Accurſius.

q *Dari.* de iure prætorio, ſcilicet ex huiuſmodi teſtamento, vbi talis interuenit teſtis.

r *REpetundarum. Ad teſtamentum.* vt infra de teſta. l. qui teſtamento. §. eum qui.

ſ *Ad teſtimoniũ.* vt infra ad leg. Iul. repet. l. eadẽ. §. hac lege. Ac.

t *Oſtendit.* vt ſupra de ſtatu hom. l. quæritur. Accurſius.

u *QVi falſo.* puta eſſe quod non erat.

x *Variè.* quando idem negauerunt, & conceſſerunt.

y *Prodiderunt.* i. vtriq; parti reuelauerunt teſtimonia ſua.

z *Puniuntur.* non ſolum non creditur eis: vt ſupra eod. l. ij ſed etiam puniuntur pœna legis Cor. de fal. ſcilicet cum ordinariè accuſentur: vt. j. ad leg. Corn. de fal. l. eos qui. vel ex officio pro motu iudicis ſine accuſatore: vt. C. eo. l. nullum. Accurſius.

a *Aut. Adhiberi.* vt infra de teſta.l.ad teſtium.in princ.& inſti.de teſta.§.pater.Accurſius.

EX eo.] *CASVS.* Quæritur, an mulier poſsit eſſe teſtis in cauſis.Et dicitur q̃ ſic.quod probat argumẽto ſumpto à cõtrario:quia prohibetur damnata publi.iudicio: ergo nõ condẽnata nõ prohibet. Vi.

b *Mulierem.* vt &.ã.e. l.iij.§. lege.in eo quod dicit,dampatũ publico iudicio repelli.& facit ſupra eo.l.ſcio.

c *Colligitur.* ſcilicet à contrario ſenſu: quod eſt bonum arg. vt.ã.de offi.ei⁹cui mã.eſt iuriſ. l.j. §. huius rei. & hic.

d *Ius habere.* excepto teſtamento:vt infra de teſta.l.quĩ teſtamento. §.mulier.

* *Vide in hunc locum Cellium li. 6.Noct.Attic.ca.7.*

INuiti teſt.]*CASVS.* Quatuor ꝑſonas nõ cogẽdas ferre teſtimoniũ dicit: primo quòd ille qui conduxit pub. veſtigal. Item qui eſt ſ itinere cauſa religionis. Item qui conducit annonam exercitui.Itẽ pupillus.

† *Plautus in Perſa,Prabenda adiectacere. Cell. lib. 5. ca.14. Alcia.li.2.Pa vin.cap.43. & Bud. hic. Pupillus an poſsit eſſe teſtis.*

e *Publicani.* qui conducunt publica veſtigalia, & exigunt: vt.j. de publica.l.j.§.j.

f *Aberit.* cauſa religionis.Azo.

g *Conduxerit.* ſcilicet equos vel plauſtra quæ conducunt annonam exercitui.

h *Sed nec pupillis.* no. pupillum nõ poſſe eſſe teſtem:vt hic, &.ã.e. l.iij.§. lege.& hoc ĩ ciuili cauſa. in criminali etiam pubes nõ poteſt: niſi ſit maior. xx. an.vt infra.l.proxi.Fallit autẽ in crimine læſæ maieſtatis:vbi etiã pupillus admitti videtur, & torquetur ſi opus eſt: vt.j.de queſtio.l.de minore.in prin. Itẽ videtur fallere,ſi eſt proximus pubertati,& doli capax:vt infra de li. eau.l.fin.Sed non erit per hoc teſtis: ſed faciet aliquod indiciũ: immo ibi pro obligando.

IN teſtimonium.]*CASVS.* Accuſatus de publico iudicio,nõ poteſt in teſtamento eſſe teſtis.Item minor.xx. annis non poteſt eſſe teſtis in publico iudicio.

i *Non debet.* id eſt non deberet facere citari.ſic ſupra de his qui no.infa.l.furti.§.mandati.

k *Reus.* i.accuſat⁹.ſic ponitur.ĩ.de acqui.here.l.Pãponi⁹.§.rei.

l *Viginti annis.* hoc in criminali:vt ſupra.l.proxi.dixi.

OB carmen.]*CASVS.* Infamauit Titius aliquem,faciendo de eo libellum famoſum: vnde infamatus accuſauit Titium de iniuria,& fecit dãnari:& ſic infamatus nõ poterit amodo eſſe teſtis.[*SI EA.*] An in crimine maieſtatis admittantur infames, & ſimiles,qui alias repelluntur?certe non.[*SI TESTES.*] Egi cõtra Titium ad.c.produxi teſtes:& reus etiam produxit:& omnes concordãt inter ſe,teſtes actoris cũ teſtibus rei. dicit ſequẽdos honeſtiores,& qui verius videntur dicere. Viuianus.

m *Inteſtabilis.* vt.ĩ.de iniur.l.lex Cornelia.§.ſi quis liberũ. nec ergo dicat,nec dicatur teſtimonium ei:vt.ĩ.de teſta.l. cum lege. Io.nec teſtamentum facere poteſt:vt.ĩ.de teſta.l.is cui.§.ſi.Io.

n *Magiſtratus.* qui nõ ſunt iudices in illa cauſa. nã ſi iudicatur⁹ eſt,nõ admittitur:ſed qui fuit cognitor, ad teſtimoniũ vocãdus non eſt:vt in decretis.ij.q.vj.c.ſtatuendũ.ſecundũ Azo.in ſumma:licet Pla.nihil diverit ſe legiſſe.ſed tu potes dicere cõtra in ſecundo caſu:vt.C.de arbi.l.antepe.Accurſius.

ff. Vetus:

teſtamento vel eodem negotio fieri poſſunt:quoniam nihil nocet ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi.a

XVIII. PAVLVS libro ſecundo de Adulteriis.

EX eo quod prohibet lex Iulia de adulteriis,teſtimoniũ dicere condemnatam mulierem,b colligitur c etiam mulieres*teſtimonij in iudicio dicẽdi ius habere.d

XIX. VLPIANVS libro octauo de Officio Proconſulis.

INuiti teſtimonium non dicunt publicani: e item is qui non detractãdi teſtimonij cauſa aberit: f itẽ is qui quid exercitui præbendum † cõduxerit.g Sed nec pupillis h teſtimonium denuntiari poteſt.

XX. VENVLEIVS libro ſecũdo de Iudiciis Publicis.

IN teſtimonium accuſator citare nõ debet i eum qui iudicio publico reus k erit, aut qui minor viginti annis l erit.

XXI ARCADIVS,qui & Chariſius,libro ſingulari de Teſtibus.

OB carmẽ famoſum damnatus,inteſtabilis m ſit. Illud quoq; incũctabile eſt, vt ſi res exigat, nõ tantũ priuati, ſed etiã magiſtratus, n ſi in præſenti ſint,teſtimonium dicãt. Item ſenatus cenſuit,prætorem teſtimoniũ dare debere in iudicio adulterij cauſa. Si ea rei cõditio o ſit, vbi harenariũ teſtẽ, vel

A o *Rei conditio.* id eſt cauſæ.

p *Cogimur.* vt in crimine læſæ maieſtatis, vbi omnium eſt exæquata conditio:vt.C.ad.l.Iul. ma.l.nullus.& infra dẽ quæſtio.l. ex libero.j.reſpon.&.§.j.&.l.vnius.§.iij.Accurſius.

q *Teſtimonia.* in idẽ & pro eadẽ parte cõſentiẽtia: ſiue vtriuſq; partis ſint,ſiue vni⁹,cũ altera non produxit.

r *Impari numero.* intellige quando ex vna eadẽmq; parte duo dicunt vnũ:tres vel quatuor dicunt aliud.nam creditur dignioribus: ſecus ſi à diuerſis partibus,quia tunc maiori numero creditur: vt.ĩ. e.l. iij. §.j.& ſic eſt vna dictio,ĩpari. Vel dic etiã ſi à diuerſis partib⁹ ꝓducãtur,credi honeſtioribus,& ſeruari qđ hic dicit.&.d. l.ã.e.loquitur ꝙãdo æquales erant.alias tantùm ſtatur numero maiori: vt arg.ã.de pac.l.maiorẽ. In inſtrumentis autem non ſtatur alicui, ſiue ab eadem parte, ſiue à diuerſis partibus proferantur,ſecundum Io. vt.C.de fi.inſtru.l.ſcripturæ. Sed Azo dicit (quod eſt verius)idem in ſcripturis à diuerſis partibus prolatis:ſecus ſi ab eadem: quia tunc poteſt prouidere ne producat contraria,qđ non eſt in teſtibus &c. Accurſius.

f *Aſsiſtit.* vt & ſupra de proba.l. cũ de ætate.&.C.e.l. iuriſiurandi. Et no.hic quòd varietas locorum reprobat teſtes:vt in Daniele & Suſanna. Itẽ tẽporis,vt in decretis.iij.q. ix.nihilomin⁹ &.xxxv. q.vj.c.de parẽtela. hoc determinat Io. vt tunc habeat locum,quando de certo tempore eſt quæſtio:quod exigitur r ad alicuius facti exiſtentiam:vt ſi dicatur vno cõtextu factũ eſſe teſtamentũ.alias ſecus: vt ſi dicam quòd poſſederim,& inducam plures teſtes: vnus dicat, ego vidi eum poſsidere per annum,alij per alium,& ſic de cæteris: eorum teſtimonium tenet:quia hoc ſolum quæritur,an poſſederim,quod omnes teſtes dicunt: & ſuper eo ſolo de quo eſt cõtrouerſia,inducẽdi ſunt teſtes :vt ſupra de pe.here.l.ſi quis libertatẽ. in fi.& ſupra de proba.l.ſi arbiter.§.quotiens. &.l.in omni.& ſupra de ædil.edic.l.j.§.cauſa eſt.&.C.de iur.& fac.igno.l.cum falſa. ſed de hoc ſolo contenditur,an poſſederim. hoc autẽ omnes dicũt: vnde eorum teſtimoniũ tenet. nec enim quæſtio eſt, an illa vel illa die poſſederim,ſecundum Ioannem.

Teſtes toprobat locorum varietas.

CVRAM.]*CASVS.* Habeo teſtes cõtra Titiũ,q̃ videtur mori: peto à iudice vt eos recipiat.etiã ãte litẽ cõteſtatã debet iudex adeſſe,& recipe,& facere ſcribi eorũ dicta corã teſtib⁹. Vi.

t *Ipſos.* no.iudicẽ debere adeſſe quãdo ſ ſecreto teſtes ſterrogãtur:vt & arg.ſ aut.vt defun.ſeu ſu.§.illud.coll.v.ſed qđ ſubiicit q̃ teſtes debẽt adhiberi,eſt mirũ.quare dic q̃ debẽt intereſſe iuramẽto teſtiũ,nõ autẽ dicto:vt.C.e.ſiquãdo. Vel dic q̃ quãdo rebellionẽ nõ haber,qui eorũ dicta ſcribat,tũc facier eos dicere corã teſtibus.ſi autẽ habet,tũc ipſe ſcribat:vt hic ſubiicit,vel ſignatores &c.iſta ergo lex locũ habet poſt litẽ cõteſtatã.nã tunc producũtur teſtes.ſed & ante poteſt locũ habere, ſi nõ eſt in poteſtate producẽtis litẽ cõteſtari: quia reus vel etiam actor: cũ teſtes debeant recedere,vel cito mori : vt ſupra ad leg. Aquil.l. in lege.& in authen.de teſti.§.& hic vero.col.vij.Accurſius.

a *Reduci.* Quatuor modis potest intelligi. Primo vt dicas, nõ potest producere pro se eum, qui prius cõtra se testimoniũ dixit: quia præsumitur esse testis redemptus. sed hoc in eadem causa: secus in alia causa: vt. C. eo. si quis testibus. vel dic vt ibi. Secundo non potest produci qui ante dixit reum, id est malũ testimonium in alia causa: quia q semel est malus, præsumitur & postea: vt infra de accu. l. si cui. §. iisdem. Tertio, quòd non potest produci post didicita testificata: vt in authen. de testi. §. quia vero. & sic loquitur secundum iura noua: licet arg. sit cõtra infra de quæstio. l. repeti. Quarto, vt nõ possit bis produci, etiã ante aperturam: vt arg. C. e. l. fi. §. finaut. Ioã. & secundum hoc dic reum, id est accusatum vel conuentum primo, tertio, & quarto: sed in secundo dic, id est malum, vt à iudice vocatus aliquid immutet. Accursius.

a Hoc est vt eorum in eadẽ causa, aliàs secus: vt extra eo. cap. veniẽs. Bartolus.

† Bu. hic legit, produci testis nõ potest in reũ, qui ante in eum testimonium dixit.

† Vide Exas. Chil. 2. Cent. 3. pro. 6.

† Concor. quod notatur in cauone, statuendum est. 2. q. 6.

b *Testes. Non placuit.* qui sunt domestici testes, colligitur. C. de his q ad Eccle. confu. l. fin. §. fane. &. C. de quæstio. l. pridem. & infra de pœnis l. respiciẽdum. §. furta. Azo. & isti nõ debent admitti: vt hic, &. C. e. l. etiam. Accursius.

Mandatis.] *CASVS.* Habeo cõtra Titium causam: nõ potero aduocatũ meũ producere in testẽ: itẽ neque procuratorẽ vel tutorem qui negotium meũ perduxit ad finẽ. Viuianus.

c *Præstiterunt.* id est præstare cœperũt eundo corã iudice. aliàs si præstitisset vsque ad finem causæ: ad quid præstaret testimonium? certe ad nihil. Quid si nondum præstiterunt, tamẽ patrocinium cœperunt præstare conueniendo de salario, vel paratus erat præstare? Respõ. bene debet admitti etiam ad postulationẽ suæ partis, cũ hæc lex nõ repellat eũ. aliud est enim in eo q præstitit patrocinũ, q̃ in eo qui nõ præstitit: quia ille more corrupti testis notã euadere non potest: vt. C. de assess. l. fi. in fi. Itẽ quid si præstitit, & altera pars contra quã præstitit, postulet cũ in testẽ? Respõ. eũ cogẽdũ: qa qd dicit hic, nõ dicit nisi respectu suę partis, id est ne postulãte sua parte audiãtur, scilicet prędicta ratiõe, ne more &c. hic autẽ cessat ille timor, & illa ratio: quia & illa generalis habet locum, quæ est. C. de leg. & con. l. quod fauore. & sunt hæc vera maxime si non sumpsit aduocationem, ne cogeretur ad testimoniũ: vel si ei ante aduocationem vel postea incontinẽti sit denuntiatum ne aduocet: vt arg. infra ad. l. Iul. de adul. qui vxori. & infra quod vi aut clam. l. j. §. sed & Aristo.

d *In executoribus.* id est apparitorib⁹ negotiorũ, secũdũ quosdã. sed Io. dicit executores scilicet syndicos, tutores, & curatores, & similes: cũ vt dñi de calũnia iurẽt i causa. In procuratore cõtra, q̃ possit esse testis, cũ nõ iuret: arg. ĩ auth. eo. §. quoniã vero. & de fi. ĩstru. §. si vero. aliud in iudicib⁹, q modo horũ negotiorũ nõ sunt iudices: vt. ĩ. e. l. ob carmẽ. §. j. & facit. ij. q. vj. c. statuẽdũ. Ac.

DE IVRIS ET FACTI IGNORANTIA.

Quia in pœnis & factis & in causis sæpe prætenditur error tam iuris quam facti, ideo de eo ponit. & not. quòd quatuor sunt quæ videntur idem, sunt tamen diuersa, scilicet ignorantia, nescientia, error, & titubatio. Primum sumitur in mala parte, qui scilicet debet scire, & ignorat.

b Pro glo. vnde dicitur, qui ignorat, ignorare dicitur. b *nescire in bona & in mala. nã cæcus & est omnis ignorans nescit: sed non conuertitur. sic enim hæc duo verba copulantur. C. per quas perso. nos. acquir. l. si duo. error autem est, cum aliud*

signatores præbere, quo facilius negotia explicentur, & probatio rerum salua sit.

XXIII. IDEM libro primo de Iudiciis Publicis.

PRoduci a † testis is non potest, qui antè in eum reum testimonium dixit.

XXIIII. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

TEstes eos quos accusator de domo † produxerit, interrogari non placuit. b

XXV. ARCADIVS, qui & Charisius, libro singulari de Testibus.

MAndatis † cauetur, vt præsides attendant, ne patroni in causa cui patrocinium præstiterunt, c testimonium dicant. quod & in executoribus d negotiorum obseruandum est.

DE IVRIS ET FACTI ignorantia.

TITVLVS VI.

1. PAVLVS libro quadragesimoquarto ad Edictum.

IGnorantia, vel facti vel iuris est. Nã si quis nesciat decessisse eum, cuius bonorum possessio defertur, nõ cedit e ei tempus. Sed si sciat quidem defunctum esse cognatum, nesciat autem proximitatis nomine bonorum possessionem sibi deferri: aut se sciat scriptum heredem, nesciat autem quòd scriptis heredibus bonorum possessionem prætor promittit, cedit ei tempus: quia in iure errat. Idem est si frater cõsanguineus defuncti credat matrẽ potiorẽ esse. f Si quis nesciat se cognatũ esse, interdũ in iure, interdũ in facto errat. nam si & liberũ se esse, & ex quibus natus sit sciat, g iura autẽ cognationis h habere se nesciat: in iure errat. At si quis fortè expositus, quorum parentium esset ignoret, fortasse & seruiat alicui, putans se seruum esse: in facto magis quàm in iure errat. i Item si quis sciat quidem alij delatam esse bonorum possessionẽ, nesciat autem ei tempus præteriisse bonorum possessionis: in facto errat. Idem est si putet eum bonorũ possessionem accepisse. k sed si sciat eum non petisse, tempúsque ei præteriisse, l ignoret autem sibi ex successorio m capite competere bonorũ possessionem: cedet ei tẽpus, quia in iure errat. Idem dicemus n si ex asse heres institutus, non putet se bonorum possessionẽ petere posse ante apertas o tabulas. quòd si nesciat esse tabulas, p in facto errat.

A est quàm credam. Quòd autem aliud sit errare quàm ignorare, patet ex eo quod dicitur, si potest possessio acquiri ignoranti, ergo erranti: vt infra de acqui. poss. l. si me in vacuum. §. primo. titubatio vero cũ hunc inde, non duo diuersa vel contraria scire videar: nec alicui eorum magis animum meum applico: vt. C. de condic. inde. l. fin. licet autem in aliis sit differentia inter prædicta quatuor, tamen quantum ad hunc tractatum non est differentia: nam omnia ad factum & ad ius referuntur.

Ignorantia.] *CASVS.* Diuidit ignorantiam: quia alia facti: & hæc excusat, id est non nocet. alia iuris: & hæc nõ excusat, id est hæc nocet. de primo datẽ exẽplũ: Decesserit agnatus me⁹. vsq; ad. c. dies debeo petere bono. poss. certe si ignoro factũ, id est eũ esse mortuũ: nõ currũt mihi. c. dies. Secundo dicit tria: vt ecce retẽto eodem casu, scio mortuum, sed nescio quòd lex deferat agnatis. certe currunt. c. dies. vel scio factum, scilicet me scriptum: sed nescio quòd scriptis heredibus detur secundum tabulas vsque ad. c. dies. certe cedit tempus. Idem in tertio: quia credo matrẽ vel aliũ mihi præferri in hereditate fratris. [*Si quis.*] Plana sunt sex respõsa sequentia.

B

C

D

38. di. melior in cap. ideo. 37. di. vbi sunt sex malia vegla glo.

e *Non cedit.* vt &. C. qui admit. ad bo. pos. l. bonorum.

f *Potiorem esse.* loquitur secundum sua tempora: vt insti. ad Tertul. §. j. Sed hodie nouo iure nõ erraret: quia omnibus ex latere venientibus præponitur, exceptis fratribus ex vtroque parente coniunctis, qui cum ea admittuntur: vt in auth. de here. ab intesta. §. consequens. & in aut. vt fra. filij. §. j.

g *Natus sit sciat.* & ex quibus alius sit natus: vt puta scio patrem tuum fuisse fratrẽ patris mei: sed puto non ideo te fuisse cognatum: & sic de cæteris. Azo.

h *Cognationis.* id est cognationem: & per consequens ius succedendi: vt differat à. ij. respon. huius. l.

i *Errat.* ergo cum quæritur, an mea sit res: interdum de facto, interdum de iure quæritur. Accursius.

k *Accepisse.* cum repudiauit. Azo.

l *Præteriisse.* scilicet sciat.

m *Successorio.* quod habet locũ quãdoq; de capite ĩ caput, vt cognati post agnatos: vt. j. fi tab. testa. nul. ex. l. j. Itẽ cadẽ persona sibi succedit de capite in caput: vt qui excluſus est ab vnde liberi, idẽ admittatur ad vnde agnati: & si in hoc deficiat, admittatur ad vnde cognati: vt. j. de succes. edic. l. j. §. sed videdum. tertio modo de gradu in gradum: vt primo filius, secundo nepos, & similiter de aliis ordinibus: vt infra de succes. edic. l. j. §. quibus.

n *Dicemus.* scilicet vt currat ei tempus.

o *Ante apertas.* not. institutũ posse adire ante apertas tabulas, si modo in solidũ sit institutus: aliàs secus, nisi sit filius in potestate: vt hic, &. C. de cadu. tol. §. cum igitur. &. C. de iure deli. si fratris. sed cõstat hodie etiam ex parte institutum posse ante apertas tabulas adire, per. d. l. C. de cadu. tol. §. in nouissimo. Accur.

p *Nesciat esse tabulas.* in quibus sit institutus. hac ergo prima lege colligitur hæc diuisio, ignorantia alia iuris, alia facti: vt plene dices infra eo. l. regula. Accursius.

In omni parte.] *CASVS.* Proponit regulã q̃ error facti excusat, iuris nõ. est ratio: quia ius finitũ habet prĩcipiũ, scilicet institutiones:

ſtitutiones:& finẽ, ſcilicet codicẽ: vt in præmio Digeſt. ſed facta ſunt ſingula. & dat exẽpla, quę habes. ã. l. pxi. ĩ pri. vſq; ad finẽ. Vi.

a *In omni parte.* ſcilicet iuris: vt in contractu, vel quaſi: vel maleficio, vel quaſi: & pone exempla vt ſupra eod. l. j. & infra eo. l. iuris. &. l. error. &. l. regula. & vt ſit perpetuũ quod hic dicitur, dic loqui etiã in genere ſingulorum, & non ĩ ſingulis generũ. quãdoque enim ſimilẽ locum habent hi duo errores ad excuſandum: vt. ã. de iuriſ. om. iud. l. ſi quis id. §. doli. & infra de adul. ſi adulteriũ cũ inceſtu. §. j. vbi mulier excuſatur ab inceſtu errore iuris ciuilis, vel facti: vt. ĩ. de re mili. l. qui cum vno. §. fin. Itẽ vt ſimilis pœna imponatur: vt. C. vndevi. l. ſi quis in tantam. &. ã. ad legem Aquil. l. ſciẽtiam. §. qui cum aliter.

b *Eodẽ loco.* id eſt eodẽ effectu: quia magis eſt reprehẽſibilis error iuris, quàm facti: cũ ius finitum &c.

c *Ius finitum.* de iure in ſcriptis redacto hic loquitur, non de iuris æquitate: vt ſupra de legi. & ſe. con. l. non poſſunt. hoc autem ius principium habet & finem: vt inſtitu. in procœmio. §. igitur. in fi. Accurſius.

d *Interpretatio.* id eſt ſcientia: ſed interpretatio verbi eſt aperta eius ſignificatio, & ſic facit aperte id ſcire. Accurſius.

Plurimum.]*CASVS.* In alieno facto, itẽ in qualitate alterius facti probabiliter erro: nõ ſic in meo facto, vel mei facti ſeu negotij qualitate. vt ecce alienum factũ probabiliter ignoro, vt agnatũ meũ deceſſiſſe. Itẽ qualitatẽ alieni facti: vt deceſſit teſtatus, vel inteſtatus: & ſic neſcio petã ſecundũ tabul. vel ab inteſtato. interim ergo nõ currit tẽpus. c. dierũ in petẽda bo. poſ. quod aliàs cederet: vt. ã. l. j. &. C. qui admit. ad bo. poſ. l. quãdiu. In meo vero facto nõ eſt probabilis: vt quia ego fullo permutaui aliud palliũ pro alio: vt. ã. locati. item quæritur. §. ſi fullo. Item in qualitate rei meæ: vt ſi velim reſcindere venditiones quas feci, dicens q̃ neſciui qualitatem rei meæ: vt. C. de reſcin. ven. l. quiſquis. & ſic cauſa ponitur pro qualitate facti. Item quòd ſubiicit, de iure ſuo, vel de qualitate, id eſt ſui iuris, vel rei ſui iuris, vel facti ſui. & hoc in prima. Secundo dicit, q̃ etiam ſi in alieno facto, vel alterius rei qualitate erro: non iuſte erro in caſu, vt ſi emo ſeruũ alienum luminibus effoſſum, & credo cum ſanum: vt ſupra de contrahen. empt. ea quæ. Viuianus.

e *Cauſa.* cauſa appellatur ius, vt differat à facto. vel dic vtrũq; poni pro eodem, id eſt pro qualitate rei: quod poſtea vocat ius: vt. ã. de iureiur. l. fi. eſt ergo i alieno facto vel qualitate tolerabilis: ſed in ſuo nõ: vt hic, &. j. pro ſuo. l. fi. in fi. &. ã. ad Velleia. quãquam. & de loca. & cõdu. l. itẽ quæritur. §. ſi fullo. & de ac. emp. l. tenet. &. C. de reſcin. ven. l. quiſquis. &. ã. ad Macedo. l. fi. in caſu tolerat ignorantia ſui facti: vt in debito repetendo: vt. ã. de condic. inde. ſed & ſi me. &. j. de pact. do. l. inter ſocerum. §. j.

Error in alieno facto tolleratur &c.

f *Facto.* eſt factum alienum, vt infra pro ſuo. l. fi. Item ſuum: vt ſupra ad Velleia. quamquam. Item qualitas facti alieni: vt ſupra de ædil. edic. l. j. § cauſa ſui. &. C. de reſcin. ven. quiſquis. Item qualitas iuris alieni & ſui pendet ex primis duobus.

g *De iure.* vel de facto: vel qualitate rerum ſuarum: vt. d. l. quiſquis. C. de reſcin. ven. & ſupra de iureiur. l. fin. &. C. ſi contra ius vel vti. publi. l. ij. Accurſius.

h *Ignorat.* quod eſt in ſuo vel alieno, propter ignorãtiam facti.

i *Secuti hominũ.* * vt & infra eo. l. nec ſupina.

Securus, inquit Budæus, eſt diſſolutus ſine vlla cura, quam ſupinum iuriſconſulti vocare ſolent: id eſt ſocordem & deſidem.

Iuris ignorantiã.]*CASVS.* Duas ponit regulas. Prima, quòd iuris error nõ prodeſt vſucapere voleti: vt ſi emi à pupillo credens licere vendere. Secunda, quia facti prodeſt: vt quia credo vendentis eſſe, cum ſit aliena. Viuianus.

k *Iuris ignorantiã.* no. hãc regulam: & pone exemplum, vt quia qs credebat ſibi licere emere à pupillo ſine tutoris auctoritate: vt. ĩ. pro empto. l. ij. §. ſi à pupillo. &. j. de vſuca. l. nunquam. facti vero ignorantiã prodeſſe cõſtat: vt hic ſubiicit: vt ſi credidit dominum eſſe vendentẽ: vt in cõtrario caſu: vt ar. ĩ. eo. l. regula. §. qui ignorauit. melius, vt inſtit. de vſuca. in prin. Huic regulæ in

ff. Vetus:

II. NERATIVS libro quinto Membranarum.

IN omni parte [a] error in iure nõ eodẽ loco [b] quo facti ignorãtia haberi debebit, cũ ius finitũ [c] & poſsit eſſe, & debeat: facti interpretatio [d] plerumque etiã prudentiſsimos fallat.

III. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

PLurimũ intereſt vtrum quis de alterius cauſa [e] & facto [f] nõ ſciret, an de iure [g] ſuo ignorat. [h] Sed Caſsius ignorantiam Sabinum ita accipiendam exiſtimaſſe refert, non deperditi & nimium ſecuri [i] hominis.

III. IDEM libro tertiodecimo ad Sabinum.

IVris ignorãtiã [k] in vſucapionem negatur prodeſſe: facti verò ignorantiam prodeſſe conſtat.

V. TERENTIVS Clemens libro ſecundo ad legem Iuliã & Papiam.

INiquiſsimum videtur, [l] cuiquam ſcientiã alterius quàm ſuam nocere, vel ignorantiam alterius alij profuturam.

VI. VLPIANVS libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

NEc ſupina [m] † ignorãtia ſerenda eſt factum [n] ignorãtis, vt nec ſcrupuloſa [o] inquiſitio exigenda. Scientia enim hoc modo æſtimanda eſt, vt neque neglegentia craſſa, aut nimia ſecuritas ſatis expedita ſit, neque delatoria [p] curioſitas exigatur.

VII. PAPINIANVS libro nonodecimo Quæſtionum.

Plurimum.]*CASVS.* In alieno facto, itẽ in qualitate alterius facti probabiliter erro: nõ ſic in meo facto, vel mei facti ſeu negotij qualitate. vt ecce alienum factũ probabiliter ignoro, vt agnatũ meũ deceſſiſſe. Itẽ qualitatẽ alieni facti: vt deceſſit teſtatus, vel inteſtatus: & ſic neſcio petã ſecundũ tabul. vel ab inteſtato. interim ergo nõ currit tẽpus. c. dierũ in petẽda bo. poſ. quod aliàs cederet: vt. ã. l. j. &. C. qui admit. ad bo. poſ. l. quãdiu. In meo vero facto nõ eſt probabilis: vt quia ego fullo permutaui aliud palliũ pro alio: vt. ã. locati. item quæritur. §. ſi fullo. Item in qualitate rei meæ: vt ſi velim reſcindere venditiones quas feci, dicens q̃ neſciui qualitatem rei meæ: vt. C. de reſcin. ven. l. quiſquis. & ſic cauſa ponitur pro qualitate facti. Item quòd ſubiicit, de iure ſuo, vel de qualitate, id eſt ſui iuris, vel rei ſui iuris, vel facti ſui. & hoc in prima. Secundo dicit, q̃ etiam ſi in alieno facto, vel alterius rei qualitate erro: non iuſte erro in caſu, vt ſi emo ſeruũ alienum luminibus effoſſum, & credo cum ſanum: vt ſupra de contrahen. empt. ea quæ. Viuianus.

Iniquiſsimũ videtur.]*CASVS.* Procurator meus mandato meo emit Stichum vitioſum ſeruum me ſciẽte vitium, ipſo procuratore neſciẽte. mea ſciẽtia ſibi nõ nocet quo minus redhibitoria agat: & ſua ignorantia mihi agere voleti nõ prodeſt: vt ſupra de ædil. edict. l. cum mancipium. §. fin. Viuianus.

l *Iniquiſsimũ videtur.* pene exẽplũ vtriuſque. ã. de ædil. edic. l. cũ mancipiũ. §. vlt. primæ parti & ſecundæ huius regulæ ob. ſecundũ Ir. quia per quos nobis acquiritur, eorũ ſciẽtia nobis obeſt, & ignorãtia prodeſt: vt. ã. de cõtrahẽ. emp. l. in huiuſmodi. & de ædil. edic. l. cũ mãcipiũ. Sed reſpõ q̃ nõ alij, ſed nobiſcũ iidẽ videtur. Item ob. ſecũdæ parti. j. de li. cau. l. liberis. §. ſi duo. Sed illud cõtingit ex delicto eius q̃ ſe vẽdebat: vt. ã. de mino. ſi ex cauſa. §. Papi. Item ob. primæ parti: quia ſciẽtia vẽditoris nocet emptori rei mobilis ad vſuca. vt. j. de do. excep. l. apud. § de auctoris. Sed reſpõ. ibi nõ tam ſciẽtia venditoris, quæ eſt vitiũ perſonale, quàm furti vitium, quod eſt reale, nocet: vt inſti. de vſuc. §. furtiuæ. aliud autẽ in immobilibus: vt inſti. de vſuca. §. quod autem. licet hodie idẽ quod in mobilibus: vt in auth. vt ſpõ. lar. §. ruſſus. coll. viij. Item ob. quia ſciẽtia teſtatoris obſtat heredi: vt inſtitu. de vſuca. §. diutina. Sed reſpon. eadem perſona eſſe videtur: vt in authen. de iureiuran. à mo. præ. §. j. col. v. Item ob. C. de epiſc. au. l. ſi legibus. Solu. vt ibi.

Nec ſupina.]*CASVS.* Emebam ſeruum vitioſum: poſtea volo agere redhibitoria, vel quanto minoris. refert an fuerit vitiũ apparẽs: vt qa oculi erãt effoſſi: & ſic nõ poſſum: quia ſupinè ignorauí. an erat luſcus: qa videbat videre: ita habebat pulchros oculos, ſed non videbat. & tunc agere poſſum. Viuianus.

m *Nec ſupina.* exemplum ſupra de contrahen. empt. l. ea quæ. & infra. e. l. regula. §. ſed facti. Accurſius.

n *Factum.* ſcilicet alienum. Accurſius.

o *Scrupuloſa.* immo quandoque: vt. ã. de in rem ver. l. iij. §. penul. ibi, curioſus ergo &c. Sed ibi ideo, quia alium ex alterius facto in ſolidum obligare voluit: vt ſupra de exer. l. fin. Accurſius.

p *Delatoria.* id eſt ea maxima diligẽtia quam hi habẽt qui ſoliciti ſunt ſemper inquirere de bonis vacãtibus, vt ea poſsint deferre in fiſcum. Not. ergo ex hac. l. mediũ tenendum: * vt ſupra ſi quis cau. l. ij § antepe. & ſupra de inſtito. l. ſed & ſi. §. proſcriptum. & ſupra man. l. ſi fideiuſſor. § ſi cum debitor. in fi.

Iuris ignorantia.]*CASVS.* Emi à pupillo credens ei licere vendere: & ſic erro in iure: non poſſum vſucapere: vt ſupra. e. l. iuris. Secundo, ſoluo indebitum credẽs me teneri ex inutili cõtractu. repeto condic. indebiti. Viuianus.

* *Concor. cũ hac. l. gl. ſuper verb. de facto. in fi. in ca. ab ea cõmunicato. extra de reſcrip.*

† *Concor. cũ vt infra pro dona. l. ſi vir vxori. Sed reſpõderi poteſt, q̃ vxor conſiderato genere erabat in iure. putabat enĩ omnẽ donationẽ inter virum & vxorem valere: ſed conſiderata ſpecie illi⁹ donationis, nõ errabat in iure. erat enĩ res aliena quę donabatur à viro: quæ, qa donator nõ fit pauperior, nõ reuocatur: vt infra de don. inter vi. & vxo. l. ſed ſi cõſtante. &. l. ſi ſpõſus. §. ſi quis rogatus. Sed in ſecũda parte videtur derogari. nec enim cuiuslibet facti ignorantia prodeſſet: vt ſi puto rẽ nõ eſſe furtiuã quæ eſt: vt inſti. de vſuca. §. quod autẽ. Sed reſponderi poteſt illud ideo contingere, quia lex inhibet vſucapionem: vt infra de vſuca. l. vbi lex. & not. q̃ hæc lex eſt filia illius infra eo. iuris.*

Concor. c. 1. extra de eſſ. cuſto. & c. quæreuti. de eſſi. dele. vnde verſus: Maior enim mediũ gratia reb⁹ ineſt.

a *Iuris ignorantia.* exemplũ primæ partis ſume vt.j.de vſuca.l. nunquam.exemplũ ſecundæ ſume in indebito ſoluto per errorem iuris:vt ex ſtipulatu inter abſentes:vt differat à l.ſeq.primę enim parti ob.ecce enim bo.fi.poſ.hereditatis is eſſe videtur,qui errat in iure:& ſic non tenetur niſi in quantũ locupletior eſt:cũ malæ fidei teneaſ etiá in eo in quo nõ eſt locupletior:vt.ĩ. de peti. here l.ſed & ſi.§.ſcire. &.l.item veniunt. §.cũ autem. Sed reſponderi poteſt ibi non prodeſſe in acquirẽdo, ſed in non perdendo: vtpote cum teneatur reddere in quo locupletat' eſt. ratione autẽ eius í quo nõ eſt locupletior,nõ dicitur ꝓdeſſe í acquirẽdo:ſed in nõ ꝓdẽdo.Itẽ í ſecũda parte regulæ videſ derogari circa præſcriptiões quæ ſunt iductæ ad rigoré cõſeruãdũ. ecce enim ſi neſciés mihi obſtare præſcriptionẽ.xxx.an.vel.x.vel.xx. vel triẽnij, tacui his ſpatiis in repetendo rem meam:poſtea nõ admittar,etiã ſi ignorantiam iuris prætendam:vt.C.de præſcrip.xxx.an.l.ſicut.&.C. de præſcrip.long.temp.l.fi.vel ſi diſtuli facere inuentariũ:vt.C. de iure delib.l.fi.§.fin.ſed in his videor velle:vt.j.de verb.ſig.l. alienationis.vel ſi per biennium diſtuli ſoluere debitum canonem:vt.C.de ſacroſan.eccle.auth.qui rem. Idem eſt ſi rẽ meam quam alius poſſidet,puto mihi licere auferre. nam nihilominus punior:vt inſti.vi bo.rap.§. j.& idem quando contra præcepta legum quis comparat. nec enim prætextu ignorantiæ effugiet pœnas:vt ſi emit rem Eccleſiaſticam illicite,vel aſſcriptitios ſine terra:vt.C.de ſacroſanct.eccl.authen. qui res.& infra de agri.& cenſi.l.quemadmodum.atque in his eſt delictũ,non ſolum iuris ignorantia:ſicuti fuit ſupra in inuadente.Accurſius.

Error facti.] CASVS.Si errore facti credẽs me debere, puta cũ ſeruo meo promiſſum eſt, qui non erat ſoluẽdo,repeto condic.indebi.Item in compendiis nõ nocet,vt ſi ignoraui deceſiſſe agnatum meũ:vt ſupra.l.j.vel quia credo rem quã emo, eſſe vendentis: vt ſupra. l.iuris.§. facti.& hoc in maſculis, non tantum in fœminis.Secundo dicit,quòd error iuris non prodeſt in lucris ſeu compẽdiis:vt ſi ſcio deceſiſſe agnatum: ſed neſcio iure agnationis deferri bo.poſ.Tertio,quòd iuris error nõ nocet in damno vitando: vt in eo qui ſoluit indebitum per erroré iuris,repetit:vt.l.iuris.§.ſuum vero. Viuianus.

b *In damnũ.* pone in indebito,vt ſupra.l.proxi.de compendiis dic vt ſupra.l.j.Accurſius.

c *Obeſt.* ſcilicet negotio integro:vt.C.eo.l.error.

d *Prodeſt.* vt ſupra.l.proxi.

e *Non nocet.* huic fini derogatur in eo quod dicitur, libertum temere vocantem patronum in ius,teneri in quinquaginta ſolidis:nec poſſe prætendere ignorantiam iuris vt euitet pœnam: vt.C.de in ius vo.l.ij Solu.Quidã diſtinguunt an ignoret leges veteres,quod licet.an nouas cõſtitutiones,quod non licet:quia ſunt dicta imperatorum:vt.C.eo.l.conſtitutiones.hoc nõ valet: vt.C.de leg.& con.l.leges.Dic ergo quòd in hoc caſu eſt error quaſi naturalis iuris,quo tenemur ad benefaciendũ benefacientibus nobis:vt plene dices infra eo.l.proxi.Item hic extra iudicium:in iudicio ſecus:vt.l.non fatetur.ĩ.de confeſ.Accur.

Regula.] CASVS. Duo continentur in hac regula:& da exempſa ſupra.e.l.j.in prin.Secundo dicit videndũ vt habet locum,ſcilicet iſta in vtroq; ſuo dicto,quod dicet in. §. ſed facti.vſque in finem.ſed quædã præmittit:quæ plana ſunt.[*SED FACTI.*] Dixi in proxi.l.ignorantiam facti non nocere:ſed hoc niſi ſit ſupina: vt ecce proſcripſi ante ſtationem ne aliquis cõtrahat cum ſeruo meo Ianuario qui in ea ſtabat,& literis claris,vt omnes ſcirent legere. tu contraxiſti cum eo: ex quo contractu vis conuenire me inſtitoria:non potes. [*SED IVRIS.*] Dixi in prima.l.iuris ignor.nocere:hoc intellige ſi ipſe q ignorauit,erat peritus,vel iuris peritorum habeat copiam: aliàs non nocet.hæc autem diſtinctio,potuit alios conſulere, vel non,raro habet locum:quia tunc tantum habet locum quando lucrum quæritur:puta quia ignorabam iure agnationis deferri boñ.poſ. non autem de damno quæritur:quia tunc indiſtincte non habet hæc diſtinctio locum:quia indiſtincte non nocet. [*SI QVIS IVS IGNORANS.*]Si heres cum poſſet vti Falcidia,detrahenda de legatis non deduxit: quæritur an poſſit repetere per cõdic.indebi.& ſi quidem errore iuris,quia nõ credebat ſibi licere,& non repetit.aut facꝺ. vt quia plus credebat eſſe in bonis:& tunc repetit.Ex prædictis colligitur ſolutio talis quæſtionis de facto. Teſtator legauit reipu.c.in opus aquæductus. ho-

A res ſoluit totum: an poſſit repetere quod vltra eſt ſolutũ quàm per.l.Fal.licuiſſet?& dicit quòd aut ſciés totum in aquæductum impendit:& tunc non poſſit repetere:tum quia ſciens:tũm quid in fauorabilem rem impenſum eſt:quia reſpub. nõ debet de ſuo facere, quod alius de ſuo voluit fieri. Si vero ignorans: aut factum, & poteſt petere: aut ius, & non poteſt. Tertiò quærit, an hæc eadem habeant locum & ſi priuato ſit legatũ. & dicit idem.Item & ſi non in opus aliquod, & ſic generalis eſt prędicta diſtinctio. hoc autẽ probat per duo generalia,cum verba cõſtitutionis imperatoris

2 IVris ignorãtia [a] nõ prodeſt adquirere volentibus: ſuum verò petentibus non nocet.

VIII. IDEM libro primo Definitionum.

ERror facti ne maribus quidem in damnis [b] vel cõpendiis obeſt: [c] iuris autem error nec fœminis in cõpendiis prodeſt. [d] Cæterùm omnibus iuris error in damnis amittendæ rei ſuæ non nocet. [e]

IX. PAVLVS libro ſingulari de iuris & facti ignorantia.

REgula eſt, [f] iuris [g] quidem ignorãtiam cuique nocere: cuius verba pro parte retulit ſupra eadem.l.§.j.quia verba ſunt generalia:ita regula quæ ſequitur,eſt generalis.Viuianus.

B f *Regula eſt.* dic quòd ignorantia alia facti:alia iuris: & facti, alia probabilis:alia non probabilis.Item iuris,alia iuris naturalis,alia quaſi naturalis,alia ciuilis iuris.de prima, ſcilicet naturali,pone exemplum in filio qui credebat ſibi licere pulſare patrem:vel non procurare eum furioſum:vel captiuum non redimere:cum ipſe filius ſit maior octodecim annis, & ideo ei non parcitur quo minus exheredetur: vt in authen. vt cum de app. cog.§. cauſas. Item ſi putauit ſibi licere furtum facere: vt inſtitu.de ob. quæ ex deli.§. primo. Idem in alio delicto, quod iure naturali prohibetur admitti:vt in adulterio: vt infra ad legem Iuliam de adult.l.ſi adulterium.§. nonnũquam.in fine ibi, nam & mulieres in &c. ſecus autem ſi putem mihi licere rem meam auferre:quia magis in iure ciuili quàm naturali erratur. & ideo excuſor à pœna furti:vt inſtitu.vi bonorum raptorũ.§. quia tamen.non tamen excuſor à pœna conſtitutionis:vt.C.vnde vi.ſi quis in tantam. De ſecunda, ſcilicet quaſi naturalis iuris, pone exemplum in liberto & patrono:vt.C.de in ius vo.l.ij. Item in eo qui excuſat nauem contra principem,cui naturaliter reuerẽtiam debemus:vt.C.de ſacroſanct.eccl.l. iubemus. Item in matre,quæ prætextu ignorantiæ iuris non petiit tutores filiis ſuis, C nec excuſatur vt euitet pœnam:vt.C.qui petant tut.l.finali.quę pœna eſt vt non ſuccedat ei in pupillari ætate decedenti: vt.C. de leg.her.l.ſciãt.Item in eo qui mutuat filiofamilias,cum quaſi naturaliter debeat ſcire quòd poteſt facile pater à filio propter hoc occidi.nam propter hoc repetitio denegatur: vt.ĩ. ad Macedonia.l.prima.Itẽ in muliere quæ nubit intra tẽpus luctus. & de his duabus ignorantiis, ſcilicet iuris naturalis, vel quaſi, poteſt hic intelligi:& propriè ponuntur verba hic poſita. De tertia,ſcilicet iuris ciuilis,pone exemplum vt ſupra eodem. l. j. & in hoc tertio membro ſubdiſtingue: quia aut certat de damno vitando:& tunc non nocet:vt.ĩ. eod.iuris ignorantia. hoc tamẽ fallit in indebito: vbi per ignorantiam iuris ciuilis ſolutum, dummodo naturaliter debeatur,non repetitur: vt.C.ad legem Fal. error. nec ob.quod dicitur. C. eod. l.ſi poſt. quia ibi non tradidit,ſecundum R.& Pe. Vel loquitur ibi de ignorãtia facti: vt ſi.vij.ſigilla eſſe credebat.ſi autem de lucro certet,ſubdiſtingue:an potuit conſulere peritiores:vt tunc ei noceat,id eſt non proſit:vt hic.an non:vt tunc non noceat:vt infra eadem.l.§.ſed iuris.Facti autem ignorantia ſi eſt probabilis,vt in facto alieno: vt infra pro ſuo.l.fina.in fine. & prodeſt in compendiis,& non D nocet in damnis regulariter:vt hic,& ſupra eodem.l. error.&.l. in omni parte.& infra eadem.l.§.ſed facti.& hoc eſt quod dicitur.C.eodem.l.cum falſa.ſi profitear,ſubaudi extra iudiciũ,eſſe maternum quod erat paternum.non enim præiudicatur mihi in tali falſa demonſtratione, niſi tranſigam, vel deferam iuramentum:vt.C.eodem.ſi non.in iudicio autem facta confeſsio, ſcilicet quòd eſſet paternum,præiudicaret:vt infra de confeſſ.l.certum.non probabilis:vt in ſuo facto:vt ſupra ad Velleia. l. quãquam.niſi in caſu,vt ſupra de condict.inde.l. ſed ſi me putẽ. Itẽ non probabilis etiam in alieno facto,ſi eſt ſupinus: vt infra eodem.§.ſed facti.Fallunt autem prædicta quæ de errore diximus, in minoribus, fœminis,& militibus:vt ſubiicit hic. Item fallit ſi in iudicio erretur per errorem iuris. nam etiam in damnis nocet:vt infra de confeſſ.l.non fatetur. Item fallit vt error etiam facti noceat, ſi non eſt integrum negotium in quo eſt erratum extra ius:vt.C.eodem.l.error.niſi in caſu: vt ſupra quando act. de pecul.eſt an.l. quæſitum.& forte ideo, quia ibi erat cõmunis error,non ſpecialis errantis. vel prætendebat errorem ſuum, & ſcientiam vel dolum aduerſarij: vt ſupra de iud. l. ſi prætor. §. Marcellus.Accurſius.

Ignorantia multiplex.

g *Iuris.* pone exemplum de vtroque ſupra eo.l.j.

Poſſit.

facti vero ignorãtiam non nocere. Videamus igitur in quibus ſpeciebus locum habere poſsit, [a] antè præmiſſo, quòd minoribus vigintiquinque annis ius ignorare permiſſum eſt: quod & in fœminis in quibuſdam [b] cauſis propter ſexus infirmitatem dicitur. Et ideo ſicubi non eſt delictũ, [c] ſed iuris ignorantia: non læduntur. [d] Hac ratione [e] ſi minor vigintiquinque annis [f] filiofamilias crediderit: [g] ſubuenitur ei, vt non videatur filiofamilias credidiſſe. Si filiusfamilias miles à commilitone heres inſtitutus, neſciat ſibi etiam ſine patre licere adire, [h] per conſtitutiones principales ius ignorare [i] poteſt: & ideo ei dies additionis [k] non cedit. Sed facti [l] ignorantia ita demũ cuique non nocet, ſi non ei ſumma negligẽtia obiiciatur. Quid enim ſi omnes in ciuitate ſciant quod ille ſolus ignorat? [m] Et rectè Labeo definit ſcientiam neque curioſiſsimi, neque neglegentiſsimi hominis accipiendam: verùm eius qui eam rem diligẽter inquirendo, [n] notam habere poſsit. Sed iuris ignorantiam non prodeſſe [o] Labeo ita accipiendum exiſtimat, ſi iuriſconſulti copiam haberet, vel ſua prudentia inſtructus ſit: vt cui facile ſit ſcire, ei detrimento ſit iuris ignorãtia. quod rarò [p] accipiendum eſt. Qui ignorauit rei domiſtũ eſſe venditorem: plus in re [q] eſt, quàm in exiſtimatione mẽtis: & ideo tametſi [r] exiſtimet ſe non à domino emere, tamen ſi à domino ei tradatur, dominus efficitur.

Nota quòd ſi præfatio legis eſt generalis: licet lex ſit ſpecialis, generaliter intelligitur. Idem etiam ſi lex eſt ſpecialis, ratio tamen eſt generalis, quòd generaliter lex eſt intelligenda. Bartolus.

Si quis ius ignorãs, lege Falcidia vſus non ſit: nocere ei dicit epiſtula [s] diui Pij. Sed & imperatores Seuerus & Antoninus in hæc verba reſcripſerunt: Quod ex cauſa [t] fideicommiſſi indebitum datum eſt, ſi non per errorem [u] ſolutum eſt, repeti non poteſt. Quamobrem Cargiliani heredes, qui cum ex teſtamento eius pecuniam ad opus aquæductus reipublicæ Cirtenſium relictam ſoluerint, non ſolùm cautiones non exegerunt, (quæ interponi ſolent, vt quod amplius cepiſſent municipes, quàm per legem Falcidiam licuiſſet, redderent) verùm etiam ſtipulati ſunt, ne ea ſumma in alios vſus conuerteretur, & ſcientes prudentéſque paſsi ſunt eam pecuniam in opus aquæductus impendi: fruſtra poſtulant reddi ſibi à republica Cirtenſium, quaſi plus debito dederint: cum ſit vtrumque iniquum: pecuniam quæ ad opus aquæductus data eſt, repeti: & rempublicam ex corpore patrimonij ſui impendere, & in id opus, quod totum alienæ liberalitatis gloriam repræſentet. Quòd ſi ideo repetitionem eius pecuniæ habere credunt, quòd imperitia lapſi, legis Falcidiæ beneficio vſi non ſunt: ſciant ignorantiam facti, non iuris prodeſſe: nec ſtultis [x] † ſolere ſuccurri, ſed errantibus.

Exempla non arctant regulam. vide ſupra de legi. l. iura non in ſingulas. per Cynum & Bartolum in l. omnes populi. in. 6. principali. q. ver. item quæro ſi ſtatutum eſt prolatum in perſona vnius.

Et licet municipum [y] mentio in hac epiſtula fiat, tamen & in qualibet perſona idem obſeruabitur. Sed nec quòd in opere aquæductus relicta eſſe pecunia proponitur, in hunc ſolum caſum ceſſare repetitionem dicendum eſt. nam initium [z] conſtitutionis generale eſt. demonſtrat enim, ſi non per errorem ſolutũ ſit fideicõmiſſum: quod indebitum [a] fuit, non poſſe repeti. Item & illa pars æquè generalis eſt, vt qui iuris ignorantia legis Falcidiæ beneficio vſi nõ ſunt, [nec] poſsint repetere: vt ſecũdũ hoc poſsit dici, etiã ſi pecunia quæ per fideicommiſſum relicta eſt, quæque ſoluta eſt, non ad aliquid faciendum relicta ſit, & licet cõſumpta nõ ſit, ſed extet apud eum cui ſoluta eſt, ceſſare repetitionem.

a *Poſsit.* vtraque regula, ſed primę reſpon. infra. e. l. §. ſed facti. vſque in finẽ. li. & de mino. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.

b *Quibuſdã.* non ergo in omnibus. Sed qui ſunt hi ſpeciales caſus, vbi mulieri ſuccurritur? Reſpon. in deſerta accuſatione per errorem iuris: vt infra ad Turpill. l. j. §. accuſationẽ. & l. mulier. Item ſi non exhibeat inſtrumenta: vt Cod. de eden. l. j. §. finali. Item ſi aſſcripſit legatum: vt infra ad legem Corneliam de fal. l. diuus. §. quæri. Item ſi per incuriam vel negligentiam falſam monetam cudi patiatur in prędio ſuo: vt Cod. de falſa mone. l. j. §. j. Item ſi detulerit: vt infra de jure fiſci. l. ij. §. fina. Item ſi à locuplete debitore ad inopẽ ſe nouauerit: vt infra ſoluto matrimonio. l. ſi cũ doté. §. ſi mulier. Item ſi pro alio fideiubeat: vt ſupra qui ſatisdare cogantur. l. de die. §. minori. & hęc in damnis vltra mares: vt C. eodem. l. finali. in lucro autem dic vt ſupra eod. l. error. ij. reſpon. Accurſius.

c *Non eſt delictum.* vt in prædictis caſibus.

d *Lædantur.* ſcilicet mulieres in damnis, in lucris autem non prodeſt: vt ſupra. l. proxi. §. iuris autem.

e *Hac ratione.* non proximi, ſed ſuperioris dicti.

f *Vigintiquinque annis.* pone exemplum Codice ſi aduerſus ſolut. l. indebito. ſuccurritur ergo minori in contractu vel quaſi, & in maleficio vel quaſi, ſi errat in iure ciuili, nõ naturali vel quaſi: vel erretur in delicto. nam iuuatur, ſi modò delicta non proueniant ex animo: vt hic, & ſupra de minori. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.

g *Crediderit.* vt & ſupra ad Maced. l. ſi quis patrem. & de mino. verum. §. fina. Accurſius.

h *Adire.* iure prætorio ſecundum tabu. intra centum dies ſibi à lege conceſſos, vel inſtitutus ſi adierit intra annum.

i *Ignorare.* milites enim &c. vt C. de iur. delib. l. fin. in princip.

k *Additionis.* centum dierum iure prætorio, vel ciuili dic inſtitutũ ſi adierit intra annum.

l *Sed facti.* ſcilicet alieni.

m *Solus ignorat.* vtique non ſubuenitur ei. idem & ſi mulieri: vt ſupra de inſtit. l. ſed Dicit quòd non: quia nihil ſcire intelligitur. Viuianus.

n *Inquirendo.* etſi nõ diligenter inquiſierit. Ioan.

o *Non prodeſſe.* id eſt nocere. Azo. vel propriè, vt ſtatim dicit iuriſcon. vt & j. de bo. poſſ. l. in bonorum.

p *Raro.* id eſt raro eſt locus huic diſtinctioni, habuerit copiam iuriſconſulti, vel nõ: ſed in lucro tantum: in dãno autem quamuis iuriſconſulti copiam habeat, tamen ſibi ſubuenitur: vt. ij. eod. l. iuris ignorantia. & l. error. in fine. Accurſius.

q *Plus in re.* id eſt in veritate, quàm in opinione: vt inſtitu. de lega. §. ſi quis rem. Et argu. ij. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. ſi quis quaſi. & facit infra de fal. l. impuberem. §. j. & de adquirẽ. rerum dominio. l. liber homo.

r *Tametſi.* i. quamuis.

ſ *Epiſtula.* & lex Codicis: vt C. ad. l. Fal. error. Accurſius.

t *Ex cauſa.* hæc verba ſunt generalia. Acc.

u *Per errorem.* ſcilicet facti probabilis: vt. d. l. error. Accurſius.

x *Nec ſtultis.* No. ſtultis non ſuccurritur: vt infra quod vi aut clam. l. ſeruus. & appellat ſtultum, qui ius ignorat: vt arg. C. de leg. & conſti. l. leges ſaratiſsimæ. & facit. j. de admini. tu to. impuberi. Accur.

† *Hac verba ponũtur in. c. ex pre. in glo. mercuriali. extra de confuetudi.*

Ignorantia, ſtultus dicitur.

y *Et licet municipum.* modo incipit commẽdare epiſtolam, & licet &c. quæ hucuſque durat.

z *Nam initium.* Not. quòd ſi initium eſt generale, & tota lex generalis eſt. ſic & infra de aur. & ar. le. l. ſpecies. argu. contra infra de lib. le. l. Aurelius. §. Sticho. genus eſt ibi, quod ex cauſa fideicõmiſſi indebitum datũ eſt, ſi non per errorem ſolutum eſt, repeti nõ poteſt. ſed poſtea ibi, quam ob rem &c. dicit in ſpecie.

Tota lex generalis eſt, ſi initiũ ſit generale.

a *Indebitum.* ſcilicet ciuiliter. Accurſius.

IMPUBERES.] CASVS. Si in prædio pupilli cudatus falſa monera, aut exerceatur: an ſciens perdat prædiũ

z *Nihil poſſe.* de facto.
b *Scire.* de iure. Accurſius.
c *Intelleguntur.* in ſui præiudicium: vt C. de fal. mo. l. j. §. impuberes. & arg. ſupra ad Maced. l. ſi quis patrẽ. in fine & infra quod fal. tu. auct. l. pupilli. & j. de iureiu. l. qui iuraſſe. hoc autem intelligi poteſt de nõ proximo pubertati, & de eo qui non eſt doli capax: alioquin cũ dolũ cõmittat, ſcire dicetur de iure, & de facto. Accurſius Florentinus.

DE SPONSALIBUS.

Diximus de contractibus rerum, nunc de contractibus perſonarum, id eſt nuptiis. ſed quia ſponſalia præcedunt, ideo de his præmittit.

†De iure & more veterum ſpõſationũ Cell. lib. 4. ca. 4. & Boeth. in Top.

Ponſalia. ſed an ſine ſpõſali b poſſint eſſe nuptię? Reſpõ. vtiq;, ſi ponas aliquam ductã in domũ, & in eadẽ domo contractum matrimoniũ. Azo. Vel etiã in domo mulieris per verba de præſenti. Acc.

c *Ponſalia. Stipulari.* Stipulatio poteſt interuenire, ſed nõ eſt neceſſaria, qa & inter abſentes cõtrahuntur: vt infra eod. l. iiij. & ſi. Vel dic eſſe ſpeciale in ea, vt inter abſentes contrahatur. aliàs autẽ cõtra: vt inſtit. de inut. ſtipu. §. itẽ verborũ. ex hoc tamẽ ſtipulatione nõ reperio agi. Sed cur non agatur ad intereſſe ſi fœmina diues eſt, cum ſit rei honeſtę ſtipulatio? Argum. cõtra infra de verborũ obliga. l. Titia. & quarum re. ac. non da. l. j. §. quęro. Accurſius.

f *Sufficit nudus.* à ſtipulatione, non à verbis: vt. §. l. j. Accur.

g *Conſenſus.* vt &. j. e. l. fi. & l. ſponſalia. & l. in ſponſalibus. Accur.

h *Conſtat.* an idem in matrimonio, quod inter abſentes contrahatur? Videtur quòd ſic: vt. j. titu. j. l. denique. quia ſolo conſenſu cõtrahitur, nõ verbis: vt infra de iure dotiũ. l. mutus. & infra de reg. iur. l. nuptias. vnde videtur etiam inter abſentes poſſe cõtrahi, & in diem, & ſub conditione: vt. j. de act. & oblig. l. conſenſu. & inſtitu. de contrahen. emptio. §. emptio. Sed econtra videtur, cum matrimoniũ ſit actus legitimus, & de iure cano. introductus, videtur non fieri inter abſentes, vel in dié, vel ſub cõditione. nam & emancipatio ſolo conſenſu fit, non tamen in diem, vel ſub cõditione: vt infra de reg. iur. Actus. ſed ibi de certis actibus dicit. Item pro hoc eſt quod legitur ſupra de adopt. l. neque abſens. Accurſius. *ADDITIO.* Tu dic quòd matrimoniũ poteſt contrahi per procuratorem, & fundatur in perſona domini: vt extra de procur. c. fin. §. j. lib. vj. Sed an poſſit contrahi ſub cõditione: dic vt not. extra de condi. appo. ca. fin.

i *Abſentem.* per nuntium, vel literas: vt. j. e. l. fin. Accurſius.

k *Poſſe.* vt infra eod. l. in ſponſalibus. Sed quid ſi pœnitet abſentem antequam abſens cõſentiat? Argum. quòd non ſunt ſpõſalia: vt ſupra de iureiu. l. non erit. in fine. & j. de acqui. poſſ. l. abſenti. Sed argu. contra. j. de adquiren. hered. l. ſi quis mihi bona. §. fin. & l. qui ſeruum. & C. de repu. l. licet. & j. de aqua plu. arcenda. l. in diem. Accurſius.

l *Puella. Spem.* nec matrimonium: vt C. de nup. l. in copulãdis. nec procuratorem: vt C. de procu. l. neq; nec repudiare bonorũ poſſeſſionem: vt. j. de ſuc. edi. l. j. §. tutor. Et ſic no. quòd non eſt ſimilis poteſtas tutoris, patriæ poteſtati. pater enim diſſoluit: vt infra eodem. l. in poteſtate. Accurſius.

Tutoris poteſtas, à patria poteſtate differt.

m *In ſponſalibus. Teſtatio.* id eſt in ſcriptis ſponſalia. Azo.

n *Spondeat.* vt C. de nupt. l. neque ſine.

o *Deſideratur.* vt eorum quorũ in poteſtate eſt: vt infra titu. j. l. ij. & C. de nupt. l. ſi vt proponis.

p *Niſi euidenter.* Not. intelligi cõſentire, niſi cõtradicat ex quo ſcit: vt argumen. infra ſoluto mat. l. ij. §. voluntatem. Sed argu. contra. j. de fur. l. qui vas. §. qui ex volũtate. Accurſius. *ADDITIO.* Dic ꝙ hic eſt fauor matrimonij, & ꝓpter coniunctionem perſonarum: argum. l. ſi ſeruus. infra de dona. inter virũ & vxo. Item quia cõtradicẽdo poſſet impedire, arg. eius quod no. in. l. Gaius. ſupra de pigne. act. ſecũdum Bartolum.

Sciens non cõtradicere conſentire videtur.

q *Fvror. Impedimento.* vt & venditioni: vt C. de cõtrahen. empt. l. ij.

r *Non infirmat.* ſicut nec videtur matrimoniũ: vt &. j. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. patre. & infra titu. j. l. oratione. §. fin.

ſ *Qvæſitum. Collata.* id eſt de facto celebratæ quantum ad ipſorum votum, quia duxit eam in domum.

t *Præceſſerint.* antequam fieret ductio in domum.

u *Nupta.* ſcilicet de facto tantum.

x *Facta* licet enim conſenſerit ductioni non tamen ideo conſenſit nuptiis contrahendis. & conſentire poteſt in cõcubinam.

y *In poteſtate. Poteſt.* vt infra de repu. l. ij. in fine. ſed nuptias nõ: vt C. de repu. l. diſſentiẽtis. & ſupra de don. inter vi. & vxo. l. cum

a *Imò, inquit Bal. hic, collata nuptiæ dicũtur diſſolui reſilęndo.*

---

z. PAPINIANVS libro ſexto Reſponſorum.

IMpuberes ſine tutore agentes, nihil a poſſe ſcire b intelleguntur. c

Digeſtorũ

ſeu Pandectarum liber viceſimustertius.

DE SPONSALIBVS. †

TITVLVS I.

Sponſalia fiunt per verba de futuro, & à ſpondeo dicuntur, à quo etiam deſcendit appellatio ſpõſi. h. d. cum duabus legibus ſequentibus. Baldus.

I. FLORENTINVS libro tertio Inſtitutionum.

Ponſalia d ſunt mentio & repromiſsio nuptiarum futurarum.

II. VLPIANVS libro Singulari de Sponſalibus.

SPonſalia autem dicta ſunt à ſpondendo. nam moris fuit veteribus ſtipulari e & ſpõdere ſibi vxores futuras:

III. FLORENTINVS libro tertio Inſtitutionum.

VNde & ſponſi ſponſæque appellatio nata eſt.

Contrahuntur ſponſalia nudo conſenſu inter præſentes, vel inter abſentes per epiſtolam. h. d. cum l. ſequen. Bald.

IIII. VLPIANVS libro trigeſimoquinto ad Sabinum.

SVfficit nudus f cõſenſus g ad conſtituenda ſponſalia. Denique cõſtat h & abſenti abſentem i deſpõderi poſſe, k & hoc quotidie fieri.

V. POMPONIVS libro ſexto decimo ad Sabinum.

HAec ita, ſi ſcientibus his qui abſunt, ſponſalia fiant, aut ſi poſtea ratum habuerint.

Eius eſt diſſolvere, cuius eſt ligare. hoc dicit ipſa. l. nota. Bald.

VI. VLPIANVS libro trigeſimoſexto ad Sabinum.

SI puellæ tutores ad finienda ſponſalia nuntium miſerũt, nõ putarẽ ſuffecturum ad diſſoluendam nuptiarum ſpem l hunc nuntium, nõ magis quàm ſponſalia poſſe eos ſolos conſtituere: niſi fortè omnia iſta ex voluntate puellæ facta ſint.

Tantum valet id quod fit ſine ſcriptura, quantum id quod fit cum ſcriptura. Bald.

VII. PAVLVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

IN ſponſalibus nihil intereſt, vtrum teſtatio m interponatur, an aliquis ſine ſcriptura ſpõdeat. n In ſponſalibus etiam conſenſus eorum exigẽdus eſt, quorum in nuptiis deſideratur. o Intelligi tamẽ ſemp filiæ patrem conſentire, niſi euidenter p diſſentiat, Iulianus ſcribit.

Quædam impediunt faciendo, quæ non impediunt iam facta. ad id quod. l. ſi pater. ſupra de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

VIII. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

FVror quin ſponſalibus impedimento q ſit, plus quàm manifeſtũ eſt: ſed poſtea interueniẽs ſponſalia nõ infirmat. r

Per ductionem ad domum, ſponſalia non præſumuntur cõtracta: durant tamen ſi ante ductionem contracta fuerunt. Baldus.

IX. VLPIANVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

QVæſitum eſt apud Iulianũ, an ſponſalia ſint ante duodecimum annum, ſi fuerint nuptiæ collatæ. ſ Et ſemper Labeonis ſententiam probaui, exiſtimantis, ſi quidẽ præceſſerint t ſpõſalia, durare ea, quamuis in domo loco nuptæ u eſſe cœperit. Si verò non præceſſerint: hoc ipſo quòd in domum deducta eſt, non videri ſponſalia facta. x quam ſententiam Papinianus quoque probat.

Pater poteſt ſponſalia filiæ exiſtentis in poteſtate diſſolvere, ſecus ſi fuerit emancipata. h. d. cum l. ſeq. Baldus.

X. IDEM libro tertio Diſputationum.

IN poteſtate manente filia, pater ſponſo nuntium remittere poteſt, y & ſponſalia diſſoluere. Enimuero ſi emancipata eſt, non poteſt neque nuntium remittere, neq; quæ dotis cauſa data ſunt condicere. ipſa enim

cum hi.§.fi ſocer nurum. idem in matre,vt nõ faciat diuortium filiæ:vt C.de repu.l.filiæ.

a *Extinguet.* id eſt faciet vt non naſcatur.Accurſius.
b *Quæ.* ſcilicet condictio.
c *Non ſecuta.* id eſt ſi illa nolit nubere.Accurſius.
d *Conſenſuret.* pater.

e *Sponſalia, ſicut.* vt & ſ. eo.l.ſufficit.

f *Sed ea. Intelligitur.* vt & infra ſo. ma. l.dotem.Accurſius.

g *Eligat.* ergo ſi dignum eligat pater,contrahuntur ſponſalia ſine voluntate filiæ. ſecus tamen afferitur in filio: vt.j.l.proxi.lo.[a] tamen dicit idem in filia,quod in filio:vt nũquam conſiſtant ſponſalia ſine voluntate filiorum & filiarum.ſed tamen vbi dignum eligat pater,cõtrahit cauſam ingratitudinis,niſi cõſentiat: vt ſit in aliis cauſis:vt in auth. vt cũ de ap. cog.§. ſi alicui. col.viij.Item cõtra.C. de nup.l.viduę.vbi exigitur filiam cõſentire etiam,ſi dignum ſibi eligat pater:& eius voluntas præfertur. Reſpon. hoc loquitur de ea tantũ quæ eſt in poteſtate, ibi de emancipata. vel dic quòd de vtraque loquitur. hoc tamen non eſt verum, niſi ipſa ſibi dignum eligat:vt ibi.

a Iſtã opi. tenet Ioan. And. in c. 1. extra de deſpon. impub. ſecũdũ Baldum.

h *In ſponſalibus. Vt in matrimoniis.* id eſt talis vt ĩ matrimoniis: ſed alia,ſcilicet ſeptem annorum, vt ſubiicit. Vel nõ eſt definita, vt in ſpõſalibus variè in moribus & fœminis,vt in nuptiis. Vel aliter non eſſet definita ętas, vt ſolã ętatem dicã ſufficere, ſicut in nuptiis dico. nam ſi ſeptẽ annorum ſit,non ſufficit, niſi intelligat quod agatur.ſæpe enim accidit, vt non intelligant in ea ętate, ſed in. ix. annis tãtum, vel.x.ſed ſola ętas. xij. annorũ vel. xiiij. ſufficit. tunc enim bene intelligũr, niſi ſint furioſi, ſecundum Azo.

† *Quę ętas matrimoniis definiẽda, Plato dialog. 6. de legib. circa finem.*

In. 12. & 14. an. intelligere quis dicitur.

i *Vtor. Suam.* ſcilicet adultam.

k *Poteſt.* vt & C. de inter. ma. l.ſi tutor. & infra tit.j.l.ſenatuſcõſulto.& l.ſi quis tutor. § quãuis.Accurſius.

l *Oratio. Supplea-tur.* Not.ſupplere vbi deficit lex:vt ſupra de teſti. l.quæſitũ. Item not. ſi quid prohibetur,& id prohibetur, per quod peruenitur ad illud prohibitum: vt ſupra de pact. l.quod dictum.& infra de fideiuſſ.l.cum lex.& C.de na.li.l.legem. in fin. & C.de vſur.l.eos.in fin.& C.de vſur.rei iudi. l.ſi.in fi. & ſupra de peti. hered. ſed & ſi lege.§. item ſi rem. & ã. de mino. l.iij §. vtrum. Sed argu contra infra titu.j.l.ſi quis officij.Sed ibi eſt ſpes quòd erit matrimonium, licet hodie eſſe non poſſit. Item argu. contra ſupra de iud.ſed & ſi ſuſceperit.§.fina.& ſic econtra not. ſupra de iur.om.iud.l.ij.

filia nubendo efficiet dotem eſſe,condictionemq; extinguet,[a] quæ[b] cauſa nõ ſecuta[c] naſci poterit, niſi fortè quis proponat ita dotem patrem pro emancipata filia dediſſe, vt ſi nuptiis non conſentiret:[d] vel contractis vel non contractis repeteret quæ dederat. tunc enim habebit repetitionem.

Sponſalia conſenſu filia contrahuntur: quæ filia patri conſentire debet, licet contradicere poſſet, ſi haberet iuſtam cauſam cõtradicendi.h.d.iſta.l.cum.d.ſeq.Bald.

XII. VLPIANVS libro ſexto-decimo Digeſtorum.

SPõſalia,ſicut[e] nuptiæ,cõſenſu contrahentiũ fiũt: & ideo ſicut nuptiis ita ſponſalibus filiamfamilias cõſentire oportet.

XIII. VLPIANVS libro Singulari de Sponſalibus.

SEd quæ patris voluntati nõ repugat, conſentire intellegitur.[f] Tunc autem ſolum diſſentiendi à patre licentia filiæ conceditur, ſi indignum moribus,vel turpem ſponſum ei pater eligat.[g]

XIIII. PAVLVS libro quinto ad Edictum.

FIlioſamilias diſſentiente,ſpõſalia nomine eius fieri non poſſunt.

XIIII. MODESTINVS libro quarto Differentiarum.

IN ſponſalibus contrahendis ætas † contrahentium definita non eſt, vt in matrimoniis.[h] Quapropter & à primordio ætatis ſponſalia effici poſſunt, ſi modò id fieri ab vtraq; perſona intellegatur:id eſt ſi non ſint minores,quàm ſeptem annis.

XV. IDEM libro Singulari de Enucleatis Caſibus.

TVtor factã pupillam ſuam[i] nec ipſe vxorẽ ducere, nec filio ſuo in matrimonio adiungere poteſt.[k] Scias tamẽ quod de nuptiis tractamus,& ad ſponſalia pertinere.

Cum aliquid prohibetur, videtur eſſe eo ipſo illud prohibitum, per quod peruenitur ad illud. Et quando aliquid permittitur, videtur eſſe omnia permiſſa per quæ peruenitur ad illud: vt.l.ad rem mobilem. & l.ad legatum. ſupra de procura. & l.2. ſupra de iuriſ.om.iudi. Baldus.

XVI. VLPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

ORatio imperatorum Antonini & Commodi, quæ quaſdam nuptias in perſonam ſenatorum inhibuit, de ſponſalibus nihil locuta eſt: rectè tamen dicitur, etiam ſponſalia in his caſibus ipſo iure nullius eſſe momenti, vt ſuppleatur[l] quod orationi deeſt.

Sponſus debet expectare ſponſam etiam vltra quadriennium, ſi iuſta & neceſſaria cauſa interueniat. Bartolus.

XVII. GAIVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

SAepe iuſtæ ac neceſſarię cauſæ non ſolũ annum vel biẽnium, ſed etiã triẽnium & quadriennium & vlterius trahũt[m] ſponſalia:veluti valetudo ſponſi, ſponſævę, vel mortes parentium, vel capitalia crimina, aut longiores peregrinationes,quę ex neceſſitate[n] fiunt.

Sponſalia poſſunt contrahi inter præſentes, vel abſentes, per nuntium, vel per epiſtolam. Baldus.

XVIII. VLPIANVS libro ſexto ad Edictum.

IN ſponſalibus † conſtituẽdis parui refert,per ſe & corã, an per internuntiũ,vel per epiſtulam,[o] an per aliũ hoc factũ ſit.[p] & ferè plerũque cõditiones interpoſitis perſonis expediũtur.

† *Cõcer. ſtru. in c. nec il- lud 30. q. 5. text. in ca. ex parte extra de conuer. cõiuga.*

DE RITV NVPTIARVM.†

TITVLVS II.

I. MODESTINVS libro primo Regularum.

NVptiæ ſunt cõiunctio maris & fœminæ, & cõſortiũ omnis vitæ: diuini[q] & humani iuris communicatio.

II. PAVLVS libro trigeſimo-quinto ad Edictum.

NVptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes,id eſt qui coëunt,quorũmque in poteſtate[r] ſunt.

Inter fratres cõſobrinos nuptiæ cõtrahuntur, etiã ſi ſolus cõſenſus interuenerit. Bal.

III. IDEM libro primo ad Sabinum.

SI neptem ex filio, & nepotẽ ex altero filio in poteſtate habeã, nuptias inter eos me ſolo[s] auctore contrahi poſſe Põponius ſcribit:& verum eſt.

Nuptiæ imperfectæ propter defectum ætatis contractæ, adueniente legitima ætate perficiuntur. Bald.

IIII. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

MInorem† annis duodecim nuptam, tunc legitimam vxorem fore, cum apud virum expleſſet duodecim annos.[t]

† *In hũc titulũ Alex. ab Alex. lib. 1. Gem. dier. ca. 24. vbi diffuſè diuerſos in cõtrahendis nuptiis gentium mores declarat. Idem etiam li. 2. ca. 5.*

I *Nuptiæ ſunt. Diuini.* quia eiuſdẽ ſectæ, vt ambo Iudæi, vel chriſtiani:vt C.de Iudæ.ne quis.& l.nemo. & C.de cri. expil.her. l. aduerſus. religionis tamẽ diuerſitas nõ impedit, cum ſint eiuſdẽ ſectę:vt C.de epi.audi. ſi legibus.Itẽ humano iure cõmunicant,quia eiuſdem fori ethcitur vxor cũ foro viri: licet aliud ſit in concubina: vt.ĩ.de iudi. l.exigere. & .j. ad muni. l.de iure.in fin.Accurſius.

r *Nuptia. In poteſtate.* niſi ſint furioſi, vel ab hoſtibus diu capti,vnde cõſentire non valent: vt infra eodem. l.ſi nepos. in fin.Accurſius.

s *Si neptem. Me ſolo.* non ergo oportet conſentire patrem nepotis, vt hic. Sed contra.j.eo. l.oratione.§. j.Sol. hic cõſobrinam, ibi extraneã ducebat. vel hic erat mortuus vel furioſus pater huius nepotis: vt.j. eod. l.ſi nepos.Accurſius.

† *Concer. cũ hac.l.e. puberes. extra de deſpon. impu. & c. vnicum eo. titu. li. 6.*

t *Minorem. Duodecim annos.* adeo etiã vt ſi ante poſſit cognoſci, non tamen ſit

vxor,

Aetas nuptiis vt cognatio impedimentum præſtat.

vxor,ſecundum Io.quia ætas vt cognatio præſtat impedimentum nuptiis. Sed arg.contra infra de verb. obli.l. continuus.§. cum ita.ſecundum Azo.

M*Vlierem.*]C*ASVS.* Mulier Berta erat vxor mea p verba de futuro:miſi p ea literas,& venit ad domum meã. præſumitur iam vxor. ſed ſi ipſa pro me miſit, & ego iui ad eius domũ, non præſumitur vxor: nam mulier ſponſa ad domum ſpõſi frequẽter vadit vt vxor: ſed homo ad domũ ſponſæ non ſic vadit vt vir. primum probat tali ſimili,quia quidã Cinna contraxit cum Berta ſponſalia de futuro. tandem miſit pro ea,& ipſa iuit ad domũ ſpõſi,& ſponſus cœnauit ſecũ,& iuit forte ſpatiatũ, & cecidit in flumen, & periit. quæritur an ſit lugendus ab ea vt vir. Et dicit ꝙ ſic.eſt ergo ipſa vxor prẽſumptione iuris,& repetit dotem,& tamẽ eſt virgo.h.d. cũ duabus.ll.ſeq. Viuianus.

Verba de futuro prolata, matrimonium inducunt,ſi mulier ducatur ad domum viri. ſecus ſi vir vadat ad domum vxoris. hoc dixit ipſa not.lex. Bartolus.

V. IDEM libro quarto ad Sabinum.

MVlierem abſenti per literas eius[a] vel per nuntium poſſe nubere placet,ſi in domũ eius deduceretur.eã verò quæ abeſſet, [b] ex literis vel nuntio ſuo duci à marito non poſſe. [c] deductione [d] enim opus eſſe in mariti nõ in vxoris domũ,quaſi in domicilium matrimonij.

VI. VLPIANVS libro trigeſimoquinto ad Sabinum.

DEnique Cinna ſcribit:Eũ qui abſentem [e] accepit vxorem,deinde rediens [f] à cœna,[g] iuxta Tiberim periſſet: ab vxore lugendum reſponſum eſt: [h]

VII. PAVLVS libro ſingulari ad legem Faleidiam.

IDeoq; poteſt fieri, vt in hoc caſu aliqua virgo & dotem, & de dote habeat actionem.

VIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

LIbertinus libertinam matrem aut ſororem vxorem ducere non poteſt,quia hoc ius moribus † non legibus introductum eſt.

Furioſi conſenſus non requiritur.hoc dicit not.lex. Baldus.

IX. VLPIANVS libro viceſimoſexto ad Sabinum.

SI nepos vxorem velit ducere auo furente, omnimodo patris auctoritas erit neceſſaria. ſed ſi pater furit,auus ſapiat:ſufficit [i] aui voluntas.

Patre ab hoſtibus capto,vel abſente, filii poſſunt libere matrimonium contrahere cũ tali cuius conditionem pater non eſſet repudiaturus.h.d. vſq; ad.l.ſi qua mihi. Bal.

Is cuius pater ab hoſtibus captus eſt,ſi nõ intra trienniũ reuertaꝛ,vxorem ducere [k] poteſt.

X. PAVLVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

SI ita pater abſit,vt ignoretur vbi ſit,& an ſit:quid faciendum eſt,meritò dubitatur. Et ſi triennũ effluxerit poſtquam apertiſsimè fuerit pater ignotus vbi degit,& an ſuperſtes ſit:non prohibentur liberi eius vtriuſque ſexus matrimonium vel nuptias legitimas cõtrahere.

XI. IVLIANVS libro ſexageſimoſecundo Digeſtorum.

SI filius eius qui apud hoſtes eſt,vel abſit,ante triennium captiuitatis vel abſentiæ patris vxorem duxit,vel ſi filia nupſerit:puto rectè matrimoniũ vel nuptias contrahi:dũmodo eam filius ducat vxorem,vel filia tali nubat,cuius cõditionẽ certũ ſit [l] patrem non repudiaturum.

Non vitiatur matrimonium licet perueniat ad eum caſum à quo incipere non poteſt. Baldus.

XII. VLPIANVS libro viceſimoſexto ad Sabinum.

SI qua mihi vxor fuit,deinde à me repudiata nupſit Seio, quem ego poſtea adrogaui:nõ ſunt nuptiæ inceſtæ. [m] Inter me & ſponſam patris mei nuptiæ cõtrahi non poſſunt: quãquam nouerca mea non propriè dicatur. Sed & per contrarium ſponſa mea patri meo nubere non poterit, quamuis nurus non propriè [n] dicatur. Si vxor mea poſt diuortium alij nupſerit, & filiam ſuſceperit: putat Iulianus hanc quidẽ priuignam non eſſe, verùm nuptiis eius abſtinendum. [o] Adoptiuæ ſororis filiam poſſum vxorẽ ducere. cognata enim [p] mea non eſt filia eius: quia auunculus nemo fit [q] per adoptionẽ.l.per adoptionẽ.§.amitã. Rñ.nemo fit ſcilicet ſic p ſororem adoptatã tãtum:vt inſti.eodem.§.eius vero.ſed alio modo ſic:vt ſi habeo filiã legitimam,vel naturalem,& ex ea nepotẽ, & cũ nepotẽ adopto in nepotem quaſi ex filio,cum aliàs non ſit in poteſtate mea:vt inſti.de pa.po.§.finali.& poſtea adopto aliquã in filiũ,vel aliquã in filiam:iſte vel iſta,filius vel filia,erit auũculus & matertera ad illũ nepotẽ,ſaltem quo ad hoc vt nuptię impediãtur.& hoc ideo,quia mihi eſt factus nepos agnatus,& filiꝰ vel filia:ſimiliter ergo & inter ſe:vt.j. de ſuis & le. here.l. poſt conſanguineos.§.paruti.& de gradi.cog.l.non facile §.j.in fine. Item ſi habeo duas filias,& extraneum nepotem quaſi ex altera natum adopto: altera filia erit matertera adoptato. nec video cur non poſſim adoptare nepotem quaſi ex filia,cum poſſim & ſi non habeo filium filiã:vt vt inſtit.de adop.§.licet. & ſupra de adop.l.adoptare.& l.ſi pater.§.qui duos. Accurſius.

Adoptiui.

B

C

D

† Hunc locum explicat Alciatus lib. Parerg.4. ca. 21.

a *Per literas eius.*ſcilicet viri. & eſt ſenſus huius.l.vt maritus per nuntium ſuum vel per literas vxorem ducere poſſit.mulier autẽ per ꝓprium nuntium nubere non poteſt.ipſam enim in domum mariti duci oportet,& eo ipſo ſponſa præſumitur vxor facta,ſi aliud non liqueat.vir autem nõ eo ſolo factus dicitur,quòd ad ſpõſę domum ierit, cum ad eã quæ ſæpius contingũt, iura aptentur,ſecundũ R.vt ſupra de legi. & ſenatuſc.l.nam ad ea.

b *Quæ abeſſet.*ſcilicet à domo mariti, & ſua. Azo.

c *Non poſſe.* vt ſit vxor antequã in domũ mariti peruenerit: licet ipſe vadat ad domum vxoris.

d *Deductione.*ſcilicet vt ea ſit ſufficiens nuptiarum teſtimonium.

e *DEnique. Abſentem.* per ſuos enim amicos fecit eam in domum ſuam deduci:vt ſupra.l.proxi.

f *Rediens.*ad militiam forte, vel ad aliquod negotium quod aggreſſus fuerat.vel alibi cœnauerat,& ad domum veniebat.

g *A cœna.* in domo viri celebrata,ſecundum primam.

h *Reſponſum eſt.* licet corpus eius non compareat:vt.ĩ. de his qui not.infa.l.ſi.in fin. Accurſius.

Furioſi cõſenſus ſ adeunda hereditate non requiritur.

i *SI nepos. Sufficit.* non ergo furioſi auctoritas requiritur:ſicut nec in hereditate adeunda:vt.j.de acqui.here.l.cum heres. & dotem filia repetere:vt.j.ſoluto ma l.ſi cũ dotem.§.ſi ſoluto.

k *Ducere.* ſed & ante,ſi tamen talem & c.vt infra.l. proxi.&.l. ſi filius.in fi.

l *SI filius. Certum ſit.* id eſt non eſt veriſimile.

SI qua.]C*ASVS* in principio eſt planus.[*ADOPTIVAE.*] Pater meus adoptauit libertum,qui habet Titiam filiã.quæritur an ego poſsim Titiã filiã accipere?Et dicit quòd ſic. Videbatur autem contrariũ,quia ego ſum auũculus eius, vt videtur: ſed tamẽ dicit non eſſe verum:quia eis demũ efficior cognatus ciuilis p adoptionem, quibus efficior agnatus. ſed non efficior agnatus Titiæ:quia per fœminã ei attineo:ergo neque cognatus:& ſic poſſum accipere eam.Secundo dicit,quòd eadẽ ratione poſſum ducere in vxorem ſororẽ patris mei adoptiui,ſi nõ eſt nata eodem patre cum patre meo adoptiuo, ſed eadem matre tãtũ. ſi enim eodem:tunc eſſet agnata patri meo adoptiuo:& ſic eã accipere poſſem.Vi.

m *Inceſtæ.* putabſtur inceſtæ, quia res peruenit in eum caſum à quo incipere non poſſit: vt infra eodem.l. adoptiuus.Acc.

n *Non propriè.* impropriè autẽ ſic: vt ſupra de teſti.l. in legibus.& infra de gradi.l. ſeruꝰ. Accurſius.

o *Abſtinendum.* vt & inſti.eodem.§. ſi vxor. Accurſius.

p *Cognata enim.* hæc enim filia ſororis adoptiuæ,nec naturali nec ciuili iure mihi coniũgitur: vt inſtitut. eodem.§.eius vero.de naturali conſtat, item & ciuili: quia eam non adoptaui, nec pater meꝰ:& licet pater meꝰ matrem ſuam adoptauerat, non tamen cœpit patri meo neptis loco eſſe,quia in matris poteſtate non eſt filia: alioquin ſecus: vt inſtitu.de adop.§. illud. Item filia matri nõ eſt agnata. quod ꝓbatur, quia per nullum alium filius vel filia eſt matri coniũctus,niſi per ipſam matrem: ergo per fœmininũ ſexum.ergo non eſt agnata,ſed cognata. ergo nec patri adoptiuo per matrem. ergo nec mihi per patrem meum naturalem & legitimum.ergo per nullum.

q *Nemo ſit.* ſic ſecundũ Io.vt ſtatim dicetur. ſed ſi non ſit auũculus per adoptionem,quomodo matertera: vt.j.

a *Adoptiui*. qui me adoptauit.
b *Eodē patre*. quo fuit pater meus adoptiuus: quia illa demum debet mihi esse cognata, quę est patri meo naturali vel adoptiuo: vt supra de adop.l. qui in adoptionem. Accursius.
c *Si patrona. Tam ignobilis*. nam si nō esset ignobilis, libertinus posset accusari: vt C.e.l.iij. Accursius.
d *Prohiberi*. vt & argumen.j.eo. senatoris filia. restitui tamen nō potest contra eū: vt. C. qui & aduer. quos. l. finali. Accursius.
e *Adoptiuus. Vxor fuit*. vt argumētū supra eo.l. si qua. §. si vxor. & infra eodē.l. quinetiā. in principio. Sed contra. j. de grad. & adfin. l. iij. §. penul. Solu. vt ibi. Accursius.
f *Manumissus*. ārte manumissionē duplex erat ratio impedimenti, scilicet cognatio, & seruitus. post manumissionem vnum sublatū erat impedimentū, sed adhuc sufficit: vt infra de nup. §. illud certū.
g *Patrem*. s. verum.
h *Idem*. quod in cognatione. Accursius.
i *Sed in re dubia*. s. cū dubitatur an sit pater.
k *Duas*. i. non vna est sola nouerca &c.
l *Itaque*. à simili.
m *Proauia*. scilicet vxoris meæ. Ac.
n *Et proneptis*. id est filia vxoris nepotis ex alio viro.
o *Socrum* impropriè: vt. ii. eo. l. si qua. §. j.

Vxorem. CASVS. Vxor priuigni etiam eo mortuo nō potest nubere vitrico: & econtra vxor vitrici, eo mortuo, non potest nubere priuigno, vel marito priuignæ. Clara sūt sequētia. Vi.

a *Vide Hadrianū Cardinū in tit. de modis Latine loquēdi.*

p *Nec in manum*. s. contra quasi ad primū.
q *Oratione. Quam*. scilicet oratione. sed hodie hoc corrigitur: vt in authen. vt liber. decætero. §. si quis. col. vj.
r *Consentire debet*. sed contra supra. e. l. iij. Solu. vt ibi. Item argumē. contra instit. de adop. §. sed ex contrario.
s *Sufficit*. nā mulieris oportet accelerari nuptias, ne quid committat turpe. Ac.
t *Reiici contrarium*. idē

tionem. Et eæ demum cognationes cōtrahuntur in adoptionib⁹, quæ legitimæ essent, id est quæ agnatorū ius haberēt. Pari ratione & sororem patris mei adoptiui[a] possum ducere, si nō fuit eodem patre[b] nata.

XIII. IDEM libro trigesimo quarto ad Sabinum.

SI patrona tā ignobilis[c] sit, vt ei honestæ sint vel saltem liberti sui nuptiæ: officio iudicis super hoc cognoscentis hæ prohiberi[d] non debent.

Filius adoptiuus non potest vxorem ducere eam quæ fuit vxor patris sui, etiam si sit emancipatus. Item sufficit alium virum fuisse quo ad nuptias impediendas. Baldus.

XIIII. PAVLVS libro trigesimoquinto ad Edictum.

ADoptiuus filius si emancipetur: eam quæ patris adoptiui vxor fuit,[e] ducere nō potest: quia nouercæ locum habet. Item si quis filium adoptauerit, vxorem eiusdem (quę nurus loco est) ne quidem post emancipationē filij ducere poterit: quoniam aliquando nurus ei fuit. Seruiles quoque cognationes in hoc iure obseruandæ sunt. igitur suam matrem manumissus[f] non ducet vxorem. Tantumdem iuris est & in sorore, & sororis filia. Idem econtrario dicendum est, vt pater filiam non possit ducere, si ex seruitute manumissi sint, etsi dubitetur patrem[g] eum esse. Vnde nec volgo quæsitam filiam pater naturalis potest vxorem ducere: quoniam in contrahendis matrimoniis naturale ius & pudor inspiciendus est. Contra pudorem est autem filiam vxorem suam ducere. Idem[h] tamen quod in seruilibus cognationibus constitutum est, etiam in seruilibus adfinitatibus seruandum est: veluti vt eam quæ in contubernio patris fuerit, quasi nouercam, non possim ducere: & contra eam quæ in contubernio filij fuerit, patrem quasi nurum non ducere. æquè nec matrem eius, quam quis in seruitute vxorem habuit, quasi socrum. Cum enim cognatio seruilis intellegitur, quare non & adfinitas intellegatur? Sed in re dubia[i] certius & modestius est huiusmodi nuptiis abstinere.

Videtur velle, quòd appellatione nurus non contineatur proneptis: & eadem modo de socru, nouerca, & priuigna: nisi quantum ad hanc causam, scilicet ad impediendum matrimonium: vt hoc text. ibi, sed quod ad hanc causam. sed in contrarium videtur veritas, de quo habuisti in l. 1. in fi. cum l. sequenti, supra de postulan. Baldus.

Nunc videamus quomodo nouerca, & priuigna, & socrus, & nurus intellegantur: vt sciamus quas non liceat ducere. Quidam nouercam per se patris vxorem, & nurum filij vxorem, & priuignam vxoris ex alio marito filiam intellegunt. sed quod ad hāc causam, verius est nec aui vxorem nec proaui duci posse. Duas[k] ergo vel plures nouercas ducere non poterit. Non mirum. Nam & is qui adoptiuus est, nec naturalis patris nec adoptiui vxorē ducere potest. Sed & si plures vxores pater habuerit, nullam earum ducere possum. Itaque[l] socrus appellatione non tantùm vxoris meæ mater, sed & auia & proauia[m] intellegitur, vt nullam earum ducere possim. Nurus quoque appellatione non tantùm filij vxor, sed & nepotis & pronepotis continetur: licet quidam has pronurus appellent. Priuigna quoque non solùm ea mihi intellegitur, quæ vxoris meæ filia est, sed & neptis & proneptis:[n] vt nullam earum ducere possim. Item eius matrem quam sponsam habui, non posse me vxorē ducere Augustus interpretatus est. fuisse enim eam socrum.[o]

XV. PAPINIANVS libro quarto Responsorum.

VXorem quondā priuigni, coniungi matrimonio vitrici non oportet: nec in matrimonium[p] * cōuenire nouercam eius, qui priuignæ maritus fuit. * *Vulg. in manum.*

XVI. PAVLVS libro trigesimoquinto ad Edictum.

ORatione diui Marci cauetur, vt si senatoris filia libertino nupsisset, nec nuptiæ essent. quam[q] & senatusconsultum secutum est. Nepote vxorē ducente & filius consentire debet.[r] Neptis verò si nubat, voluntas & auctoritas aui sufficiet.[s] Furor cōtrahi matrimoniū non sinit, quia consensu opus est: sed rectè contractum[t] non impedit.

Ista lex in sui principio ponit summarium. Baldus.

XVII. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

PEr adoptionē quæsita fraternitas eousq; impedit nuptias, donec manet adoptio. ideoque eā quam pater meus adoptauit, & emancipauit, potero vxorē ducere. Aequè & si me emancipato illā in potestatē retinuerit, poterimus iungi matrimonio. Itaque volenti generū adoptare, suadetur vt filiā emancipet.* Similiter suadetur ei qui nurum velit adoptare, vt emancipet filiū. Amitam quoq; & materteram, item magnā quoque amitam & materterā magnam prohibemur vxorē ducere: quāuis magna amita & matertera quarto gradu[u] sint. Vtique autem amitā* & amitam magnā prohibemur vxorem ducere, etsi per adoptionem[x] nobis coniunctæ sint. * *Fle. emā para.* * *materterā magnā, &c.*

XVIII. IVLIANVS libro sextodecimo Digestorum.

NVptiæ inter easdem personas nisi volentibus parentibus renouatæ, iustæ non habentur[y].

Filia

A *gna: nisi quantum ad hanc causam, scilicet ad impediendum matrimonium: vt hoc text. ibi, sed quod ad hanc causam. sed in contrarium videtur veritas, de quo habuisti in l. 1. in fi. cum l. sequenti, supra de postulan. Baldus.*

in sponsalibus: vt. ii. titu. j. furor. Accursius.

u *Per adoptionem. Quarto gradu*. s. remoto. quod ita probatur: ego cum matre mea sum in primo, mater mea cum matre sua in secūdo, & mater matris cum sua matre in alio, & illa cum sorore aui in alio, ergo ego sum in quarto cum sorore auiæ meæ, quia vno gradu magis q̄ mater mea ab ea distō. Accursius.
x *Etsi per adoptionē*. hoc est contra supra eo. l. si qua. §. adoptiuę. Sol. vt ibi.

Nuptia. CASVS. Cōtraxit matrimonium filius meus cū liberta me cōsentiente. item diuertit postea me consentiēte. dicit quòd non potest ei reconciliari, nisi me consentiente.
y *Non habentur*. vt. ii. e. l. ij. & C.e.l. si vt ponis. Accursius.

Patris officiũ eſt filias dotare.

a QVi libros. *Et dotare.* eſt enim paternum officium dotare filias:vt.C.de dotis promiſ.l.h.§.vtramque.

Malũ facere videtur, qui ad bonum non ſtudet.

b *Non quærit.* Not.facere videtur malũ,qui non ſtudet ad bonũ:vt arg.j.de reg.iur.l qui nõ facit.&.j. de libe. agno.l. necare.& de re mili.nõ omnes.§.qui captus.&.l.omne.§.h. Ac.

c *Ciendum eſt. Coſtat.* vt.C.eo.in copulandis.Accurſius.

d NOn cogitur. vt.ij. tit.j.l.filio. Ac.

**Vulgo incipit, Qui liberos quos hab.&c.*

e *Si pater. Sui arbitrii eſſet.* cogitur à patre filius, vt cõſentiat: ſicq; erit matrimoniũ: vt.j.de tutel.l.ij.§. idẽ Caſsi⁹.Accurſi⁹. *ADDITIO.* Intellige iſtã glo.quãdo propter reuerẽtiã patris filius cõſentit:non autem intelligas q̃ interceſſerit verus metus,quia tunc matrimoniũ eſſet nullum:vt in.l.ſi mulier.ĩ. qđ met.cau.& not. extra quod met⁹ cauſa.c.

**divi Seueri & Marci.vel,divi Antonini & Cõmodi: vt.l.60.j. eo. Anto. Aug. ad Modeſt.*

abbas.& de ſpõſa.c.cũ locũ.ſecundũ Bal.hic.

f *Matrimonium.* nihilo minus.

g *Inuitos.* hic volens autem fuit,aliàs nõ valeret: vt hic &.C.e.l. nec filium. Accurſius.

h *Maluiſſe hoc.* quàm odiũ patris incurrere. non autem dicas metũ adhibitum: vt.ĩ.quod met.cau.l. ſi mulier.§. ſi dos. Accurſius.

i LEge Papia. *Senatores.* ſed hodie etiam ſenatores: vt in auth.vt lib. decætero. §.ſi qs.col.vj.ſed vtrũ libert⁹ cũ fœmina excelſæ dignitatis poſsit hodie contrahere,nec eſt expeditũ hodie. Ac.

In libera.]*CASVS.* Quædam mulier libera honeſta fœmina ſtabat mecũ in forma vxoris.hęc autem mihi vxor,& ego ſibi vir præſumor. Viuianus.

k *In libera mulieris.* honeſtæ,ſecundũ Io.vt.j. de cõcubi.l.in concubinatu.§.j.Accurſius.

l *Intellegenda* niſi cõtrarium ſit ꝓteſtatur, vel q̃ ſit cõcubina,vel q̃ non ſit vxor: quod dic vt.d.l. ſ cõcubinatu. Et diſtingue plene cũ aliquis ad aliquã cõ ſuetudinẽ habet:aut ad eã quę eſt honeſtæ vitæ,& ingenuæ:aut ad eã quę eſt inhoneſtę. Primo caſu,aut proteſtatur q̃ loco cõcubinæ habet,aut tacet,aut q̃ nõ loco vxoris. Primo caſu eſt concubina : & ſecũdo vxor,fauore mulieris:vt hic,&.j. de cõcubi.l.in cõcubinatu §.j. tertio caſu nec vx[illegible],nec matrimoniũ, & ſic ſtuprũ eſt. Si aũt nõ vult eſſe vxor,eo caſu quãdo tacuit,vir nõ cõpellitur, & dicetur ſtuprũ.ſi vero inhoneſte vixit quãdoq;,at nũc honeſte viuit,licet non ingenua,& ſic ſola deſtinatione animi efficit cõcubina:vt.d.l.in cõcubinatu.in prĩ.&.l.ſeq.nõ vxor:vt hic in fine.Si inhoneſtè viuat,cũ nec matrimoniũ ꝓſumitur,ſtuprũ cõmittit:vt.C.ad.l.Iul.de adulte.ſi ea quę tibi.duo em̃ tantũ coit⁹ ſunt liciti ſecũdũ leges.ſ.cũ cõcubina,& vxore.alij omnes ſunt illiciti. ſecũdũ decreta vnus tantũ.ſ.cum vxore:cũ alia vero, fornicatio.Accur. *ADDITIO.* Cũ gloſ.dicat.ĩ. ibi,ſuaremulieris&c. die hoc verum de iure ciuili,ſed de iure canonico eſt ſecus,quia vxor non ꝓſumit̃,ſed eſt coitus illicitus:vt.xxx. q.v.ca.j.& no.per glo. in.c.illud.extra de ꝓſum.& in ca.ex parte. extra de reſti. ſpo.ſecundum Bal.

Filia poteſt cogere patrem officio iudicis, vt eam maritet, & dotem det. Bartolus.

XIX. MARCIANVS libro ſextodecimo Inſtitutionum.

CApite⁸ trigeſimoquinto legis Iuliæ,qui liberos quos habent in poteſtate,iniuria ꝓhibuerint ducere vxores, vel nubere,vel qui dotem dare nõ volunt:ex conſtitutione diuorum Seueri & Antonini per ꝓconſules præſideſque prouinciarum coguntur in matrimonium collocare, & dotare. ⁸ Prohibere autẽ videtur & qui conditionem non quærit. ᵇ

Curator datur rebus, nõ perſonæ. Bal.

XX. PAVLVS libro ſingulari ad Orationẽ diui Seueri⁹& Cõmodi.

SCiendũ eſt,ad officiũ curatoris[nõ] ptinere,nubat pupilla,an non:quia officiũ eius in adminiſtratione negotiorũ cõſtat. ᶜ & ita Seuerus & Antoninus reſcripſerũt, in hæc verba: Ad officiũ curatoris adminiſtratio pupillæ ptinet.Nubere autẽ pupilla ſuo arbitrio poteſt.

Circa iſtam.l. vide quod habetur in tex. & glo.in.c.1.extra de diffen. impub. quod eſt menti tenendum. Baldus.

XXI. TERENTIVS CLEMENS libro tertio ad legẽ Iuliam & Papiam.

NOn cogitur ᵈ filiusfamilias vxorem ducere.

XXII. CELSVS libro quintodecimo Digeſtorum.

SI patre cogente ducat vxorẽ,quam non duceret ſi ſui arbitrij ᵉ eſſet,contraxit tamen matrimonium, ᶠ quod inter inuitos ᵍ non contrahitur:maluiſſe hoc ʰ videtur.

XXIII. IDEM libro trigeſimo Digeſtorum.

LEge Papia cauetur, omnib⁹ ingenuis,præter ſenatores,ⁱ corumq; liberos,libertinã vxorem habere licere.

Conſuetudo ad liberam mulierem, inducit matrimonium. Baldus.

XXIIII. MODESTINVS libro primo Regularum.

IN liberæ mulieris ᵏ cõſuetũdine, non concubinatus,ſed nuptiæ intellegendæ ˡ ſunt,ſi nõ corpore quæſtum fecerit. ᵐ

XXV. IDEM libro ſecundo Regularum.

FIlius emancipatus ⁿ etiã ſine cõſenſu patris vxorem ducere poteſt,& ſuſceptus ᵒ filius ei heres erit.

XXVI. IDEM libro quinto Reſponſorum reſpondit,

REas ᵖ adulterij factas, nec ante ᑫ damnationẽ viuente marito vxores duci poſſe.

Quod ab initio non valet, tractu temporis conualeſcere. Baldus.

XXVII. VLPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

SI quis in ſenatorio ordine agens,libertinam habuerit vxorem: ʳ quamuis interim vxor non ſit, ˢ attamen in ea conditione eſt,vt ſi amiſerit dignitatem,vxor eſſe incipiat. ᵗ

XXVIII. MARCIANVS libro decimo Inſtitutionum.

INuitam libertam vxorẽ ducere patronus non poteſt:

XXIX. VLPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

QVod & Atticus Capito cõſulatu ſuo fertur decreuiſſe.hoc tamen ita obſeruãdũ eſt, niſi patronus ideo eam manumiſit, ᵘ vt vxorem eam ducat.

XXX. GAIVS libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.

SImulatæ ˣ nuptiæ nullius momenti ſunt.

XXXI. VLPIANVS libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.

SI ſenatori ʸ indulgẽtia principis fuerit pmiſſum libertinam iuſtam vxorem habere,poteſt iuſta vxor eſſe.

Libertus à patrono arrogatus ingenuus eſt quo ad familiam, abſtinere tamen debet à nuptiis ſenatoriis. d. quod no. & tenementi. Baldus.

XXXII. MARCELLVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

SCiendum eſt libertinũ qui ſe ingenuo ᶻ dedit adrogandum, quamuis in eius familia ingenui iura ᵃ ſit conſecutus,vt libertinum tamen à ſenatoriis nuptiis repellendum eſſe.

Modicum intervallum temporis non inducit diuerſitatem actuum. b.d. facit ad.l. Marcius.ĩ.locati. Bartolus.

XXXIII. IDEM libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

Filius emancipatus, maior. xxv. ãnis: conſulitur tñ ei vt conſenſu patris faciat: vt C.e.l.viduæ.Ac.

o *Et ſuſceptus.* vt.j.de contra tabu.l.ij.§. ſi emancipatus.Ac.

REas.]*CASVS.* Vxor Titij de adulterio accuſata,& ꝓ hoc pri⁹ à viro repudiata, pẽdẽte accuſatione alij nubere nõ poteſt.

p *Reas.* i.accuſatas ſic C.ad leg.Iul.de adul.l, quãuis.§. i primis. Ac.

q *Nec ante.* nec poſt, cum crimine lenocinij teneatur qui duxit: vt C.ad leg.Iul.de adulte.l.cuſtitati. Ac.

r *Si qui. Vxorem.* de ſ.ẽto.Azo.

ſ *Non ſit.* de iure.Ac.

t *Incipiat.* quod ergo ab initio non valet, ex poſtfacto conualeſcit: vt &.C.ſi rẽſt. prouin. l.j.in fi.& arg.j.e. ſi q⁹ tutor.§.quid ergo.

Quod ab initio non valet, ex poſtfacto conualeſcit.

u QVod & Atticus. *Manumiſit.* vt & j.eo.l.matrimonij. Accurſius.

Simulata.]*CASVS.* Quidã cũ alia vxorẽ in prouincia haberet,contraxit cum iſta, vt ſic euaderet actionẽ ſtuprimõ valet matrimonium. Vivian⁹.

x *Simulata.* facit. C. plus valere quod agitur &c. Acc.

y *Si senatori.* facit.ĩ.de adop.adoptio. Ac.

z *Ciendum. Ingenuo.* patrono. alij eñ nõ poteſt:vt.ĩ. de ĩ ius voc.l.ſed & ſi.§.patrono.& ſupra de adop.l.ſi pater.in fi. Accurſius.

a *Iura.* hęc.ſ.vt neque patronus vel filius eius iure patronatus ſuccedere poſsint:item vt patronũ,vel eius ſobolẽ ſine venia in ius vocare poſsit:non tamẽ eſt ingenuus, vt ſenatorias põnas

nas ducere posſit:vt hic,& supra de stat.homi.l.fi.q̃ est contra.

a *Plerique interposito.* vt infra titu.j.quòd si non diuortium. & infra de re.iur.l.quod calore. Accursius.

b *Reddiderit.* Arg.institit.man.§.item si adhuc. Accursius.

Generali.]CASVS. Mãdaui Titio vt quærat filiæ meæ virũ. nõ per hoc poterit ipsa sine meo cõsensu contrahere cũ illo quẽ procurator ei laudauerit. [INTER PRIVIGNOS.]Ex prima vxore habui filiũ,vxor vero ex alio viro filiã.hi duo priuigni rectè iungũtur,& filij ex me& vxore mea nasciturі erunt fratres vtriq; priuigno. [FILIAM.]Berta filia senatoris nupsit libertoнõ valet matrimoniũ. sed si senator postea amisit dignitatem,& sic non est filia senatoris, certe nõ valet.nã quæsita &c. Viuianus.

† *Clo.i. in c. post translationẽ. extra de restitu. indicit hãc.l. in arg. quòd quis potest aliquem, potest postulare: & non econtra.*

c *Nõ fieri nuptias.* Nota argumentũ bonũ ad hoc,si capitulũ concessit alicui vt assignaret ecclesias : q̃ repsentãd⁹ sit capitulo,si ab eo fuerit institutus in Ecclesia,& secũdũ ratihabitionem capituli vel recusationẽ,valeat vel nõ valeat ĩstitutio. Ac.

d *Denuo.* bene dicit denuo.prius enim dissolutum fuit : quod ex eo apparet, quia constãte matrimonio hoc crimẽ intendi nõ potuisset:vt.C.ad leg.Iuliam de adul.l.crimẽ. Sed hodie contra per auth. ibidem positam.

e *Matrimoniũ.*si quoquo modo potest suã scientiam obumbrare: vt.C.ad leg.Iulium de adult.fine metu.Acc.

f *Habeant.*vt instit.de nupt.§.mariti. Ac.

g *Patris casus.*vt &.ĩ. de sena.l.filiã.& est ratio,q̃ filius nõ portat iniquitatẽ patris:vt ca. Iudęi.j.quæst.iiij.&.j. de pœ.l.crimẽ.sed sup⁹ casus confirmat matrimoniũ: vt.ĩ.eo. si quis in senatorio.& facit.j. de decu.l.ij.§.fi.Ac.

h *Filiusfamilias. Non contrahit.* vt nec quilibet alius:vt supra eo.l.ij. Accursius.

Tutor.]CASVS. Finita tutela non potest tutor adultã vxorẽ ducere,nisi pater sponsalia pri⁹ fecisset.

i *Conditione.*hac scilicet vt nubat tutori.Idẽ est si impetret à principe:vel si nubat post.xxv.annes redditis rationibus:vt.C. de inter.ma.l.fi patris.&.l.si tutor. Accursius.

Si quis.]CASVS Potestas p annũ non potest ducere in vxorẽ aliquã de iurisdictione sua,sed spõsalia p verba de futuro

PLerique opinantur,cum eadem mulier ad eundem virum reuertatur,id matrimoniũ idem esse. quibus adsentior,si non multo tempore interposito a reconciliati fuerint,nec inter moras aut illa alij nupserit, aut hic aliam duxerit, maximè si nec dotem vir reddiderit. b

Generale mandatum de nuptiis contrahendis non sufficit,nisi mandantis ratihabitio subsequatur. Baldus.

XXXIIII. PAPINIANVS libro quarto Responsorum.

GEnerali † madato quærendi mariti filiæfamilias,non fieri nuptias c rationis est. itaq; personam eius patri demõstrari qui matrimonio consenserit, vt nuptiæ contrahantur,necesse est. Ream adulterij,quã vir iure mariti postulauit,non prohibetur post abolitionem vxorem denuo d ducere. Sed & si non iure mariti ream postulauit:iure contractum matrimonium e videbitur. Inter priuignos contrahi nuptiæ possunt, etsi fratrem communem ex nouo parentium matrimonio susceptum habeant. f Filiam senatoris,nuptias libertini secutam,patris g casus non faciat vxorem. nam quæsita dignitas liberis, propter crimen patris auferenda non est.

XXXV. IDEM libro sexto Responsorum.

FIliusfamilias miles matrimonium sine patris voluntate non contrahit. h

XXXVI. PAVLVS libro quinto Quæstionum.

TVtor vel curator adultam vxorem ducere nõ potest, nisi à patre despõsa destinatáve testamẽtó ve nominata cõditione i nuptiis,secuta fuerit.

XXXVII. IDEM libro septimo Responsorum.

LIbertum curatoris puellæ prohiberi oportet vxorem eandem ducere.

In prouincia quam quis administrat, sponsalia contrahere potest, vxorem autem ducere non potest,quia veterem sponsam.potest tamen suas filias nuptui tradere. Bal.

XXXVIII. IDEM libro secundo Sententiarum.

A SI quis officiũ in aliqua prouincia administrat,inde oriundam vel ibi domicilium habentem vxorẽ ducere non potest, k quamuis sponsare nõ p̃hibeatur: l ita scilicet,vt si post officium depositũ noluerit mulier m nuptias cõtrahere,liceat ei hoc facere,arris tantummodo redditis n quas acceperat.

B Veterem sponsam in prouincia quam quis administrat, vxorẽ ducere potest, & dos data non fit caduca Qui in prouincia aliquid administrat, in ea prouincia filias o suas in matrimonium collocare,& dotem constituere non prohibetur.

AVus pactus eſt, cum dotem pro nepote ſuſcepiſſet, ne à ſe néve à filio dos peteretur: [r] ab alio verò quàm filio herede, vt dos peteretur. exceptione conuentionis filius tuendus erit: quippe heredi noſtro cauere conceſſum eſt. nec quicquam [s] obſtat quo minus certæ perſonæ, ſi heres erit ſibi, caueri [t] poſsit: quod [u] non idem & in cæteris heredibus cauetur. & ita Celſus ſcribit.

Conditio adiecta in præcedenti pacto, & in ſequenti intelligitur repetita, ſi alias pactum redderetur inutile. Bartolus.

XI. VLPIANVS libro trigeſimoquarto ad Edictum.

CVm pater dotem pollicitus fuerit, & paciſcatur ne ſe viuo petatur, [x] néve conſtante matrimonio dos petatur: ita pactum interpretãdum [y] diuus Seuerus conſtituit, quaſi adiectũ eſſet, [z] ſe viuo. hoc enim ita accipiendum eſſe contemplatione paternæ pietatis, & contrahentium voluntatis, vt poſterior quoque pars conuentionis ad vitam patris relata videatur: ne diuerſa [a] ſententia fructũ dotis ab oneribus matrimonij ſeparet: quódque indigniſsimum eſt, inducat, vt non habuiſſe dotem exiſtimetur. Quo reſcripto hoc effectum eſt, vt ſi quidem viuo patre deceſſerit filia, aut ſine culpa ſua diuorterit, omnimodo dos peti non poſsit: [b] cõſtante autem matrimonio mortuo patre peti poſsit. [c]

a *Datur*. id eſt data eſt: & ſic ponitur præſens ꝓ præterito: ſicuti & quandoque præſens pro futuro: vt. j. de cõdi. & demon. l. quibus diebus. §. quidam. & in patre non extraneo loquitur hæc lex.

b *Conuentũ*. id eſt ſtipulatio: puta, vt ſoli patri promittat. nam ſolum pactum non mutat actionem profectitiæ dotis: cum ſimplici pacto nouatio non fiat etiã vtroque volẽte: vt C. de iure do. l. auia. ſed in extraneo ſufficit nudum: vt. j. ſubiicit.

c *Legem*. ſtipulatione vallatam. Accurſius.

d *Velit*. imò non omnem, puta ſi eſt aduerſa publicæ vtilitati: vt C. e. l. quamuis.

e *Poſsit*. vt. j. eo. l. obres. §. j. non ſic poſt, vt ſubiicit: vt C. de dona. quæ ſub modo. l. perfecta. & C. de iure dot. l. cum à ſocero. & j. ſol. mat. l. non ſolum. & l. quotiens. & ff. eo. l. j. §. pacta. & de iure do. l. poſt nuptias. Accur.

f *Agat*. filia mortua, vel ea viua: cum recõciliauerit matrimoniũ inuito patre: vel leuis ſit circa immerentẽ maritum: vt & C. de nup. ſi vt proponis. & j. ſol. ma. l. ſi cum dotẽ. §. eo autem tempore.

g *Adiuncta*. vt. j. ea. l. §. niſi adiecta &c. & contrarium quod ibi eſt, etiam hic dici poteſt.

h *Filia*. ſui iuris conſtituta per mortẽ, vel emãcipationem. Acc.

i *Neque proderit*. abũdat primum neque: vt in auth. de here. & Fal. §. inordinatum. col. j. & pone exemplũ quando non nocet filię, niſi cõſentiat: vt infra eo. aliud. hic tamen patrem non ratione ſui, ſed filiæ nomine puto agere poſſe: vt in tutore: vt C. de bo. quæ libe. l. fi. & de bo. ma. l. j. vel aliter pone exemplum, quia vnus ſine altero iuſsit alij promitti: vt infra ſolu. ma. l. ij. §. j. vel econtra non prodeſt, ſi citeriori die præſtari conuenit, commodum eius temporis eſſet patris. vel ſi in initio conuenit de non petenda dote, & poſt conuenit de petenda: ſolus ipſe ageret.

k *Filiæ*. iure directo. Ioan. vt. j. de pac. ſi tibi. §. ſi pactus. ſed cur non, cum nepotibus quærat auus vtilem actionem: vt. j. ſolu. ma. Gaius. & C. de pac. con. l. [illegible] Reſpon. ibi non erat in poteſtate: quia ex filia. hic ſic. Item contra. j. de verbo. obliga. l. quodcunque. §. ij. ſed ibi vt heredi ſtipulatus eſt pater filiæ, hic non. vel ibi vt filio: hic pro ſe videbatur paciſci, non pro filia.

l *Nocebit*. veluti ſi paciſcatur de permutanda dote: vt. j. eo. l. 6 mulier. aliter ſi paciſcatur de dote non repetenda, vel non reddenda ſuo tẽpore. tunc enim non poteſt ſibi nocere niſi ſol. ma. paciſcatur: vt. j. eo. l. de die. & l. Atilicinus. & ff. eo. l. ij. Azo.

m *Experiatur*. immo nec tũc videtur nocere: vt. j. ſolu. ma. l. ij. §. ſed vtrũ. Sol. ſecundũ quoſdã nocebit quantum ad perſonam filię, non quantum ad patrem. Alij dicũt quòd ibi pactio fuit facta, vt prodeſſet alij, non marito. vel quod ibi dicit, non eſt amiſſa, verum eſt ipſo iure, amittitur tamen per exceptionẽ. Tu dic, ſi filia paciſcatur ad exceptionem marito parandam, vt paciſcendo de non petenda dote, nõ nocet patri: ſiue cum filia, ſiue ſine filia agat: vt ibi. ſi ad actionẽ, vt promittẽdo pœnam ſi ipſa vel pater petat dotem, non nocet patri, niſi adiũcta filia agat. tunc enim ex qualibet cauſa neceſſe habet defendere filiam: vt. j. rerum amo. l. iij. §. ſi. & hoc cum pater nõ recõuenitur ex perſona filiæ ex illo contractu, ex quo ipſe agit ꝓpter filię perſonã. tũc enim ſiue cũ filia ſiue ſine ea agat, pro filia reſpondet: vt. ff. de compen. ſi cum. & ff. cõmo. l. pe. & de pigne. act. ſi ſeruus pignori. Accur.

n *Quotiens. Cum ipſis*. ſcilicet talibus filiis: & erit rata pactio: vt C. de ſen. paſ. l. fin. circa princip. Accurſius.

o *Si ita conueniat. Socero*. i. patre filiæ.

p *Defuncto*. non ſolum auo.

q *Stipulationem*. & ſic filio per patrẽ quæritur: quia vt filio volebat ꝙrere: vt. j. de ver. oblig. quodcũque. §. ſi quis ita. & j. e. l. pater. & j. ſolu. ma. l. Gaius.

r *Auus. Peteretur*. id eſt repeteretur, cũ ſibi eſſet ſoluta. Accurſius Florentinus legum doctor.

ſ *Nec quicquam*. vt ob hoc non valeat. Accurſius.

t *Caueri*. heres eius.

u *Quod*. id eſt quæ cautio, ac ſi dicat, de quibuſdã dixit, de quibuſdam non: vt ſupra de pac. l. auus.

x *Cum pater Petatur*. id eſt maritus non petat à patre.

y *Interpretandũ*. quia in ambiguis & c. vt. ff. tit. j. in ambiguit.

z *Adiectum eſſet*. in ſecundo pacto. & ſic not. quòd verborum geminatio ſenſum non auget. & ſic eſt argu. contra. ff. de vſur. l. ſi ſtipulatus. ſed hoc eſt in fauorem dotis.

Verborũ geminatio non ſemper ſenſum auget.

a *Diuerſa*. id eſt aduerſa, vel contraria. Ioan.

b *Non poſsit*. propter verba, ne à ſe viuo dos petatur. Ioan.

c *Peti poſsit*. ſcilicet vt hic habes, & infra eo. l. ob res. §. ſi.

Si pater.

a *Si pater. Interueniãt.* Sed ſi pactum eſſet, vt nomen liberorum retineretur, & nepos contineretur: vt. j. ſolu. ma. l. ſi dotali.

b *Non petatur.* id eſt marit⁹ nõ petat ab ea.

c *Petatur.* id eſt repetatur.

d *Quemadmodum.* puta cum fructibus, vel ſine eis: quod dic vt ſupra. e. l. iiij. & ſupra titu. j. l. dotis.

e *Seruatur.* immo hodie ſemper huiuſmodi pacta ſeruãtur, niſi cõtra ius ſint: vt. C. de rei vxo. ac. §. illud. circa finem legis.

f *Indotata.* aliàs cum non: aliàs ſine non. & facit ſupra eo. ſi liberis. j. reſpon.

g *Si mulier pacta ſit.* ante matrimonium: alioquin cum fiat donationis cauſa, nõ tenet.

h *Petatur.* à marito, id eſt ne marit⁹ petat.

i *Stipulata ſit.* à marito, ſi plus quàm dimidiam partem petat maritus.

k *Ex ſtipulatu agat.* ad pœnam.

l *Exceptionem.* vt ſupra de pact. reſcriptũ. §. ſi pacto. & infra de doli except. l. apud. §. Labeo ait de homine.

m *Seruandum.* vt ar. ff. de contrahen. empt. l. hæc venditio. §. ſi. Ac.

n *Item ſi. Æſtimatio.* qua fuit æſtimat⁹. Accurſius.

o *Die. Paciſci.* vt ſupra de pac. l. iuriſgentiũ. §. vt puta.

p *Vt autem. Non poteſt.* vt ſupra de pact. ſi vnus. §. pactus. in fi. Accurſius.

q *Atilicinus. Vxorem.* ſed cum patre poteſt: vt. j. e. l. aliud. Accurſius.

r *Licet. Si iuſta cauſa.* idem tamen credo & ſi ãte nuptias: vt infra eo. l. quæris. lex tamen ſuperior, Atilicinus, dicit contra, ſcilicet quòd ante factum non valet. ſic enim dicit, ante nuptias. Sed dic quòd fuit collatũ in tempus matrimonij: vt. C. de do. ante nupt. quod ſponſæ. & l. j. & ſecundum hoc puncta ibi, reddatur. hæc gloſ. exigit quòd ibi punctus non reddatur.

s *Conuentionis.* vt paupertatis mariti.

t *Aliud eſt.* Dictum eſt ſupra. l. *priſ.* Vetus.

No. ff. Iuuen. l. nam valet ad multa: quia ſi promiſto tibi vendere pro eo pretio quod nouiſtis, & quidam nobilis vel potens vult emere minus quàm valeret, cuius timore nemo plus promittit, quòd hoc non debet attendi. Bartolus.

XII. PAVLVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

SI pater dotẽ dederit, & pactus ſit, vt mortua in matrimonio filia, dos apud virum remaneret: puto pactum ſeruandum etiam ſi liberi non intercedant. [a] Ex pactis conuẽtis quæ ante nuptias vel poſt nuptias interponi ſolent, alia ad voluntatem pertinent: vt mulier dote promiſſa ſe alat: & donec nupta ſit, dos ab ea non petatur: [b] aut certam ſummam viro præſtet, & ab eo alatur: & his ſimilia. Alia ad ius pertinent: veluti quando dos petatur: [c] quẽadmodum [d] reddatur. in quibus non ſemper voluntas contrahentium ſeruatur. [e] Cæterũ ſi conuenerit ne omnino dos petatur, indotata [f] erit mulier.

Si mulier paciſcendo vt certa pars dotis tantum petatur, pœnam apposuit: debet eſſe contenta vel exceptione, vel pœna. Bal.

Si mulier pacta ſit [g] ne amplius quàm pars dimidia dotis à ſe petatur, [h] & pœnam ſtipulata ſit: [i] Mela ait, alterutro eã cõtentam eſſe oportere, vel exceptione pacti, & acceptam facere pœnæ obligationem: vel ſi ex ſtipulatu agat, [k] denegandam ei exceptionem. [l] Si fundo æſtimato in dotem dato pacta ſit mulier, vt quanto pluris venierit, id in dote ſit: Mela ait id ſeruandum: [m] & cum ex contrario conuenire poſsit, vt ſi minoris venierit, ipſa debeat.

Si pacta ſit mulier, vt ſiue pluris, ſiue minoris fundus æſtimatus venierit, pretiũ quanto res venierit, in dote ſit: ſtari eo pacto oportet. Sed ſi culpa mariti minoris venierit: & idipſum mulierem conſequi.

XIII. IVLIANVS libro ſeptimodecimo Digeſtorum.

ITem ſi non venierit, æſtimatio [n] præſtari debebit.

Pactum per quod efficitur deterior dotis conditio, non valet: ſecus ſi fiat melior. Baldus.

XIIII. PAVLVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

DE die reddendæ dotis hoc iuris eſt, vt liceat paciſci [o] qua die reddatur, dum ne mulieris deterior conditio fiat:

XV. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

ID eſt, vt citeriore die reddatur.

XVI. PAVLVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

VT autem longiore die ſoluatur dos, conuenire non poteſt, [p] non magis quàm ne omnino reddatur.

XVII. PROCVLVS libro vndecimo Epiſtularum.

ATilicinus Proculo ſuo ſalutem. Cum inter virum & vxorem [q] pactum conuentum ante nuptias factum ſit, vt quibus diebus dos data eſſet, iiſdẽ diuortio facto redderetur: poſt quinquennium quàm nuptiæ factæ ſunt, vxor viro dotẽ dedit. diuortio facto, quæro vtrũ quinquennij die vir vxori dotem redderet, an ſtatuto legibus tempore. Proculus reſpõdit. Quod ad diem reddendæ dotis attinet, pacto exiſtimo meliorem conditionẽ mulieris fieri poſſe, deteriorem non poſſe. Itaque ſi cautum eſt, vt propiore tẽpore quàm legibus conſtitutum eſt reddatur, ſtari eo debere. ſi vt longiore, nec valere id pactum conuentum. Cuius ſententiæ conueniens eſt dicere, ſi pacto conuento cautum eſt, vt quanto ſerius quæque, & poſt nuptias data fuerit, tanto poſt diuortium reddatur: ſi propiore quàm in reddenda dote conſtitutum eſt, data ſit, valere pactum conuẽtum: ſi longiore, non valere.

XVIII. IVLIANVS libro octauodecimo Digeſtorum.

LIcet manente matrimonio non poſsit inter virũ & vxorem conuenire, vt longiore [die] dos reddatur: poſt diuortium tamen, ſi iuſta cauſa [r] conuentionis [s] fuerit, cuſtodiri id pactum debet.

XIX. ALFENVS libro tertio Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

ALiud eſt [t] ſi pater pro filia dotem promiſit, vt annua, bima, trima, quadrima, quinto anno dos à ſe [u] redderetur, [x] & conuẽnit, vt iiſdẽ diebus dos ſoluto matrimonio redderetur. hoc enim pactum [y] ita valet, ſi patri filia heres exſtitiſſet, & interueniẽte ea pactum conuentum fuerit.

XX. PAVLVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

OB res quoque donatas vel amotas, vel impenſas factas, tunc facta pactio [z] valebit, id eſt poſt diuortium. Si extraneus de ſuo daturus ſit dotem: quidquid vult, paciſci & ignorante muliere, [a] ſicut & ſtipulari poteſt. legem enim ſuæ rei dicit: poſtquam verò dederit, paciſci conſentiente muliere debet. Si conuenerit ne à muliere néve à patre dos petatur: heres non habebit [b] exceptionem. Sed ſi conuenerit ne manente matrimonio viuo patre petatur: mortuo patre ſtatim exigitur. & ſi non petierit maritus, tenebitur huius culpæ nomine, ſi dos exigi potuerit: [c] niſi fortè antè diremptum ſit matrimonium, quàm facultatem petendi [d] haberet. [e]

ma, filiã non poſſe lõgius tẽpus apponere, quàm lege ſtatutũ eſt in dote illi reddenda. aliud eſt, ſi pater &c. & ſic cõtinuatur cum ſuperiore.

u *Aſe.* ſcilicet patre.

x *Redderetur.* i. daretur: vt. j. de verb. ſigni. l. verbum reddendi.

y *Pactum.* ſ. de cõtrahen. matri. nec eũ ſine eius conſenſu contrahi potuit. ſi autẽ dicas de reddenda dote: ſubaudias, maximè. nã etſi non interueniſſet, ſi tamen heres eſſet, ei noceret ſicut patri: vt ſupra eo. l. cum dos.

z *Obres. Pactio.* aliàs donatio, & aliàs pactio: & tũc ſcilicet poſt diuortiũ: vt hic ſubiicit. &. ſ. eodẽ l. licet. ſecundum vnũ ſenſum.

a *Muliere.* vt. ſ. eo. l. cum dos. §. j.

b *Habebit.* cum fuerit pactũ pſonale. Ac.

c *Potuerit.* vt. ſ. de iure dot. l. ſi extraneus. Ac.

d *Petendi.* id eſt antequã pater decederet.

e *Habere.* & hoc ha-

bes etiã.ſ. eodem.l.cũ pater.tũc enim nõ fuit in culpa exigendi: & ideo non tenetur:vt.j. ſol.mat. Mæuia. & ſupra de nego. geſtis.l. ſinautem.&.l.litis.§.ſi pecuniæ.

a *Si mulier. Mancipia.* ea pecunia æſtimata.

b *Periculo.* ſcilicet mulieris. Accurſius.

c *Prodeſſ.* vt.ſ. de iure do.l.ita conſtante. Ac.

d *Quidam. Conuenerat.* quæ cõuentio actionem nõ parit, niſi ſtipulatione ſit ſubnixa: ſed exceptionem tãtũ: vt.ſ. de do. inter vi. & vxo.l. ſi id.§.fi. &.l. ſi ſtipulata. Accurſius.

e *Daret.* in alimenta.

f *Non deberet.* ſi ſe non exhibuerit. Accurſius.

g *Confirmẽtur.* diuortio, ſi exceptio mulieri detur: cum debeant infirmari: vt.j. de donat. inter virũ & vxorẽ.l. ſed interim.§.penul.

h *Pater. Mortua.* ex his verbis putabatur tunc demũ filiis actionem competere, cum filia prædeceſſerit ante patrem. Io.

i *Deducta.* id eſt retenta à marito. Ac.

k *Mortem.* hic oriebatur quæſtio. Io. ſubaudi ergo ſiue ante mortem aui, ſiue poſt decedat.

l *Filiũ.* ſ. quos habebat in poteſtate pater, & quibus erat ſtipulatus. Accurſius.

m *Eius.* ſ. patris.

n *Illi.* patris filij.

o *Poſſe.* vt.ſ. eo.l. ſi ita conueniat. &.j. de ver. obli. quodcumque.§. ſi quis ita.

p *Mortua eſſet.* viuo vel mortuo patre.

q *Titio.* ſcilicet filio. nam ita ſtipulari extraneo non potuiſſet.

Plus poteſt quando ſuus heres, quam defunctus.

r *Deberi.* & ſic pleniꝰ ab herede agitur, quã à defuncto agi potuerit: vt.ſ. de cuic. ſi ip imprudentiam.§. nõ mirum. &.C. vt ac. ab here. & contra here.l.j.

ſ *Si inter virum. Pactum eſt.* tempore datæ vel auctæ dotis.

t *Rata eſt.* vt & ar.j. de condi. & demon.l. hæc conditio.§. fina. & l. ſi iam. ar. contra in.l. cum vir vxori.

u *Data.* vt.C. quæ res pig. ob. poſ.l. fi.

x *Quæ de reddenda. Conuenit.* ſocer

Si eſt vxle mulieri, pecunia in datẽ promiſſa poteſt in corpus vel in ſpeciem commutari. h.d. iſta not. l. Bal.

XXI. IVLIANVS libro ſeptimodecimo Digeſtorum.

SI mulier dotis cauſa promiſerit certam ſummam, & pro ea mancipia [a] in dotem dederit ea conditione, vt periculo [b] eius eſſent: & ſi quid ex his natum eſſet, ad eam pertineret: ſtari pacto conuento oportebit. Nam conſtat poſſe inter virum & vxorem conueniri, vt dos quæ in pecunia numerata eſſet, permutaretur, & transferatur in corpora, cum mulieri prodeſſ. [c]

Exceptio pacti conuenti non conuenit heredi matris, quæ mater ex contractu conditionis erat vere obligata: licet heres ipſius matris illud pactum appoſuerat de lucrando mercedem percipiendum ex fundo dato in dotem. hoc dicit. Baldus.

XXII. IDEM libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.

QVidam fundum dotis cauſa ab vxore ſua acceperat: interque eos conuenerat, [d] vt mercedes eius fundi vir vxori annui nomine daret. [e] deinde eum fundum vir matri mulieris certa penſione colendum locauerat: eaque, cũ mercedes eius fundi deberet, deceſſerat: & filiam ſuam ſolam heredem reliquerat, & diuortium factum erat. vir deinde petebat à muliere mercedes quas mater debuerat. Placuit exceptionem mulieri dari non debere, [f] ac ſi inter ſe & virum non conueniſſet vt hæ mercedes ſibi alimentorum nomine darentur: cum futurum ſit, vt quodammodo donationes inter virum & vxorem confirmentur. [g] nam quod annui nomine datur, ſpecies eſt donationis.

Conditio exiſtens, ſiue in vita, ſiue poſt mortem ſtipulatoris, purificat conditionem. Bartolus.

XXIII. AFRICANVS libro ſeptimo Quæſtionum.

PAter cum filiæ ſuæ nomine dotem daret, pactus eſt vt mortua [h] filia vno pluribuſve liberis ſuperſtitibus, deducta [i] parte tertia, reliqua dos ſibi, aut poſt mortem [k] ſuam illi aut illi filiis [l] quos in poteſtate habebat, reddatur. deinde hæc ita fieri ſtipulatus eſt. poſt mortem eius [m] mulier in matrimonio deceſſerat relictis filiis. Quæſitum eſt an ex ſtipulatione duas partes illi [n] petere poſſint. Reſpondi poſſe. [o] etenim vim eius ſtipulationis hanc eſſe, vt ſi in matrimonio mortua [p] eſſet, dos patri redderetur: & perinde habendum, ac ſi talis ſtipulatio interpoſita fuiſſet: *Si nauis ex Aſia venerit, mihi, aut poſt mortem meam Lucio Titio* [q] *dare ſpondes?* nam & ſi poſt mortem ſtipulatoris nauis veniſſet, heredi deberi. [r]

XXIIII. FLORENTINVS libro tertio Inſtitutionum.

SI inter virum & vxorẽ pactum eſt, [s] vt certa pars dotis vel tota ob vnum vel plures liberos interuenientes retineatur: etiam eorum liberorũ nomine qui antè nati ſunt quàm dos daretur, aut amplietur, cõuentio rata eſt. [t] nã ſufficit eos ex eo matrimonio naſci, in quo dos data [u] eſt.

XXV. VLPIANVS libro primo Reſponſorum.

QVod de reddenda dote, ſi data fuiſſet, mortua in matrimonio filia conuenit, [x] idem de non petẽda quoque videri conueniſſe: ac patrẽ pacti conuenti exceptionẽ nãctum ad heredem ſuum tranſmiſiſſe.

XXVI. PAPINIANVS libro quarto Reſponſorum.

INter ſocerũ & generum cõuenit, vt ſi filia mortua ſuperſtitem anniculum filium habuiſſet, dos ad virum pertineret. quòd ſi viuente matre filius obiiſſet, vir dotis portionem [y] vxore in matrimonio defuncta retineret. mulier naufragio cũ anniculo filio periit. Quia veriſimile videbatur, ante matrem infantem periſſe, [z] virum partem [a] dotis retinere placuit. Vir dotem quam ex pacto filiæ [b] nomine retinere potuit, ſi lapſus errore nõ retinuit, [c] filiam quæ patri ſola, matri pro parte heres exſtiterit, apud arbitrum [d] diuiſionis non improbè dotis perperam à patre ſolutæ [e] præceptionem deſiderare conſtitit. [f] Cum inter patrem & generum conuenit, vt in matrimonio ſine liberis defũcta filia, dos patri reſtituatur: id actum [g] inter contrahentes intellegi debet, vt liberis ſuperſtitibus filia defuncta, dos retineatur. nec ſeparabitur [h] portio dotis additaméti cauſa data, ſi poſtea nihil aliud cum genero, vel cũ vxore. ſ. filia ſoceri. hoc enim ipſo quòd gener ita ſe obligat de reddẽda dote ſi ei data eſſet, videtur permiſiſſe patri ne daret: & ita faciſſe pactum de non petendo. & facit. j. ſi quis omiſ. cau. teſta. ſi quis ſub cõditione. Acc.

y *Inter ſocerum. Partionem.* ſcilicet dimidiam.

z *Infantem periſſe.* vt infra de reb. dub. l. ſi mulier. Sed quid de pubere filio ſic mortuo? Rñ. contra, quia prius mater mortua eſſe pſumitur: vt infra de reb. dub. l. cum pubere. Itẽ nũquid eadẽ quæſtio & diſſictio ſeruatur in patre & filio ſimul mortuis? Reſpon. ſic: infra de reb. dub. l. q duos. §. cum in bello. &. §. ſi Lucius. aliter ſi ſint pares illi qui ſic moriũtur: quia pariter mortui præſumuntur: vt infra de donat. cau. mor. l. ſi hi qui inuicẽ. Accurſius.

a *Partem.* non totam.

b *Filia communis.*

c *Retinuit.* ſed heredibus mulieris reſtituit, vel ipſi mulieri. Accurſius.

d *Arbitrum.* coram quo materna diuiditur hereditas, non paterna: quia eam ſolam habet, vt hic dicitur.

e *Soluta matri.* quę diuerſum: & valuit pactũ: vt not. ſupra eodẽ.l.ij. Vel ſi non habes matridie quòd eius heredibus reſtituit totã. Accurſius.

f *Conſtitit.* videtur quòd ignorantia propriꝰ facti toleretur. & ſic eſt arg. contra infra pro ſuo.l.ſi. Accurſius.

g *Id actum.* poſito enim quid iuris ſit in vno de contrariis, & in oppoſito quid iuris ſit intelligitur. Sed arg. contra ſupra man. l. qui mutuam. j. reſpon.

h *Separabitur.* à genero, vel non ſeparabitur ab ea quæ fuit prius conſtituta, quoniam idem iuris ſit in vtroque: vt argu. infra de legat. j. ſi ex toto. in princip. & infra de aur. & argen. leg. l. cum aurum. §. fi. in fin. &. C. de iure do. l. etiam ſi non. in fi. & ſupra de iure do. l. iiij.

Ad interr.

conueniat. Conuênit, vt mulier viri ſumptib' quoquo iret veheretur: atque ideo mulier pactum ad literas [a] viri ſecuta, prouinciam [b] in qua centyrio * merebat, petit. [c] non ſeruata fide conuentionis, licet directa actio nulla competit, [d] vtilis tamẽ in factũ [e] danda eſt. Filia cum pro ſe dotem promitteret, pepigit vt ſi in matrimonio ſine liberis deceſsiſſet, matri ſuæ dos ſoluatur. pacto filiæ nulla matri quæritur actio. ſi tamen heres puellæ [f] matri pecuniam [g] dotis ſoluerit, viro cõtra placita petenti [h] dotem obſtabit exceptio. Pater ſi filia nupta mortem obiiſſet, dotem dari [i] ſtipulatus eſt. conſtante matrimonio capitali crimine dãnat' eſt. [k] diuortio ſecuto, vel morte viri ſoluto matrimonio, ſtipulationis conditio deficit. Quòd ſi mulier in matrimonio deceſſerit: ex ſtipulato fiſco dotis actio quæreretur. Poſt verum autem diuortium renouatis nuptiis, non committitur fiſco [l] ſtipulatio, licet defuncta ſit in matrimonio filia: quoniam ad primas nuptias pertinet. [m]

a *Ad literas.* quibus voluit mulierem ad ſe peruenire. Acc.
b *Centyrio.* ſub quo maritus fortè militabat.
c *Petit.* petitio hæc à principe: vt. C. de re mili. l. quicũque. vel hic ipſe non miſit pro ea. Accurſius.
d *Competit.* ideo fortè quia nudum pactum fuit.
e *In factũ.* vt. j. de dona. inter vi. & vxo. l. ſi quis pro vxore. Ac.
f *Puellæ.* agnatus. ſ. vel alius, quẽ heredem fecit: non filius: quia filiũ non habebat.
* *Centurio. ſic apud veteres Sylla & Sulla.*
g *Pecuniam.* ſed quid ſi heres puellę pecuniã nõ ſoluit matri: ſed eã apud ſe habet? Reſpõ. nõ repetit maritus: quia ſi puella fecit inutilem ſtipulationem, quę directo non valeat, ſecũdum. l. tamen habet vtilem actionem: vt & C. de rei vxo. act. in princ. arg. ſupra eo. cũ dos. quod not.
h *Petenti.* cum non eſſet ſoluta.
i *Dari.* id eſt reddi.
k *Dãnatus eſt.* ſ. pater.
l *Fiſco.* qui eſt heres patris: vt. j. de iure fiſci. Lucius.
m *Pertinet.* ſtipulatio: vt. j. de iure do. l. dotis.

Caſum pœnit.

n *Si liberis.* Mulier dedit centum in dotẽ hoc pacto, vt vir lucretur dotẽ. ea mortua ſuperſtitibus liberis, hæc mulier finxit ſe iratã cũ viro: & ad eum redire noluit, niſi hoc pactũ remitteretur: tandem remiſſum eſt. Hæc lex dicit hoc pactũ non valere. Ac.
o *Sublatis.* ſcilicet natis, qui erant cauſa retinendæ dotis.
p *Iurgium.* ſ. factum.
q *Per diſſimulationẽ.* iurgij. diſſimulabat enim quòd cum marito

* *cõcordia.*

iurgata eſſet.
r *Dotata.* id eſt ne videatur aliqua dediſſe in dotẽ, vt ob hoc pactum marito de dote retinenda nõ noceat, vel proſit: & ſecũdum hoc dicit ſublatis, id eſt mortuis. immo dicit indotata. i. ne dotẽ retinere poſſit vir.

XXVII. IDEM libro primo Definitionum.

SI liberis [o] ſublatis * reuerſa poſt iurgium [p] per diſſimulationem [q] mulier, veluti venali concordio, * ne dotata [r] ſit cõueniat: conuentio ſecũdum ordinẽ rei geſtæ moribus improbanda eſt.

XXVIII. PAVLVS libro quinto Quæſtionum.

QVæris, [s] ſi pacta ſit mulier vel ante nuptias, vel poſt nuptias, vt ex fundi fructibus quẽ dedit in dotem, creditor mulieris dimittatur, an valeat pactum. Dico, ſi ante nuptias id conuenerit, valere pactum: eoque modo minorem dotem conſtitutam: poſt nuptias verò, cum onera matrimonij fructus releuaturi ſunt, iam de ſuo maritus paciſcitur, vt dimittat creditorem: & erit mera donatio. [t]

s *Quæris.* aliàs incipit. l. Paulus.
t *Donatio.* quæ non poteſt valere inter virum & vxorem, ideoque inualida eſt: vt ſupra eo. ſi cõuenerit. & ſupra tit. j. l. ſi pater. in fi. & l. dotis. j. fi. ſed contra. j. eo. l. Bębi'. §. fi. aliàs. l. ſi inter. Solu. hic data fuit dos ante nuptias: ſed poſt nuptias contractas fuit pactum factum donationis cauſa: ibi in ipſa datione dotis facta, contracto vel non contracto matrimonio, fuit pactum initum non donationis cauſa: immo eo modo fuit dos minor conſtituta.

XXIX. SCAEVOLA libro ſecundo Reſponſorum.

CVm maritus qui æſtimata prædia in dotem acceperat, manente matrimonio pactus eſt circunſcribendæ mulieris gratia, vt prædia inæſtimata eſſent, vt ſine periculo ſuo ea deteriora faceret: quæſitum B eſt, an ſecundum priores dotales tabulas prædia æſtimata remanerent, & periculum eorum ad maritũ pertineret. Reſpondi, non idcirco id pactum de quo quæreretur, impediri, quòd in matrimonio factum eſſet, ſi deteriore loco dos [u] non eſſet: [x] nihilo minus eo pacto admiſſo, [y] ſi deteriora prædia faceret, [z] eo etiam nomine dotis eum actione teneri. Titius mulieris nomine dotem dedit: & ſtipulatus eſt in caſum mortis, & diuortij. diuortio ſecuto, non repetita dote Titius deceſſit. mulier ex voluntate heredis C eius redintegrauit matrimoniũ. Quæſitum eſt, an ex ſtipulatu dotem petere poſsit. Reſpondi, heredem Titij, ſi conſenſiſſet vt ea quantitas quam ex ſtipulatu conſequi potuerat, reconciliato matrimonio dotis fieret: poſſe pacti exceptione ſummoueri. [a] Mulier de dote quam dedit, pacta eſt, vt ſi in matrimonio deceſsiſſet, fratri eius redderetur: iſque in eũ caſum ſtipulatus eſt. mulier decedens [b] quaſdã res dotales marito legauit, & aliis: quoſdam ex ſeruis dotalibus manumiſit. [c] D Quæſitum eſt an maritus earum nomine quas legauit mulier, & ſeruorum quos manumiſit, fratri tenetur. [d] Reſpondi, nihil proponi, cur non teneretur: cum etiam heredes [e] defunctæ tam legatariis quàm libertatibus obnoxij ſint.

u *Vm maritus. Dos.* vt. ſ. eo. l. ſi mulier.
x *Non eſſet.* vt ſupra eo. ſi mulier.
y *Admiſſo.* quòd eſt cum eſt mulieri vtile.
z *Faceret.* dolo, vel culpa. Accurſius.
a *Summouari.* Scæuola nõ reſpondit quæſtioni propoſitæ hic ſicut aliàs plerumque facit: ſcilicet an videatur conceſsiſſe dotem: ſed reſpõdet, quòd ex quo conſenſit matrimonio, videtur redintegrare dotem: vt ar. ſupra de iure do. l. dotem. & l. ſtipulatio. & C. de nup. l. ſi vt proponis. Accurſius.
b *Decedens.* duobus heredibus inſtitutis.
c *Manumiſit.* id eſt reliquit libertatem.
d *Mulier tenetur.* ſic ergo non eſt voluntas mutata. Et ſic eſt contra. j. de dote prælega. l. Seia. in fi. j. reſpon. vbi dicit quòd ſiue mulier eſt paſſa animo donãdi ſtipulari amicũ, videtur donatio cauſa mortis, & ideo poteſt reuocari. ſiue non animo donandi, & tunc reuocat vt vult. Sol. ſecundũ Ot. ibi dicit poſſe commutare ſcilicet expreſſe: hic verò nõ poſſe: ſcilicet tacite. vel ibi eius voluit vti miniſterio dumtaxat in vno articulo: hic autem voluit donare: in quo caſu ſubdiſtinguitur, voluerit donare cauſa mortis, vel inter viuos. ſi cauſa mortis, poterit mutare: vt ibi in alio articulo: alioquin minime: vt hic & infra de lega. iij. l. cũ quis. §. nuptura. & C. de iure do. l. ij.
e *Etiam heredes.* quicũque illi ſunt, qui debent ſeruos ab ipſo fratre redimere, & manumittere, & pro rebus legatis ęſtimationẽ p̃ſtare ipſi marito, ſiue alij legatario. Ro. & ideo non videtur voluntatem mutaſſe, quã primo habuit, vt fratri redderetur. & facit. ſ. ti. j. l. ſi mulier. §. fi. Ac.

Aebi°.] CASVS. Marcellus habuit filium, & filiam, quam nupſit Maryllo: & inſtrumento dotis centũ p̃miſit: & fecit duo pacta in eodẽ inſtrumẽto. Prinũ, q̃ hæc dos nõ peteret, donec haberet filios. Secũdũ, q̃ ſi j matrimonio deceſ-

ſerit ſine filiis: filia dimidiã lucretur, & petat vir: & alia dimidia remaneat apud filium. poſt hoc deceſsit Marcell° inſtituto filio & filia æqualiter: ſed ante part[illegible] per fideicom. reliquit filiæ dotem prædictam. Item ſimiliter accidit quòd Maryllus habuit filiam: & poſtea reiecit vxorem: quæ poſtea deceſsit fortè inſtituto

ſtituto fratre, & filia æqualiter. poſt hoc venit Maryllus cum inſtrumento dotis coram iudice, & agit cõtra filium Marcelli, qui habet de iure tres partes hereditatis Marcelli patris, ſcilicet dimidiam iure ſuo: & dimidiam dimidiæ ex ſororis iure: & petit ſibi totam dotem centum ex vi inſtrumenti dotis, ſcilicet ex ſecundo pacto, hoc modo: voluit Marcellus generum lucrari dimidiã nulla exiſtẽte prole. ergo multo magis totã aliqua prole exiſtẽte. econtra filius Marcelli excipit ex primo pacto, quo voluit Marcellus aliquid peti dũ non haberet filios. ſed hæc nulla eſt, quia habuit: ideoque iterum reſpondet, quòd illud ſecundum pactum non habet locum. nã in eo caſu locũ habet, ſi decederet ĩ matrimonio: quòd hic non fuit: & ſine filiis, quod ſimiliter hic non fuit: & hac ratione fuit abſolutus. ſed adhuc in alio libello inſtat Maryllus: & dicit ſe heredem vxoris per mediam filiam inſtitutam à matre: vnde mediam hereditatẽ vxoris vult: de qua nõ dubiũ eſt quòd habere debet. vult etiã mediã dotẽ hac ratione, quia Marcellus per fideicommiſſum prælegauit filiæ: & ſic media tranſit ad filiam ea ratione, quia in medietate ſuorum bonorum inſtituit mater filiã: & in hoc ius habuit Maryll[a]: nec per hoc perdit agens modo ex teſtamento, quod perdiderat primo agens ex inſtrumẽto dotis. *ADDITIO.* Not. ex hac gl. ſecundum Bal. hic, ℣ qui habet duo inſtrumenta, & petit vnũ exequi ex alio, ex quo nõ ſe fundauit: nõ poteſt in eadem inſtantia obtinere: ſed alia inſtãtia opus eſt.

mine centena promiſerat, [a] & conuenerat inter eos, ne ea dos conſtante matrimonio peteretur: vel ſi poſt mortem patris in matrimonio ſine liberis filia [b] deceſsiſſet, vt dimidia dos apud Maryllum remaneret [c], dimidia fratri mulieris reſtitueretur [d]: eáque etiam in ſtipulationem deducta erant. mortuo [e] Marcello, filio [f] & filia [g] ſuperſtitibus, dote vniuerſa [h] filiæ prælegata, Maryllus nata filia diuerterat: & mulier deceſſerat fratre ſuo & filia [i] ex partibus æquis heredibus relictis. Apud Petronium Magnum prætorem Maryllus ab herede filio Marcelli ex dotis promiſsione [k] vniuerſam dotem petebat illa coniectura, qua ſi inter [l] duos [m] placuiſſet [n], nullo filiorum exiſtante mortua muliere, partem dotis remanere apud maritum, magis conueniſſet [o] vtique totam eius eſſe dotem, ſi filium filiámve habuiſſet [p]. Ex diuerſo [q] reſpondebatur, pacti quidem vulgaris exceptionem [r] etiam heredi proficere: ſed in ſpecie quæ proponitur, nõ quaſi mulieris heres ex perſona defunctæ ſe exceptióe pacti [s] tuebitur [t]: ſed ipſe erat ille, qui etiam viua muliere, ſi ab eo [u] dos peteretur, potuiſſet ea exceptione Maryllum, quia diuortium factum erat, ſummouere: eandémque defenſionem etiam poſt mortem ſororis ſuæ retinebat. Itaque [x] placuit eum ab ea petitione abſolui [y], nulla ex hac ſententia [z] facta derogatione fideicommiſſi [a] petitioni, quam [b] iure hereditario per filiam [c] heres vxoris [d] Maryllus in parte dimidia [e] habebat.

a *Promiſerat.* nec tamen dederat aliquo tempore ipſe, vel alius: & ideo petebat eam maritus Accurſius.
b *Filia.* inſtituta vel inſtituenda herede, cui ſpecialiter prouidere voluit: quod potuit: vt ſupra eo. l. anus.
c *Remaneret.* paſsiue, id eſt ne maritus ab ea petat. Accurſius.
d *Reſtitueretur.* filio Marcelli.
e *Mortuo.* promiſſore dotis.
f *Filio.* cui pars dimidia dotis erat reſtituenda.
g *Filia.* vxore Marylli.
h *Dote vniuerſa.* id eſt vniuerſa quantitate, quæ nomine eius erat promiſſa. Accurſius.
i *Filia.* ex vxore ſua.
k *Promiſsione.* quam fecerat pater.
l *Quaſi inter.* id eſt quia.
m *Duos.* inter ſocerum & generum.
n *Placuiſſet.* ſcilicet expreſſe. Ioan.
o *Conueniſſet.* tacite.
p *Habuiſſet.* bona videtur Marylli allegatio: vt argu. C. de inſti. & ſubſti. l. generaliter. §. cum autem.
q *Ex diuerſo.* hæc eſt friuola exceptio.
r *Exceptionem.* nam hoc ipſo quòd diuertit, videtur pactus ne petat dotem: & hoc dicit ſecundum quoſdam. ſed certè immo quia fecit pactum ne peteret conſtante matrimonio dotem. hæc tamen allegatio non erat bona: quia hic ſolutum erat matrimonium. vnde ſtatim ſe corrigit: ſed ipſe &c.
ſ *Pacti.* nam in eum caſum tantùm vir aliquid lucratur, ſi filia decedat in matrimonio: quod hic non fuit, de quo ſubiicit.
t *Tuebitur.* ſ. filii Marcelli. nec etiá vt patris heres ex primo pacto.
u *Si ab eo.* vt ab herede promiſſoris.
x *Itaque.* nunc ſoluit prædicta.
y *Abſolui.* ideo quia caſus nõ extitit, in quẽ pact[o] erat ſibi partẽ dimidiam dotis: quia nõ deceſsit ĩ matrimonio, & quia filiam habuit.
z *Sẽtẽtia.* ex qua abſolutus eſt filio Marcelli.
a *Fideicommiſſi.* dotis prælegatæ. Io.
b *Quam.* ſcilicet petitionem fideicommiſsi.
c *Per filiam.* ex vxore natam. Accurſius.
d *Vxoris.* Marylli, quæ eſt mater ad illã filiam.
e *Dimidia.* ideo nõ in totũ, quoniã vxor Marylli etiã fratrẽ vnà cũ filia inſtituit: vt. ſ. ea. l. in. §. mortuo Marcello.
f *Si inter.* aliàs. §. aliàs lex.
g *Valet.* quia collatũ pactũ fuit donatiõis in eũ caſum in quo valere potuit: vt. j. titu. ij. l. ſi eum. §. fi. & l. ſequẽ. vel melius cõuenit hic in ipſa dotis cõſtitutione non donationis cauſa: vt. ſ. eo. ſi conuenerit. alioquin cõtra: vt. ſ. e. l. ſi liberis. §. fi. quæ eſt contra. aliàs incipit. l. quæris.

[Ducentorũ alias, pro ducentos, ſicut Græcorũ quæ pretiũ nomen in genitiuo poſuit, vt ἀντὶ ἑκατὸν βοῶν ἐννέα καὶ εἴκοσι.]

XXXI. SCAEVOLA libro tertio Quæſtionum.

SI inter [f] virum & vxorẽ cõuenit, vt extremi anni matrimonij fructus nondum percepti mulieris lucro fiant: huiuſmodi pactum valet [g].

XXXII. IAVOLENVS libro ſexto ex Poſterioribus Labeonis.

VXor viro ſundum æſtimatum centum in dotem dederat: deinde cum viro pactum conuentum fecerat, vt diuortio facto eodem pretio vxori vir ſundum reſtitueret. poſtea volente vxore vir eum ſundũ ducentorum† vẽdiderat: & diuortium erat factum. Labeo putat viro poteſtatem fieri debere, vtrum velit ducenta, vel ſundũ reddere: neque ei pactum conuentum remitti [h] oportere [i]. Idcirco puto hoc Labeonem reſpondiſſe, quoniam voluntate mulieris fundus veniit: alioquin omnimodo fundus erat reſtituendus. Si pater filiæ nomine certam pecuniã in dotem promiſerat, & pactus eſt ne inuitus eam ſolueret, nihil ab eo exigẽdum [k] puto: quia id quod pacto conuento ne inuitus exigeretur cõuenerit, in dotis cauſam eſſe non videretur [l].

DE FVNDO DOTALI [m]. TITVLVS V.

Prohibitio alienationis facta à. l. nõ habet locũ in alienatione neceſſaria. h. d. Bar.

1. PAVLVS libro trigeſimoſexto ad Edictum.

VXor viro.] CASVS in hac. l. eſt planus vſq; ad. §. ſi pater. [SI PATER.] Pater nomine filiæ. c. in dotẽ promiſit. deinde vir fecit pactũ de nõ petẽdo patri. ĩn diuortiũ factũ eſt: nũc pater vel filia dotẽ repeterevult, quaſi videat marit[o] eã habuiſſe, cũ pacto remiſerit, cũ data nõ ſit. quærit an poſsit. Et reſp. ℣ nõ. Vi.

h *Remitti.* pactum conuentum, quod fuit dictum.
i *Oportere.* prorſus. remittitur enim in aliquo: quia nũc eſt mariti electio: ſed prius tantùm fundum centum valentem reddere debebat: & hoc ſubiicit. Accurſius.
k *Exigendum.* id eſt nihil ipſe exiget. Io. ex quo nihil ſoluit. & facit ſupra titu. j. Iulianus.
l *Videretur.* vt tantũ pecuniã repetat, quãta ĩ pactũ deuenit. videbatur enim marit[o] habuiſſe id, de quo nõ petẽdo pepigit. Ac.

DE FVNDO DOTALI.

Id eſt de eo quod in dotem datur.

m Dotali. *non ſolũ ſuperiora pacta expreſſa ſunt in dote: ſed & quædam tacita, ſcilicet vt non alienetur fundus dotalis: & ideo de hoc ſubiicit: & eſt alienatio &c. vt. C. eo. l. j. item fundus dotalis eſt, qui eſt inæſtimatè datus: vt. C. de rei vxo. actio. §. & cum lex. Accurſius.*

INtendum.] CASVS. Lex Iulia prohibuit alienari fundum dotalem: ſed hæc prohibitio fallit in duobus caſibus, qui hic dicuntur. Viuianus.

Ceſſat.

a *Ceſſat.* verbi gratia.
b *Dominus.* ſtatim ſi maritus erat dominus: alioquin fit quaſi dominus, præſcriptione: vt infra de dam. infec. l. prætoris.
c *Voluntaria.* ſic & aliàs permittitur quid ex neceſſitate, non ex voluntate: vt infra de rebus eo. l. iij. §. j. & ij. Accurſius.
d *Per vniuerſitatẽ.* quędam enim &c. vt hic, & infra de acquirẽ. re. do. l. quędã. & de lega. ij. l. peto. §. fratre. & infra de verbor. obli. l. ſi ita quis pro. §. ea lege.

Fundi dotalis alienatio in certis caſibus tolleratur.

duobus ergo caſibus permittitur alienatio: vt patet in hac. l. & eſt tertius, vt ſi prouocatur à ſocio: vt ſupra cõmuni diui. l. ſed & ſi. & ſupra de iure do. l. cum in fundo. §. pe. & facit ad primum reſponſum ſupra tit. ij. l. cũ in fundo. §. ſi fundus.
e *Ad heredem.* idem in legatis forte: vt ſupra de ali. iudi. mu. cau. fac. l. ex hoc. §. ſed heredem.
f *Si maritus. In ſeruitutẽ.* priuati hominis.
g *Verius.* licet matrimonium definat: vt infra eo. l. etiam. in prin.
h *Pœnæ cauſa.* marito ſeruo pœnæ facto.
i *Soluendo.* & quia eſt idoneus, immunis eſt à ſatisdatione: vt infra ſi cui pluſquã per. l. Falc. l. niſi. §. item. & infra vt le. no. ca. l. j. §. ſi ad fiſcum.
k *Fundus. Serus.* dato in dotẽ, ita quòd teſtator nolit ad maritum pertinere: vt ſupra de iur. do. l. ſi legato.
l *Competit.* quod euenit ſolu. ma. Accurſius.
m *Omnimodo.* vt efficaciter poſſit petere: ſaltẽ in aliquo caſu. Io. Vel dic ſecundũ Azo. ſcilicet ab initio: licet definat cõpetere ex cauſa: vt. C. de diuor. & re. l. conſenſu. §. hæc niſi.

†In hanc legẽ Iuliam vide Alexand. ab Alexã. lib. 4. Gen. dier. cap. 8. & ibidem multa de iure dotium.

† *Ex Iulia.*] C A. S V S. Maritus per verba de præſenti non poteſt alienare fundũ dotalem: neque ſponſus per verba de futuro. ſed ſi ei dat' eſt fundus nomine dotis futurę: poteſt alienare. Viuianus.
n *Interpretanda.* paſſiue. facit. C. de bo. quę li. l. non ſine. eſt enim hic fundus quaſi dotalis per deſtinationem: ſicut & aliàs per reuerſionis ſpem: vt infra de iure do. l. ſi is qui. in fi. Accurſius.
o *Iulianus.* aliàs lex, & aliàs. §. Accurſius.
p *Fundo.* id eſt prædio ruſtico, ſiue villa:

INterdum lex Iulia de fundo dotali ceſſat [a], ſi ob id quòd maritus dãni infecti non cauebat, miſſus ſit vicinus in poſſeſſionem dotalis prædij, deinde iuſſus ſit poſsidere. hic enim dominus [b] vicinus fit, quia hæc alienatio non eſt voluntaria [c]. Sed & per vniuerſitatem [d] tranſit prædium, ſecundum quod poſsibile eſt, ad alterum, veluti ad heredem [e] mariti, cum ſuo tamen iure, vt alienari non poſsit.

II. VLPIANVS libro quinto de Adulteriis.

SI maritus fuerit in ſeruitutem [f] redactus, an dominus alienare hunc fundum non poſſit? quod puto eſſe verius [g]. Quare et ſi ad fiſcum peruenerit [h], nihilo minus venditio fundi impeditur, quamuis fiſcus ſemper idoneus ſucceſſor ſit, & ſoluendo [i].

III. PAVLVS libro trigeſimo ſexto ad Edictum.

FVndus dotali ſeruo [k] legatus, ad legem Iuliam pertinet, quaſi dotalis. Totiens autẽ nõ poteſt alienari fundus, quotiens mulieri actio de dote cõpetit [l], aut omnimodo [m] competitura eſt.

IIII. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

LEx Iulia, † quæ de dotali prædio proſpexit, ne id marito liceat obligare, aut alienare, plenius interpretãda [n] eſt, vt etiam de ſponſo idem iuris ſit, quod de marito.

V. VLPIANVS libro ſecundo de omnibus Tribunalibus.

IVlianus [o] libro ſextodecimo Digeſtorum ſcripſit, neque ſeruitutes fundo [p] debitas poſſe maritum amittere [q], neque ei alias [r] imponere.

VI. IDEM libro quinto ad Adulteriis.

SEd nec libertas ſeruitutis vrbano prædio dotali debitæ competit [s]: ne per hoc deterior conditio prædij fiat.

VII. IVLIANVS libro ſextodecimo Digeſtorum.

SI maritus fundum Titij ſeruientem dotali prædio adquiſierit [t], ſeruitus confunditur. ſed ſi eundem [u] Titio reddiderit ſine reſtauratione ſeruitutis, hoc marito imputabitur: & hoc caſu maritus litis æſtimationem præſtabit [x]. Quòd ſi maritus ſoluendo non erit: vtiles actiones aduerſus Titium mulieri ad reſtaurandam ſeruitutem dantur [y]. Sed cum vxor fundum cui prædia viri ſeruitutem debebant, in dotem dat, fundus [z] ad maritum peruenit amiſſa ſeruitute: & ideo non poteſt videri per maritum ius fundi deterius factum [a]. Quid ergo eſt? Officio de dote iudicantis continebitur, vt redintegrata ſeruitute iubeat fundũ mulieri vel heredi eius reddi [b].

VIII. ALFENVS libro tertio Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

VIr in fundo [c] dotali vxoris rogatu oliuetum ſuccideratt: hoc (vt) nouellum reponeret: poſtea vir mortuus erat, & vxori dotem relegauerat. Ligna quæ ex oliueto exciſa eſſent, oportere mulieri reddi reſpondit.

IX. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

SI marito debitori fundi [d], id quod debet, doti mulier promiſerit: dotalem fundum effici. Quod ſi ei promittat [e] qui fundum aut decem debuit, in arbitrio eſſe mariti [f] quod in dote ſit. Quòd ſi Stichum aut fundũ debuit maritus, & quod debet, doti ei promiſſum ſit: Sticho mortuo fundum in dotem [g] eſſe. His conſequens eſſe ait, vt ſi Cornelianum aut Sempronianum fundum debenti, id quod debet, doti promiſſum ſit: vtrum eorum dotalem eſſe malit: * plane vtrum velit alienaturum: alterum alienari * non poſſe. ſi tamen alienum * rurſus redimat: adhuc in eius poteſtate eſt, an eum quem retinuiſſet, alienari * velit.

X. PAVLVS libro quinto Quæſtionum.

ERit ergo poteſtas legis ambulatoria [h]: quia dotalis [i] fuit obligatio [k]. Numquid ergo etiã illo nõdum redẽpto [l] alterũ quoq; alienare poſsit, quia poteſt alterũ redimere? an hoc nõ

A vt infra de verb. ſigni. l. locus. ſed infra. l. prozi. loquitur in vrbano, vt differat ab iſta. at alia quæ ſequitur, ſi maritus in fi. loquitur quãdo mariti prædium ſeruiebat prædio mulieris, quod dedit poſtea in dotem. Accurſius.
q *Amittere.* id eſt remittere per pactum.
r *Alias.* ſeruitutes.
s *Sed nec. Compatit.* ex remiſsione, quæ fuit conſtante matrimonio. Accurſius.
t *Si maritus. Adquiſierit.* emendo.
u *Eundem.* fundum dominantem. Accur.
x *Præſtabit.* iudicio de dote conuentus ſolu. mat. Accurſius.
y *Dantur.* ſic & aliàs ſupra de eo per quem fac. erit. l. fin. in prin.
z *Fundus.* dominans.
a *Factum.* cũ ipſa peruẽtione perdatur ſeruitus, nõ poſtquã peruenit.
b *Reddi.* vt ſupra de in. do. l. cum in fundo. in fi. j. reſpon.
c *Vir in fundo.* Vel quia hoc voluit teſtator: vel quia mulieris impẽſa vetus oliuetũ erat ſucciſum, & nouum repoſitũ. aliàs legata dotis non cõtinerẽtur: ſicut nec vſuræ: vt. j. de dona. inter vi. & vxo. l. vir vſurat. Accurſius.

B

Si marito.] C A S V S. Sed dicit hæc lex de plano: & duæ ſequentes continuantur cum iſta. Viuianus.

d *Fundi.* ſui proprij viri tẽpore promiſſionis factæ p dote: alioquin ſecus eſt: vt. ĩ. de iure do. l. ſi ſponſalibus. §. ſi mulier. & ĩ. eo. titu. l. ſi nuptura. §. ſi fundũ. & infra eo. l. dotale. §. dotale. Azo.
e *Promittat.* ſcilicet doti eſſe quod debet. Azo.
f *Mariti.* quia & prius erat in ſuo arbitrio, qđ ſolueret: vt. ĩ. de iure do. l. plerunq; in fi. Ac.
g *In dotem.* quia iſte remãſit in obligatiõe: vt. ĩ. de cõtrahen. emp. l. ſi in emptione. §. pe.

C

* *malit: hũc dotis eſſe.*

h *Erit. Ambulatoria.* ſicut & defuncti: vt. j. titu. j. l. cũ hic ſtatus. §. oratio. in fi. Ac.
i *Dotalis.* id eſt fundꝰ ſ dotẽ, ſub alternatiõe.
k *Obligatio.* ſcilicet ambulatoria. Accur.
l *Redẽpto.* interim ergo nõ tenet alienatio: qa infirmat poſtea: vt hic ſubiicit. ſic & aliàs in authẽ. de nõ alie. §. hoc autẽ proſpeximus. coll. ij. & ĩ. de ſol. l. qui res. in fin. j. reſpon.

D

* *alienare.*
* *alienatũ.*
* *alienare.*

Quod

a *Qvod si fundum. Posse.* vt. C. de fun. dota. l. j. cum posit eligere mulier quod vult: vt supra de iu. do. l. plerunque. in fin. Accursius.

Etiam. CASVS. Maritus qui fundū habebat in dotē, factꝰ est seruus hominis. licet matrimoniū finiatur seruitute superueniēte, tamē adhuc ꝓhibet alienatio fundi. Vi.

b *Dirēpto matrimonio.* pone exēplū vt. ff. e. l. si maritus fuerit. in prin. sed si est dotale so. mat. vt hic dicit, ergo adhuc nō debet vsucapi: vt. j. e. si fūdū. Sed cōtra. C. de iure do. l. in rebꝰ. §. omnis. Solu. speciale est, vt solu. mat. vsucapiatur contra mulierē: qa & aliud ꝓ ea inducit speciale, vt eo cōstāte possit vindicare: vt ibidē dicit. Vel ibi in rebꝰ æstimatis, quas vindicat mulier, cū maritꝰ nō sit soluēdo: quę cū nō sint dotales, vsucapiūtur. hic autē non sunt æstimatæ. Vel nō est contra, si ponas casum vt diximus.

c *Dotale prædium. VRbanū.* id est quod in vrbe est.

d *Rustic.* s. qđ est ī villa ruribꝰ circūdatū, licet sit ædificiū, vt hic subiicit, ad omne &c. sed in ꝓpria significatiōe vrbanū dicitur illud ædificiū: vt. j. de verb. sign. l. vrbana prædia.

e *Continetur.* vt. j. de lega. j. l. plane. §. fi. & facit supra de transac. l. cum hi. §. arbitratu.

f *Cum dominiū.* aut in causa est vsucapiōis. nā q potest vsucapere de iure prætorio, loco dñi est: vt insti. de ac. §. aliæ autem sunt. Accursius.

g *Præstabatur.* licet aliàs priuilegiū dotis heredi nō det: vt. C. de pri. do. l. j. Sed qd si matrimoniū nullū fuit, putabatur tamē ab vtraq; parte cōtrahentiū? Respon. idem videtur, ar. j. sol. ma. l. si cū dotē. §. fi. [*ADDITIO.*] Istud videt verū arg. eius quod no. in. l. si cum dotē. §. fi. j. so. ma. &. l. ij. in fi. de priuil. credito. &. C. qui po. in pigno. ha. l. assiduis. secundum Bal. hic.

h *Si vxore herede instituta.* à marito. Accursius.

i *Legatum.* cuidam etiam extraneo.

k *Scæuola.* Vulgata lectio, *Scæuola respondit non valere.* (indistincte. sed Vlpianus statim distinguit) *sed si totus fundus ex hereditate retineri possit, solidum legatum deberi.* Porrò hic in textu Pisana est lectio.

l *Totus.* Fūdus dicitur totus posse retineri, quādo soluto legato tantū remanet in hereditate, quantū fundus valet: vel soluta æstimatione fundi legati totus fundus remanet. Accursius.

m *Vindicari.* de hereditate, si modò aliqua pars &c. vt subiicit.

n *Remanere.* vt non valeat legatum. Item intellige hoc præter quartā, quā retinet: vt insti. ad. l. Fal. §. cū autē. Itē intellige quādo mulier vult esse heres: nō aliàs, sicut in accipiēdo legatum & relictū pro fundo dotali: vt. j. de le. ij. l. cū pater. §. q dotalē. Ac.

o *Quæritati.* etsi hæc mulier hereditatem adierit, non tamen sibi præiudicat ad solidū legatū præstandū, quasi non teneat relictū eius rei quæ alienari nō ꝓtest. Sed ar. cōtra. j. de le. ij. d. l. cum pater. §. qui dotalem. vbi si accepit legatū quælequale mulierem ait, quod quantitatiꝰ dotis deest.

debet recipi, vt nullꝰ in dote sit? Certè ex post facto videbit rectè alienatꝰ, illo postea redēpto.

XII. APRICANVS libro octauo Quæstionum.

QVòd si fundus in dotē æstimatus datus sit, vt electio esset mulieris: negauit alienari fundum posse a. quod si arbitrio mariti sit, contra esse.

XIII. PAPINIANVS libro primo de Adulteriis.

B ETiamsi dirēpto matrimonio, b dotale prędiū esse intellegit. Soceri volūtas in distrahendo dotali prædio nulla est.

XIIII. VLPIANVS libro quinto de Adulteriis.

